UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00356763 3

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

BINDING LIST OCT

Digitized by the Internet Archive
in 2014

http://archive.org/details/monumentagermani04f2gese

P
HG
M

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

POETARVM LATINORVM MEDII AEVI

TOMI IV (FASCICVLVS II ET III)

[Pars II 1+2]

Vol. 4²

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCXXIII

Ger. Hist
M

POETAE LATINI

AEVI CAROLINI

TOMI IV

FASCICVLVS II ET III

[Pars II 1+2]

RECENSVIT

KAROLVS STRECKER

ADIECTAE SVNT TABVLAE VI

212545
26:5:27

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCXXIII

DD
3
M8P6
t. 4
fasc. 2

Aulae Vimariensis officina typographica.

Tandem aliquando metam attigit opus grande Poetarum latinorum aevi Carolini colligendorum et edendorum ab Ernesto Dümmler feliciter incohatum, a Ludovico Traube et Paulo de Winterfeld strenue continuatum, a me ad finem perductum. Sed quod sperabam, cum alterum huius tomi fasciculum a. 1914 in publicum emitterem, 'pacis dulcedine orbi terrarum reddita' ultimum fasciculum me confecturum esse, spes illa crudelissime nos fefellit: orbem pace carere summisque oppressam miseriis patriam iacere dolemus atque lugemus. Quae cum ita sint cum ingentes sumptus vix iam sustinere possimus, tertium fasciculum quam maxime contrahendum esse intellexi; multa quae libenter addidissem omisi, passionem ss. Petri et Pauli apostolorum (Harster, novem vitae sanctorum metricae 1887, 1 sq.), vitam s. Erasmi (ibid. p. 20 sq.), vitam s. Agnetis (ibid. p. 38 sq.), carmen de elevatione s. Frodoberti (Anal. Boll. V 59), carmina minora; at eclogam Theoduli in hoc tomo suum locum non habere in archivo nostro t. XLV p. 18 sq. exposui; ibidem de vita metrica s. Bertini (ed. F. Morand, Collection de documents inédits sur l'histoire de France. Mélanges historiques II, 1877, 581 sq. cf. SS. rer. Mer. V 748), fusius egi. Maxime vero piget, quod in indicibus, quos confeceram copiosissimos, oleum et operam perdidi, cum permulta, quae collegeram, reicienda essent; plus reliquis index generalis displicet. Sed sic quoque hunc ultimum fasciculum viris doctis gratum fore spero.

Etiam ad hunc librum perficiendum multi insigni comitate auxilium mihi praestiterunt, quibus ex animi sententia grates iuvat agere: G. Bertoni, Cl. Blume, I. Bolte, P. Bondois, A. Bouvier, H. Degering, H. Delehaye, A. Dold, H. Dreyer,

eminentissimus cardinalis F. Ehrle, A. Fäh, Dominicus Fava Mutinensis, H. Fischer, H. Foerster, L. Frati Bononiensis, C. Giarratano Lucensis, Ph. M. Halm, Dr. Ilbert, Jung parochus Obercellensis, G. Kentenich, R. Koegel, B. Krusch, Th. Längin, P. Lehmann, G. Leidinger, W. Levison, W. Lüdtke, M. Magistretti b. m., G. Mercati, Ios. Müller Sangallensis, Giac. de Nicola Florentinus, I. Pokorny, K. Preisendanz, O. Redlich, Riedmüller Augustanus, K. Schellhass, L. Schmitz-Kallenberg, H. Schnorr v. Karolsfeld, G. Schnürer, E. Steinmeyer b. m., Ios. Sturm, M. Tangl b. m., F. Thormann Bernensis, R. Thurneysen, E. Tisserant, S. Troescher, H. Wibel b. m., A. Wilmart, P. Zimmermann Guelferbytanus, Zimmermann parochus Werdensis. In primis autem nominandi sunt A. Hofmeister et F. Vollmer, qui postquam in priore fasciculo imprimendo semper consilio et opera praesto fuerunt, hic quoque singulis plagellis examinandis corrigendis explicandis effecerunt, ut emendatiora haec carmina in lucem prodirent.

Iam calamum depono caelo taeterrimis nubibus obscurato, sed sperare non desierim tempus fore, quo poetis aevi Carolini reliquos poetas medii aevi addere liceat.

Scribebam Berolini Ian. 1923.

Karolus Strecker.

EX PRAEFATIONE AD FASCICULUM PRIOREM:

Adiutores in opere habui egregios. Wilhelmus Meyer consulenti mihi nunquam defuit, Fridericus Vollmer indefessus optimis consiliis me prosecutus est, Adolfus Hofmeister sodalis permultum operis impendit, ut errores tolleret et quae ex re essent suppeditaret, Paulus Lehmann, Karolus Polheim multas plagulas perlustraverunt. Praeter eos de hoc volumine bene meruerunt Girolamo Dell' Acqua, Br. Albers, A. Avetta, Giul. Bariola, H. I. Bell, Cl. Blume, C. Bobbi, W. Bousset, H. Brewer, P. Diels, H. Dreyer, R. Ehwald, H. Escher, Ad. Fäh, domnus I. van den Gheyn b. m., Ios. Hansen, M. Hein, L. Heubert, H. Hirsch, A. Holder, O. Holder-Egger b. m., E. Iacobs, G. Kentenich, W. Kisky, Br. Krusch, K. Künstle, H. Lebègue, I. Lecat, G. Leidinger, V. Leroy, W. Levison, P. Liebaert, Kuno Meyer, de Mulinen, H. Mutschmann, E. Perels, H. Pirenne, A. Poncelet b. m., A. Poussigne, A. Ratti, B. Rivière, I. Rodiguez, Fed. Schneider, Ios. Schweitzer, A. Spagnolo, H. de Soden, M. Tangl, U. Urlière, S. G. de Vries, I. Werner, H. Zimmermann: his omnibus grates ago quam maximas.

Scribebam Berolini Sept. 1914.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Fasciculus II: Rhythmi aevi Merovingici et Carolini.

	Pag.
Rhythmi syllogae Sangallensis	447
Rhythmi ex variis codicibus collecti	614
Rhythmi computistici	667
Rhythmi ex libro manuali Dhuodanae deprompti	703
Rhythmi Langobardici	718
Aenigmata hexasticha	732
Exhortatio poenitendi	760
Lamentum poenitentiae	769
Vita Eligii	784
Passio Christophori	807
Passio Iustini	841
Cena Cypriani	857

Fasciculus III: Supplementa.

Carmina rhythmica Alcuini	903
Carmina minora Pauli diaconi (?), Paulini, Angilberti, Dicuili Scotti, Smaragdi, ignoti cuiusdam, Hrabani, Flori, Miconis, Godescalci, Agii	911
Miracula Nyniae episcopi	943
Vulfini carmen de Marcello episcopo Diensi	963
Passio et inventiones Quintini	977
Carmen de s. Ansberto	1004
Tituli Italici	1006
Epitaphia pontificum	1019
Epitaphia varia	1026
Tituli varii	1043
Versus libris adiecti	1056
Carmina varia	1072
Versus Sangallenses	1091
Versus Augienses	1112
Versus Scottorum	1117

Pag.

Addenda et Corrigenda 1128
Index initiorum carminum 1136
Index initiorum carminum in reliquis tomis impressorum 1139
Index nominum 1140
Index scriptorum 1158
Index metricus et rhythmicus 1161
Index grammaticus 1164
Index generalis 1169

Signa in hoc volumine adhibita sunt haec:

/// = *litterae totidem erasae*
... = *litterae non legibiles*
[ ] = *interpolata, in nonnullis titulis = lectio lapidis servata*
⟨ ⟩ = *e coniectura addita*
† = *locus desperatus*
* = *editoris coniectura*
m_1 = *manus librarii*
m_2 = *manus correctoris*
P. A. C. = *Poetae latini aevi Carolini*

Marte in armis saeviente rhythmos aevi Merovingici et Carolini in publicum emitto; pacis dulcedine orbi terrarum reddita ultimum fasciculum Poetarum Latinorum aevi Carolini confecturum me esse spero.

Adiutores in opere habui egregios. Wilhelmus Meyer consulenti mihi nunquam defuit, Fridericus Vollmer indefessus optimis consiliis me prosecutus est, Adolfus Hofmeister sodalis permultum operis impendit, ut errores tolleret et quae ex re essent suppeditaret, Paulus Lehmann, Karolus Polheim multas plagulas perlustraverunt. Praeter eos de hoc volumine bene meruerunt Girolamo Dell'Acqua, Br. Albers, A. Avetta, Giul. Bariola, H. I. Bell, Cl. Blume, C. Bobbi, W. Bousset, H. Brewer, P. Diels, H. Dreyer, R. Ehwald, H. Escher, Ad. Fäh, domnus I. van den Gheyn †, Ios. Hansen, M. Hein, L. Heubert, H. Hirsch, A. Holder, O. Holder-Egger †, E. Iacobs, G. Kentenich, W. Kisky, Br. Krusch, K. Künstle, H. Lebègue, I. Lecat, G. Leidinger, V. Leroy, W. Levison, P. Liebaert, Kuno Meyer, de Mulinen, H. Mutschmann, E. Perels, H. Pirenne, A. Poncelet †, A. Poussigne, A. Ratti, B. Rivière, I. Rodiguez, Fed. Schneider, Ios. Schweitzer, A. Spagnolo, H. de Soden, M. Tangl, U. Urlière, S. G. de Vries, I. Werner, H. Zimmermann: his omnibus grates ago quam maximas.

Scribebam Berolini Sept. 1914.

K. Strecker.

Signa in hoc tomo adhibita:

/// = *litterae totidem erasae.*

... = *litterae totidem non legibiles.*

[ ] = *interpolata.*

⟨ ⟩ = *e coniectura addita.*

† = *locus desperatus.*

* = *editoris coniectura.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag.		
460	*str. 6, 2*	'Qui est
463	*str. 11, 2*	doli
465	*adnot. ad 19, 1*	*sed* Aegýptum *XLI 9, 2. XLV 9, 2.*
480	*adnot. ad VII 21, 1*	*cf. etiam supra p. 41, 429.*
483	*app. crit. ad 5, 4*	*del.* querat *Br*
486	*app. crit. ad rh. XI*	*add.: edidit Dreves, Anal. hymn. XXIII 50.*
500	*in adnot. ad 22, 1*	*str. 44, 1* Yusca sum;
507sq		*Cum G. Cassandri Opera omnia mihi non praesto essent, nonnulla Cassandro me adscripsisse doleo, quae Du Méril, Poésies populaires latines antérieures au XIIième siècle 135 sq. commisit. Delendum igitur in app. crit* 9, 1 dicet *BR,* dicit *C,* 12, 1 ille *C,* 17, 2 non morietur *C,* restinguetur *C,* 20, 1 Hirusalem *C. Praetereа leg.* 4, 1 celesti *RC,* 14, 2 neglexisti[s] *R.* — *Notandum est Cassandrum codice Bruxellensi usum esse videri.*
524	*in app. crit.*	*(sed cf. infra rh. LXXXI).*
567	*str. 7, 4*	ergastulus
573	*XLVIII 4*	*W. Meyer, Die Preces der mozarabischen Liturgie, Abh. der Königl. Ges. d. W. z. Göttingen 1914, 106 ex codice s. Iacobi Compostellani n. 1 (a. 1055 scripto) miserationem edidit, cuius quinta stropha haec est:* Deus qui sedes in trono, iudicas quod esse bonum, libera animas nostras de manibus impiorum.
629	*str. 44, 1*	*distinguendum videtur* Yusca sum, quippe
728	*str. 2, 1*	Berthari
742	*app. crit. ad 13, 1*	*corr. rubricator*
743	*app. crit. ad 16, 1*	sp. uiuam *V*
748	*app. crit. ad 31, 5*	5 lymphas *C* pollice *CL*

RHYTHMI

AEVI MEROVINGICI ET CAROLINI.

De rhythmorum latinorum anterioris temporis vi ac natura indaganda et explananda primus omnium bene meruit L. A. Muratori[1] *neque non complures rhythmos ex codicibus Italicis primus in lucem protulit. Post longum temporis intervallum illum secutus M. Édélestand du Méril diversis voluminibus*[2] *multos et prioris et posterioris aevi rhythmos promiscue inseruit; in arte critica factitanda quidem haud raro lapsus est. Nonnulla attulit Boucherie, Mélanges latins et bas-latins (Rev. des langues Romanes VII 1 sq.). Iustum denique fundamentum rhythmis edendis iecit E. Duemmler N. A. IV 114 sq., 152 sq., 578 sq.*[3] *Idem cum nunquam desineret huic poesis generi miro sane et delectabili — in hoc viros horum studiorum gnaros consentire confido — operam navare, compluribus locis rhythmos usque ad id tempus prorsus ignotos imprimendos curavit. In primis affero Rhythmorum ecclesiasticorum aevi Carolini specimen ed. E. Duemmler. Berolini 1881. Rythmen aus der Carolingischen Zeit. Z. f. d. A. XXIII 261. Weitere Carolingische Rythmen. Z. f. d. A. XXIV 151. P. A. C. I et II passim. Godescalci carmina aliosque rhythmos L. Traube P. A. C. III edidit. Ex ingenti numero carminum, quae G. M. Dreves et Cl. Blume in Analectis hymnicis I—LIII composuerunt, multa huc pertinent. Ernesto Duemmler multa debebat Paulus de Winterfeld v. cl. praematura morte his studiis ereptus, qui cum id muneris suscepisset, ut Poetarum aevi Carolini quartum volumen conficeret, rhythmorum editionis non oblitus passim de his carminibus sagacissime disputavit, potissimum Zur Geschichte der rhythmischen Dichtung. N. A. XXV 379 sq. Rhythmen- und Sequenzenstudien. Z. f. d. A. XLV 133 sq. XLVII 73 sq. Principem vero locum inter omnes, qui huic generi litterarum tum nimis obscuro atque parvi aestimato lucem attulerunt, Guilelmus Meyer Spirensis obtinet, qui egregio illo libello Der Ludus de Antichristo und Bemerkungen ueber die lateinischen Rythmen des XII. Jahrhunderts. SB. d. bayer. Acad. d. W. Phil.-hist. Kl. 1882 1—192. (Ges. Abh. zur mittellateinischen Rythmik. Berlin 1905. I 136—339.) primus docuerit, quid esset rhythmus. Qua disputatione quantum vir cl. rem difficillimam promoverit, etiam ex hac editione intellegi posse spero*[4].

Eorum quos nominatim attuli aliorumque studiis usus, postquam in locum Pauli de Winterfeld successi, pauca illa, quae de re impedita atque perplexa enucleari possunt, composui in N. A. XXXIV 599 sq. Zu den karolingischen Rhythmen. N. A. XXXVI 317 sq. Zu den komputistischen Rhythmen; quo viros doctos relegatos esse volo. Hic quae illic fusius disputavi, quam brevissime constrinxi.

---

1) *Dissertatio de rhythmica veterum poesi. Antiquitates Italicae III 664 (= Migne, Patrol. lat. CLI 755).* 2) *Poésies populaires latines antérieures au douzième siècle. Paris 1843. Poésies populaires latines du moyen âge. Paris 1847. Poésies inédites du moyen âge. Paris 1854.* 3) *Die handschriftliche Ueberlieferung der lateinischen Dichtungen aus der Zeit der Karolinger.* 4) *Quae insequentibus annis in hoc genere docte disputavit, suo loco afferenda sunt.*

Codices, qui rhythmos antiquioris temporis continent, haud multos novi, sed eos pretiosissimos. Primo loco afferendus est

B *= cod. 8860—8867 bibliothecae Burgund. Bruxellensis saec. X in. Accuratissime descripserunt E. Duemmler N. A. IV 155 sq., van den Gheyn Catal. des manuscr. de la Biblioth. royale de Belgique II 289 sq. Qui codex quamquam irreparabilem accepit iacturam, cum duo fere quaterniones intercidisse videantur, tamen 76 foliis superstitibus amplissimam rhythmorum servavit syllogam:*

f. 1 incipit: sed deintus nemo erat, *i. e. v. 44, 3 rhythmi non alphabetici*

	Anno tertio in regno.		*n. III huius editionis*
f. 1^v—6^v	Tertio in flore mundus.		*n. IV* „
f. 6^v—7^v	Prima die dixit deus.		*n. V* „
f. 7^v—8^v	Angelus domini maria nuntiat.	*Abecedarius.*	*n. VI* „
f. 9^r—10^r	A superna caeli parte.	*Abecedarius.*	*n. VII* „
f. 10^r—11^r	Alta prolis sanctissime.	*Abecedarius.*	*n. VIII* „
f. 11^r—12^v	Adeptus quisque munere.	*Abecedarius.*	*n. IX* „
f. 12^v—14^r	Audi me deus piissime.	*Abecedarius non rhythmicus.*	*n. X* „
f. 14^v—16^v [1]	Audi me deus peccatorem.	*Abecedarius.*	*n. XI* „
f. 16^r—17^r	Age deus causam meam.	*Abecedarius.*	*n. XII* „
f. 17^v—18^v	(A solis ortu cardine.	*Abecedarius metricus Sedulii)*	—
f. 18^v—20^v	Apparebunt ante summum.	*Carmen neque alphabeticum neque rhythmicum.*	*n. XIII* „
f. 20^v—21^v	Audax es vir juvenis.	*Abecedarius.*	*n. XIV* „
f. 21^v—22^v	Audite omnes gentes et dicite.	*Abecedarius.*	*n. XV* „
f. 22^v—24^r	Agnus et leo mitis et terribilis.	*Abecedarius.*	*n. XVI* „
f. 24^r—25^r	Apparebit repentina dies magna.	*Abecedarius.*	*n. XVII* „
f. 25^r—26^r	Audi me deus de cęlo.	*Abecedarius.*	*n. XVIII* „
f. 26^r—27^v	Alma fulget in caelesti.	*Abecedarius.*	*n. XIX* „
f. 27^v—28^v	Alma vera ac praeclara.	*Abecedarius.*	*n. XX* „
f. 28^v—29^v	Aurora dicta sermone prophetico.	*Abecedarius.*	*n. XXI* „
f. 30^r—31^r	Amicus sponsi magno gaudens gaudio.	*Abecedarius.*	*n. XXII* „
f. 31^v—32^r	Quicque de morte sunt redempti.		*n. XXIII* „
f. 36^r—37^r	Surrexit Christus ad soporem dormiens.		*n. XXIV* „
f. 37^r—37^v	(Pange lingua gloriose.	*Venant. Fortunati hymnus.)*	—
f. 38^v—39^r	Ante saecula et tempora et cęlorum sidera.	*Abecedarius.*	*n. XXV* „
f. 39^r—40^r	A solis ortu usque ad occidua.	*Non abecedarius.*	*n. XXVI* „
f. 40^r—41^r	Congregavit nos in unum.		*n. XXVII* „
f. 41^r—42^r	Gratuletur omnis caro nato Christo.		*n. XXVIII* „
f. 42^r—45^r	(Cantemus socii domino cantemus.	*Sedulii est.)*	—
f. 45^r—46^r	(Criminum mole gravatus.	*Eugenii Toletani.)*	—
f. 46^r—47^r	Canamus omnes laudes dei filio.		*n. XXIX* „
f. 47^r—48^v	Refulget omnis luce mundus.		*n. XXX* „
f. 48^v—52^r	Gloriam deo in excelsis hodie.		*n. XXXI* „
f. 52^r—52^v	Tristis venit ad Pilatum.		*n. XXXII* „
f. 66^r—67^v	Fuit domini dilectus.		*n. XXXIII* „
f. 67^v—69^v	Christus rex via vita lux.		*n. XXXIV* „

1) *Hic pristinus ordo codicis fuit, quem Ernestum Duemmler l. l. secutus restitui. Quaternio f. 16—23 et ternio 24—29 nunc permutati sunt, quam rem van den Gheyn l. l. omnino neglexit.*

f. 75r—76r Homo quidam erat dives. *n. XXXV huius editionis*
f. 76r—76v Insigne sanctum tempus acceptabile. *n. XXXVI* „

f. 16v—20r in marg. Avarus maximam cupiditatem amat. *n. XXXVII* „

Codicem olim sancti Galli fuisse dudum intellexerunt, cf. imprimis Müllenhoff-Scherer, Denkmäler D. P. u. P. II³ 57. Post Duemmlerum ipse bis Berolini contuli.

L = cod. Leidensis Voss. lat. 69, descriptus ab E. Steinmeyer, Alth. Gloss. IV 481 sq., P. Glogger, Das Leidener Glossar cod. Voss. lat. 4. 69. Augsburg 1901 sq. Progr., K. Strecker, N. A. 34, 601 sq. Anno fere 800 (Traube) vel s. IX in. exaratus. Continet hos rhythmos:

f. 7v Arve poli conditorem. *Abecedarius. n. XXXVIII huius editionis*
f. 8v Asia ab oriente *str. 1—32.* *Non abecedarius. n. XXXIX* „
f. 9r Ante secula et mundi *str. 1—14.* *Abecedarius. n. XL* „
f. 9v A superna celi parte. *Abecedarius. n. VII* „
f. 10r Angelus venit de cęlo *str. 1—11.* *Abecedarius. n. XLI* „
f. 10v Gratuletur omnis caro *str. 1—11.* *n. XXVIII* „
f. 11r Audite omnes canticum mirabile. *Abecedarius. n. XLII* „
f. 11v Alma vera ac preclara inlibata caritas. *Abecedarius. n. XX* „
f. 12r Angelus domini maria nurtiat. *Abecedarius. n. VI* „
f. 12v Ad perennis fontem vitae. *Abecedarius. n. XLIII* „
f. 13r Aquarum meis quis det fontem *1—11.* *Abecedarius. n. XLIV* „
f. 13v Homo quidam erat dives. *n. XXXV* „

Codex olim sancti Galli fuit cf. Steinmeyer et Glogger l. l., Traube N. A. XXVI 234. Berolini ipse contuli.

Z = cod. C 10 i[1] *bibliothecae civitatis Turicensis olim Sangallensis saec. X, de quo cf. Br. Krusch, SS. rer. Merov. IV 38 sq. F. 66r exstat* Deus mirande virtus alma. *h. e. n. I et* Ymnum laudis medarde tibi. *n. II. Contulit P. de Winterfeld, cf. Z. f. d. A. XLVII 73. Ipse dum ante hos tres annos Turici versor, denuo codicem evolvi.*

Tribus codicibus, qui ante multa saecula sancti Galli fuerunt, duos addo, qui adhuc in armariis illius bibliothecae asservantur[2].

S_1 = cod. s. Galli n. 2 saec. VIII exaratus, descripsit G. Scherrer, Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen 1875 p. 1 sq. P. 553—557 Asia ab oriente. *n. XXXIX h. e. p. 558 sq.* Hymnum dicat turba fratrum *et* Rex aeterne domine, *p. 563—67* Ante secula et mundi principio. *n. XL h. e. S_2 i. e. Sangallensis 213 s. VIII, Scherrer p. 76 sq., continet p. 176 sq.* Asia ab oriente. *n. XXXIX. Utrumque codicem Berolini contuli.*

F = codex mutilus Fuldensis s. X, ex quo Christophorus Browerus alteri Venantii Fortunati editioni a se paratae, Moguntiae a. 1617, Hrabani Mauri poemata adiecit 'ex probato et pervetusto MS., cuius tamen possessor latere voluit' cf. E. Duemmler P. A. C. II 157 sq., cuius codicis pars prior in monasterio Helvetico Einsiedeln in libro manuscripto 266 p. 208—24 asservatur, altera pars nescio quo pacto periit. In hac sylloga Hrabani nomini adscripta haud pauca carmina insunt ab Hrabano stricte abiudicanda. Neque desunt, quae ad hos de quibus agimus rhythmos pertineant:

Brower p. 74 Gratuletur omnis caro *str. 1. 3. 2. 4.* *n. XXVIII huius editionis*
„ „ *76* Gloria deo in excelsis *str. 1. 2.* *n. XXXI* „
„ „ *83* Ante saecula et mundi principium *str. 1—4.* *n. XL* „
„ „ *83* Angelus domini venit ad virginem. *n. LXXVIII* „
„ „ *83* Deus orbis reparator *str. 1. 2. 3. 4.* *n. LVI* „

1) *Non C 11, erravit P. de Winterfeld l. l. p. 73.* 2) *Hic annotare debeo etiam cod. Sangall. 573, qui 'Alfabeta de bonis et malis sacerdotibus' continet; quem neglexi, quia illi rhythmi iam a Duemmlero P. A. C. I 79 sq. editi sunt. Addo, quod cod. Vatic. reg. 421 (cf. ad rh. XVII) olim Sangallensis fuisse videtur.*

Brower p. 84 Surrexit Christus a sopore dormiens *str. 1. 2. 3. 4.* *n. XXIV huius editionis*
„ „ *84* Tertio in flore mundus *str. 1. 2. 61.* *n. IV* „
„ „ *84* Sophia patris *i. e. str. 22—26 carminis* Nunc tibi. *n. LXXV* „
„ „ *85* A solis ortu usque ad occidua. *Non abecedarius.* *n. XXVI* „
„ „ *86* Alma vera ac praeclara. *Abecedarius.* *n. XX* „

Haec decem carmina ab Hrabano aliena in hanc syllogam recipienda esse fusius exposui Anz. f. d. A. XXXIII 43 sq. contra Drevesium, Hymnologische Studien zu Venantius Fortunatus und Hrabanus Maurus. Veröffentlichungen aus dem kirchenhistorischen Seminar München. III. Reihe n. 3. München 1908.

Be *= cod. Bernensis 455 s. X. Descripsit H. Hagen, Catalogus codd. Bernensium p. 396—400. Magnam partem carminum ex hoc codice idem publici iuris fecit in libro Carmina medii aevi maximam partem inedita ex bibliothecis Helveticis collecta edidit Hermannus Hagenus. Bernae MDCCCLXXVII. Egregias emendationes addiderunt Havet, Romania VI 273 et A. Riese, Litt. Centralbl. 1877, 309. Inter multos hymnos exstant hi rhythmi, quos huc referendos esse censeo:*

f. 13v Avis haec magna ad astra tendit. *Abecedarius.* *n. LXXVI huius editionis*
f. 14v (Pange lingua gloriosi.) *Hymnus Fortunati cf. cod. B et* V_1 —
f. 16r Tertio in flore mundus *str. 1—20.* *n. IV* „
f. 18v Mecum Timavi saxa. *n. LXXI* „
f. 25r Qui signati estis Christo. *n. LXXVII* „
f. 41r Ad caeli clara non sum dignus sidera. *Abecedarius.* *n. LXVI* „
f. 42v Apparebit repentina *str. 1—3.* *Abecedarius.* *n. XVII* „

Hageni sollertissimam editionem cum ipso codice Berolinum transmisso contuli, ut tamen nihil fere invenirem corrigendum. Libros F et Be cognatos esse demonstravi N. A. XXXIV 629.

V_1 *= cod. XC (85) bibliothecae capitularis Veronensis saec. IX ex. Accurate descripsit E. Duemmler N. A. IV 152 sq. F. 6r—21v rescripta sunt. Me rogante Ant. Spagnolo v. cl. insigni liberalitate atque indefessa sollertia singulas paginas examinavit, ut, licet plurima legi nequeant, tamen de toto codice certe iudicari possit. Qua de re disputavi N. A. XXXVII 773 sq. Hos continet rhythmos:*

f. 2v — 3r Audite omnes versum verum magnum. *Abecedarius.* *n. XLV huius editionis*
f. 3v — 4v Gloriam deo in excelsis hodie. *n. XXXI* „
f. 8r — 9v Christus rex via. *n. XXXIV* „
f. 9v—10r *Incertus rhythmus.* *n. XLVI* „
f. 10v—11r Quique de morte estis redempti. *n. XXIII* „
f. 12r—14r Audax es vir iuvenis. *Abecedarius.* *n. XIV* „
f. 14r—19v Anno tertio in regno. *Non abecedarius.* *n. III* „
f. 20r—22r Alta prolis sanctissime. *Abecedarius.* *n. VIII* „
f. 22r—23r Audite versus parabole. *Non abecedarius.* *n. XLVII* „
f. 23v—24v Amat puer castitatem, mundus erit. *Abecedarius.* *n. XLVIII* „
f. 25r—27v Alta urbs et spacio manet in italia. *Abecedarius.* *n. XLIX* „
f. 39v—44v Refulget omnis lucem mundus. *n. XXX* „
f. 45r—46r A solis ortu usque ad occidua. *Non abecedarius.* *n. XXVI* „
f. 46r Audi nos deus qui posuisti terminos. *Abecedarius.* *n. L* „
f. 46v—48 Congregavit nos in unum. *n. XXVII* „
f. 50v—51v Audiens principes audient populi. *Abecedarius.* *n. LI* „
f. 51v—53v Hic est dies in quo Christi pretioso. *n. LII* „
f. 53v—55r Respice de celo deus. *n. LIII* „
f. 55v—56v Homo quidam erat dives. *n. XXXV* „
f. 57v Adonai magne et mirabilis. *Abecedarius.* *n. LIV* „

f. 60^{v}—61^{r}	Beatus homo est.		*n. LV huius editionis*	
f. 61^{v}	Deus orbis reparator.		*n. LVI*	„
f. 62^{r}—62^{v}	Ab aquilone venite omnes reges.	*Abecedarius.*	*n. LVII*	„
f. 65^{v}—67^{v}	Amplam regalis susis dicta civitas.	*Non abecedarius.*	*n. LVIII*	„
f. 68^{r}	Andecavis abas esse dicitur.	*Non abecedarius.*	*n. LIX*	„
f. 68^{v}—69^{r}	Gracia excelsa regi.		*n. LX*	„
f. 69^{r}—70^{v}	Alma fulget in celestis perpes regna.	*Abecedarius.*	*n. XIX*	„
f. 70^{v}—75^{v}	Placidas fuit dictus magister.		*n. LXI*	„
f. 76^{r}—77^{r}	Audite omnes fines terre.	*Abecedarius.*	*n. LXII*	„
f. 132^{v}	(Pange lingua gloriosi.)		—	
f. 137^{v}—139^{r}	(Sancte Paule pastor bone[1].)		—	

Usus sum maximam partem apographo ab Ernesto Duemmler confecto, multas paginas O. Cartellieri, M. Tangl iterum cum codice contulerunt. De foliis rescriptis cf. supra.

***V*$_2$** *= cod. LXXXVIII (83) bibliothecae capitularis Veronensis s. IX. Descripsit E. Duemmler N. A. IV 158. Hos rhythmos continet:*

f. 59^{r}	Fuit domini dilectus languens.		*n. XXXIII huius editionis*	
f. 59^{v}	Tertio in flore mundus *str. 1—9. 11.*		*n. IV*	„
f. 62^{v}	Gloriam deo in excelsis hodie.		*n. XXXI*	„
f. 63^{v}—64^{r}	Anno tertio in regno.	*Non abecedarius.*	*n. III*	„
f. 64^{r}	Alexander puer magnus circumivit.	*Abecedarius.*	*n. LXIII*	„
f. 64^{v}	Adpropinquat finis seculi.	*Abecedarius.*	*n. LXIV*	„
f. 64^{v}	Ante secula et tempora et cęlorum sidera.	*Abecedarius.*	*n. XXV*	„

Utor apographo maximam partem a Duemmlero facto cf. ad V_1. Nonnulla W. Studemund transscripsit. Iam addo tertium Veronensem:

***V*$_3$** *= cod. XXI (19) bibliothecae capitularis Veronensis s. X. Descripsit A. Reifferscheid, Biblioth. patrum latin. Italica I 66. Continet f. 115^{r} et 114^{v} rhythmum* Tertio in flore *str. 1—18 n. IV h. e. cum multis mendis scriptum.*

P *= cod. sancti Martialis Lemovicensis, nunc Parisinus lat. 1154, saeculo IX (Traube, X Duemmler) exaratus, diligenter descriptus ab Ernesto Duemmler N. A. IV 114 sq., cf. L. Traube P. A. C. III 721. Continet:*

f. 98^{r}	O deus miseri miserere servi.		*n. LXV huius editionis*	
f. 99^{v}	Ad caeli clara non sum dignus.	*Abecedarius.*	*n. LXVI*	„
f. 102^{r}	Ad te deus gloriose rerum factor.	*Abecedarius.*	*n. LXVII*	„
f. 104^{r}	Anima nimis misera.	*Abecedarius.*	*n. LXVIII*	„
f. 106^{v}	Christe rex regum.		*n. LXIX*	„
f. 108^{r}	Spes mea Christe.		*n. LXX*	„
f. 109^{r}	Beatus homo qui.		*n. LV*	„
f. 110^{v}	Fuit domini dilectus.		*n. XXXIII*	„
f. 113^{v}	Christus rex vita lux via.		*n. XXXIV*	„
f. 116^{r}	Mecum Timavi saxa.		*n. LXXI*	„
f. 121^{r}	Quique de morte redempti estis.		*n. XXIII*	„
f. 123^{r}	Gloriam deo in excelsis.		*n. XXXI*	„
f. 127^{v}	Tristis venit ad Pilatum.		*n. XXXII*	„
f. 129^{v}	(Sancte Paule pastor bone[2].)		—	
f. 131^{v}	O quid iubes pusiole.		*n. LXXII*	„
f. 132^{r}	A solis ortu usque ad occidua.	*Non abecedarius.*	*n. XXVI*	„

1) *Etiam in P habetur, sed cum sequentia sit, ab hac collectione segregavi.* 2) *cf. notam ad V_1*

f. 133r Hug dulce nomen.		*n. LXXIII huius editionis*
f. 134r Homo quidam erat dives.		*n. XXXV* „
f. 135r Anno tercio in regno.	*Non abecedarius.*	*n. III* „
f. 136r Aurora cum primo mane.	*Abecedarius.*	*n. LXXIV* „
f. 138r Nunc tibi Christe.		*n. LXXV* „
f. 141r (Pange lingua gloriosi.)		—

Benigne mihi contulit Henricus Lebègue.

C = *cod. 189 bibliothecae Claromontanae saec. XI, de quo cf. E. Duemmler N. A. IV 579, P. A. C. I 125; Z. f. d. A. XXIII 261 sq. G. Goetz, Liber glossarum. Abh. d. phil. hist. Klasse d. Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wiss. XIII 1893 p. 225. Rhythmi sunt hi:*

f. 109r Audite versum parabole.	*Non abecedarius.*	*n. XLVII huius editionis*
f. 117r Ad caeli clara non sum dignus.	*Abecedarius.*	*n. LXVI* „
f. 149v Qui de morte estis redempti.		*n. XXXIII* „

Usus sum apographo a W. Arndt facto, quod iam E. Duemmler Z. f. d. A. XXIII 264 adhibuit.

T = *cod. bibliothecae capituli Trevirensis n. 133c s. XI—XII cf. E. Duemmler N. A. IV 152. Insunt p. 55—56* A solis ortu usque ad occidua. *n. XXVI h. e., p. 56—57* Audax es vir iuvenis. *n. XIV h. e. Varias lectiones annotavit E. Duemmler Z. f. d. A. XV 450.*

Br = *cod. bibliothecae Burg. Bruxellensis 15111—28 saec. X. Descripsit v. d. Gheyn, Catal. I 301. Fol. 77r incipit* vultus ihū $\overline{\text{xpi}}$, *i. e. str. 3, 3 rhythmi XXIII, f. 77r* Criminum male gravatus, *i. e. Eugenii Toletani carmen V, Auct. antiquiss. XIV p. 235, ubi hic codex non est adhibitus, f. 77v* Adeptus quisque munere. *n. IX h. e. Librum, ex quo haec exigua particula servata est, codici B similem fuisse apparet, sed lectiones saepe diversae sunt. Ipse contuli.*

M = *cod. Bambergensis B II 10 (olim ms. S. Michaelis Bambergensis). Priorem partem codicis saeculo XI adsignandam descripsit Fischer in catal. cod. Biblioth. reg. Bambergensis I 363 sq. De altera parte paulo vetustiore pluribus exposuit Fr. Vollmer Auctor. antiquiss. XIV p. XV sq. Continet:*

f. 133—157 DE LAVDE DEI ET DE CONFESSIONE
ORATIONIBUSQUE SANCTORVM COLLECTI AB
ALCHONIO LEVITA libri IV.

f. 157v ordo 1 vers. 11 MIRACULA NYNIAE EPISCOPI

f. 161v „ 1 „ 4 HYMNUS SANCTI NYNIAE EPISCOPI

„ *2* „ *24* (ALBINVS CREDVLVS)[1]

Huius pretiosissimae syllogae procul dubio ab Albino illo clarissimo Euboricensi confectae cum Fridericus Vollmer l. l. libros III et IV (f. 133r—155r) fuse descripserit, restat ut eius partis, quae huc spectat, sc. hymnarii f. 150v sq. accuratum dem catalogum[2].

f. 150v DE HYMNIS[3].

1. Veni redemptor gentium.	*Anal. hymn. L 13 n. 8 str. 2.*
2. Domus pudici corporis.	*Hymnus Sedulii alter str. 4.*
3. Procedit de thalamo suo.	*Anal. hymn. L 14 n. 8 str. 5.*
4. Egressus eius a patre.	*ibid. str. 6.*
5. Gloria tibi genitor Gloria unigenito Una cum $\overline{\text{sco}}$ $\overline{\text{spu}}$ In sempiterna secula. Amen.	

1) *Ex indice capitulorum f. 133v supplevit Fr. Vollmer.* 2) *Haec repetere oportet, quia G. M. Dreves, Anal. hymn. L 97 sq. non nisi Bedam respexit.* 3) *In margine scriptum est.*

Quae praecedunt, ita scripta sunt, ut unum hymnum efficere videantur. Iam nova linea incipit

6. Octava restat ceteris *i. e. Bedae* De operibus VI dierum et de VI aetatibus *str. 19.* — *Anal. hymn. L 101 str. 19.*
7. Vultumque x̄pī ppetes. — *ibid. str. 20.*

A quarto versu Caelesti in arce *f. 151 incipit.*

f. 151r 8. Quo nos venire quesumus. — *ibid. str. 28.*
9. Aeterna x̄pī munera. — *ibid. 19 n. 17 str. 1.*
10. In his paterna gloria. — *ibid. str. 7.*
11. Te nunc redemptor quesumus. — *ibid. str. 8.*
12. Te ergo quęsumus famulis tuis subveni, quos p̄cioso sanguine redemisti *(re ss. m. 1)*. ęterna fac cum s̄cs̄ tuis nos intrare *(Te deum 20 et 21)*. Rogemus ergo dm̄ patrem dm̄ ęternum filium simulq; dm̄ pcedentem paraclitum sp̄m̄, ut nobis auxiliū ferat indivisa unitas. Gła & laus dō virtus & imperium gła canamus xp̄o atq; sc̄o spiritui. cui honor & potestas in aeterna scła amen.
13. Adesto xp̄e vocibus. — *Anal. hymn. L 110 str. 1.*
14. Qui natus es de virgine. — *ibid. str. 2.*
15. Apostolorum gloriam. — *ibid. 108 str. 1.*
16. Bariona simon petrus. — *ibid. str. 2.*
17. Vos ergo nostra te deum. — *ibid. str. 20.*
18. Nunc andreę sollempnia. — *ibid. 111 str. 1.*
19. Congaudet omnis civium. — *ibid. str. 12.*
20. Ymnos canamus glorię. — *ibid. 103 str. 1.*
21. Da nobis illuc sedula. — *ibid. str. 31.*
22. Nostris ibi tum cordibus. — *ibid. str. 32.*
23. Emitte xp̄e sp̄s. — *ibid. 105 str. 1.*
24. Precursor alti luminis. — *ibid. 107 str. 1.*
25. Qui matris adhuc parvulus. — *ibid. str. 4.*
26. Precessor almus gratię. — *ibid. 109 str. 1.*
27. Capud libens sanctissimum. — *ibid. str. 7.*
28. Adesto xp̄e cordibus. — *ibid. 114 str. 1.*
29. Ad te preces piissime. — *ibid. str. 2.*
30. Sanctę crucis signaculo. — *ibid. str. 3.*
31. In prophetis inveniris. — *Anal. hymn. LI 264 str. 4.*
32. Factor caeli, terrę factor. — *ibid. str. 5.*

f. 151v 33. Laetare celum | desuper. — *Anal. hymn. L 113 str. 1.*
34. Perfectisque cum coronam. — *ibid. 98. Quo pertinet?*
35. Alma fulget in caelesti. — *Rhythm. h. e. XIX str. 1.*
36. Solis nulla nulla lunę. — *ibid. str. 18.*
37. Zona summae caritatis. — *ibid. str. 23.*
38. Xp̄m̄ regem iam paterna. — *Rhythm. h. e. XVII str. 21.*[1]
39. Ydri fraudes ergo cave. — *ibid. str. 22.*
40. Gloria deo patri dilectoque filio. — *Rhythm. XIX str. 24.*
41. Sicut erat ante cuncta. — *ibid. str. 25.*

Sequuntur f. 151v—157v versus ex carminibus Sedulii, Iuvenci, Aratoris, Prosperi, Fortunati, Bedae, Aldhelmi, Prosperi, Dracontii, quos excipiunt

---

1) *Mire hariolatur Dreves hanc et insequentem stropham ex ignoto quodam rhythmo Bedae desumptas esse autumans.*

f. 157^{v} ordo 1 vers. 11 MIRACULA NYNIE EP̄Ī
f. 161^{v} ordo 1 Hymnus sc̄i Nynie ep̄i
ordo 2 unc tibi x̄p̄e. *n. LXXV h. e.*
f. 162^{r} altera manus saec. XIV pergit Qui patris alta *i. e. str. 6.*
Codicem Berolinum transmissum ipse contuli, miracula Nyniae iam Fridericus Vollmer Ludovici Traube in usum transscripserat, sed nonnullas schedulas deperditas supplevi[1].

A = cod. olim Augiensis nunc Cheltenhamensis 18908 s. IX, quem descripsit H. Schenkl, Biblioth. Britannica I 142, Priebsch, Deutsche Handschriften in England I 126, Steinmeyer, Altdeutsche Glossen IV 415. F. 5^{a}—5^{c} rhythmi Tertio in flore mundus *strophae 45, 3—69 inscriptae sunt. Ernesto Duemmler transscripsit K. Hampe.*
Reliquos codices, si forte fortuna singulos rhythmos servaverunt, ad hos attuli.

Ex his codicibus cum non minus quattuor et inter eos gravissimi in monasterio sancti Galli scripti sint, ante annum 800 (cf. cod. L et S$_1$) illic nescio a quo magnum thesaurum rhythmorum collectum esse iudicandum est[2]. *Inter eos genus quoddam videtur haud mediocriter placuisse, quod abecedarium vocatur*[3]. *Sed hi rhythmi in monasterio s. Galli collecti, non conditi sunt: multos certe a poetis Francogallicis sive Italicis compositos esse ex usu poetico atque sermone intellegitur. Ex hac sylloga Sangallensi novae ortae esse videntur Veronae atque in monasterio s. Martialis Lemovicensi. Ita fit, ut non semper discerni possit, quo singuli rhythmi referendi sint. Atque ut iam prior collectio praeter rhythmos carmina metrica complexa esse videtur, ita hae paulo recentiores sic permutabantur, ut multa adderentur et rhythmica et metrica, multa eicerentur*[4]. *Sed haec omnia nimis incerta sunt; quapropter missa facio et ad ipsos rhythmos edendos propero. In his carminibus recensendis id maxime considerandum est, non eum textum verum esse atque genuinum, qui ad regulas grammaticas diligentissime castigatus sit, quae opinio haud raro Ernestum Duemmler fefellit, sed poetas illos doctrinae grammaticalis saepe ignaros sermone usos esse perquam vulgari. Non is igitur codex plurimi aestimandus est, in quo carmina exstant pura atque perpolita velut P, sed is qui lectionem rusticam quidem et saepe corruptam sed non interpolatam servavit. Atque multae sane corruptelae sunt eaeque gravissimae. Cum vero in hoc genere litterarum difficile sit diiudicare, quid poeta admiserit, quid librarius peccaverit, saepe coniecturis abstinui, saepius in apparatu proposui remedia. Orthographiam antiquissimorum codicum quantum fieri potuit aut servavi aut in apparatu annotavi, leviora in indice orthographico exhibui, levissima velut* racione tristicie *omisi.*

---

1) *In tertio fasciculo huius voluminis publici iuris faciam.* 2) *cf. N. A. XXXIV 626 sq.*
3) *cf. ibid. p. 629 sq.* 4) *cf. N. A. XXXIV 641 sq.*

I.

YMNUS IN SOLEMNITATE SANCTI MEDARDI EPISCOPI.

1. Deus mirande, virtus alma — in sanctis proceribus!
   Armatus saltim currit aulis — undique coetus gentium.
2. Crispantibus ausisti nimphis — fontem ex undis turgidis:
   Ab gente sensu rudentem — segregasti Medardum antistitem.
3. Profugus ad sacra petit prolis — peccata linquere imaginis;
   U⟨t⟩ copreum respuit ornas — gentiles, mulus, bucula⟨s⟩.
4. Cuius caro namque fessa — crebris est ieiuniis,
   Per cultum artus igne mundi — iugis pre vigiliis.
5. Probatus est quasi metallum — auri per incendium —
   Hęc speties scandit argenti — ritoque trino nitidus.

I *Z f. 66r. Primus edidit P. de Winterfeld, Z. f. d. A. XLVII 73 sq. Blume, An. hymn. LI 203 sq. Uterque hymnum difficillimum intellectu nec non corruptum in linguam germanicam convertit. Ego denuo contuli.* 1, 1 mirandae virtutis almae *Blume* 2, 1 auristi *Z*, hausisti *Blume* 2, 2 ab gentem *coni. Winterfeld*, ab gente sensu rudente *Blume* Medardum *del. Blume, f. recte. An* ab gente sensu rude *(i. e.* rudi*)* Medardum | segregasti antistitem? *(sed concentus* rudentem — antistitem *deletur et hiatus efficitur)* 3, 1 linquere *ex* inquirere *corr. Z* 3, 2 ucopreum *Z: corr. Winterfeld*, ut coprum *Blume, f. recte* mulus *in* mulos *corr. Z* bucola *ex* bucula *corr. Z*, bucolas *Blume* 4, 2 iugibus *Blume* 5, 1 quasi, *ss. m.* ut 1, *Z* incendium; *Winterfeld*, incendium — *Blume* 5, 2 rito ṫrino *Z*

Schema 8 _ ◡ + 7 ◡ _ bis repetitum singulas strophas efficit. Prior versiculus 9 syllabarum terdecies, 10 syll. ter (12, 2 correctus), 7 syll. 12, 1 traditus est. Alter versiculus 8 syllabarum quaterdecies, 9 syll. quater, 10 syll. semel, 11 syll. semel. Clausula ◡ _ in priore versiculo quater, _ ◡ in altero ter. Assonantia sive consonantia passim, in nonnullis strophis 8 _ ◡ et 7 ◡ _, in str. (9 et) 11 8 _ ◡ et 8 _ ◡, 7 ◡ _ et 7 ◡ _ inter se concinunt. Hiatus in 8 _ ◡ nullus, in 7 ◡ _ 3, 1. 10, 1?, inter 8 _ ◡ et 7 ◡ _ duo.

Gregorius episcopus Turonensis hist. Franc. VI 46 Chilpericum regem talibus increpat: confecitque duos libros quasi Sedulium meditatus, quorum versiculi debiles nullis pedibus subsistere possunt, in quibus, dum non intellegebat, pro longis sillabis breves posuit et pro breves longas statuebat; et alia opuscula vel ymnos sive missas, quae nulla ratione suscipi possunt. *V 44* scripsit alios libros idem rex versibus quasi Sedulium secutus, sed versiculi illi nulla penitus metricæ conveniunt ratione. *(Gregorium iniquum iudicem esse W. Meyer, Der Gelegenheitsdichter Venantius Fortunatus 115 sq. exposuit.) Hoc quidem carmen non metrice sed rhythmice quamvis vacillanter composuit rex poeta, cuius schema 8 _ ◡ + 7 ◡ _ esse Guilelmo Meyer assentior. Quod vero illud schema saepius gravissime violatum vides, non solum librario crimini dandum est. Quae cum ita sint, vix dubitare licet, quin 'Epitaphium s. Germani', quod eidem regi attribuitur (Aimoin III 16, P. Leyser, Historia poet. med. aevi 175, Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen I⁷ 100) haud inscienter compositum, ei abiudicandum sit.* 1, 1 *scite Winterfeld sanctos dei cum militibus comparari monet haud aliter atque in illo carmine theotisco, quod 'Heliand' nuncupant.* 1, 2 saltim *'mit Springen' Winterfeld.* 2, 1 undae turgidae *gentilitas sunt, ex qua Medardum quasi liquidum fonticulum segregavit, ut antistitis munere fungeretur.* 2, 2 rudentem *ad vocem rudere refert Winterfeld; ego dubito.* 3, 1 peccata imaginis *'den sündigen Bilderdienst'; petit i. e.* studet, operam dat. 3, 2 *'wie Mist von Maultier und Rind verabscheute er heidnische Eschen' Winterfeld, melius n. f. Blume 'wie Unrat verachtete er die heidnischen Eschen und Maultiere und Rinder' sc. victimas.* 4, 2 *'durch die Verehrung Gottes ferngehalten vom Feuer der Welt'.* iugis *i. e.* iugibus *cf. ad rh. IX 12, 2.* 5, 1 *coniungas* metallum auri. — *Prov. 17, 3* sicut igne probatur argentum et aurum camino. *Petr. I 1, 7* ut probatio vestrae fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur. — Haec species *e. q. s. i. e. 'Haec probatio vestrae fidei speciem argenti (et auri) (super)scandit.'* 5, 2 *'glänzend weiss durch Verehrung des Dreieinigen' Blume, 'zu dreien malen strahlend (befunden)' Winterfeld.*

6. Iam calcatis pronis saecli — inbreae perfusus frigido,
Cui praemium in illa prestit — requiem post supplicium.

7. Hunc relinquent tristia letum, — suscipiunt prospera mitem,
Mundus caret ut naufragum, — caeli recondent acolam.

8. Felix militiae devotae — sumsit hinc incola culmen:
Obtinuit athleta castris — bradium in secula nomen.

9. Noctis obumbrat vultibus, — serenum staurat speculum;
Et priscam sordis auribus — olli clarescit exetram.

10. Clodis † pedatum rituque recipere — redde tonantis attico,
Torpentibus nervis per artus — squatit cruor egelidus.

11. Solutis mox cunctis nexibus — vincla confringit ferrea;
Quae sacris parent iussibus, — laeta patent ergastula.

12. Ftartus mundus renovatus — iam cesso tartarecola
Immensas avere Christe laudes — te patrante cogitur.

6, 1 saecli *Z, corr. Winterfeld* in^{m}bre// *Z,* inbreae *fuisse videtur* 6, 2 illa *(om.* in*) Blume* praestat *Blume* 7, 1 **f.* mitem prospera, *nam* prospera mitem *clausula hexametri est, cf. 8, 1* incola culmen, *8, 2* secula nomen tritia^{s}, *ss. m. 1, Z* 7, 2 accolam *Blume; hexametrum rhythmicum esse Winterfeld opinatus est cf. ad 8, 1 sq.* 8, 1 devota *Z, corr. Blume* **f.* culmen incola *(sed attende concentum* culmen . . nomen*)* 8, 2 **f.* nomen in secula bradiùm, *i. e.* bradium *in* brauium *corr. Z* 9, 1 *sq. versus Ambrosianos rhythmicos esse putat Winterfeld, ego verborum ordinem mutatum esse arbitratus transponere maluerim* vultibus obumbrat *et* auribus sordis, *quamquam haud mediocriter in eo haereo, quod eaedem clausulae metro contrariae in str. 11 exstant* (nexibus cunctis? iussibus parent?). *Eundem, qui str. 14 addiderit, etiam str. 9 et 11 ad leges strophae Ambrosianae correxisse W. Meyer coniecit* obumbrat, *Blume* 10, 1 pedatum itumque reddet ovanti arthritico *coni. W. Meyer;* clodis pedatum reddere nutu tonantis satagit *Winterfeld, sed mihi non persuasit, cum Ambrosianos ab hoc carmine alienos esse credam* tonantis auxilio *coni. Lehmann* 10, 2 squalit cruore gelidus *Z: corr. W. Meyer* 11, 1 mox *del. Blume, de Ambrosiana stropha cf. ad str. 9* 11, 2 laeta: **f.* late 12, 1 mundum renovat *Z: corr. W. Meyer* 12, 2 immenses ave Christi laudes *Z:* agere Christe *Blume,* avere *i. e.* habere *Vollmer* *post* patrante *lacuna trium litterarum, sed nihil erasum*

6, 1 *Cum iam 4, 2 mundus cum igne comparatus sit,* pronis *non ad* pronus *(*prona = *die abschüssige Strasse der Welt), sed ad* pruna *pertinere Winterfeld intellexit; apte confert W. Meyer Prov. 6, 28* numquid potest homo .... ambulare super prunas, ut non comburantur plantae eius? *Fortunat. pros. ed. B. Krusch 68, 26* calcato viciorum fomite. imbreae: *cf. Winterfeld ad Eugenium Vulg. supra p. 415, V 5.* frigido imbreae *'ward er genetzt von der Kühle des Regens'. Aliter Fortunat. carm. II 16, 14* calcatis spinis promeruisse rosas. 6, 2 prestit *i. e.* praestet *sc.* deus. i *pro* e *more Merovingorum cf. ad rh. II 6, 2.* 7, 1 relinquent .. recondent *i. e.* relinquunt .. recondunt: *cf. rh. XXXIX 29, 1* exilent, *XXXVIII 6, 2* dispicent *et ad rh. VIII 4, 1. Fortunat. pros. 68, 25* tolerans in adversis, mitis in prosperis. 7, 2 *'die Welt muss ihn wie einen Schiffbrüchigen entbehren'. Fortunat. carm. II 16, 5 sq.; carere c. acc. cf. rh. XXXV 4, 2* 8, 1 militiae: *cf. ad 1, 1: 'so (hinc) hat er den Höhepunkt seines ergebenen Kriegsdienstes erlangt'.* 8, 2 bradium *(pro* bravium*): Goetz, Thesaur. gloss. emend. I 150^{b}. Blume, An. hymn. LI 322, 12, 1.* 9, 1 noctis *i. e.* nox, *cf. ad rh. VII 13, 1.* vultibus *pro* vultus: *cf. ad rh. IX 2, 4. Enuntiatum conditionaliter accipiendum:* si nox obumbrat. staurat *i. e.* restaurat. *Fortunat. carm. II 16, 29. 68 de caeco.* 9, 2 *de* sordis *i. e.* surdis *sanatis poetam agere apparet, errat igitur Blume, cum vertit 'den altehrwürdigen Lehrstuhl lässt er wieder helle Lehren ergiessen in die damals tauben Ohren'; melius Winterfeld 'und tauben Ohren macht er den alten Gehörgang klar (wie er) ehemals (war)' cf. gloss. apud Du Cange* exedera: camera secreta *(Vollmer). Fort. pros. 71, 22* damnatis aurium dudum aditibus surdus quidam occurrens ... 10, 2 squatit *i. e.* scatet. *Fortunat. carm. II 16, 115* mobilis ergo venit digitis torpentibus umor et dispensatus fluxit in ungue vigor. 11, 1 *Fort. carm. II 16, 78* mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt, *prosa 72, 10* vasta conpedum vincla confringit. 12, 1 *i. e. φθαρτός cf. Fort. pros. 71, 3* daemonii graviter oppraessus infestatione.

13. Duplum reddidit hec talentum, adeptus arcem possedit,
Iugis salus est egrorum et sanis praesidium.

[14. Gloria ⟨sit⟩ deo patri
et Christo unigenito
Una cum sancto spiritu
in sempiterna secula.]

Chilbericus rex conposuit istud ymnum.

II.
ITEM YMNUS SANCTI MEDARDI.

1. Ymnum laudis, Medarde, tibi corda canamus habitu:
Decet enim semper rectis pia conlaudatio.

2. Opere nimphe nanctus bonus episcopus effectus es,
Pastoralem curam agens inreprehensibiliter.

3. Forma commissi gregis factus pastor pius inopum
Viduas pupillos atque non pigri sollicitans.

4. Precipuus utique sanctitate, largus elemosinis,
Doctrinae divinae verbis claruisti populis.

5. Magnam parvae pectore gestans fidem granae sinapis
Magnarum, sancti, virtutum fulsisti miraculis.

6. Clarum lumen reddens caecis, gressum claudis sospitem,
Debilis manus restaurasti per tua oramena.

13, 1 reddit *Blume* haec (= hec *i. e.* hic) *Z*, hec *Winterfeld* 14, 1 sit *om. Z* 14, 2 Christo sit *Z, corr. Winterfeld* 14, 3 cu *Z* 14, 4 *post* secula *in codice haec sequuntur* Chilbericus rex conposuit istud ymnum. ingenium querit qui uiribus non potuit *(hexameter corruptus,* non relevatur *coni. Vollmer)* disperata salus certior *(*dulcior *Fort.)* esse solet *(Fortunat. carm. II 16, 114).* deus omnibus paratus est dare, sed pauci digni sunt accipere. da potestatem et probas persona. humilitas falsa ingeniosa famosis tendit miseros artes. de comedente exiuit cybus et de forte est egressa dulcedo *(Iudic. 14, 14), quae verba duas strophas efficere opinabatur Winterfeld, a carmine omnino segreganda esse W. Meyer apud Winterfeldium p. 79 evicisse videtur.*

II *Z f. 66r. Primus edidit P. de Winterfeld, Z. f. d. A. XLVII 80. Blume, An. hymn. LI 206. Ego denuo contuli. Notas addidit W. Meyer, Nachr. d. Göttg. G. d. W. 1908, 38* 1, 1 chordae *coni. Winterfeld,* chorda canamus ac voce *Blume* obito *i. e. mortuo coni. Vollmer* 2, 1 opus nempe nanctus bonum *Blume, sed* nanctus *cum W. Meyer passive accipi oportet = befunden* 3, 1 Norma *coni. W. Meyer* commissis *Z, corr. Winterfeld* 4, 1 precipuus sanctitate utique Z^1, precipuus utique sanctitate Z^2 utique *delendum?* 4, 2 doctrina diuina *Z, corr. Winterfeld* 5, 1 magna *Z, corr. Winterfeld,* magnā parvae pectore gestans fide grana sinapis *coni. W. Meyer* 6, 2 manibus *Z, corr. Winterfeld* ora moena *Z, corr. Winterfeld*

13, 1 *Matth. 25, 15 sq.* possedit *i. e.* possidet *cf. ad rh. II 6, 2.* 14, 1 *sq. Haec doxologia multis hymnis adnecti solet.*

II *Schema 8 – ◡ + 7 ◡ – bis repetitum singulas strophas efficit. Multi versus corrupti. Prior versiculus 9 syllabarum duodecies, 10 syll. 10, 1, 11 syll. 4, 1 et 13, 2? Alter versiculus 8 syllabarum undecies, 9 syll. ter. Clausulam in 8 – ◡ correxit W. Meyer 9, 2. Clausula in 7 – ◡* Olimpho *14, 1. Synizesis 13, 2 (an* viventum*?), 17, 1. Assonantia rara. 12 fere hiatus.* 2, 1 nanctus *sensu passivo: cf. ad rh. VIII 19, 1.* nimphe *i. e.* nempe: *cf.* Olimpho *14, 1 et ad 6, 2.* 3, 2 atque *postpositum.* pigri *i. e.* pigre: *cf. ad 6, 2.* 5, 1 parvae . . granae *i. e.* parve . . grane = parvi . . grani: *cf. ad 6, 2. Matth. 17, 19* si habueritis fidem sicut granum sinapis. 5, 2 sancti: *cf. ad 6, 2,* 6, 1 *sq. cf. Fortunat. pros. ed. B. Krusch p. 71—72.* 6, 2 oramena: e *pro* i *et* i *pro* e *more aevi Merovingici cf. 2, 1* nimphe, *3, 2* pigri, *5, 2* sancti, *8, 2* reddibas, *9, 2* habetus, *rh. I 6, 2* prestit *al.*

7. Demonia ab obsessis — procul fugans corporibus
Medelam dedisti egris — invocato Christi nomine.

8. Pellens varios languores, — vincla resolvens febrium,
Usuque in redivivo — membra reddibas omnia.

9. Mundo licet crucifixus, — pollens tamen corpore,
His et aliis insignis — virtutibus es habetus.

10. † Modo scilicet beata — fretus et angelica
Potioribus daret vita — assiduae insinuos.

11. Tibi vox a deo data — est gemine dulcedinis:
'Euge, euge, serve bone, — prende celsa gaudia;

12. Supra pauca fideli cultu — egisti quia servitium,
Constitueris super magna — perenniter negotia'.

13. Spiritu pauper, corde mitis — fuisti in seculo:
Viventium terra celsum possessa — regnum promereberis.

14. Angelicus ergo chorus inter — letaris dum in Olimpho,
Pro nobis tibi subiectis — deprecare seduli.

15. Nec amenae tuae, pie, — paradisi epulae
Nosmet ymnis te laudantes — seducant memoriae.

16. Nostrum semper recordare — et pro nobis iugibus
Qui sanctus, dominum, exaudit, — interpella vocibus.

17. Gloria ⟨sit⟩ patri, filio — atque sancto spiritu,
Deo pio, qui ita sanctus — coronat in perpetuo.

7, 1 **f* ab obsessa . . . corpora? 7, 2 medellam *Z* invocato numine *coni. W. Meyer, an* *Christi nomen invocans? 8, 2 reddibas *Z*, reddis *Blume*, reddens *coni. W. Meyer* 9, 2 uirtutibus insignis es hab. *Z, corr. W. Meyer*, ⟨pro⟩ has et alias virtutes insignis e. h. *coni. Winterfeld* habetus m_1, habitus m_2Z 10 modo caelesti beatus frueris angelica potiori datus vita, assides convivio *coni. Blume comparato 15, 1* paradisi epulas fretus: Christus *coni. Lehmann* modo sc. beatam Christus et angelicam vitam daret assidue potioribus in sinus *(sc.* Abrahae*) Vollmer* 11, 1 data: dicta *coni. Winterfeld* germine *coni. W. Meyer* 11, 2 pene *Z*, prende *coni. Blume*, pete *vel* tene *coni. W. Meyer* 12, 2 perenniter et ingentia *Z, corr. W. Meyer coll. Macc. I 10, 35 (II 10, 11)* constituentur super negotia regni. 13 viventum terra celsum posthac regnum *W. Meyer*, in viventium terra *(*possessa *omiss.) Blume* 15 nega menti tuae piae . . . epulas . . . sedicant memoriae *Z, corr. W. Meyer (idem coni.* Nec a mente tua, pie . .*); forma* epulas *pro nominativo* fortasse *retinenda est cf. ad rh. V 12, 1* 16, 2 dominum qui sanctos audit *Blume* quae . . . interpellat *Z, corr. Winterfeld* 17, 1 *sit *om. Z legas* filjo, filioque *Winterfeld* 17, 2 q: ita sc̄s *Z* coronas *Z, corr. Winterfeld* et *del. Winterfeld*

8, 1 Pellens: *participium pro verbo finito accipiendum esse puto.* 9, 1 Mundo crucifixus: *intellego* der Welt abgestorben. 11, 1 *sq. Matth. 25, 21* euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. geminae *igitur* duobus servis factae *cf. Matth. 25, 21 et 23.* 13, 1 *sq. Matth. 5, 3 sq.* beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. 14, 1 angelicus chorus inter *i. e.* angelicos choros inter: u *et* o *more Merovingici aevi permutantur velut 16, 2* sanctus *pro* sanctos, *rh. XV 6, 4* tundendum, *XV 12, 4* putando *al.* 15, 1 *sagacissime W. Meyer versum restituit: precatur poeta, ne vir sanctus in paradisi gaudiis sui obliviscatur.* 16, 2 sanctus: *cf. ad 14, 1*

III.

VERSUS DE IUDIT ET OLOFERNUM.

1. Anno tertio in regno cum esset et decimo,
Nabuchodonosor coepit excitare proelia
Contra gentes atque regna usque Hierosolimam.

2. Olofernum accersivit principem militiae;
'Exi', ait, 'contra gentes occidentis proelia,
Manus tua nulli parcat nec indulgeat gladius'.

3. Tunc vocavit Olofernus duces et satellites,
Magistratus et tribunos, cunctos sagittarios;
Debellatas multas gentes venit ad Bethuliam.

4. Hac in urbe Iudeorum erant multitudines,
Deum cęli adorabant, salvatorem omnium,
Respuebant Oloferni fortiter imperium.

5. In ieiunio et fletu et in saccis asperis
Erat populus afflictus, precabatur dominum,
Ut de manu hostis suos liberaret famulos.

III *Str. 1 — c. 50 in* V_1 *in f. 14*^{r}*—19*^{v} *rescriptis cf. supra p. 450, str. 1—11. 49 in* V_2 *f. 63, str. 1—12* **P** *f. 135, str. 44—50 in* **B** *f. 1 (litteris valde detritis). Ex* **P** *edidit Du Méril, Poésies popul. lat. 1843 p. 184, ex* PV_2**B** *E. Duemmler, Z. f. d. A. XXIII (1879) p. 266. Titulus deest* V_2, *legi non potest* V_1, **HOLOFERNEM P* 1, 1 tercio *P* essed *P* decimus V_2 *Duemmler* 1, 2 nabuchodosor V_2 cepit *P* 1, 3 hierosolima V_2 2, 1 Olofernem V_2, Holofernem *P*, *sed 11, 1* holofernus *P*, *4, 3* holoferni V_1, holoferni *(s erasa) P*, *6, 1* Olofernus V_1, *11, 1* Holofernus V_1, *45, 2. 46, 2. 48, 2* Olofernus, Olofernum *B*, *haec igitur forma recipienda esse videtur* milicię *P* 2, 2 occidentes PV_1, contra regnum occidentis V_2 2, 3 gladiu' *P* 3, 1 Holofernes *P*, Olofernis V_2 3, 3 De bellandas *P* bituliam *P* 4, 1 Hanc PV_1 iudęorum *P* erat multitudinem *P* 4, 3 Holoferni *(s erasa) P*, Olofernis V_2 imperium: in proelio PV_1 5, 2 deprecabant *P* 5, 3 ostis *P*

Ne quid dubium esse possit, omnia, quae A. Spagnolo in V_1 *legere potuit, hic adnotata sunt.* 1, 1 Ann . ter .. in .. esset 1, 2 nabuchodonosor ... tare prelia 1, 3 contra gentes atq . regna us .. hierosolimam 2, 1 Olofer ... pem ... 2, 2 .. ait contra gentes occidentes prelia 2, 3 ma .. s tua .. l .. parcat nec indulgeat g . s 3, 1 Tunc ahior conuocatur duces et satellites 3, 2 magistratos et tribunos cunctos sagitt .. 3, 3 Debellatas multas gentes uenit ad b . tulia 4, 1 Hanc in urbe iudeor .. erant multitudines 4, 2 dm̄ .. li . do . abant ... torem omnium 4, 3 respueba .. holoferni fortiter in prelio 5, 1 In ... nio et fletu ac in saccis asperis 5, 2 erat populus adflictus precabatur dn̄m 5, 3 ut de manu hostis suos liberaret famulos

III *Schema 8 _ ⏑ + 7 ⏑ _ ter repetitum stropham efficit. 8 _ ⏑ = 4 _ ⏑ + 4 _ ⏑ 42*^{ies} *fere. Prior versiculus enneasyllabus semel, alter octosyllabus bis, 47, 2 et 50, 3; 2, 3* indulgeãt, *47, 3* spolja *legendum est. Clausulae purae. Concentu syllabarum terni versus numquam praeter doxologiam, bini passim ligantur. Hiatus permulti.* 1, 1 *Iudith 2, 1 sq.* Anno tertiodecimo Nabuchodonosor regis ... dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subiugaret imperio. 2, 1 *ibid. 2, 4 sq.* Quod dictum cum placuisset omnibus, vocavit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiae suae et dixit ei: Egredere adversus omne regnum occidentis et contra eos praecipue, qui contemserunt imperium meum. Non parcet oculus tuus ulli regno omnemque urbem munitam subiugabis mihi. 3, 1—3 *ibid. cap. 2—4, ubi Bethuliae nondum mentio fit.* 3, 3 debellatas multas gentes *constructio est absoluta velut rh. XL 3, 1* Adam plasmatus, *IV 43, 3* erumpente(s) lacrimas, *XV 8, 3* arreptum suum gladium *(fort. —um pro o ?)*, *XXV 22, 3* ascendentem, *XLII 2, 1* bellum peractum. 4—5 *ibid. 4, 1* Tunc audientes haec filii Israel ... timuerunt valde a facie eius *e. q. s.*

6. Quadam die Olofernus in furore nimio
Coepit dicere ad suos: 'Quis est iste populus
Aut que gens, que se non flectit nostri sub imperio?'

7. Tunc Achior sic ex illis unus coepit dicere:
'Si digneris me audire, tuum servum, domine,
Ego dicam veritatem, quid de illis sentio.

8. Est deus et non est fortis preter illum alius,
Cui semper serviebat ista generatio
Et absque arma triumphavit fortiter in proelio.

9. Nam pro illis decem plagis condempnavit Aegyptum,
Pharaonem mari rubro mersit cum exercitu,
Manna dedit in deserto et de petra flumina.

10. Quod si illi deo suo inoffense serviunt,
Notum tibi sit, quod illis nil nocere poteris,
Nisi eos deus suus pro peccatis deserat'.

11. Hoc audito Olofernus indignatus dixerat:
'Quia ausus es laudare Hębreorum populum,
Una hora te cum illis meus perdet gladius'.

12. Tunc Achior vinctum misit ad urbem Bethuliam,
Circumdabat eius rivos, fontes atque flumina,
Ut in siti Iudęorum perderet prosapiam.

6, 1 olofernis V_2, holofernes P 6, 2 cepit V_2 quis P iste: *ex* is *corr.* m_1 P 6, 3 atque gens quę P nostro PV_1 7, 2 seruum tuum P 7, 3 dico P quam de P 8, 2 cui seruiebat ante V_2 8, 3 Absque arma absque scuto triumphat in proelio P *i. e.* Absque arcu, absque scuto *Iudith 5, 16* triumphabeit V_2 9, 1 ęgiptum PV_2 9, 2 Faraonem P 10, 1 Sineoffensa P 10, 2 sit tibi P 11, 1 Quo P holofernus PV_1, olofernis V_2 11, 2 hebreorum P 11, 3 ora P perdat P 12, 1 bituliam P 12, 3 *in P sequitur* VERS' DE BELLA QVE FVIT ACTA FONTANETO.

Lectiones codicis V_1. 6, 1 quadam *(fol. perforatum)* olofernus in furore nimio 6, 2 coepit dicere ad suos quis est iste populus 6, 3 adque gens qui se non flectit nr̄o sub . mp . . o 7, 1 Tunc achior sic ex illis unus cepit dicere 7, 2 si digneris me audire tuum seruū dn̄e 7, 3 eg . dicam ueritatem qd̄ de illis sencio 8, 1 Est ds̄ et non est fortis preter illum alium 8, 2 cui semper seruiebat ista . . 8, 3 . . triumphabit fortite . 9, 1 N . m pro illis de . . . plagis . . dempnauit egyptum 9, 2 pha . . . mar . . rubru . mersit c . . xer . . . u 9, 3 m . nna dedit in deserto et d . p . . . flumina 10, 1 qd̄ . . ll . s . . . s . noffense ser . . 10, 3 . . suus p pec . . is . . . rat 11, 1 Hoc . . . itu holofernus . . . gna . us dixe . . 11, 2 qui . ausus es laud . . hebreorum populus 11, 3 una . . . . . is . . . s pe . . . gladius 12, 1 . . misit ad urbem beth . . 12, 2 . . dabat eius fines fon . . 12, 3 . . sitim iudeorum per . . . et prosapiam

6 *Iudith 5, 2 sq.* et furore nimio exarsit in iracundia magna vocavitque omnes principes Moab et duces Ammon et dixit eis: Dicite mihi, quis sit populus iste, qui montana obsidet, aut quae et quales et quantae sint civitates eorum . . . et quare prae omnibus, qui habitant in oriente, isti contempserunt nos et non exierunt obviam nobis, ut susciperent nos cum pace? 6, 2 coepit dicere *cf. 1, 2. 7, 1. 45, 3. IV 2, 4. 27, 3. 55, 2. V 8, 1. XXIII 4, 3 al.* 7 *ibid. 5, 5* Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens ait: Si digneris audire, domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto. 8 *ibid. 5, 9* unum deum caeli coluerunt, *quo cum loco cf. Iud. 5, 29* Nabuchodonosor deus terrae est et praeter ipsum alius non est *5, 16* ubicumque ingressi sunt sine arcu et sagitta et absque scuto et gladio, deus eorum pugnavit pro eis et vicit. 8, 3 triumphabit *pro* triumphavit *cf. ad rh. XV 11, 3* 9, 1 Aégyptum *cf. ad rh. IV 19, 1.* 11, 1 dixerat *cf. ad rh. VIII 8, 4.* 12 *ibid. 6, 7* Tunc Holofernes praecepit servis suis, ut comprehenderent Achior et perducerent eum in Bethuliam et traderent eum in manus filiorum Israel. 12, 2 *ibid. 7, 9* . . . pone custodes fontium, ut non hauriant aquam ex eis: et sine gladio interficies eos. . . . *7, 10* et constituit per gyrum centenarios per singulos fontes.

. . . .
44. . . . .
. . . .
Sed deintus nemo erat qui responsum redderet.

45. Adpropinquat, presumenter ostium aperuit,
Olofernum cruentatum sine caput repperit;
Scindit tunicam, cum fletu magno coepit dicere:

46. 'Una mulier nos dedit omnes in obprobrium;
Ecce iacet Olofernus truncus sine capite!'
Quo audito fugam lapsi unusquisque abiit.

47. Tunc exierunt Hebrei magno cum exercitu,
Persequentes percusserunt omnes in ore gladii,
Spolia capta diviserunt multitudo populi.

48. Deum caeli benedixit cum . . . . ecclesiis,
Qui percussit Olofernum principem militiae;
Iudith vero inter omnes laudaverunt feminas.

49. Ille deus, qui percussit tunc castra Assyrii
In virtute prevalenti et in forti brachio,
Perdat gentes paganorum incredulas domino.

45, 1 *presumentes *B* 46, 2 Olofernus *sic B*, Olofernos *Duemmler* 46, 3 fuga *coni. Vollmer; Fort.* fugam . . . . iniit *cf. Iud. 15, 4* in fugam ibant praecipites? lapsi *corruptum esse puto* 47, 1 Tunc Hebrei exierunt *coni. Ebert, malim* Tunc exierant Hebrei 47, 2 in ore *sic B*, more *Duemmler* 47, 3 popul *B* 48, 1 Deum *sic Duemmler, sed lectio perquam incerta est* cum |||||| ecclesiis *sic B, lectio* cum *certa est, ultima littera erasa* m *sive* n *esse videtur* 48, 2 Olofernum *sic B* 48, 3 *feminam *B* *str. 49 etiam in* V_2 *post undecimam stropham* 49, 1 dm̄ *B* contriuit V_2 percussit castraque assyrios *B* 49, 2 *preualentis V_2 qui *(lectio incerta)* uirtute sua magna *B* forte *B* 49, 3 paganorum a uestro introitu V_2 incredula *B, corr. Duemmler*

Lectiones codicis V_1. *Strophae 13—45 legi nequeunt.* 46, 1 Una mulier nos de . . . is p . . 46, 2 . . . sine capite 47, 1 . . ti sunt hebr . . *(lectio incert.)* 47, 2 *sq.* dus polia . . . pia . . . pop . li 48, 1 D 48, 2 . . . ent deq pec . . 48, 3 . . tam femin . . 49, 1 *sq.* asiriis . . us . . pa . . . et for . .

44 *sq. Iudith 14, 14* Sed cum nullum motum . . sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam et elevans eam vidensque cadaver absque capite Holofernis . . iacere super terram, exclamavit voce magna cum fletu et scidit vestimenta sua. 45, 2 sine caput, *at 46, 2* sine capite. 46 *ibid. 14, 16* . . et dixit: Una mulier Hebraea fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor, ecce enim Holofernes iacet in terra et caput eius non est in illo. . . . *15, 1* cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens et consilium ab eis, et solo tremore et metu agitati fugae praesidium sumunt. 47 *ibid. 15, 3* videntes itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos . . . *4* uno agmine persequentes debilitabant omnes, quos invenire potuissent . . *6* et persecuti sunt eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremitatem finium suorum . . *7* ingressi sunt castra Assyriorum et praedam, quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt et onustati sunt valde. 47, 1 exíerunt *pronuntiandum est cf. ad VIII 13, 3; an* exierant? 47, 3 diviserunt multitudo *ut 4, 1 (cod. P)* erat multitudinem, adorabant . . . respuebant. *rh. VIII 22, 1* canentes resonant militia. *LVIII 3, 1* captus . . . requirunt. 48 *ibid. 16, 22* et factum est post haec, omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare dominum . . . *16, 24* erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum, et per tres menses gaudium huius victoriae celebratum est cum Iudith. *16, 25* . . . et Iudith magna facta est in Bethulia et praeclarior erat universae terrae Israel. 49, 2 in forti br.: *cf. rh. LIII 13, 3. Ps. 88, 11. Sap. 16, 16 etc.*

50. Gloria et honor deo usquequo altissimo
Una patri filioque inclito paraclyto,
Qui cum ipso semper regnat simul cum sancto spiritu.

IV.
VERSUS DE IACOB ET IOSEPH.

1. Tertio in flore mundus adhuc dum pubesceret,
In decore iuventutis seculum pulchresceret
Atque proles subter omnes latos caeli cardines
Germinando pullularet humana feliciter,

2. Natus est homo in mundum, patriarcha nobilis,
Abraham dei amicus, puer fidelissimus;
Heber aurea de stirpe oriundus extitit,
A quo coepit Hebreorum diffamari populus.

3. Huic sterilis beata Sarra sanctum peperit
Filium, cui nomen dedit bonus dei angelus:
Clausus adhuc vulva matris Isaac vocatus est,
Quem in dei holocaustum pater iustus obtulit.

4. Hic Rebecca de coniuge Iacob, sanctum domini,
Habuit prolem, quem deus dilexit in specie;

50, 2 filioque quo *B*

IV *Str. 1—52 in* **B** *f. 1—6, str. 1—20 in* **Be** *f. 16—18, str. 1—9 et 11 in* V_2 *f. 59, str. 1—18 in* V_3, *str. 1, 2, 69* **F** *p. 84, str. 45, 3—69 in* **A** *f. 4 sq. Ex* **B** *edidit Du Méril, Poésies inédites du moyen âge 1854 p. 286, ex* **Be** *Hagen, Carmina medii aevi p. 84, ex* **B**, **Be**, V_2, V_3, **A** *ed. E. Duemmler, Z. f. d. A. XL 375. Titulus exstat in Be, erasus est in B* 1, 1 cum *BBe* V_2 1, 2 scĩm *B* pulcresceret *BBe* V_2 1, 3 adque V_3 prolem *F*, prole V_3, prole *in marg. add. manus recentior* vel prolis *Be* super V_3 late *F*, latus *Be* 1, 4 pullularet: *radendo corr.* pulularet *Be*, pullaret lu *ss.* m_1 V_2 umana V_3 2, 1 mundo V_3 2, 2 Abraam V_3 2, 3 Ebraea *F* aurea *sic etiam B* 2, 4 cepit V_2 V_3 Ebreorum V_3*F* populos V_3 3, 1 sterelis V_3 baeata *Be* sara *Be* V_2 3, 2 filjum *legendum est* nomen: *ss* dĩ m_2*Be* 3, 3 clasus V_3 3, 4 quę V_3 holochaustum V_2 4, 1 coniunge V_3 **f* de coniuge Rebecca; Iacob *s. l. add. Be* 4, 2 abuit V^3

50, 1 *Eadem doxologia cum monstroso vocabulo* usquequo *rh. V 14, 1. XXXV 13, 1—2.* 50, 2 filioque *i. e.* filio et

IV *Schema 8 _ ⏑ + 7 ⏑ _ quater repetitum singulas strophas efficit. 8 _ ⏑ saepe 4 _ ⏑ + 4 _ ⏑. Prior versiculus enneasyllabus 20, 1. In 8 _ ⏑ clausulae 12, 1* prodérunt, *67, 4* prodérit, *11, 3* advénit, *19, 1* venundátus, *46, 1* patímur, *24, 2* Pharáo, *4, 1* coniúge? *In 7 ⏑ _ 11, 3* presāgus, *22, 3* imāgo, *66, 3* diērum. *Synizesis 3, 2. Assonantia passim. Hiatus permulti.* 1, 1 *Beda De temp. rat. c. 66 (ed. G. p. 278)* Tertia mundi aetas a nativitate coepit Abraham patriarchae. 2, 3 *cf. gen. 10, 21. Isid. Et. VII 6, 23* Heber transitus. Etymologia eius mystica est, quod ab eius stirpe transiret deus nec perseveraret in eis translata in gentibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti Hebraei. *Ideo poeta epitheton* aurea *i. e.* egregia *adhibuit. De* 'aetate aurea' *eum cogitasse vix crediderim.* 3, 2 *sq. gen. 17, 19.* 3, 4 *gen. 22.* 4, 1 de coniuge Rebecca *conieci, haud scio num iure, cum clausulae impurae ab hoc rhythmo non prorsus absint velut in 7 ⏑ _ 11, 3. 22, 2. 66, 3. 55, 2 . . .* cepi *(?) In 8 _ ⏑ 11, 3* advĕnit, *12, 1* proderunt, *67, 4* proderit, *46, 1* patimur, *42, 3* sanusne est. *Sed nonnullae corrigendae sunt ut 42, 3. 4, 1? v. 11, 3 transpositis vocabulis* advenit *et* presagus *restitui potest*, prodérunt, prodérit, venundátus *poeta per decompositionem pronuntiasse videtur cf. ad 11, 3.*

Hic duodecim quaternis genuit de matribus
Filios, a quibus gens est Israel lectissima.

5. Qui beatus patriarcha filium carissimum
Genuit in senectute, Ioseph nomen indidit;
Quem dilexit super omnes natos singulariter.
Hic paternam relevabat senectutem iugiter.

6. Fecit illi pater suus tunicam talariam,
Vario polimitoque contextam de stamine:
Erat pulcher in aspectu, venustus in specie,
Lilii ad instar nitens, roseus ut rosula.

7. Hic in nocte soporatus presagum per spiritum
Vidit somnia, quae patri fratribusque retulit,
Quae invidiae tulerunt dictis seminarium
Odiique cum livore ministrabant fomitem:

8. 'Segetum albentes spicas putabam nos falcibus
Resecare, sicque meum ligatum manipulum
Stabat; vestros adorare conspexi fasciculos'.
Haec dicente corda fratrum altus dolor obruit.

9. 'Vidi solem atque lunam, sed et stellas undecim
Me in somnis adorare venerandis radiis'.
Ob quam causam duris eum pater dictis corripit,
Tacitus tamen rem clauso volvebat sub pectore.

10. His hoc modo gestis pater Ioseph carum filium
Accersivit et ad fratres, in pascendis gregibus
Ubi erant, iussit ire, ut sciret quid agerent
Ac salutis causam patri repedans exponeret.

11. Cumque eum fratres sui a longe prospicerent,
Recordati somniorum pleno dolo pectore:

4, 4 filius V_3 Israhel V_2V_3 electissima *B*, lectissima *Be*, letissima V_3 5, 2 Iosep V_3 5, 4 paterna *Be* reuelabat *BBe*, reseruabat V_3 6, 1 illi *sic etiam Be* tonicam *B* talyriam V_3 6, 2 polimite m_1, *corr.* m_2*Be* contexta BV_3 6, 3 aspetu V_3 venustus specie *(i. e.* especie*)* V_3 6, 4 liliis $BBeV_3$ ad insternitem V_3 7, 1 soperatus m_1, *corr.* m_2B 7, 2 uidi V_2V_3 somniumque V_2V_3, somniaque m_1Be, somniaq̃: *B* patrẽ *ss.* m_1B retulerit *B* 7, 3 qui *(i. e.* que*)* *B*, quem BeV_2V_3 invidie *sic etiam Be* retulerunt m_1, re *delev.* m_2Be dicti V_3 *an* *dicta? 7, 4 hodiis et V_3 ministrabat V_3 8, 1 Segetem habente V_3 faucibus V_3 8, 2 reseccare si que V_3 ligare manipulos V_2 8, 3 stabat *etiam in Be* conspexit fassciculos V_3 8, 4 dicentes BV_3 doloror V_3 9, 1 sed *om. B*, set V_3 9, 4 tacitis V_3 reclauso V_2, rem clauso *in* reclauso *corr. B*, recluso V_3, rem clausam *Be fort. recte* volebat V_3, vovebat, 1 *ss.* m_1Be in pectore V_3 10, 1 Iosep V_3 10, 2 acersivit V_3 fratres in pascendis gregibus, *distinxerunt Du Méril, Hagen, Duemmler* 10, 3 aggaret V_3 10, 4 salute causa V_3 patris *B* repetans *B*, repeten V_3 exponere V_3 11, 1 fratres eum sui *B* prospexerint *B* 11, 2 recordatis V_3 pleni V_3 dolo $BBeV_3$ pectoris V_3

5, 1 *sq. gen. 37, 3 sq.* Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos eo quod in senectute genuisset eum fecitque ei tunicam polymitam *(*variam *Hieron. quaest. Hebr. i. genes. Migne P. L. XXIII 1045), ibid. v. 23* tunica talari et polymita. 7, 1 *sq. ibid. 5* accidit quoque ut visum somnium referret fratribus suis, quae causa maioris odii seminarium fuit. . . . *8* haec ergo causa somniorum atque sermonum, invidiae et odii fomitem ministravit. 8, 1—3 *ibid. v. 7.* 8, 4 *ibid. v. 8.* 9, 1—2 *ibid. v. 9.* 9, 2 venerandis *i. e.* venerabundis 9, 3—4 *ibid. v. 10—11.* 10 *ibid. v. 12—14* Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem *e. q. s.* 11, 1 *ibid. v. 18* Et praeviderunt eum de longe *(*procul *Vulg.)* venientem *Ambr. d. Ios. cap. 3 Migne P. L. XIV 676 D.*

'Ecce,' inquiunt, 'advenit somniator presagus;
Hunc, venite, occidamus et celemus sanguinem.

12. Tunc videbit, quid proderunt illi sua somnia
Aut si vera retulerunt per visum auguria'.
Haec dicentes abstraxerunt tunicam polimitam
Et in lacum recluserunt innocentem puerum.

13. Haedi sanguine prepulchram intinxerunt tunicam,
Fraudulenta detulerunt seni patri nuntia:
'Hanc invenimus iacentem, vide, utrum ista sit
Tunica filii tui, an forte sit altera'.

14. Scindens pater vestimenta flendo dixit: 'Ista est
Tunica filii mei Ioseph dilectissimi;
Fera pessima comedit Ioseph, mala bestia,
Cani mei cum dolore descendunt ad inferos.

15. Heu me, fili mi Ioseph dulcis, amantissime,
Quem nec manu levi dudum passus eram tangere:
Modo tua delicata membra fera pessima
Cruentatis laniata devastavit dentibus.

16. Bestia te devoravit, fregit ossa tenera,
Inrigantibus medullis suxit undam liquidam,
Sanguis tuus bestiali refluxit in gutture,
Mira tua pulchritudo in deserto periit.

17. Heu me, fili mi Ioseph dulcis, amor unice,
Baculum meae senectae, patris consolatio,

11, 3 *f.* presagus somniator advenit 11, 4 nunc vevenite V_3 12, 1 Itun V_3 12, 2 ut V_3 si revera *Be* usum V_3 12, 3 pollimitam V_3 12, 4 remiserunt *Be* 13, 1 Haedis *B*, Edi *Be* V_2 sanguinem *BBe* perpulcra V_3 intinxe ... tunica V_3 13, 2 *sq. verba* fraudulenta — iacen *om.* V_3 tulerunt *Be* senis *B* 13, 3 te vide V_3 13, 4 *verba* tui — *14, 1* ista est *om.* V_3 14, 2 tunica: auntdin V_3 iosep V_3 14, 3 fere V_3 *verba* pessima — *14, 4* inferos *om.* V_3 14, 4 canes *B* 15, 1 *om.* V_3 Eu *B* meus Ios. *Be* 15, 2 *sq. in* V_3 *sic leguntur* passus era tangere beata a dilectissi feros heu me fili mi iosep dulcis 15, 3—4 ma modo fera pessima cruentata laniata deua ... V_3 16, 2 irrigantibus *Be* ungxit undas liguidas V_3 16, 3 bestialis *B*, noxialis V_3 fluxit V_3, refulsit *Be* gurgite *Be* 16, 4 mirra V_3 pulcritudo V_3 defecto (*ss. ut vid.* m_2) *Be* 17, 1 Eu *B* meus *Be* josep V_3 dulcis ///// amor (*eras.* dulcis) *B*, amator V_3 17, 2 meę *Be*, me *B*, que V_3 senectutis *BBe* V_3, *corr. Du Méril* patri *BBe*

11, 3 *gen. 37, 19. Exempla decompositionis haud rara sunt cf. rh. I 12, 1* renóvat *(?), IV 12, 1* prodérunt, *XI 3, 2* deprémit, *XV 14, 2* nescíunt, *LII 12, 4* regémat, *LIV 1, 3* adprémit, *XLII 1, 4* detúlit, *4, 5* inplícat, *19, 2* porrégit, *22, 2* occídat *cf. Bonnet, Le latin de Grégoire de Tours p. 486 sq. Meyer-Lübke, Gram. I 495, II 239 sq. Seelmann, Die Aussprache d. L. p. 58 sq.* 11, 4 *sq. ibid. v. 20* venite, occidamus eum et mittamus in cisternam veterem dicemusque: fera pessima devoravit eum. *Ambros. de Ios. cap. 3 l. l. 677 A:* et videbimus, quid proderunt somnia illius ... *(*et tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua. *Vulg.).* 12, 3—4 *v. 23 sq.* nudaverunt eum tunica talari et polymita miseruntque eum in cisternam veterem, quae non habebat aquam. *Ambros. de Ios. cap. 3 l. l. 679 B* lacum *legisse videtur, cum exponat:* lacus autem siccus erat. 13, 1 *cf. v. 31.* 13, 3 *usque ad 17, 4 cf. 37, 33 sq.* 14, 1 *cf. Ambros. de Ios. c. 3 l. l. 680 B* scidit vestimenta sua *(*Scissisque vestibus *Vulg.).* 14, 4 *gen. 37, 35* descendam ad filium meum lugens in infernum, *sed cf. gen. 42, 38 (44, 31)* deducetis canos meos cum dolore ad inferos. 15, 1 *Duemmler perperam ex Be scripsit* Heu me fili meus Ioseph, *sed* Heu *bisyllabum est. Exempla sunt innumera ut XI 8, 1,* laüs *ibid. 19, 1, XVII 8, 2* ceü, *XL 11, 2* Esaü, *12, 1* kaüs, *15, 1* Iesu, *16, 3* Saülum.

Lumen eras tu meorum oculorum geminum,
Tua mea refovebat pulchritudo viscera.

18. Cuncta mihi adfluebant tecum bona pariter,
Devenerunt in me mala te absente omnia;
Cum dolore modo lugens descendo in seculum'.
Hoc modo Iacob plorabat Ioseph multo tempore.

19. His peractis venundatus est Ioseph in Aegypto;
Innocens in lacum missus, propter quod nefarium
Non adsensit perpetrare opus, deum diligens.
Factus princeps est in terra Aegypti gratissimus.

20. In illo timuit peccare, cuius erat famulus,
Qui clementer eum sua circumcinxit gratia.
Pharaoni indicavit septem laeta tempora,
Septem tristia predixit post haec redeuntia.

21. Nam cum inter multos esset dampnatos in carcere,
Pharaonis vinifusor Ioseph refert somnium:
'Tres propagines florentes, tres uvas sub pampino
Vidi pendere in vite, pulchris cinctas gemmulis.

22. His expressis Pharaoni aureo in poculo
Obtuli bibendum'. Ioseph dixit: 'Haec est imago
Huius somnii: tres dies tres designant palmites;
Post tres dies honor tibi gradus datur pristini.

23. Cum feliciter hoc modo bene tibi fuerit,
Memor mei Pharaoni, obsecro, ut suggeras,
Quia furtim sum sublatus et hic absque crimine
Innocens in lacum missus; testem deum habeo'.

24. Post haec somnium Pharao vidit difficillimum;
Nullus erat qui obscura interpres ediceret;
Tunc pincerna, recordatus Ioseph, regi retulit,
Qualiter sibi futura indicasset somnia.

. . . . . .

17, 3 gemitu V_3 17, 4 metro fouebat pulcritudo V_3 18, 1 Lucta V_3 afluebant V_3, affluebant *Be* 18, 2 de uenerunt V_3 in *om.* V_3 abscente V_3 18, 3 discendo m_1, descendo m_2B saeculum *B*, in seculum: **f.* in loculum *cf. 66, 4. gen. 50, 25, vel* ad inferos, in foveam?, in sepulcrum *coni. Vollmer* 18, 4 iosep plorabam iacob multo tempore finit *(hic finiens)* V_3 plorabat: *inceperat* pro— *B* 19, 3 adsensit: *altera* s *ex* l *(?) corr. B* 20, 1 *cum novem syllabae in hoc carmine non admitti videantur, Roethe coni.* timet 20, 2 circum cinxit *B* 20, 3 Faraoni *Be* 20, 4 tristitia *Be* 21, 1 *hic finit Be* 21, 2 Pharaoni *B*, *corr. Du Méril* 21, 4 *in vite: per uisum *B* gemmulas *B*, *corr. Du Méril* 22, 1 expressi *B*, *corr. Du Méril* 22, 4 *gratus *B* pristinus *coni. Du Méril* 23, 4 lacu *B*, *corr. Roethe, cf. 19, 2* testes *in* testem *correxisse videtur* m_1B 24, 4 somnia: *f.* *omnia? *Nonnulla intercidisse censeo.*

18, 2 *cf. gen. 42, 36.* 18, 3 *sq. cf. gen. 37, 34 sq.* 19, 1 *cf. 37, 36.* Aégyptus *semper in clausula cf. 37, 1. 58, 1. 59, 3. 61, 3. 63, 1. 66, 1 (praeter 19, 4 et 27, 2). III 9, 1. VII 10, 2. VIII 6, 1. LXI 9, 5. 18, 1. 21, 4. 22, 4. sed* Aegýptum *LIX 9, 2.* 19, 2 *sq. cf. 39, 8 sq. 20.* lacum *pro carcerem cf. gen. 40, 15.* 19, 4 *cf. 41, 41. Series narrationis parum dilucida.* 20, 1—2 *cf. 39, 8 sq.* 20, 3 *cf. 41, 26 sq.* 21, 1 *sq. cf. 40, 1 sq.* 21, 2 *cf. 40, 8 sq.* 22, 2 *sq. cf. 40, 12 sq.* haec est interpretatio somnii: tres propagines tres adhuc dies sunt; post quos recordabitur Pharao ministerii tui et restituet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem iuxta officium tuum sicut ante facere consueveras. 23, 1 *sq. cf. 40, 14 sq.* 24, 1 *cf. 41, 1 sq.* Pharáo *cf. LX 14, 2.*

25. Iuxta haec predixit septem tempora fertilia,
Septem alia ventura fame laborantia;
Quam ob causam est adeptus anulum et purpuram,
(Tor)quem auream in collo et sceptrum in dextera.

26. Fecit eum deus caeli summum terrae dominum.
Multa nimirum frumenta recondit in horreis,
Quibus postea prudenter mundi famem reppulit
Et famosam adquisivit gloriam per secula.

27. Iam ut fixa probaretur coniectoris veritas,
Omnis Aegyptus et cuncta Chanaan confinia
Famis coepit consummari valide penuria;
Ad Ioseph omnes emendi confluebant gratia.

28. Inter alios et Ioseph fratres cum pecunia
Advenerunt, ut mercari potuissent triticum:
Qui videntes Ioseph proni super terrę faciem
Supplici adoraverunt cum timore pectore.

29. Tunc Ioseph ilico verbis adlocutus fuerat:
'Esse vos exploratores huius terrae video'.
'Non est,' inquiunt, 'ut noster est locutus dominus,
Sed simpliciter hic tui advenerunt famuli;

30. Uno geniti de patre nos quoque duodecim
Fuimus nam tui servi: est cum patre minimus,
Cuius frater uterinus dudum raptus periit
Et extunc usque in presens iam nusquam conparuit'.

31. 'Non est ita, sed ut dixi, vos falsa loquimini,
Per salutem Pharaonis huius terrae minima
Vos venistis explorare. Sic vos probo simplices,
Si germanum ad me vestrum adducatis minimum.

32. Nam ex vobis unus strictim religetur vinculis,
Donec minimus hic vester germanus adveniat;
Alioquin meam numquam vos videre faciem
Poteritis, nisi vester hic frater advenerit'.

33. Simeon artius vinctus missus est in carcerem,
Ceteri, asinis gratis oneratis tritico,
Cum pecuniis in saccis ad patrem reversi sunt,
Mox per ordinem narrantes omnia quae gesta sunt:

25, 4 torquem *Du Méril*, quem *B (sed in codice nil erasum est, spatio unius litterae vacuo relicto)* 26, 4 gloria *B, corr. Du Méril* 27, 2 chananeae *B, corr. Du Méril* 28, 3 terrę/ *B* 30, 1 unigeniti *B, corr. Roethe* quoque: quique *coni. Du Méril*, quippe *(vel* quondam*) Roethe* 33, 1 est: es *videtur fuisse B* 33, 2 triticum *B, corr. Du Méril*

25, 1 *cf. gen. 41, 29 sq.* 25, 3 *cf. v. 42 sq.* 26, 2 *ibid. v. 47.* 27, 1 *sq. cf. v. 54 sq.* 27, 2 *cf. 42, 5;* cuncta confinia *pro nom. sing. acceperim.* 28, 1 *sq. ibid. 42, 3.* 28, 3 *cf. v. 6; coniungas* supplici pectore. 29, 1 *sq. ibid. 42, 9 sq.* simpliciter: *cf. gen. 42, 11* pacifici, *cf. v. 32.* 30, 1 *ibid. 42, 11* omnes filii unius viri sumus: *ibid. 32* duodecim fratres uno patre geniti sumus; unus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. 31—32 *cf. v. 14—16. 33.* 31, 2 minima *pro* infirmiora *positum esse videtur; sed fort. corruptum est cf. 30, 2* minimus, *31, 4* minimum *(Lehmann).* 33 *cf. v. 25—29.*

34. 'Dure nobis est loquutus valde terrae dominus,
Esse nos exploratores putabat falsiloquos,
Nos infirmiora terrae aestimans perpendere,
Prius quam nostram resciret lineam propaginis'.

35. Ad quos pater tristi corde cum merore dixerat:
'Vos in meam haec fecistis taliter miseriam,
Ut vos fratrem diceretis habere nunc alium;
Meos canos laceratos ducetis ad inferos.

36. Simeon est religatus captivus in vinculis,
Ioseph meus non est super filius carissimus,
Beniamin auferetis: in me mala omnia
Devenerunt, ecce ego ero absque liberis'.

37. Inter haec ingravescente fame super Aegyptum
Ac per omnes circumquaque regiones valide,
Iacob rursus accersitis dixit suis filiis:
'Quur non itis et adfertis, ut vivamus, triticum?'

38. Cui illi: 'Nos ad tantum non audemus dominum
Absque nostro ire fratre, sic enim locutus est:
Nisi venerit vobiscum frater vester minimus,
Meam faciem videre non potestis amplius'.

39. 'Tollite ergo vobiscum munera in manibus,
Optimis de terrae ferte fructibus et pergite;
Deus meus illum vobis faciat placabilem,
Hunc et eum qui tenetur resolvat de vinculis'.

40. Inclinavit Iacob senis caput, super lectulum
Ingemescens, effluebant supra modum lacrimę,
Lugens ambos post haec suos filios pulcherrimos,
Beniamin atque Ioseph, uterinos soboles.

41. 'Ecce ego sum orbatus duobus de liberis,
Ioseph mortuus est meus delicatus filius,
Beniamin abstulistis tenerem infantiae,
Multis morior adflictus quapropter angustiis'.

42. Cumque in secundo fratres obvenissent undecim,
Ioseph fusi super humum adorabant pariter.
Quibus ille: 'Estne sanus pater vester senior,
De quo mihi dixeratis, vivit usque actenus?'

34, 2 falsi locus *B, corr. Edw. Schroeder* 34, 3 aestimam: *i. e.* aestimamus *B, corr. Du Méril* 35, 1 **f.* tristis cordis cum merore *cf. Hrots. Bas. 109; vel* tristi cordis cum merore 35, 2 miseria *B, corr. Du Méril* 36, 3 Beniámin *pronuntiandum est, hoc nomen semper tetrasyllabum est cf. 40, 4. 41, 3. 52, 3. 58, 4* 39, 4 Hunc &tum *B*, Hunc etiam *Du Méril*, Hunc et eum *Duemmler. Poeta dicere videtur* Hunc remittat et eum .. resolvat *cf. gen. v. 14.* 40, 4 uterinas *scr. Du Méril* 41 2 delicatus: dilectus *in* delicatus *corr.* m_1B 41, 3 teneris *coni. Du Méril* 41, 4 quampropter *B, corr. Du Méril* 42, 3 *sanusne est *B*

34, 1 *sq. v. 30 sq.* 35, 1 *sq. cf. 43, 6* in meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei et alium habere vos fratrem. 35, 4 *cf. 42, 38* deducetis canos meos cum dolore ad inferos. 36 *cf. 42, 36.* 37, 1 *cf. 43, 1 sq.* 38, 1 *cf. v. 3.* 39, 1 *sq. cf. v. 11.* 39, 3 *sq. cf. v. 14* deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: et remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet et hunc Beniamin. 40. 41 *desunt in genesi, at cf. str. 35. 36.* 40, 1 senis *i. e.* senex *cf. ad VII 13, 1.* 42, 1 *sq. cf. 43, 26 sq.* 42, 3 *cf. v. 27* salvusne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? adhuc vivit?

43. 'Vivit', inquiunt, 'est sospes tuus servus, domine'.
'Iste iunior est vester frater?' dixit: 'Fili mi,
Deus tui sit misertus!' Erumpentes lacrimas
Non se poterat celare, flevit in cubiculo.

44. Post haec iussit preparare prandium meridie,
Fratres suos invitavit cunctos ad convivium.
Ioseph moram faciente preparabant munera,
Ut ferentes eius forte demulcerent animum.

45. Tristi corde loquebantur territi ad invicem:
'Ut involvat in nos grandem hoc facit calumniam
Propter illam, quae in nostris antea marsupiis
Est pecunia inventa callide reposita'.

46. 'Merito haec nunc patimur', Ruben dixit fratribus,
'Eo quod nostro in fratre graviter deliquimus;
Dixi vobis tunc: Nolite peccare in puero!
Sanguis eius en districte innocens exquiritur.

47. Multis eum videbamus oppressum angustiis,
Quando nos deprecabatur voce lacrimabili;
Nos inmites et crudeles non ei pepercimus,
Idcirco super nos venit ista tribulatio'.

48. Venit igitur tunc multo Ioseph cum obsequio,
In sedilibus paratis dignanter recubuit;
Undecim cum eo fratres convivantes pariter
Comedebant et bibebant cordis in laetitia.

49. Post haec dixit Ioseph sui domui preposito:
'Imple saccos usque summum tritico per ordinem,
Sciphum meum iunioris pueri in sacculo
Abditis reconde granis et abire precipe'.

50. Cumque illi abeuntes ceptum iter carperent,
Citius hos insecutus furti eos arguit:
'Cur pro bonis meo mala reddidistis domino?
Sciphum,' inquit, 'rapuistis clam eius argenteum'.

43, 3 *tuus *B* *erumpente lacrimas *B*, erumpens in l. *Du Méril*, erumpebant lacrimae *Roethe ex gen. 43, 30*, erumpente lacrima *Vollmer* 44, 3 mora *B*, *corr. Du Méril* 44, 4 ferentur *B*, *corr. Du Méril* 45, 3 *hic incipit A* illa *A* quam *BA* 45, 4 *an* pecuniam? *str. 46—47 post 32 transponendas esse Vollmer monet, 45—47 interpolatas esse Polheim censet, ego poetam consulto ordinem narrationis permutasse credo* 46, 3 puerum *Duemmler, sed cf. 20, 1* in illo 47, 3 illi non *A (litteris evanidis)* 48, 1 multo *(m littera detrita) A* 48, 2 **f.* sedibus in separatis? *cf. gen. 43, 32* quibus appositis, seorsum Ioseph et seorsum fratribus 49, 1 suae *A* 50, 2 insecutos *BA*, *corr. Du Méril* furtim *BA*, *corr. Du Méril*

43, 1 *cf. 43, 29* attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suum uterinum et ait: iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. *30* festinavitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, et erumpebant lacrimae; et introiens cubiculum flevit. 43, 3 *de participio absoluto cf. ad rh. III 3, 3.* lacrimas: *cf. ad rh. V 3, 2.* 44, 3 *cf. 43, 25.* 45 *cf. v. 18.* 46, 1 *sq. cf. 42, 21 sq.* 46, 1 patímur: *cf. ad rh. XVII 17, 12.* 47 *cf. 42, 21.* 48, 1 multo c. obs. *mit grossem Gefolge cf. gen. 43, 32.* 48, 4 *cf. 43, 34.* 49, 1 *sq. cf. gen. 44, 1 sq.* 50, 1 *sq. cf. gen. 44, 4 sq.*

51. Quo audito obstupentes consternati dixerant:
'Absit hoc a servis tuis, non est ita, domine,
Nam in cuius sacco sciphus inveniri poterit,
Erit ille et nos omnes servi terrae domino'.

52. 'Fiat,' inquit, 'iuxta vestram quapropter sententiam.'
Perscrutatis horum cunctis siquidem sarcinulis
Beniamin est inventus sciphus in marsupio:
'Iste meus erit servus, vos abite liberi'.

53. ⟨Omnes⟩ pariter cum fletu vestimenta scinderant,
Rur⟨sus a⟩d Ioseph reversi cum timore nimio
⟨Sunt⟩ prostrati super terram; quibus ille dixerat:
'N⟨on i⟩nvicem mihi bonam reddedistis gratiam.

54. An n⟨esci⟩tis, quia mei non est alter similis
In auguriis seu rebus archanis et mysticis?
Liberi vos nunc abite, deum ego timeo,
Ille meus erit servus, furti qui est noxius'.

55. Dixit Iudas confidenter: 'O⟨ro⟩ meo domino,
Ego ero servus tuus . . . . . cepi.
Pro hac causa . . . . . noxiali crimine
Ego in meo sum patre reus omni tempore.

56. Absque hoc non potest pater vivere puerulo,
Non ad eum possum modo reverti, ne videam
Mori senem cum dolore nec testis miserię
Huius existam infelix ego tam crudeliter'.

57. Haec dicente erumpebant vehementer lacrimę,
Non se poterat iam ultra cohibere, protinus
Voce magna exclamavit, retulit cum lacrimis:
'Ego sum en,' inquit, 'Ioseph frater vester iunior.

58. Ego sum, quem vindedistis iam dudum in Aegyptum;
Vivit adhuc meus pater, adhuc vivit senior?'
Super singulos amare flevit, dedit oscula,
Beniamin super collum flevit amarissime.

51, 1 dixer' *A* 51, 3 nam in *litteris detrit. A* saccum *BA, corr. Roethe* sciffus *sic semper A* inuenire *B, corr. Du Méril* 51, 4 omnes *om. B* 52, 1 uestra quapropter sententia *B* 52, 2 persrutatis *A* sarciculis *A* 52, 4 iste *oblitterat. A* libere *A, hic finit B* 53, 1 omnes *oblitterat. A* 53, 2 rur⟨sus a⟩d *supplevit Duemmler, item 53, 3* ⟨sunt⟩, *53, 4* n⟨on i⟩nvicem, *54, 1* n⟨esci⟩tis 55, 1 o⟨ro⟩ *suppl. Duemmler, dubito num recte,* oro meus domine *coni. Roethe, sed cf. ad 15, 1* 55, 2 *plagula rescissa altera pars versus periit, sed ad extremum versum 55, 1 clausula versus 55, 2* cepi *addita est. Quare dubito, num liceat cum Roethio supplere* qui in me recepi hunc *(gen. 44, 32)* 55, 3 pro hac causa noxiali crimine *sine lacuna A, sed post* causa *parva hasta discernitur, fort. igitur in margine aliquid additum erat;* non reducti *coni. Vollmer,* alioquin *(cf.* nisi reduxero eum *Vulg.) add. Roethe,* me obstringam *Schroeder* 58, 1 Egyptum *sic semper A*

51, 1 *sq. cf. 44, 9* . . et nos erimus servi domini nostri *Vulg., sed Augustin. Locut. de gen. I. Migne XXXIV 500* nos autem erimus servi domino nostro. 52, 1 *sq. cf. 44, 10—12.* 53, 1 *sq. cf. 44, 13 sq.* 54, 1 *sq. cf. 44, 15.* 54, 3 *cf. 44, 17.* 55, 1 *cf. 44, 18* accedens autem propius Iudas confidenter ait: oro, domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, et ne irascaris famulo tuo. — *32* ego proprie servus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem et spopondi dicens: nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. 56, 1 *sq. cf. 44, 34.* 57, 1 *sq. cf. 45, 1 sq.* 58, 1 *cf. 45, 4.* 58, 3 *v. 14. 15.*

59. 'Vos flexistis hoc in malum, deus iustus, paciens
Vertit illud nunc in bonum. Nolite pavescere!
Pro salute vestra deus misit me in Aegyptum,
Dei hoc, non vestrum fuit peractum consilio.

60. Ite, meam nuntiate meo patri gloriam!
Adhuc restant quinque anni famis ⟨in⟩ inopia;
Ad me ⟨veniat⟩ festinus, ego ⟨fratres nu⟩triam,
Sua simul eum pascam cuncta cum progenie.'

61. Donis optimis d⟨itati⟩ ad patrem reversi sunt,
Cumque ante senem omnes adstetissent, dixerant:
'Ioseph vivit, ipse regnat super ⟨cunctam⟩ Aegyptum,
Ipse dominus est terre, ipse regit populum'.

62. Quo audito quasi gr⟨avi⟩ de s⟨omno⟩ surrexerat,
E⟨ius spiritus⟩ revixit, ⟨et⟩ sedens in lectulo
'Vadam' inquit 'et videbo dulcem meum filium,
Antequam ad ima ruam seu priusquam moriar'.

63. Ob hanc causam Iacob senis discendit in Aegyptum
Cum familia et cuncta simul suppellectile,
Cum filiis, filiabus caris cum uxoribus;
Ioseph turbis constipatus fuit ei obvius.

64. Irruit Iacob in collo Ioseph strictim, basia
Dulcia impressit ori, dixit: 'Letus moriar,
Quia merui videre, fili, tuam faciem'.
Flebant ambo multo quidem compellente gaudio.

65. Iacob postea in bona senectute positus
. . . . . .
Benedictis suis cunctis filiis per ordinem.
Ioseph ambos eius clausit oculos, et obiit.

66. Incola idcirco fuit Israhel in Aegypto,
Auxit eum deus nimis velut caeli sidera.
Ioseph mortuus est senis atque plenus dierum,
Aromatibus conditus positus in loculo.

67. Priusquam hic moreretur, dixit suis fratribus:
'Scio, quia visitabit vos deus altissimus:

59, 3 dominus *A*, *corr. Hampe* 59, 4 uestrum *A*, vestro *Duemmler* 60 *sq. voces mutilas restituerunt Hampe et Duemmler* 61, 2 *dixerunt *A cf. 51, 1. 53, 1. 53, 3. 62, 1, sed cf. etiam ad VIII 13, 2* 62, 2 *e . q . . . reuixit sedens *nulla lacuna indicata A*, et q⟨uasi⟩ revixit . . sedens *Duemmler*, Et quasi revixit senis et sedens *coni. Roethe* 63, 2 superlectulo *A*, *cf. 62, 2*, *corr. Duemmler* 63, 3 cari *A* 64, 2 *suppressit *A* 65, 2 *excidit cf. ad 55, 2* 65, 3 benedictus *A*, *corr. Hampe* 65, 4 et: ut *coni. Winterfeld* 67, 2 uisitauit *A*, *corr. Duemmler*

59, 1 *cf. 50, 20.* 59, 3 *cf. 45, 5.* 60, 1 *cf. 45, 13.* 60, 2 *sq. ibid. v. 6. 11.* 61, 1 *ibid. v. 22 sq.* 61, 3 *cf. v. 26* Ioseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in omni terra Aegypti. 61, 4 *cf. v. 45, 9 et 41, 40.* 62, 1 *cf. 45, 26 sq.* quo audito Iacob quasi de gravi somno evigilans .... revixit spiritus eius et ait: Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus vivit; vadam et videbo illum, antequam moriar. *ad 62, 2 cf. 48, 2* qui confortatus sedit in lectulo. 63, 1 *cf. 46, 5 sq.* 63, 2 *cf. 46, 7. 26. 45, 20.* 63, 4 *cf. 46, 29.* 64, 1 *cf. 46, 29 sq.* (Ioseph *subiectum est!*) 65, 1 *cf. 47, 28 sq.* 65, 3 *cf. gen. 49.* 66, 3 *sq. cf. 50, 25.* 67, 1 *sq. cf. 50, 23 sq.*

Absportate hinc vobiscum mea ossa, obsecro,
Quod non mihi, sed proderit vobis in perpetuum'.

68. Hanc nos storiam succincte strictimque transcurrimus,
Magnis sed sacramentorum plena est mysteriis,
Altius sonat de Christi passione mystice,
Qualiter redemit mundum precioso sanguine.

69. Gloria et honor deo patri sit altithrono,
Unigenito sit virtus, decus et imperium,
Sit paraclito potestas in altis spiritui,
Sanctae quoque trinitati laus per omne seculum.

Va.

DE DIEBUS TREDECIM VEL QUID DOMINUS IN HIS OPERAM EGIT.

1. Prima die dixit deus: 'Fiat lux!' et facta est;
Lucem sempiternam dedit, qui in illo credidit.
Mirabilia fecit deus.

2. Secunda die fecit deus duo luminaria,
'Sol in die, luna nocte' ordine constituit.
Mirabilia fecit deus.

68, 1 Haec *A, corr. Hampe;* transcursimus *A* 68, 2 magni sunt sacr. plena sunt mysteriis *A, corr. Vollmer*, magnis sunt sacr. plena haec myst. *Duemmler, Roethe* 68, 3 mysticę *A, item 69, 4* sanctę, sęculum *A* 69 *haec stropha etiam in F traditur*

Gloriam dicamus cuncti sempiterno domino
Qui nos sua pietate fecit esse caelibes *(sic!)*
Simul quoque iubilemus laudem unigenito
Atque sancto paracleto nunc perenne *(i. e.* per omne*)* saeculum.

Va. ***B*** *f. 6v edd. Duemmler, Rhythm. eccl. I. Fragmenta rhythmi B ex A excepit P. de Winterfeld N. A. XXV 381 sq., quem in edendo carmine maximam partem sequor: perierunt in A propter versus intercalarii repetitionem strophae secunda, tertia et quinta; quae deinceps male suppletae et strophis 8, 10—13 auctae sunt ab eo, qui, mirum dictu, non perspexisset mundi creationem per dies explicari. Prius exhibeo formam recentiorem, deinde fragmenta quae videntur carminis genuini. Tit.* operum *scr. Duemmler* 2, 1 Secundo B^1, *corr.* m_1 2, 2 ordinem *Duemmler* 2, 3 mirabi, mira, mi, mīr *sic B in sequentibus strophis*

67, 4 prodérit: *cf. ad 11, 3.* 68, 4 pretioso sanguine: *cf. ep. Petri I 1, 19, Pauli ad Cor. I 6, 20. Rh. XXIII 1, 3. XXXVI 2, 5. LII 1, 1.*

Va. *Leges rhythmicae primarii et retractati carminis non diversae esse videntur. Schema 8 _ ◡ + 7 ◡ _ bis repetitum singulas strophas efficit. 8 _ ◡ 20ies 4 _ ◡ + 4 _ ◡ (pro 4 _ ◡ passim 5 _ ◡). Prior versiculus 9 syllabarum quinquies, 10 syllab. ter, alter versiculus 8 syllab. sexies fere. Clausula impura 7, 2 (ex gen. 2, 3 orta?), 8, 1 (ex reg. IV 22, 1?). Homoeoteleuton sive assonantia in paucis strophis. Synizesis quater. Hiatus 13 fere. Versus intercalaris.* 1, 1 *cf. gen. 1, 3.* 1, 2 *Sicut deus lucem fecit, ita sempiternam lucem eis dedit, qui in eum crediderint.* in illo: *cf. ad 4, 2.* 1, 3 *ps. 39, 6* multa fecisti, tu domine deus meus, mirabilia tua. *ibid. 97, 1* 2, 1 *cf. gen. 1, 16* fecitque deus duo luminaria magna: luminare maius ut praeesset diei, et luminare minus, ut praeesset nocti, et stellas, *19* et factum est vespere et mane dies quartus.

3. Tertia die ipsa maiestas surrexit a mortuis;
Multas turbas ibi fuit legionum angelis.
Mirabilia fecit deus.

4. Quarta die de sepulchro suscitavit Lazarum,
Cuius corpus iam fetebat ligatus sudarium.
Mirabilia fecit deus.

5. Quinta die fecit deus magna mirabilia,
De quinque panes et duos pisces saciavit milia,
Et fragmenta, quae remanserunt, ter quaterni cofinos.
Mirabilia fecit deus.

6. Sexta die fecit deus hominem et omnia
Quadrupedia in terra, et † os spm̄.
Mirabilia fecit deus.

7. Septima die requievit ab omnibus operibus,
Ipso die benedixit et sanctificavit illum.
Mirabilia fecit deus.

8. Octo annorum erat Iosia, cum regnare coepisset;
Triginta et uno anno regnavit Hierosolyma.
Mirabilia fecit deus.

9. . . . .
. . . .
⟨Mirabilia fecit deus.⟩

3, 1 ipsa maiestas: Iesus Christus *coni. Winterfeld* 3, 2 turbas ibi fecit *scr. Duemmler* *f. legiones angeli 4, 2 ligatum sudario *scr. Duemmler* 5, 3 *delebat Duemmler, sed cf. Winterfeld p. 383 sq.* — quae *del. Winterfeld* 6, 1 *compendium ambiguum* speciem *interpretatus* ad eorum speciem *scripsit Duemmler; malim cum Winterfeld* per os inflavit spiritum *coll. gen. 2, 7* 7, 1 ab *perperam delebat Duemmler* 7, 2 diei *scr. Duemmler*, et sanctificavit hunc *Duemmler* 8, 1 iosue *B, corr. Winterfeld ex reg. IV 22, 1* octo annorum erat Iosias, cum regnare coepisset; triginta et uno anno regnavit in Ierusalem. — coeperat *scr. Duemmler (f. recte?)* 8, 2 regnavitque Solima *scr. Duemmler* *str.* 9 *intercidisse vidit Duemmler*

3, 2 turbas *cf. 5, 3* cofinos, *12, 1* prophetas, *IV 43, 3* lacrimas *(?)*, *XXXIX 8, 3* bestias, *9, 3* linguas, *25, 2* villas, *31, 3* vineas, *Meyer-Lübke, Gram. II p. 38 sq.* turbas ibi fuit = il y avait. *Cum omnia poetam vulgarem prodant, fort. 3, 2* legiones angeli *i. e. Legionen Engel corrigere licet cf. Matth. 26, 53* et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum. *Quod vero multas turmas angelorum in resurrectione Christi affuisse contendit, a sacra scriptura abhorret, ubi non nisi de uno vel duobus angelis agitur. An* legionum angeli *mali spiritus sunt et* turbas *turbatio 'und es herrschte Verwirrung unter den bösen Geistern'? cf. evangelium Nicodemi ed. Tischendorf² p. 394 sq.* 4, 1 *evang. Ioh. 11, 39. 44. Sedul. hymn. II str. 16, 1, cf. N. A. XXXIV 631.* 4, 2 corpus ligatus: *ut I 14, 5* istud ymnum, *VI 6, 1* illum praesepium, *VII 15, 2* Falernum nobilem, *16, 2* meliorem vinum, *LIV 1, 3* vulnus insanabilis, *LX 11, 1* dulce frater, *LXI 2, 3* grande numerum, *XL 4, 1* bellum crudilem, *XL 20, 1* sancta propheta, *XLII 22, 1* nec dicendos odios, *XXXVIII 4, 1* circula. Sudarium: *Formae in* —um *et* —o *saepissime confunduntur* velut *10, 2* in perpetuo, *VI 17, 1* regnum, *VII 16, 1* eloquium, *XII 4, 1* altum, *LIX 3, 2* vinum; —u *et* —um *XXV 17, 2* imminente transitum; —a *et* —am *II 10, 2* vita *VIII 14, 1* o gente profanissima, *XXXII 25, 1* aurora, *LVIII 1, 1* amplam; —e *et* —em *I 2, 2* a gente rudentem, *XXXII 15, 2* circa fine, *XL 22, 1* virtutem suam. 5, 1 *cf. Matth. 14, 17. 20 (Ioh. 6, 9. 13)* et manducaverunt omnes et saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. *Narratio saepius repetita cf. rh. XXV 16, 1. XL 22, 3. XLI 3, 2.* de panes: *cf. VII 14, 2* 7, 2 ipso: *cf. XXIX 15, 1* uno. 8, 1 *cf. in app. crit.*

10. Decem verba sunt in lege, quos precepit dominus;
Qui illos custodit semper, manet in perpetuo:
Mirabilia fecit deus.

11. Undecim sunt lunationes: discutent latercula,
Ut pascha inveniatur, sic impleuit numerus.
Mirabilia fecit deus.

12. Duodecim sunt prophetas, duodecim apostoli,
Quattuor euangelistae, qui estant in ordine.
Mirabilia fecit deus.

13. Tredecim annorum erat virgo sancta Eulalia;
Ad martyrium est ducta et accepit gratiam:
Mirabilia fecit deus.

14. Gloria et honor deo usquequo altissimo,
Una patri filioque spiritu paraclyto.
Mirabilia fecit deus.

Vb.

⟨DE DIEBUS SEPTEM VEL QUID DEUS IN HIS OPERAM EGIT.⟩

1. Prima die dixit deus: 'Fiat lux!', et facta est;
Lucem sempiternam dedit, qui in illo credidit.
Mirabilia fecit deus.

2. Secunda die fecit deus . . . . . .
. . . .
⟨Mirabilia fecit deus⟩

3. ⟨Tertia die⟩ . . . . . .
. . . .
Mirabilia fecit deus.

4. ⟨Quarta die fecit deus⟩ duo luminaria:
'Sol in die, luna nocte' ordine constituit.
Mirabilia fecit deus.

10, 1 quos *B*, quam *scr. Duemmler* 10, 2 illos *B*, illa *scr. Duemmler* 11, 1 discutens *(i. e. partic. absol. = wenn du die Tagereihen ausrechnest) coni. Vollmer*, discute laterculum *scr. Duemmler* 11, 2 et ut *B*, *corr. Winterfeld* impleũ *B*, impletur *Winterfeld*, implevit numerum *scr. Duemmler* 12, 1 prophetae *scr. Duemmler* 12, 2 *an* *euangelistas? *qui stant *B*, qui suo stant *scr. Duemmler*

10, 1 verba quos: *cf. ad 4, 2* 10, 2 in perpetuo: *cf. ad 4, 2* 11, 1 *difficillimam stropham Winterfeld l. c. p. 407 sic explicare studuit* der lunationes (= Epacten) sind 11; man möge die Kalender nachschlagen, um aus ihnen das Osterdatum zu finden: so füllt sich (dadurch, dass sie hinzukommen) die Zahl (der 354 Tage des Mondjahres zur 365 im Sonnenjahr), *cf. etiam B. Krusch N. A. XXV 384.* — latercula: *cf. ad 4, 2*, discutent: *cf. ad rh. VIII 4, 2.* 11, 2 impleuit = implebit *i. e. wird voll werden.* 12, 1 prophetas: *cf. ad 3, 2;* duodecim *sc. prophetae minores.* 12, 2 estant: *sic permulti versus in his rhythmis sanari possunt velut VII 1, 2. 3, 1. 17, 2, XI 1, 2. 21, 3, XII 9, 3, XXXV 1, 2 (cod. B), XXXVIII 6, 2. 10, 3. 23, 1, XLII 1, 5. 12, 1. 17, 1. 17, 4. 19, 3. 21, 4 al.* 13 *Eulalia Emeritensis secundum Prudentium peristeph. III 13* curriculis tribus atque novem tris hiemes quater attigerat *i. e. erat annorum duodecim.* 14 *cf. rh. III 50, XXXV 13.*

5. Quinta die . . . . . .
. . . . . .
Mirabilia fecit deus.

6. Sexta die fecit deus hominem et omnia
Quadrupedia in terra et inflavit spiritum.
Mirabilia fecit deus.

7. Septima die requievit ab omnibus operibus;
Ipso die benedixit et sanctificavit illum.
Mirabilia fecit deus.

8. Gloria et honor deo usquequo altissimo,
Una patri filioque spiritu paraclyto.
Mirabilia fecit deus.

VI.

DE ADNUNTIATIONE SANCTĘ MARIAE.

1. **A**ngelus domini Mariae nuntiat:
'Spiritus sanctus super te veniat,
Beata virgo et dei genitrix.

2. **B**eata es virgo ex mulieribus,
Quod de te nascitur, sanctum vocabitur.'
Beata virgo et dei genitrix.

3. † **C**asta effecta ex parte virgo est,
Gravida virgo, post partum virgo est.
Beata virgo et dei genitrix.

4. **D**e patre genitus ante principium,
De matre natus, portatus gremium.
Beata virgo et dei genitrix.

6, 2 inflavit sp.: *hanc genuinam lectionem esse probabile est;* ⟨per⟩ os *glossam esse Lehmann censet.*

VI ***B*** *f. 7.* ***L*** *f. 12. Ex B ed. E. Duemmler, Rhythm. ecclesiast. a. C. sp. p. 4, item ex B codicis lectionibus passim neglectis ut solet Dreves, Anal. hymn. XII 13. Titulum hic et alibi non a poeta, sed a librario additum esse apparet; om. L* 1, 1 maria *BL, corr. Duemmler* nurtiat *L* 1, 3 *sic B,* Ymnum cantemus de Christo domino *L, sic fort. str. 4 sq. scribendum est* 2, 1 uirgo *om. B* Beata eris ex *Duemmler* mulieriebus *L* 2, 3 *vers. interc. str. 2—23 in B nil nisi* Beata, *in L str. 2—22* hymnū (hym̄, hymn̄) 3, 1 *sic B,* C. e. in parto *(o ex* u *correctum videtur)* uirgo es *L,* Casto affectu ex patre virgo est *i. e.* 'Bei der keuschen Liebe, die von Gottvater ausging, blieb sie virgo' *dubitans coni. Vollmer* 3, 2 grauido *B,* grauida uirgoq; *L* est *om. L* Casta effecta gravida virgo est, In partu virgo est, post partum virgo est *coni. Winterfeld* 4, 2 gremio *L*

VI *Abecedarius. Schema* 5 _ ◡ + 6 ◡ _. *Prioris hemistichii forma quater (bis? cf. var. lect. 13, 1. 15, 2)* _ ◡ ◡ _ ◡ _, *quater* _ ◡ _ ◡ _ ◡, *bis fere* ◡ _ ◡ _ ◡ _, *bis (ter? cf. 17, 2)* ◡ _ ◡ ◡ _ ◡. *Alterum hem. 6* _ ◡ *8, 2. 20, 1. 7* ◡ _ *ter (quinquies?). Bini versus stropham efficiunt, saepe assonant. Hiatus passim. Vers. interc.* 1, 1 *sq. Luc. 1, 35. 28.* 3, 1 *cf. ev. Pseudomatthaei ed. Tischend.*² *p. 78* Virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit. 4, 2 gremium: *cf. ad rh. V 4, 2.*

5. † Ex Bethlem, qui fuit oppidus,
Ibi respexit, qui fuit optimus.
Beata virgo et dei genitrix.

6. Felicem dicunt illum praesepium,
Ubi iacebat excelsi filius.
Beata virgo et dei genitrix.

7. Gaudebant illa duo animalia,
Quia videbant benignam animam.
Beata virgo et dei genitrix.

8. Homines scrutabant scripturas legibus,
Perscrutabant, ubi nasceretur Christus.
Beata virgo et dei genitrix.

9. In illa nocte pastores vigilant,
Voces audierunt, psallentes angelos.
Beata virgo et dei genitrix.

10. Kurrunt videre illud quod dictum est,
Vident lactantem excelsi filium.
Beata virgo et dei genitrix.

11. Laetus sedebat Ioseph sanctissimus,
Quia videbat regem altissimum.
Beata virgo et dei genitrix.

12. Magi occurrunt offerentes munera,
Stellam sequentes, qui eos duxerat.
Beata virgo et dei genitrix.

5, 1 qui fuit opus (pid̄ *ss.* m_2?) *B*, quę fuit obitus *L* 5, 2 ubi *L* erat *B* obtimus *L* *stropham corruptam Duemmler sic restituit:*

Ex Bethlem prodiit, qui fuit optimus,
Ibi respexit qui erat optimus.

Haec fere poeta voluisse videtur:

Ex Bethlem, minimum quod fuit oppidum,
Exiit ille (*an* lucem conspexit?), qui fuit optimus. (*Matth. 2, 6.*)

6, 1 illud *L* pręsepium *L* 6, 2 ibi *L* 7, 1 gaudebunt *L* illic *Duemmler* dua *L* 7, 2 benign. animam *B*, archana cęlestia *L* 8, 1 scrutabunt *L*, scrutabantur *B*, *corr. Duemmler* scripturis *B*, scriptis et legibus *Duemmler* 8, 2 perscrutabantur *B*, *corr. Duemmler*, et perscrutantes *L*, *f. recte? Alterum hemistich. corruptum esse arbitror, f.* nasceret dominus *(corruptela ex Matth. 2, 4* sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur *oriri potuit)* 9, 1 uigilabant *B* 9, 2 Chorus voces *L* audiebant *B* canentes *L* uoces audiebant psallentis angeli *scr. Duemmler* 10, 1 Kurru *B*, Kurrentes *L*, Kurrunt *Duemmler* *dictum *scripsi*, uisum *B*, *cf. Luc. 2, 16;* illud q. d. est: xp̄m gauisum *L* 10, 2 uidentes *L*, uidens *B*, vident *Duemmler* lętantem *L*, laetantem *B*, *corr. Dreves* excelsi dī filium *L* 11, 2 qui audiebat *L* 12, 1 occurrerunt *L* ferentes *coni. W. Meyer, cf. etiam N. A. XXXIV 651. Idem versus in rhythmo* Audite cuncti canticum almificum *41, 3* 12, 2 sequentes stellam *L* qui: quae *scr. Duemmler* adduxerat *L*

5, 1 *Matth. 2, 5. Micha 5, 2.* 6, 2 excelsi filium: *idem versiculus 10, 2. 19, 2.* 7, 2 *evang. Pseudomatth. ed. Tischend.*^{2} *p. 80* et bos et asinus adoraverunt eum .. ipsa autem animalia in medio eum habentes incessanter adorabant eum. 8, 1 *ad Matth. 2, 4 spectat.* legibus *i. e.* secundum leges? *Si scripseris* scripturae legibus, *comparare licet dubium locum Hrotsvithae Mar. 150* psalmorum lege. 9, 1 *sq. Luc. 2, 8 sq.* 12, 1 *cf. Matth. 2, 1.* occurrere *sic saepe in regula s. Benedicti adhibetur velut c. XLII 14. XLIII 2. 22. 26. L 4 (ed. Wölfflin)* qui *i. e.* que *cf. ad rh. II 6, 2.*

13. Nuntium dirigunt ad regem impium,
Herodi dicunt, quod Christus natus est.
Beata virgo et dei genitrix.

14. Omnia fecit in suo nomine,
Ut liberaret deceptum hominem.
Beata virgo et dei genitrix.

15. Postquam cognovit, quod Christus natus est,
Tunc parvulorum interfector exstitit.
Beata virgo et dei genitrix.

16. Quaerebat Herodes parvulos perdere,
Infra a bimatu eos occidere.
Beata virgo et dei genitrix.

17. Regnum Herodes †postquam expulsus est;
Infernum venit, postquam sepultus est.
Beata virgo et dei genitrix.

18. Sanctus Iohannes venit de heremo,
Ad baptizandum quaerebat dominum.
Beata virgo et dei genitrix.

19. Tinctus in undis Iordanis fluvii
Vitam donavit excelsi filius.
Beata virgo et dei genitrix.

20. Virgo Maria, quae virgo concepit,
Virgo permansit, quae Christum genuit.
Beata virgo et dei genitrix.

21. Xristus de caelo salvator omnium,
Qui suscitavit ex morte Lazarum.
Beata virgo et dei genitrix.

22. Ymnum et laudes deo referimus
Cum sanctis omnibus, qui te glorificant.
Beata virgo et dei genitrix.

13, 1 ducunt *B* 13, 2 herode nuntiant natum ihm xp̄m *L* 14, 2 ut a peccato liberaret *(hasta erasa)* hominem *L* *Series narrationis stropha 14 vehementer perturbatur; sed cf. etiam str. 20—23* 15, 1 quod Chr. natus est *ex 13, 2 ortum esse videtur; aptius sane esset* quia illusus est *cf. Matth. 2, 16* est *B*, &t *L* 15, 2 tunc interfectio paruulorum *(parvorum scr. Duemmler)* facta est *B* paruŏlorum *corr. m₂L* 16, 1 Querebat *L* 16, 2 infra bimatu *coni. Winterfeld*, a bimatu et infra *L (ex Matth. 2, 16)* 17, 1 regno *scr. Duemmler* postq *L* postquam: *lectio corrupta ex 17, 2 orta est* 17, 2 inferni *L* *inuenit *BL* 18, 1 ueniebat *L* 18, 2 ad b. ihm xp̄m dn̄m *L* 19, 1 *Totum *B*, Totus *L* *fluuius *BL, concinunt* fluuius — filius, *dubitans scripsi* fluvii. Totum mundis Iordanis fluvius, *scr. Dreves* 19, 2 vita *scr. Duemmler* filium *scr. Duemmler* 20, 1 virgoq; peperit *L* 20, 2 que *L* 21, 1 cęlo *L* 21, 2 suscitat de *L* 22, 1 laudibus *B*, Ymnum de laudibus *scr. Duemmler* canemus dn̄o *L* 22, 2 una cum omnibus sanctis glorificemus dp̄m *(sic) L*

13, 1 *cf. Matth. 2, 2, ubi de nuntio misso nihil exstat.* 14, 1 fecit: *sc.* Christus in suo: *i. e. patris an* suo ipsius? 15, 1 *cf. Matth. 2, 16.* 16 *cf. Matth. 2, 16* et mittens occidit omnes pueros . . . a bimatu et infra 17, 1 regnum *i. e.* reguo: *cf. ad V 4, 2* 17, 2 infernum venit: *cf. VII 10, 2* vertit Aegyptum *XI 19, 3* terram misisti *XLVIII 7, 1* Galilea *(i. e.* Galileam*)* 18, 1 *secundum Matth. 3, 1 sq. 13 sq. Christus Iohannem quaesivit.* 20 *cf. ad 3, 1.* 21 Lazarum: *Ioh. 11* 22, 2 te *ad Christum, non ad Mariam refero.*

23. Zacheus per fidem ascendit arborem,
Ut transeuntem videret dominum.
Beata virgo et dei genitrix.

VII.
INCIPIT VERSUS DE ADVENTU DOMINI.

1. A superna caeli parte angelus dirigitur,
Ut Maria fecundaret de sancto espiritu.
Venite et gaudete nato Christo domino.

2. 'Bene nata, disponsata virgo, pulchra nimium,
Pater elegit templum tale filioque thalamo.
Venite et gaudete nato Christo domino.

3. Clara procedens estirpe, ex regali decore,
Iesse virga de radice, florem nardus protulit.
Venite et gaudete nato Christo domino.

4. Dum clamaret per Isaiam prophetalem nuntium:
In utero virgo habebit parietque filium.'
Venite et gaudete nato Christo domino.

5. Ecce ea cogitante Gabrihel adnuntiat:
'Ave Maria, virgo sacra, te Deus inluminat!'
Venite et gaudete nato Christo domino.

23, 3 hymnū dic̄; de xp̄o dn̄o. Beata uirgo et dī genetrix. hymnū cantemus *L*

VII *B f. 9.* *L f. 9.* *Ex B ediderunt Du Méril, Poésies inéd. d. m. â. 1854, 280, Dreves, Anal. hymn. XIX 12* DE FECUNDITATE SCAE MARIAE *B* 1, 1 cęli *L* angelus *B*, gabrihel *L*, *cf. 5, 1* 1, 2 Mariam *coni. Du Méril* foecundaret *B* *de sc̄o sp̄u *B*, de sp̄u sc̄o *L* 1, 3 natum Christum dominum *B* 2, 1 Benenata *B* pulchra: chr *in ras. L* 2, 2 talem̓ *L* thalamŏ *ss.* m_2*L*, thalamum *scr. Dreves* 2, 3 *vers. intercal. in sequentibus str. nil nisi* V̄, V̄e, V̄en̄ *BL* 3, 1 producens *B* stirpe *BL*, *corr. Dreves* Claram producens stipitem *coni. Du Méril* regalè *L* 3, 2 florem: odorem *scribere propter metrum dubito* nardus/// *L* 4, 1 clamare *B* esaiam *L* *prophètalis nuntius *BL*, *cf. in adnotatione* 4, 2 habebat *L* patrietque *L* 5, 1 Ecce cogitante ipsa *B* 5, 2 sacrata *B*

23 *Luc. 19, 2 sq.*

VII *Abecedarius.* *Schema* 8 _ ⏑ + 7 ⏑ _ *bis repet. singulas strophas efficit. Prius hemistichium* 28*ies* 4 _ ⏑ + 4 _ ⏑, *9 syllab. sexies,* ⏑ _ ⏑ _ ⏑ + _ ⏑ _ ⏑ *20, 1? Alterum octo syllabarum 6, 2 (L). 8, 1. 20, 2 (L). 21, 2 (L). Clausula impura 19, 2* mugitu, *at 18, 2* trópheum *(vocab. graecum). Hiatus multi. Assonantia sive concentus syllabarum quaeri videtur. Versus intercalaris.* 1, 1 *sq. Luc. 1, 26 sq.* 1, 2 *cf. rh. XLI 1, 2.* fecundaret: *cf.* mirat *16, 1 (L),* scrutabant *rh. VI 8, 1,* epulabat *XXXV 1, 2.* espiritu: *cf. ad rh. V 12, 2.* 2, 1 *Luc. 1, 27* ad virginem desponsatam viro. 2, 2 thalamo *i. e.* —um *cf. ad rh. V 4, 2. A. Salzer, Die Sinnbilder u. B. Mariens 18. 36. An* talem *i. e.* te, talem virginem? 3, 1 *sq. Is. 11, 1. Salzer l. c. 29 sq.* procedens: *part. pro verbo finito esse censeo cf. IV 33, 4. VIII 12, 1. 12, 3. 20, 3.* 3, 2 *cf. Salzer p. 26.* protulit: proferet *corrigere nolim.* 4, 2 *Is. 7, 14. Poeta locum Matthaei 1, 22 respicit:* Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a domino per prophetam dicentem: ecce virgo in utero habebit et pariet filium. 5, 1 *cf. Luc. 1, 29* et cogitabat, qualis esset ista salutatio. adnuntiat *i. e.* addit 5, 2 *cf. ev. Pseudomatth. c. 9* Beata es, Maria, quoniam in utero tuo habitaculum domino praeparasti. Ecce veniet lux de caelo, ut habitet in te, et per te universo mundo resplendebit. *Apud eundem narratur Mariam, antequam Iosepho servanda traderetur, in templo domini degisse. Hinc fortasse illud* de templo *6, 1 explicari potest.*

6. Fecunda de templo pergens ad montana properat;
Ad cognatam, ut audivit, currit iam ut poterat.
Venite et gaudete nato Christo domino.

7. Gaudet infans gestiendo infra ventris ambitum,
Creatorem summum sensit, adoravit dominum.
Venite et gaudete nato Christo domino.

8. Hic a deo venit celsus ex virginali utero,
Per quem mundus est ereptus claudus atque naufragus.
Venite et gaudete nato Christo domino.

9. Infans crescit, conditor est infra ulnas gerulę,
Proficiensque aetate, decus sapientię.
Venite et gaudete nato Christo domino.

10. Kallidus hostis Herodes zelat natum dominum,
Ipsum querens interfici; Ioseph vertit Aegyptum.
Venite et gaudete nato Christo domino.

11. Lugubris surrexit dies matrum in infantia;
Crinis pectoraque tundunt in natorum funera.
Venite et gaudete nato Christo domino.

12. Magi properant a longe demonstrante sidera;
Trinitatem adorantes remeant ad propria.
Venite et gaudete nato Christo domino.

13. Nihil valet artis dira a dei potentia,
Finem Herodis testatur, poena mortis terminat.
Venite et gaudete nato Christo domino.

6, 1 extemplo *coni. Winterfeld* 6, 2 eognata *B* cucurrit *L* 7, 1 ambitu *B* 7, 2 adoratque *B* 8, 2 q̄ *in* qⁿ̄ *corr.* m_2L atque atque *(priore loco deletum) L* 9, 1 crecit *corr.* m_1L; *conditorē *B*, cum natǫ̇rę *L*, cum nitore *coni. Lehmann*, conditor, en *Dreves*, condit ora *speciosissime coni. Winterfeld, sed dubito num recte* gerule *B* 9, 2 ętate *L*, sapientiae *B* 10, 2 *sic L*, Ipsum quaerit interficere *B* *f. ipsum interfici quaerens *an* interficere ipsum quaerens? Iosep *L* 11, 1 Lucubris *B*, lucubrės *corr.* m_2L matrem *B* 11, 2 crinis *in* crines *corr.* m_2L natorium *L* 12, 1 a longo *L* demonstrante: properante *L* sidere *corr.* m_2L 12, 2 reuertunt *B* 13, 1 artis *B*, arcus *L* nihil valent artes dirae *coni. Du Méril, sed* artis *nominativus sing. est* 13, 2 finem *i. e.* finis. *An scribendum est* finis? herodis *B*, herodesque *L* poenam *B* morte *coni. Du Méril, perperam:* die Todesstrafe setzt ein Ziel *sc.* arti.

6, 1 *cf. Luc. 1, 39.* 6, 2 ad cognata *(cod. B): cf. ad V 4, 2.* 7, 1 *cf. Luc. 1, 41 et Sedulii hymn. II 19* quem matris alvo gestiens clausus Iohannes senserat. infra *i. e.* intra *cf. 9, 1 et rh. XXXIX 25, 1.* 9, 1 *Anal. hymn. II p. 123 Nr. 4, 2* ad templum progreditur virgo mater dei, inter ulnas geritur salus nostrae spei. *Mone, Lat. hymn. II n. 561, 1* Maria triuni gerula; *cf. etiam rh. VIII 2, 3.* 9, 2 *cf. Luc. 2, 52* et Iesus proficiebat sapientia et aetate. 10, 1 *Matth. 2, 3 sq.* 10, 2 Aégyptum: *cf. ad IV 19, 1;* Aegyptum *pro* in Aegyptum: *cf. ad VI 17, 2.* vertit *i. e.* se vertit 11, 1 *cf. Matth. 2, 18; coniunge* lug. dies matrum. in infantia *i. e.* in infantibus. 11, 2 in funera: *cf. 12, 1* sidera, *XXIX 12, 2* praemia? *XLII 10, 1* agmina, agminae. *Vollmer* in funera *intellegit: über die Leichen hingestreckt.* 12, 1 *cf. Matth. 2, 1. 11 sq. Abecedarii causa poeta seriem rerum nimis turbavit.* 12, 2 Trinitatem: *cf. e. g. Sedulii carm. pasch. 2, 95 sq.* aurea nascenti fuderunt munera regi, tura dedere deo, myrrham tribuere sepulchro. 13, 1 artis *i. e. nom. singul. velut IV 40, 1 et 63, 1* Iacob senis, *IX 8, 3* simplicis. a *i. e.* prae. 13, 2 finem: *cf. III 4, 1* erat multitudinem *(cod. P), LXI 6, 4* baptizata est uxor et totam domum.

14. Ornat mundum puer sacer, subditus parentibus,
Templum patris legit librum de se ipsum protinus.
Venite et gaudete nato Christo domino.

15. Primum signum Galileae operat mirabile,
Laticem vertit in vinum et Falernum nobilem.
Venite et gaudete nato Christo domino.

16. Quibus mirans archisedens testatur eloquium:
'Meliorem reservasti vinum in convivium.'
Venite et gaudete nato Christo domino.

17. † Renovata cuncta Christi exhibens ecclesia
Esponsavit dote sacra, nostra gaudent tempora.
Venite et gaudete nato Christo domino.

18. Solvit vincula humana, quae peccator vinxerat,
Lignum vetitum elisit, crucem pendens tropheum.
Venite et gaudete nato Christo domino.

19. Tertia die resurrexit, fides nostra creditur,
Ad infernum properavit pro multorum mugitu.
Venite et gaudete nato Christo domino.

20. 'Venisti tandem, benedicte Iesus, bone, optime,
Relaxare quos prolixo trusi erant carcere?'
Venite et gaudete nato Christo domino.

14, 1 subtitus *corr. in* subditus m_2L 14, 2 patri *L* de se ipsum *B*, de ipso *L* protinus: proditum *vel* proditus *coni. Du Méril* 15, 1 Galileę *L* opera mirabile *B*, fecit admirabile *L*, opere mirabili *vel* per opus mirabile *vel* operat mirabile *coni. Du Méril* 16, 1 mirat *L* arcisedens *BL, corr. Dreves et Vollmer, idem Dreves coni.* archus aedis, architriclinus *Du Méril* eloquia *B*, eloquio *Du Méril* 16, 2 melior ē reseruasse *L* conuiuio *Du Méril, Dreves* 17, 1 **f.* Christus ecclesia *i. e.* ecclesiam 17, 2 sponsauit *BL, corr. Dreves* dote sacra *B*, dotem sacram *coni. Du Méril,* de te sacraq: *L* gaudens *B* 18, 1 Solue *B* quę adam uinxerant *L (haec fere voluisse videtur:* Solvit vincula, quae Adam peccando nexuerat*)* 18, 2 trophea *scr. Dreves (assonantiae causa?)* 19, 1 resurreit *ss.* m_1, i *in ras. L* creditor *B* fide nostra creditur *Dreves* 19, 2 mugitum, gemitu *ss.* m_2, *L* 20, 1 venis *coni. Dreves et Vollmer* benedictę ihu *L* bene *L* 20, 2 quos *i. e.* eos qui prolixio *L*, prolixos *B* retrusi er̄ *L*, truxierunt *B, corr. Du Méril*

14, 1 *cf. Luc. 2, 51.* 14, 2 *cf. Luc. 2, 46 sq.* templum *pro* templo, *i. e.* in templo *cf. ad V 4, 2.* de se ipsum *cf. e. g. V 5, 2* de panes. 15, 1 *cf. ev. Ioh. 2, 11.* 15, 2 *Prud. cath. IX 28* Cantharis infusa lympha fit Falernum nobile. 16, 1 *Ioh. 2, 9* vocat sponsum architriclinus et dicit. mirat *(L): cf. ad 1, 2.* eloquium *pro* eloquio *cf. ad V 4, 2.* 16, 2 convivium *pro* convivio 17, 1 *sq. intellego:* Christus ecclesiam renovatam sacra dote sponsavit*; cf. etiam rh. XLII 1, 1 sq.* 17, 2 esponsavit *(Dreves): cf. ad V 12, 2* 18, 1 *in sequentibus strophis poeta et evangelium Nicodemi (ed. Tischendorf*[2] *p. 399 sq.) et rhythmum XLII in suum usum convertisse videtur. De Ada cf. Ev. N. p. 403.* 18, 2 *cf. Ev. Nic. p. 401* O princeps Satan . . . illas tuas divitias, quas acquisieras per lignum praevaricationis et paradisi amissionem, nunc per lignum crucis perdidisti. *Ibid. 403* Domine, sicut posuisti titulum gloriae tuae in caelo et erexisti titulum redemptionis crucem tuam in terris, ita pone, domine, signum in inferno victoriae crucis tuae *(rh. XLII 9, 4).* lignum vetitum: *cf. rh. LII 5, 1.* de ligno illicito, *XL 3, 3. Anal. hymn. LIII p. 73, 7. P. A. C. III p. 78 v. 184, p. 348, 2.* 19, 1 'wird durch die Auferstehung beglaubigt'. 19, 2 *Ev. N. 401* modo nullus eorum hic iam solito mugitus auditur nec ullus eorum personat gemitus. *Rh. XLII 7, 3* multorum ibi relaxavit mugitus, quos diu trusit carceris ergastulus. 20 *sermo inclusorum cf. Ev. N. 403* advenisti redemptor mundi . . . . redemisti vivos per crucem tuam et per mortem crucis ad nos descendisti, ut eriperes nos ab inferis et morte per maiestatem tuam*; rh. XLII 8, 4.*

21. Xristus momordit Infernum morsuque deifico
Laureatus cum triumphum revertit ad solium.
Venite et gaudete nato Christo domino.

VIII.

DE NATIVITATE CHRISTI.

1. Alta prolis sanctissime
Deum promissa nobilis,
Ut ros venit in vellere,
Replet mundum miraculis.

2. Beata quoque virginum,
Deum que caeli genuit;
Qui totum mundum condidit,
Maria fert in utero.

3. Cunabulis infantia
Deum pannis involvitur;
Qui regnat in caelestia,
Vagit infans in praesepe.

4. Dum pastores pervigilant,
Migrantes iubar conspicunt
Magi, sequentes inveniunt,
Christo munera offerunt.

5. Erodes miser invidus
Necare iubet parvulos,
Dum Christum vult occidere,
Salvare mundum qui venit.

6. Fugit Ioseph in Aegyptum
Cum Maria et domino,
Ut adimpleret, scriptura
Prophetiae quae dixerat.

21, 1 mordet ex inferno *B* *morsuque mirifico *B*, morsique dīficū *L* 21, 2 lauriatus *B* triumpho *B* reversus est *L*

VIII ***B*** *f. 10. In vigesimo folio rescripto* V_1. *Ex B edidit Dreves, An. hymn. XII 35. Tit. deest* V_1. /$\overline{\text{xpi}}$ *B. Pro titulo, qui in B traditus est, Dreves, aptius certe, scripsit* De Vita DN. 1, 1 sanctissime *sic B,* sanctissima *Dreves* 1, 2 **f.* dei, *sed cf. v. 3, 2* 4, 2 conspiē *B; Dreves distinxit* 5, 1 Herodes *B* 6, 3 *scripturam *B*

VIII *Ne quid dubium sit, hic omnia, quae in* V_1 *legi possunt, adnotata sunt. Tit. deest* 1, 1 A . ı . . . l . s $\overline{\text{scs}}$ 1, 2 $\overline{\text{dn̄}}$ promis. nobilis 1, 4 . plet . . ulis 2, 1 Beata . . . rg . s *(s incerta)* 2, 2 deūq 2, 3 et totum . . u . 3, 1 Cunabulis infancia 3, 2 $\overline{\text{dn̄}}$ pannis . . uol 3, 2 q regnat in ce . 3, 4 . infans in . r . 4, 1 *sq.* Dum pastores peruigilant, m . ra s . . . . lumen conspicunt 4, 3 magi se . uentes inueniunt 4, 4 $\overline{\text{xpo}}$ munera off . unt 5, 1 Er . des . iser . n . . dus 5, 2 necare iubet paruulos 5, 3 dum vult $\overline{\text{xpm}}$ occid . r . 5, 4 saluare mundum qui uenit 6, 1 Fu . .

21, 1 *rh. XLII 4, 4* mordit Inferno morsuque deifico turmas inplicat et catervas demonum. *P. A. C. II 253, 10* Virus pepulit chelidri et momordit inferos. *Osee 13, 14.* 21, 2 cum triumphum: *cf. rh. L 4, 2* cum animas, *XL 12, 1* cum duas filias *al.*

VIII *Abecedarius. Schema 8* ∪ –, *quater repetitum. Multi versus novem syllabarum sunt velut 9, 1. 16, 1 al., clausulae saepe impurae velut 20, 4 et 22, 3. Concentus passim, 10 hiatus.* 1, 1 prolis: *cf. ad rh. II 6, 2.* deum prolis: *cf. 3, 1* infantia deum, *sed quid hoc sibi vult?* deum = *patris et spiritus Vollmer intellegit.* 1, 3 *cf. A. Salzer, Sinnb. u. Beiw. Mar. 40 sq. Mone, Lat. hymn. II 10, 97* sicut in vellus pluvia, sic descendit in Maria. in vellere: *cf. rh. XI 5, 3* defluxi in laqueo, *XIV 9, 1* in terra aspicis, *XXV 9, 1* missum in fluctibus, *22, 3* ascendentem in caelis, *XLII 9, 3* hic venisti. 3, 1 *cf. Mone I 68, 83* deus pannis involvitur. 3, 2 in caelestia: *cf. ad rh. VII 11, 2. Dreves, Ann. hymn. VII 12.* 4, 1 *Luc. 2, 8.* conspicunt: *cf. e. g. XXXIX 8, 3* custodunt, *26, 2* insidunt, *48, 1* repperuntur, *XXXVIII 6, 2* dispicent *al.* 4, 2 *Matth. 2, 9 sq.* 5, 1 *cf. Matth. 2, 16.* parvulos: *cf. rh. VI 15, 2.* 6, 1 *Matth. 2, 13;* Aégyptum: *cf. ad IV 19, 1.* 6, 2 *Matth. 2, 15* ut adimpleretur, quod dictum est a domino per prophetam.

7. Gelabat tunc diabolus,
. . . . . qui ceciderat,
Timens venturo domino;
Anguis Eva deceperat.

8. Helias venit previde
Iohannis in enigmate,
Aesca, virtute, habitu
Aequales zona cinxerat.

9. Iordanem Christus ingreditur,
Servus baptizat dominum,
De caelo vox intonuit,
Columba infert crismata.

10. Kana fiuntur nuptiae
Iesum et matre Maria;
Implere iubet hydrias,
Aqua in vinum vertitur.

11. Legit vero ex omnibus
Duodecim apostolos,
Per quos (hunc) mundum continet,
Sortem dedit provintias.

12. Maria rigans lacrimis
Christi pedes pro Lazaro.
Iesus clamans: 'Exiliet!'
Surget mortuus de tumulo.

13. Negant Iudaei perfidi
Videntes mirabilia,
Dum credere debuerunt,
Christo parant patibulum.

14. O gente profanissima!
Demun Iuda ingreditur,
Agno dat lupus oscula,
Christus Iudaeis traditur.

15. Petrus a longe sequitur
Et Malcho aurem amputat;
Expectans in pretorio
Ter denegavit 'hominem'.

16. Quanta patuit divinitas!
Pro fratre vix quis moritur:
Ut vinceret diabolum,
Christus pro nobis passus est!

7, 2 *in codice lacuna non indicata est;* de coelo qui ceciderat *scr. Dreves (Is. 14, 12)* 8, 1 provide *Dreves* 8, 3 *uirtutes *B*, Esca urticae *Dreves* 9, 4 crismate *B*, crismata *Dreves* 10, 1 *figuntur *B*, *cf. SS. rer. Mer. II in indice* 11, 3 *hunc *addidi*, per quos, quas mundus cont. *Dreves* 12, 2 pedes cum Lazaro, *Dreves (cf. Luc. 7, 38?). Sed poetam locum Lucae cum nonnullis locis Iohannis confudisse censeo cf. Ioh. 11, 23* dicit illi *(sc.* Marthae) Iesus: Resurget frater tuus. *Ioh. 11, 32* Maria . . cecidit ad pedes eius. *Ioh. 11, 43* voce magna clamavit: Lazare, veni foras. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus. *Fort. igitur scribendum est:* Iesus clamans *(i. e.* clamavit): 'Exilias!' Surget *(i. e.* surgit) mortuus de tumulo 14, 1 o gentem profanissimam *Dreves* 14, 2 *denū *B*, demum Iudas *Dreves* 14, 3 *agnus dat lupo o. *B* 16, 2 uix q̄ *B*, vix quis *scr. Dreves*

8, 1 *sq.* hel . as ue . . p . . s . nig . . 8, 3 . t . tes abito 8, 4 e . ual . s zona . . x . 9, 1 I . d xp̄s . d . r 9, 2 . . pt . d . m̄ 9, 3 *sq.* . elo uox intonuit 9, 4 . lum . . 10, 1 K . 11, 1 Legit 12, 1 M 13, 1 N 13, 2 *sq.* cre . . . 13, 4 xp̄o parant patibulum 14, 1 O ge 14, 2 denum iuda ingreditur 14, 3 agnū lupo osculatur 14, 4 xp̄m iudaeis traditur 15, 1 Petrus a lon . . sequitur 15, 2 malchoni aurem amputat 15, 3 ingressus in pretorio 15, 4 ter denegauit hominē 16, 1 quanta dn̄s patitur 16, 2 p̄ fratres suos q̄ moritur 16, 3 ut . . dia . .

7, 4 Eva: *cf. ad V 4, 2.* 8, 2 *i. e. sub specie Iohannis Mal. 4, 5* ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini. *Ioh. 1, 21. Matth. 17, 12.* 8, 4 aequales: *Helias et Iohannes aequales sunt cf. reg. IV 1, 8 et Matth. 3, 4.* cinxerat: *i. e.* cinxit *cf. rh. III 11, 1* dixerat *IV 35, 1. XXXV 8, 1.* 9, 1 *Matth. 3, 13 sq.* 9, 3 *Matth. 3, 17 sq. Is. 11, 2.* 10, 2 *Dreves intellegit* (per) Iesum et matrem Mariam *aut* (a) Iesu et matre Maria. *Parum recte. Praetulerim* (cum) Iesu e. m. M. *i. e. in Gegenwart cf. Ioh. 2, 1 sq.* 11, 1 *sq. Matth. 10, 1 sq.* 12, 1 rigans *(et* clamans): *cf. ad VII 3, 1.* 12, 3 *cf. Ioh. 11, 23. 43.* 13, 3 debúerunt: *cf. III 47, 1* exíerunt, *IV 61, 2* díxerunt, *ubi fort. corrigend.* dixerant. 14, 1 *sq.* gente profanissima *et* Iuda *(sic B): cf. ad V 4, 2. Ioh. 13, 27* et post buccellam introivit in eum satanas. — demun *i. e.* daemon: *cf. ad rh. II 14, 1.* 14, 3 *Matth. 26, 49.* 15, 1 *sq. Ordo narrationis perturbatus est cf. Matth. 26, 58. 51. Ioh. 18, 15. 10 al.* 15, 3 *sq. cf. Matth. 26, 70. 72. ibid. 74* coepit detestari et iurare, quia non novisset hominem. 16, 2 *cf. Rom. 5, 7* vix enim pro iusto quis moritur. *Ioh. epist. I 3, 16* ille animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere.

17. Recepit sancto corpore
Ioseph, in aromatibus
Cum sindone in tumulo
Magnum recondit thesaurum.

18. Sigillum signat tumulum,
Iesus vadit ad inferos;
Inferni claustra conterit,
Adam inde eripuit.

19. Tertia die resurgitur,
In Galilea praedicat:
Videntes mirabilia,
Quae fecit Christus dominus.

20. Videntibus discipulis
Christum circumdant angeli,
Caelum terram suspiciens,
Iesus ad patrem revertens.

21. Christus vadit in quadriga,
Caeli secreta penetrat,
Cum quattuor animalibus
In septimo throno resedit.

22. Ymnum canentes resonant
Tota caeli militia,
Agnus beatus revertens,
Triumphans de diabolo.

23. Zelum ⟨tunc Gestas⟩ perdidit,
Qui increpavit dominum;
Dismas qui in Christo credidit,
Levatus in paradyso.

IX.

DE HABITU ET CONVERSATIONE MONACHORUM.

1. Adeptus quisque monachi
Locum, virtutis culmina
Cautus debet conscendere,
Vanam cavere gloriam.

2. Bellator contra vitia
Tumorem mentis deprimat,
Per quem elatus zabulus
Caeli reliquit sedibus.

17, 1 recepto *scr. Dreves* 17, 4 **f.* magnum thesaurum condidit? *Sed* thésaurum *vocabulum graecum est.* 18, 1 **f.* sigillum *(i. e.* sigillo*)* signant tumulum 19, 1 resurgit *Dreves depravata clausula* 19, 2 praedicant *Dreves, sed cf. Matth. 26, 32. 28, 7. Ioh. cap. 21* 20, 3 **f.* caelum terra suspicient Sie schauen von der Erde zum Himmel empor *act. apost. 1, 10?* 21, 1 quadriga *B*, patria V_1 *str.* 23 *om. B* *str. 17—20 desunt* 21, 1 *sq.* xp̄s uadit in patria, duo adsistent cherubin te⟨r⟩ sc̄s tonat dn̄o q̄ regnat in celestia *(cf. v. 3, 3)* *str. 22 et 23 in folio 22r non rescripto sed valde detrito* ymnum canebat princip. natū marie virginis, agnus ad altare miraculum ostendit *(lectio incerta)* 23, 1 *sq.* *Zel. m m o *(lect. incert.)* perdidit qui increpavit dn̄m 23, 3 *sq.* dismas qui in xp̄o credidit leuatus est in paradiso

IX ***B*** *f. 11.* ***Br*** *f. 77. Ex B edd. Duemmler, Rhythm. eccl. III, Blume, Anal. hymn. 33, 216. Tit.* INSTITVTIO MONACHORV̄ *Br* 1, 1 quisq *Br*, quisquam *Duemmler* monachi: munere *BBr, corr. Winterfeld* 1, 2 *culminis *B*, culmine *Br* 2, 2 tumorē, e *ex correctura, Br* 2, 3 per quā *Br* 2, 4 cęli reliquid *Br*

17, 1 recepit corpore: *cf. ad rh. IX 2, 4. Matth. 27, 58 sq.* 18, 1 *cf. Matth. 26, 66. 18, 2; Evang. Nicod. ed. Tischendorf² p. 389 sq. p. 403.* 19, 1 resurgitur: *cf. XV 19, 2* ut non novetur, *XXXV 7, 3* refrigeretur. 19, 2 *cf. Ev. Ioh. 21, 1 sq. Matth. 26, 32. 28, 7.* 19, 3 videntes *i. e.* vident *cf. ad VII 3, 2. v. 19, 3 = 13, 2.* 20, 1 *act. apost. 1, 9.* 20, 4 revertens: *cf. ad 19, 3* videntes. 21, 1 in quadriga: *quae reg. IV 2, 11 de Elia narrantur* ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque; et ascendit Elias per turbinem in caelum, *in Christum translata sunt.* 21, 3 *sq. de quattuor animalibus cf. apocal. 4, 6, de septimo throno cf. ad rh. XLVIII 4, 1.* resedit: *cf. ad II 6, 2.* 22, 3 revertens: *cf. ad 19, 3.* 23, 1 *sq.* Dismas et Gestas: *cf. rh. XV 18, 3 sq.*

IX *Abecedarius. Schema: versiculus 8 ◡ – quater repetitus. Assonantia passim; 5 hiatus. Clausulae: 6, 4* exempla, *7, 1* quietus. — *Poetam maximam partem ad regulam s. Benedicti se applicasse P. Lehmann monet.* 1, 2 *reg. Bened. (ed. Wölfflin) LXXIII 20* ad maiora .. doctrinae virtutumque culmina .. pervenies, *ibid. VII 11.* 2, 1 *r. B. VII 30* custodiens se a peccatis et vitiis. 2, 2 *r. B. IV 21. XXVIII 7 al.* 2, 4 reliquit sedibus: *cf. 5, 4. 6, 3. 8, 2. 8, 4. 10, 3. 13, 3. 16, 4. 20, 4 VIII 17, 1.*

3. Carnem devincat anima
Magno labore dedita;
Timenda semper vanitas,
Ne bonum perdat misera.

4. Donum quod Christus tribuit
Suisque servis subditis,
In dei vertant gloriam,
Ne magna perdant premia.

5. Experto quoque monacho
Sanctus delectet habitus,
Tantumque fiat humilis,
Ne mundi querat laudibus.

6. Factus a fame tenuis,
Amator abstinentię,
Relinquat vita perdita,
Hypocritarum exempla.

7. Gravis, in mente quietus,
Religione deditus,
Aptus in vultu clareat
Placabilisque omnibus.

8. Humilis ⟨sit⟩ in vestibus,
Sanctis ostendat moribus,
Ne foris quidem simplicis
Intus recludat maculis.

9. In bonis currat actibus;
Qui deum fuit reprobus,
Dolens, conpunctus ambulet
Et plures fundat lacrimas.

10. Kartarum lector paginis,
Frequenter oret saepius,
Malis commutet moribus
Et multum sit pacificus.

11. Lapsus intactus criminum
Laudare debet dominum;
Non sit securus nimium,
Ne turbe iungat daemonum.

12. Minus perfectis meritis
Iugis inploret precibus
Deumque caeli dicius,
Qui pius fovet parvulus.

13. Non sit linguosus monachus,
Sed paucis verbis deditus,
Suis refrenet labiis
A pravisque eloquiis.

14. Obscena verba, turpia
Et risum que moventia
Tantum vitemus plurimum
Velut venenum aspidum.

15. Pauper pro Christo subditus
Nullum detrahat fratribus,
Ne post exitum animae
Ipsum dimergat inferus.

16. Quicumque sumptus seculi
Pro Christo caret munere,
Non sit in corde murmurans,
Ne bonis perdat omnibus.

3, 1 *Carmen deuicta *B*, Car nedeuicta, n *ss.* m_1?, *Br*, carne deuicta *Duemmler Blume* 3, 2 magnum laborem *B*, *cf. ad V 4, 2* 4, 3 gloria *Br* 5, 1 Expertus quoque monachus *B Duemmler*, expertum q. monachum *coni. Blume* 5, 2 scīs delectet habitus *B*, sanctus delectat h. *Br*, sancto delectet habitu *Duemmler*, sanctus delectet habitus *coni. Blume* 5, 3 fiat *B*, frat̄ *Br* 5, 4 querat *Br* 6, 1 Fractus *coni. Duemmler Blume* teneat *B* 6, 2 abstinentia *B*, abstinentiam *Duemmler* 6, 3 uitam perditam *Br* 6, 4 hypocrisis *B*, hypocrisisque e. *Blume*, exemplaque hypocrisis *Duemmler neglecta assonantia* 7, 1 quietus *B*, q̇ ÷ *Br* 7, 2 religioni *Br*, *cf. 3, 2* 8, 1 *sit *om. BBr* 8, 3 simplex sit *coni. Duemmler* 8, 4 maculas *scr. Duemmler Blume neglecta assonantia* *str. 8—9 in Br sic contractae sunt* humilis in uestib; scſ̄s punctus ambulet & plures fundat lacrimas 9, 2 deo *scr. Duemmler*, dudum *Blume* 10, 1 paginus *Br* 10, 2 sepius *Br* 10, 3 comu/t& *Br* 10, 4 pacificv̄s *Br* 11, 1 inactus *Br* 11, 3 Ne sit *B* 11, 4 turbas *B*, ne turbe iungant̄ demonū *Br*, **an* turbis? 12, 1 perfecti *Br Duemmler* 12, 2 iuges *Br* *inplorent *BBr*, *cf. 15, 2* detrahant 12, 3 cęli ditius *Br* 12, 4 prius *scr. Duemmler* fouet *Br*, fuit *B* paruulos *B* 13, 2 deditus *B*, perditus *Br* 13, 4 que *om. Br* 14, 2 que *om. Br* 15, 1 pro *om. Br* 15, 2 detrahant *B* e fratribus *Br* 15, 3 animę *Br* 15, 4 possedeatur inferos *B* 16, 1 seculo *B*, seculi *Br Duemmler* 16, 4 bonus *B*, ne bona perdat omnia *scr. Duemmler*

3, 1 *r. B. VII 32.* 4, 1 *sq. r. B. prol. 60 sq.* 4, 1 suisque *i. e.* et donum quod *e. q. s.* 5, 1 monacho: *cf. ad V 4, 2.* 5, 3 *de humilitate: r. B. c. VII et passim.* tantum .. ne *i. e.* adeo ut non. 6, 1 *r. B. IV 9. 22.* 6, 3 *r. B. XL 7. XLIX 8.* 7, 2 *cf. 17, 1.* 8, 3 simplicis *nominat. cf. ad rh. VII 13, 1.* 9, 1 *r. B. prol. 45* nisi .. bonis actibus curratur. 9, 2 *i. e.* deo? 9, 3 *r. B. XX 6. XLIX 8.* 10, 1 lector *sc.* sit *cf. r. B. IV 34 sq. XLVIII 27 sq.* 11, 1 lapsûs *genetivus est.* 11, 4 *i. e.* iungatur *cf. ad rh. VII 1, 2.* 12, 4 *i. e.* parvulos. 13 *r. B. IV 33 sq., cap. VI.* 14 *r. B. VI 18* scurrilitates .. verba otiosa et risum moventia *e. q. s.* 15, 2 *r. B. IV 23.* 16, 1 *coniungas* munere sumptûs 16, 3 *r. B. IV 23 et passim.*

17. **R**eligione deditus
Non multum miret virgines;
Suos refrenet oculos,
Ne sibi tradat laqueos.

18. **S**uspecti sint et vigiles
De suis sanctis meritis,
Puris confessi cordibus
Suos allidant parvolos.

19. **T**empusque breve praestitum
Nullum ducamus vacuum,
Finem ornemus operis
Nostrum pensantes tempora.

20. **V**ita vilescat seculi
In sensu quoque monachi,
Non sit in rebus cupidus,
Ne mundi quaerat laudibus.

21. **X**ristus nobis pre omnibus
Orandus saepe dominus,
Ut nos infirmos protegat,
Suos conservet famulos.

22. **Y**mnisque deum plurimis
Mente rogemus humili,
Ut tetris quoque bestiis
Sub nostris subdat pedibus.

23. **Z**elo amoris proximi
Fratres in unum conditi
Hostem vincamus invidum
In caritatis vinculo.

24. Gloria tibi, domine,
Gloria unigenito
Una cum sancto spiritu
In sempiterna saecula.

X.

DE ACCUSATIONE HOMINIS ERGA DEUM.

1. **A**udi me, deus piissime!
Impie vivendo peccavi
nimis.
Mortem consecutus sum,
Oboediendo satanae
captus sum.

2. **B**one plasmator, audi me!
Longe factus sum a te,
piissime.
Peccata mea ligant me.
Ut revertar ad te,
adiuva me.

17, 1 Religione cupidus *B*, Religioni deditus *Br cf. 7, 2* 17, 3 refrenet *Br*, auertat *B fort. recte* oculus *Br* 17, 4 laqueos *B*, paruulos *Br cf. 18, 4. 12, 4* tradat: **f.* paret? trahat *coni. Lehmann* 18, 2 sc̄i *Br* 18, 3 puri *B* 18, 4 * suis̊ *(corr. m₂?)* elidant paruulos *Br*, suis allidant paruolis *B* 19, 1 breui *B* 19, 2 uacuum *B*, ocĭũ *Br* 19, 3 operis *B*, maxime *Br* 19, 4 tempr̄ *B*, temporis *scr. Blume*, nostro presenti tempore *Br* 20, 2 monachi *B*, mochi *Br* 20, 4 ne mundi mergatur fluctibus *Br* **f.* nec quaerat 21, 2 orando *BBr*, *corr. Duemmler* sepę *Br* 22, 1 Hymnisque *Br* dī *B* 22, 3 Utĕris quoque *Br* quoque *BBr*, quosque *scr. Duemmler* bestiis *Br*, daemonum *B* 22, 4 pedibus *hic finit Br* 23, 1 proximis *B*, *corr. Duemmler*

X ***B*** *f. 12 sq. Edd. Cl. Blume, Anal. hymn. 33, 237, W. Meyer, Nachrichten d. K. Gesellsch. d. W. z. Göttingen 1908, 47 sq. — Mirum et monstruosum fere abecedarium, qui a legibus poesis latinae et metricae et rhythmicae prorsus abhorreat, cum is qui syllogam confecit Sangallensem receperit, excludere nolui. W. Meyer l. c. poetam leges Germanicorum illius temporis poetarum secutum esse evincere studuit, neque qua alia ratione forma inaudita explicari possit video. Illius igitur doctrinam maxima ex parte amplexus sum.* 1, 5 satanae, *Meyer*

17, 2 miret: *cf. 11, 4.* 18, 1—2 *r. B. IV 42* non velle dici sanctum, antequam sit, sed prius esse, quod verius dicatur. 18, 3—4 *r. B. prol. 57* qui . parvulos cogitatus eius *(sc.* cordis*)* tenuit et adlisit ad Christum *(ps. 136, 9). IV 30 sq.* 20, 1 *r. B. IV 13.* 23 *r. B. IV 16, cap. LXXII.*

X 1, 2 *legas* impíe *cf. ad rh. IV 11, 3.*

3. Coepi servire domino:
Invidia diaboli
vicit me.
Donum dei habui:
Dies meos neglexi.
Heu me!

4. Deus invisibilis,
Qui sursum sedes, vide
humilem,
Cor contritum. Plango ad te.
Miserere super me,
quia plasmasti me.

5. Exeant peccata,
Quae sunt in me confixa
misero.
Abrenuntio diabolo
Et omnibus eius actibus,
adiuvante te.

6. Fiant mihi lacrimae
Panis die ac nocte,
cotidie.
Omnia mea crimina
Veniant in memoria
ante te.

7. Gravia enim delicta
Gravia quaerunt lamenta:
sic et in me.
Incesti quoque oculi
Fluunt mihi amariter,
undique.

8. Haec erat lamentatio
In alienis opibus,
et non in meis.
Aliena congregavi,
Caeli thesaurum perdidi.
Heu me!

9. Infra sancta regula
Nutritus fui dulciter.
Postmodum
Omnia mala perfeci:
Te solum non negavi,
omnipotens.

10. Kalumnia super calumnia
Fui super omnia,
ego miser.
Si peccavi graviter,
Iam flebo amariter.
Indulge me!

11. Lux desiderabilis,
Scio me longe a te,
piissime.
Si avertis faciem,
Ubi peto veniam,
nisi a te?

12. Mihi lamentatio
Plura fiat pre omnibus,
pro delictis meis.
De tuis quod perdidi,
In quo mihi recuperem,
nisi per te?

13. Non mereor, ut mihi
Parcas, nisi fuerit
pietas tua.
Hoc precor, ut memineris,
Quod pretium me emisti,
redemptor vitae.

14. O mira exspectatio
Et cordis lamentatio
pro delictis meis!
Omnia mea crimina
Reduco in memoria
coram te.

4, 3 humilem. Contritus plango ad te *coni. Meyer, sed cf. ps. 50, 19* cor contritum et humiliatum, deus, non despicies. *Nonne legi potest* ⏑ ⏑ ´ ⏑ ´ ⏑ ´ ⏑ *ut v. 8, 4?* 5, 2 confixa, *Meyer* 5, 5 omnes *B, corr. Blume* 6, 5 memoria, *Meyer* 13, 5 pretio *Meyer* 14, 2 lamentatio, *Meyer*

3, 5 *Cor. I 7, 7.* 4, 1 *Tim. I 1, 17* regi autem saeculorum ... invisibili. 4, 4 *ps. 50, 19.* 5, 4 *forma abrenuntiationis solemnis.* 6, 1 *ps. 41, 4* fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte. 7, 1 *cf. Theodoret. ad ps. 50, 3* magna vulnera aeque magnis remediis indigent *e. q. s.* 9, 1 infra *i. e.* intra: *cf. ad VII 9, 1.* 11, 4 *ps. 12, 1* usquequo avertis faciem tuam a me? 12, 2 plura: *cf. rh. XXXIX 7, 1.* 13 5 *Cor. I 7, 23, Petr. I 1, 18 sq.* — pretium *pro* pretio: *cf. ad V 4, 2.* 14, 4–6 *cf. 18, 4–6 (6, 4–6).*

15. **P**eccavi cum peccantibus.
Nullus est, qui adiuvet
in planctibus.
Qui mihi sunt consimiles?
Planxi incessabiliter
apud me.

16. **Q**uare non fui mortuus,
Dum fui in sacris fontibus?
Ego miser!
Vel cui sum consimilis
In tam malis criminibus?
Ego miser!

17. **R**evertere ad me, domine,
Ne pereamus invicem!
succurre nobis!
Redemptor vitae maxime,
Quid sum dicturus ante te,
domine?

18. **S**ancte et immortalis,
Indulge meis peccatis,
altissime!
Omnia mea crimina
Reduco in memoria
ante te.

19. **T**ibi refero gloriam,
Qui me exspectas per tempora,
domine.
Porrige auxilium,
Eripe me de exsilio,
quo captus sum!

20. **U**ni deo per omnia
Agimus paenitentiam
vivendi.
Ut maior iracundia
Culpa inquirit gratia,
indulge me!

21. **X Y** et **Z**
Concludunt ista verba
simplicia.
Omnes intente audite,
Paenitentiam agite
et vivite.

22. Gloria deo coaevo,
Cui honorem semper do,
altissimo,
Una cum dei filio
Et cum sancto spiritu.
Amen.

XI.

ITEM UNDE SUPRA.

1. **A**udi me deus peccatorem nimium,
Satis adflictum corpus vel espiritum:
Inique egi in conspectu domini.
Iesus clementer tribulantes subveni.

15, 4 *cf. 16, 4* 15, 2 incessabiliter, *Meyer* 18, 5 memoria, *Meyer* 18, 6 ante te domine *B (cf. 17, 4), corr. Blume* 20, 3 viventi *coni. Meyer* 20, 4 *sq.* maior iracundiā culpam inq. gratiă *coni. Meyer* 22, 1 q̄ aeuo *B, corr. Blume* 22, 2 dō *B, corr. Blume* 22, 3 altissime *B, corr. Meyer*

XI ***B*** *f. 14. Edidit Duemmler, Rhythm. eccl. spec. IV* 1, 2 *spiritum *B*, corpus atque spiritum *Duemmler*

17, 5 *cf. rh. XXIII 9, 1.* 18, 5 *cf. 14, 5.* 19, 2 *Is. 30, 18* propterea exspectat dominus, ut misereatur vestri. 21, 4 *Ezech. 18, 30—32* convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus ..... revertimini et vivite.

XI *Abecedarius. Schema* 5 _ ◡ + 7 ◡ _ *ter repetitum stropham efficit. Nonnulli versus corrupti. Synizesis 20, 2* diaboli. *Hiatus multi. Bini (aut terni) fere versus stropharum inter se assonant vel concinunt. Versus intercalaris.* 1, 2 espiritum: *cf. ad. rh. V 12, 2.* 1, 4 tribulantes *passiva notione contra usum vulgatae (Kaulen, Handbuch 157) cf. rh. XVII 22, 1.* — tribulantes subveni: *cf. XXIX 4, 1* angelos imperat. *L 1, 3* succurre nos.

2. Bona sunt lucra in terrena patria,
Si quisque fruens cum divina gratia
Optime data de supernis militat.
Iesus clementer tribulantes subveni.

3. Caelum resplendet de sanctorum merita,
Terra depremit insita malitia,
Ego misellus incurri per tenebras.
Iesus clementer tribulantes subveni.

4. Deus aeterne, ad te clamo iugiter,
Lumen effunde et fervorem tribue!
Tam diu vixi in meis miseriis.
Iesus clementer tribulantes subveni.

5. Ecce gravatus, per reatum saucius,
Cum putruerunt cicatrices nimium,
Insipienter defluxi in laqueo.
Iesus clementer tribulantes subveni.

6. Facilis fui verbo et in opere,
Subministravi ventreque ingluviem
Pocula miscens et Falerna plurimum.
Iesus clementer tribulantes subveni.

7. Gaudebam miser dignitatem saeculi,
Oblitus eram in mandatis domini,
Cursu incerto rugiebam inviis.
Iesus clementer tribulantes subveni.

8. Heu quid dicam? Tristis cano carmina,
Singultus claudit vocem nec conciliat.
Peccavi deus, miserere pietas.
Iesus clementer tribulantes subveni.

9. † In bonis mihi reformare actibus,
Quousque tam dei uitam fui reprobus.
Ut tibi psallam liberatis laudibus,
Iesus clementer tribulantes subveni.

2, 2 quisquam *Duemmler* 2, 4 *B nil nisi* ihs, *sic semper praeter 4, 4 et 19, 4* 3, 1 merito *Duemmler* 3, 2 terram deprimit *Duemmler* 4, 2 *an* *favorem? 4, 3 *f.* nam diu 5, 3 deflexi *coni. Duemmler* 6, 2 ventrique *Duemmler* gluuio *B, corr. Duemmler* 7, 1 dignitate *Duemmler* 7, 3 cursus incertum *B, corr. Duemmler* in inuiis *B, corr. Duemmler* *f. cursu incerto irruebam inviis 8, 1 Heu heu *Duemmler* 8, 2 *gaudet *B* nec conciliat: *nesciliat *B*, reconcilia *Duemmler* 9, 1 In bonis me deus reforma actibus *scr. Duemmler* 9, 2 quousque tota vita fui reprobus *scr. Duemmler*

2, 2 quisque: *cf. IX 1, 1.* fruens data: *cf. rh. XXII 22, 4. de militia viri Christiani cf. regulam S. Benedicti (ed. Wölfl.) 1, 7* Christo vero regi militaturus *et rh. I 1, 2.* 3, 1 de merita: *cf. ad rh. VII 14, 2.* 3, 2 terra *i. e.* terram: *cf. ad V 4, 2.* deprémit: *cf. ad IV 11, 3.* 5, 1 *cf. Eugen. Toletan. carm. V 1 (Auct. antiq. XIV 235)* Criminum mole gravatus et reatu saucius. 5, 3 laqueo: *cf. ad V 4, 2.* 6, 1 facilis *i. e.* levis. 6, 2 ventreque *i. e.* ventrique *cf. ad II 6, 2.* 6, 3 *cf. rhythm. VII 15, 2* et Falernum nobilem. *Intellegas* et pocula Falerna miscui. 7, 1 gaudebam dignitatem: *cf. ad rh. V 4, 2.* 8, 1 Heü *pronuntiandum est, 19, 1* laüs: *cf. ad IV 15, 1.* 9, 1–2 *non intellego.*

10. Kastum conserva corpus atque animam,
Iram repelle et furorem tempera,
Praesta, largitor, mihi patientia!
Iesus clementer tribulantes subveni.

11. Labia munda, pelle procul maculas,
Sobrie vivam, Christi iussis paream,
In domo dei ut lucerna ardeam.
Iesus clementer tribulantes subveni.

12. Miserque homo vel qui tanta tempora
Vixi infelix in meis negotiis,
Auxi peccata, cumulavi crimina.
Iesus clementer tribulantes subveni.

13. Nutritus demum vita regulariter,
In domo dei conversavi dulciter,
Iugum suscepi christianus habitum.
Iesus clementer tribulantes subveni.

14. Ortat me sermo fragilem dominicus:
Quacumque die peccator revertitur,
Rursum divina gratia recipiet.
Iesus clementer tribulantes subveni.

15. Pietas Christe, me peccantem suscipe
Et patienter neglegentem sustine,
Voca ad regnum, invita ad premium.
Iesus clementer tribulantes subveni.

16. Quanta qualisque dei patientia
In me misello contemtore merita.
Vita post mortem et amara dulcior.
Iesus clementer tribulantes subveni.

17. Regem adoro, redemptorem veneror,
† Reatum meum relaxante opero
Rosique vernis mercis in altissimo.
Iesus clementer tribulantes subveni.

18. Sollemnem diem libertatis teneo,
In quo ereptus de morte pestifera
In aula Christi quietus resideam.
Iesus clementer tribulantes subveni.

10, 3 patientiam *Duemmler* 11, 1 *Labia et m. *B* 11, 2 iussit *B, corr. Duemmler* *pariem *B* 11, 3 ardeant *B, corr. Duemmler* 12, 1 vel: vae *scr. Duemmler* 13, 3 **f.* christiani habitus 14, 1 fragili *sic B, corr. Duemmler* 14, 2 die *sic B,* dic *scr. Duemmler* 14, 3 iussum diuina gratia recepit *B,* rursum divinam gratiam recipiet *corr. Duemmler* 15, 3 uocat . . . inuitat *B, corr. Duemmler* 16, 2 *merito *B,* contemptoque merito *Duemmler* 16, 3 et: **f.* est dulcius *B, corr. Duemmler* 17, 2 relaxantem opere *scr. Duemmler* 17, 3 rosaque verna merces *scr. Duemmler* 18, 1 liberatis *B, corr. Duemmler* 18, 2 pestiferus *B, corr. Duemmler; an** pestifero? 18, 3 resideat *B, corr. Duemmler*

10, 3 patientia: *cf. ad rh. V 4, 2.* 13, 3 *intellego:* habitum monachi induit. 14, 1 *sq. pertinet n. f. ad Luc. 15, 7.* ortat: *cf. ad rh. VIII 19, 1.* 14, 3 *divina gratia peccatorem recipit.* 15, 1 *Christus vera pietas est (cf. 8, 3).* 16, 2 *i. e.* contemptore meritorum. *An* merita (est)? 16, 3 *vita post mortem dulcior est quam haec amara vita mundana (?).* 17, 2 *sq. non intellego.*

19. Te decet, deus, laus in altissimo,
Patri coaevo nobis unigenito
Terram misisti de paterno solio.
Iesus clementer tribulantes subveni.

20. Veritas lucet de terra, iustitia,
Quae contradicit diaboli astutia.
Captivus miser in superna patria.
Iesus clementer tribulantes subveni.

21. Gloria deo, decus sapientię,
Patri coęvo et coęterno filio
Immo cum patre sanctoque espiritu.
Iesus clementer tribulantes subveni.

XII.

DE COMMENDATIONE UNIUSCUIUSQUE ANIMAE.

1. Age, deus, causam meam,
Ne reputes facta mea,
Tibi commendo animam meam,
Aeterne rex deus.
Tibi commendo animam meam,
Tu creasti eam.

2. Benedicte, sanctę pater,
Qui regnas in trinitate,
Tu dona in terra pacem,
Benigne, fortis deus.

3. Cęlos fecisti gloriare,
Domine, per tuum natalem,
Fac nos gaudentes celebrare,
Clementissime deus.

4. Deus, qui regnas in altum
Et coronas omnes sanctos,
Libera nos a malo actu,
Dominator deus.

5. Ecce in illa die iudicii
Qualis ego ero miser,
Qui tanta peccata feci!
Excelse iudex, deus.

6. Fortis fuisti in cruce,
Domine, per tuam virtutem
Tu nos perduc ad veram lucem,
Fortissime deus.

19, 1 decent laudes *coni. Duemmler* 19, 2 coaevum . . . unigenitum *scr. Duemmler* 19, 3 patrono *B, corr. Duemmler* 20, 2 qui *B, corr. Vollmer,* cui *Duemmler* 20, 4 ihs ⁊ *i. e.* clementer *(nota Tironiana) B* 21, 3 *spiritu *B*

XII ***B*** *f. 16. Edidit Duemmler, Rhythm. eccles. n. V, Blume, Anal. hymn. 33, 258* 1, 3 meam *del. Blume* 1, 4 rex aeterne deus *B, corr. Duemmler Blume* 1, 3–6 *Duemmler sic edidit:* tibi commendo animam meam, tu creasti eam, aeterne rex deus. *Haud improbabiliter Blume vv. 5 — 6 intercalares esse iudicat* 3, 1 gloriari i *in ras. B, fuitne* gloriare? gloriare *scr. Blume* 3, 2 natum *Duemmler contra assonantiam* 6, 2 perpetuam uirtutem *B,* per tuam virtutem *Blume,* perp. virtute *Duemmler*

19, 1 laüs: *cf. 8, 1.* 19, 2 *i. e.* tibi coaevum — unigenitum, *sed cf. 21, 2.* unigenito *i. e.* unigenitum *cf. ad rh. V 4, 2.* 19, 3 terram misisti: *cf. ad rh. VI 17, 2.* 20, 2 *i. e.* astutiam. 20, 3 *non intellego.* 21, 1 decus sapientię: *cf. rh. VII 9, 2.*

XII *Abecedarius duplex, cum versus primus et invocatio ab eadem littera incipiant. Schema 8 _ ◡ ter aut quater repetitum singulas strophas efficit. Multi versus 9 (etiam 10) syllabarum. Addita est invocatio, cui forma 6 _ ◡ sive 7 _ ◡ est. Concentus quaeri videtur, haud raro bisyllabus est. Clausulae purae (5, 1 leg.* iudíci*). Hiatus 14 fere.* 3, 1 *cf. Luc. 2, 14.* gloriare: *cf. 11, 1* consolasti, *14, 1* auxiliasti *et ad rh. VIII 19, 1.* 4, 1 in altum: *cf. 17, 1 et ad rh. V 4, 2.* 5, 1 in illa die iudicii: *cf. ad rh. XXIII 2, 1.*

7. Gemma, iudex, iudica me;
Quem peccantem non punisti,
Exaudi paenitentem, Christe,
Gloriose deus.

8. Hodie redemptor venit,
Ovem perditam requiret,
Quam reportet ad ovile;
Tu nobis veniam concede,
Honor regni, deus.

9. Inmense divinitatis,
Lapsos revoca a peccatis,
Indulge esceleratis,
Fidem reforma disperatis,
Iuste iudex, deus.

10. Karitate nos inlustra,
Iter rectum nobis demonstra,
Gradiamur via angusta,
Klarissime deus.

11. Lacrimantem consolasti
Mariam, te deprecantem
Indulgentiam donasti:
Misericors et nobis parce,
Lux et lumen, deus.

12. Magnam suscepisti in cruce
Latronis confessionem,
Dedisti remissionem:
Aufer a nobis peccati molem,
Magne magister, deus.

13. Nenivitarum pepercisti,
Pęnitentes exaudisti,
Iram tuam avertisti:
Et nobis miserere, Christe,
Nec nos relinquas, deus.

14. Omnibus auxiliasti;
Prostratum David levasti,
Pęnitentem exaltasti,
Spiritum sanctum redonasti,
Omnipotens deus.

15. Petri luctum acceptasti,
Te negantem non culpasti,
Demergentem liberasti:
Nobis indulge, pater sanctę,
Pater noster, deus.

16. Quatriduanum iam sepultum
Excitasti de sepulchro,
Pristinum dedisti vultum:
Remitte crimina, indultor,
Qui nos creasti, deus.

17. Regulum te deprecantem
Filiam resuscitasti,
Sanguinis fluxum constagnasti:
Exaudi nos te deprecantes,
Rex et rector, deus.

18. Surdis auditum dedisti,
Cecis lumen reddidisti,
Claudis gressum direxisti:
Facinora nostra dimitte,
Salvator mundi, deus.

8, 2 requirit *scr. Duemmler* 8, 3 ouilē m_1B 9, 2 lapsas *B, corr. Duemmler* 9, 3 *sceleratis *B* 9, 4 desperatis *scr. Duemmler* 10, 1 Caritate *B, corr. Duemmler* 10, 2 demonstrauit *B,* monstra *Duemmler,* demonstra *Blume* 10, 4 *an** karissime? clarissime *B* 11, 4 donasti, misericors, et *Blume* 12, 4 aufert *B, corr. Duemmler,* aufer nobis *Blume* 13, 1 Ninivitarum *Duemmler,* Nenivitas *coni. Vollmer* 13, 5 derelinquas *scripsit Blume* 14, 4 sanctum spiritum *Blume* 15, 2 Tu *Blume* negentem *B, corr. Duemmler* 17, 1 Reguli te deprecantis *coni. Duemmler* 17, 3 stagnasti *Duemmler* 17, 4 deprecantem *B, corr. Duemmler*

8, 2 *Luc. 15, 4 sq.* 9, 1 inmense divinitatis *gen. qualitatis esse videtur.* 9, 3 esceleratis: *cf. ad rh. V 12, 2.* 10, 3 *Matth. 7, 13.* 11, 2 *Luc. 7, 38. 48. Ioh. 12, 3.* 11, 3 donasti *pro* dedisti *cf. 14, 4.* 12, 1 *sq. Luc. 23, 42 sq.* 13, 1 *Ion. 3, 7 sq.* 14, 2 *reg. II 12—19.* 15, 1 *sq. Matth. 26, 69 sq. Ioh. 21, 15.* 15, 3 *Matth. 14, 30 sq. Sedul. hymn. II 15, 2. De his miraculis ex Sedulii hymno altero depromptis cf. N. A. XXXIV 631.* demergentem *intrans.* 16, 1 *Ioh. 11, 39. 44. Sedul. l. c. 16, 1.* 17, 1 *constructio absoluta: cf. ad rh. III 3, 3 (an* = regulo deprecante *cf. ad V 4, 2?). Matth. 9, 18. Marc. 5, 22. Luc. 8, 41, sed* regulus *nomen ex Ioh. 4, 46 depromptum est, quem ad locum pertinet Sedul. l. c. 14, 1.* 17, 3 *Math. 9, 20. Marc. 5, 25. Luc. 8, 43. Sedul. l. c. 17, 1.* 18, 1 *sq. Sedul. l. c. 12.*

19. 'Tolle lectum' ⟨tu⟩ mandasti,
Paralyticum sanasti,
Incredulis fidem donasti:
. . . . . .
Trinus et unus deus.

20. Viduam vidisti flentem
Filiumque prosequentem;
Suscitasti, rex excelse:
Audi orantes pęnitentes,
Virtus et victor deus.

21. Xriste, qui es venturus iudex,
Audi precem peccatoris,
Libera a temptatione
Et ab inferno inferiori,
Xriste, filius dei.

22. Ymnum dicant pęnitentes,
Laudes canant convertentes,
Tua promissa retinentes,
Qui non vis mortem delinquentis,
Ynmense et magne deus.

23. Zelator est invidus draco
Videns gregem liberatum,
Quem ligaverat in peccato:
Adiuva nos, mundi salvator,
Zelotis nomen, deus.

XIII.
DE ENOCH ET HAELIAE.

1. Apparebunt ante summum saeculorum iudicem
Enoch magnus et Hęlias quondam raptus in polum
Inminente die iudicii.

2. Qui docendo corda patrum convertunt in filios,
Inbuunt et infideles iustorum prudentia.
Inminente die iudicii.

19, 1 lectum lectum mandasti *B*, tu *add. Duemmler*, lectulum *Blume* *v.* 19, 4 Misericors et nobis parce *B*, *versum ex str. 11, 4 huc translatum delevi*, *cf. 11, 3* indulgentiam donasti misericors *et 19, 3* fidem donasti misericors, *vera lectio periit* 20, 3 filium te pros. *B*, *corr. Polheim* 20, 5 *sic B*, victor et iustus d. *Duemmler*, iUstus et misericors d. *Blume* 21, 1 iudex es venturus *Duemmler* 21, 4 **f.* ab *delendum est* 22, 2 canunt *B*, *corr. Blume* 22, 5 ꝛc dꝯ *(nota Tironiana) B*, nunc deus *Blume*, sancte deus *Duemmler* 23, 1 et *B*, est *Blume*

XIII ***B*** *f. 18 sq. et* ***La*** *(cod. Parisinus lat. 16668 olim Laureshamensis s. IX cf. E. Steinmeyer, Altd. Glossen IV 599) f. 21 sq. Ex B edidit E. Duemmler, Rhythm. eccles. n. VI. Poeta, ut W. Meyer, Ges. Abh. II 349 sq. docuit, hoc carmen non rhythmice sed metrice composuit Bedae (De arte metrica. Gramm. lat. ed. K. VII 258) doctrinam secutus:* 'metrum trochaicum tetrametrum . . . recipit locis omnibus trochaeum, spondeum omnibus praeter tertium.' *Neque vero carmen haud iniucundum ex hac editione seclusi, cum ab eo qui syllogam abecedariorum confecit receptum sit (cf. ad n. X). Titulus deest La* 1, 2 raptus: *in promptu fuit corrigere* rapti, *sed in hoc carmine hiatus non admittitur* 1, 3 inminente die iudicii *(sic str. 1. 2. 11. 12,* inminente *str. 3. 4,* inmīn *vel* inm̄ *str. 5. 6. 7. 8. 9. 10) La*, inminent² *(*inmin., in. *1—17) B*

19, 1 *sq. Matth. 9, 2. Luc. 5, 18 sq. Sedul. l. c. 18, 1 sq.* 20 *Luc. 7, 12 sq. Verba sic intellegenda esse videntur:* vidisti viduam, quae flebat et filium prosequebatur. 22, 1 *cf. hymnum qui dicitur Hilarii 1, 1* Hymnum dicat turba fratrum. 22, 2 convertentes *i. e. se convertentes cf. 15, 3* demergentem *et ad rh. XVII 22.* 22, 4 *Ezech. 18, 23. 33, 11.* 22, 5 *cf. 9, 1.*

XIII *De metro cf. supra. Poeta pervetustos abecedarios n. XVII* De die iudicii *et XIX* De sancta Hierusalem caelesti *ante oculos habuit cf. ad str. 14 sq.* 1, 2 *gen. 5, 24. Ebr. 11, 5. reg. IV 2, 11.* 2, 1 *sq. Malach. 4, 5* ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus et horribilis. Et convertet cor patrum ad filios et cor filiorum ad patres eorum. *At poeta non hunc locum respicit, sed Luc. 1, 17, ubi Gabriel de baptista praenuntiat:* ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae, ut convertat corda patrum in filios et incredulos ad prudentiam iustorum.

3. Qui tres annos sexque menses dum doctrinae serviunt
Atque multos ad perenne caeli regnum convocant,
(Inminente die iudicii)

4. Tum serpens ater repente iam, peccati filius,
Orbe toto virulentis frendens sevit dentibus
Inminente die iudicii.

5. Et Christum bello superbo antichristus appetens
Cuncta recte structa pravus dissipare nititur
Inminente die iudicii.

6. Tantos inprimis prophetas Christi plebis ac duces
Sternit ense, plurimique Christi fiunt martyres
Inminente die iudicii.

7. Universum sic per orbem pestis ardens impia
Tormentis signisque terret incautos et inplanat
Inminente die iudicii.

8. Sed tempestas ista Christo mox donante transiet,
Ne fides concussa forte electorum corruat
Inminente die iudicii.

9. Post tres annos sexque menses caelo missus angelus
Saevum cum suis draconem Michahel interficit
Inminente die iudicii.

10. Tunc in castris ecclesiae pax fulgebit caelitus,
Quę crudelem gratulatur a se victam bestiam,
Inminente die iudicii.

11. Tunc gentiles et Hebrei ore Christum consono
Verum regem profitentur, veri patris filium,
Inminente die iudicii.

12. Heu quam felix illud aevum tum decedens ocius!
Pax securitate gaudens gignit neglegentiam
Inminente die iudicii.

13. Neglegentes, dormientes, incubantes luxibus,
Manducantes et bibentes ira tollet nescios
In pavendo die iudicii.

4, 1 tum repente serpens ater *BLa, transposuit metri causa W. Meyer l. c. 350* 4, 2 uirulentus *La* frendens anguis dentibus *B* 5, 2 recta *B,* recte *La (Duemmler)* 6, 1 tanto *La* *plebe *La,* plebes *B* 6, 2 plurimique *La (Meyer),* plurimi qui *B* 10, 1 écclēsíe *vox Graeca, cf. W. Meyer l. c. 350 not.* 10, 2 gratulantur *La,* gratulatur *B (sc.* ecclesia*)* 11, 1 ebraei *B* 12, 1 aevum illud m_1, *corr.* m_1, *La* tam *BLa,* tum *corr. Vollmer* 12, 2 negegentiam m_1, *corr.* m_1, *B* 13, 3 in pauendo die iudicii *La (*inpauendo, inpauēn., inp̄., pavēn., pa̤v., p̄. *str. 14—26 La)*

4, 1 *sq. cf. E. Sackur, Sibyllinische Texte u. Forschungen, 1898, passim; ep. ad Thessal. II 2, 3.* 7, 2 inplanare: *cf. Rönsch, Itala u. Vulgata 253.* 9, 1 *Poetam antiquiorem versionem fabulae de Antichristo secutum esse hoc loco demonstratur (Bousset, Der Antichrist p. 151 sq.).* 12, 2 *Thess. I 5, 3* cum enim dixerint: pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. 13, 1—2 *Matth. 24, 38* sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes . . . ita erit et adventus filii hominis.

14. Insonante tunc ab alto magni regis bucina
E caelo discendit ipse maiestate fulgidus
In pavendo die iudicii

15. Omni cinctus angelorum iudex altus agmine
Nubibusque rex coruscus circumfusus flammeis
In pavendo die iudicii.

16. A cuius splendore cuncta lucem perdent sidera,
Luna cędens erubescet, sol et obscurabitur
In pavendo die iudicii.

17. Caelos ac terras vorabit ignis flamma saeviens,
Quos magni Noe diebus quondam limphe absumpserant,
In pavendo die iudicii.

18. Tunc omnes una resurgent peccatores et pii,
Sed non inmutantur omnes ad perennem gloriam
In pavendo die iudicii.

19. Tunc et nos, quicumque terris viventes relinquimur,
Una cum resuscitatis occurremus iudici
In pavendo die iudicii.

20. Sic utrique mox in altum conscendemus aerem,
Christo regi quique laeti obviam raptabimur
In pavendo die iudicii.

21. In caelo summi tropheum tunc fulgebit iudicis,
In quo iudicatus ipse regnum leti straverat,
In pavendo die iudicii.

22. Qua terrę tribus lugebunt ac dolebunt acriter,
Quique Christum denegarant quive illum pupunxerant,
In pavendo die iudicii.

14, 2 discendit B^1La, discendet *corr. B* (m_1) 17, 2 limpe *B*, lymphae *La* absumpserant *La (Duemmler)*, adsumpserant *B* 18, 3 inpauen (inpa, in) *18—31 B* 19, 1 terras *La* relinquimus *B* 20, 1 utraque *La* 20, 2 laeti *B*, electi *La* 21, 2 laeti *B*, loeti *La* 22, 2 denegarent *BLa, corr. Duemmler* illum *om. La*

Strophas 14—17 poeta ad exemplum rhythmi n. XVII De die iudicii condidit cf. str. 3 Clangor tubae per quaternas terrae plagas concinens Vivos una mortuosque Christo ciet obviam in tremendo die iudicii. *4.* De caelesti iudex arce, maiestate fulgidus, Claris angelorum choris comitatus aderit i. t. d. i. *5.* Erubescet orbis lunae, sol et obscurabitur, Stellae cadent pallescentes, mundi tremit ambitus i. t. d. i. *6.* Flamma ignis anteibit iusti vultum iudicis, Caelos, terras et profundi fluctus ponti devorans i. t. d. i. 17, 2 *cf. Matth. 24, 37 sq.* 18 *sq. Thess. I 4, 15 sq.* et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera et sic semper cum domino erimus. *Corinth. I 15, 51* omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 21, 1 *Matth. 24, 30* et tunc parebit signum filii hominis in caelo. *Poeta crucem intellegit. De signo filii hominis cf. Bousset 154.* 22, 1 qua *sc.* cruce *i. e. hierüber Matth. 24, 30* et tunc plangent omnes tribus terrae. *Apoc. Ioh. 1, 7* ecce venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terrae.

23. Nec mora: ignis sempiterni cęco inclusi carcere
Satane lugent tenebras, semper quas amaverant,
In pavendo die iudicii.

24. At contra iusti peracto utrorumque examine
Palmam vitae sortientur, semper quam dilexerant,
In pavendo die iudicii.

25. In suo regem decore una Christum cum patre
Cumque sancto iam videbunt coaeterno spiritu
In pavendo die iudicii.

26. Cumque iustus cuncta iuste iudex terminaverit
Singulique digna factis dona iam receperint
In pavendo die iudicii,

27. Tunc flamma cessante, totum mundum quę cremaverat,
Iam novam mundi videbis sorde absumpta gloriam
In perennis die sabbati.

28. Non ultra tumentis ullas cernes undas aequoris,
Lambens ignis cuius omnes motus exsiccaverat,
In perennis die sabbati.

29. Quum novos caelos novamque terram reddet conditor,
In quibus felix per aevum regnat inmortalitas
In perennis die sabbati,

30. Tum lunae globus modernis absolutus motibus
Splendebit fulgens Olimpo solis ęstivi ut iubar
In perennis die sabbati.

31. At sol ipse luce flagrans ardebit septemplici,
Lucebit septem dierum mundum inlustrans lampade
In perennis die sabbati.

32. Civitas gaudebit alma caeli digna gloria
Iam sui dicata regis ac factoris gratia
In perennis die sabbati.

23, 2 lucent *B*, luent *La*, *corr. Duemmler* 24, 1 utrorumque *La (Meyer)*, uirorumq: *B* 26, 2 26, 2 reciperint *La* 27, 2 obsumpta *La* 27, 3 in perennis die sabbati (p, penn̄) *28—35 La*, in perennis *(om.* die sabb.*) B 32—35* 28, 1 illas *B* *cernis *BLa* 28, 2 *omnis *B*, om̄ *La* 29, 1 Quum *W. Meyer*, Quin *LaB* *reddat *La*, dedit *B* 30, 1 absolutis *La* 30, 2 olimpho *B*, olympo *La*

23 *cf. rh. De die iudicii 17* Retro ruent tum iniusti ignes in perpetuos Vermis quorum non moritur flamma nec restinguitur in tremendo die iudicii. *18.* Satan atro cum ministris quo tenetur carcere, Fletus ubi mugitusque, strident omnes dentibus i. t. d. i. 24 *cf. 19* Tunc fideles ad caelestem sustollentur patriam, Choros inter angelorum regni petent gaudia i. t. d. i. 27, 2 *apocal. Ioh. 21, 1.* 28 *sq.* omnes motus aequoris: *de Ecpyrosi cf. Sackur l. l. 154 sq., at conferas etiam Petr. epist. II 3, 11* cum igitur haec omnia dissolvenda sint, ... expectantes et properantes in adventum dei domini, per quem caeli ardentes solventur et elementa ignis ardore tabescent. Novos vero caelos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus iustitia habitat. 30 *sq. Aliter apocal. Ioh. 21, 23* et civitas non eget sole neque luna *cf. Is. 60, 19. Quibus ex fontibus poeta doctrinam suam hauserit nescio.* 30 *sq. cf. Is. 30, 26* et erit lux lunae sicut lux solis et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum in die, qua alligaverit dominus vulnus populi sui. 32, 1 *cf. rh. XIX 1, 1* Alma fulget in caelesti perpes regno civitas Hierusalem .... in perennis die sabbati.

33. In qua claris angelorum iusti admixti coetibus
Praefulgebunt solis instar in sui regno patris
In perennis die sabbati.

34. Qua nos, Christe, deprecamur iustos inter adgrega,
Cumque filiis benignus dona partem servulis
In perennis die sabbati.

35. Perfectisque cum coronam iustus iudex offeres,
Tunc et nostrae parvitati largire indulgentiam
In perennis die sabbati.
Amen.

XIV.

VERSUS DE CONTEMPTU MUNDI.

1. Audax es, vir iuuenis,
Dum feruet caro mobilis;
Audenter agis, perperam
Tua membra coinquinas.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

33, 2 praefulgebit *La* suo *La* 35, 3 amen *om. B*

XIV ***B*** *f. 20. Continet str. 1—13.* ***T*** *= cod. 113ᶜ ecclesiae Treverensis s. XII. Post Duemmlerum, Zs. f. d. Altert. XV 450 ipse denuo contuli. Continet p. 56 str. 1—12.* ***Ca*** *= cod. Gg. 5. 35 universitatis Cantabrigiensis s. XI f. 436 in carminibus quae dici solent Cantabrigiensibus hunc rhythmum exhibet. Usus sum Piperi editione diplomatica Nachträge zur älteren deutschen Litteratur: Kürschner, D. N.-L. tom. CLXII p. 220 sq.* V_1 *in foliis 12ʳ—14ʳ rescriptis habet str. 1—21. Stropham 20 iam E. Duemmler N. A. IV 155 ex* V_1 *impressit.* ***Ba*** *= editio rhythmi in Bedae operibus ed. Basileae 1563 tom. III p. 671, Migne, P. L. XCIV 558; codex, quo editor usus est, latet. Inter* V_1 *et Ba necessitatem intercedere ex str. 21 apparet.* ***K*** *= cod. 106 ecclesiae Coloniensis s. IX in., de quo conferas Ph. Jaffé et W. Wattenbach, Eccl. metrop. Coloniensis codic. manuscr. descriptio p. 43. Knust, Archiv f. ä. d. G. VII 855, Th. Sickel, Alcuinstudien. SB. d. K. Akad. d. W. ph.-h. Kl. LXXIX 543. K. Menzel, Die Trierer Adahs. p. 5, M. Tangl, Schrifttafeln II p. 29. Rhythmus exstat f. 17ʳ.* ***W*** *= cod. 11857 bibliothecae palatinae Vindobonensis s. XV f. 244. Cum dubium mihi non sit, quin W ex K descriptus sit, non nisi lectiones a K dissentientes adnotavi. Ex* ***Ca*** *edidit Ph. Jaffé, Z. f. d. A. XIV 484, ex* ***K*** *F. Mone, Lat. Hymn. d. Mitt. I 395. In hexametros versus immutatum carmen exstat in* ***La*** *i. e. cod. Laureshamensi nunc Parisino lat. 16668 saec. IX, de quo conferas ad n. XIII. In apparatu critico hoc carmen addidi. In utroque carmine recensendo W. Meyer adiutor mihi exstitit benignus.* VERSUS DE CONTEMPTU MUNDI *K*, DE CASTITATE IUUENUM *B* *Sine titulo* V_1*BaCaT* 1, 1 udax *sed v. 1*, 2 Acaro *Ca* est *BBa* 1, 3 audenter *KB (La)*, audacter *TCa*, audaciter *Ba* perpera *Ba* 1, 4 coinquinans *T cf. La 1, 2* 1, 5 Attende *KBa* quod *BK*, quia *BaCaT* 1, 6 et *del. W* in cinerem *W* ꝛerteris *Ca*

Hic adnotata sunt omnia, quae A. Spagnolo in fol. rescriptis cod. V_1 *legere potuit:* 1, 1 A . . 1, 3 . . d . . 1, 6 puluerem reuerteris

33, 1 *ibid. 5, 2* angelorum mixti choris. *Matth. 13, 43* tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. 34, 1 Qua *i. e.* illic *cf. 22, 1.*

XIV *Abecedarius. Schema 8* ⏑ – *quater repetitum. Octo fere versus 7* ⏑ –, *nonnulli novem syllabarum sunt, sed lectio non ubique constat, 4, 2 decem syllabarum. Clausula plerumque pura, 7, 3* cŭpis, *sed* curas *melius est, 19, 1* uĕnit, *20, 4* pătrem*?, 15, 3 et 4 lectio dubia. Hiatus multi. Assonantia passim. Versus intercalaris.* 1, 5 *gen. 3, 19* in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es et in pulverem reverteris. *Utrumque igitur versum intercalarem (cf. 2, 5 sq.) hinc depromptum esse apparet.*

2. Brevis est tempus, iuvenis,
Considera, quod moreris,
Venitque dies ultimus
Et perdes florem optimum.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

3. Carni tuae consentiens
Animam tuam decipis.
Dum flecteris ad libidinem,
Male deceptus remanes.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

4. Dentes tui frendidant
Et labia tua exasperant,
Lingua mala generat,
Tua uita trepidat.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

5. Elevans tuos oculos,
Ut uanitatem uideas,
Flectitur mens misera,
Membra ad malum erigis.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

6. Fecisti malum consilium
Et offendisti nimium,
Quia multum secutus es
Amorem et libidinem.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

2, 1 Breuis *BK (La)*, Breue *TCaBaW* 2, 2 considera *BTCaV*$_1$*Ba*, perpende *K* moreris *B*, morieris *BaCaKT* 2, 3 venietque *Jaffé* ultima *WT* 2, 4 perdis *B*, *fort. recte cf. 2, 3* florem optimum *BTBa*, flores optimos *CaK* 2, 5 *sq. sic K* (quod e terra *e. q. s. W) cf. lectionem* V_1 et in ter . . . ris *et Ba ad 23, 4. BTCa habent in str. 2—23, Ba in 2—22* Adtende homo, Adtende, Adt. *alia. Poetam alternare voluisse credo.* 3, 1 carnem tuam *B*, *fort. recte* consentias *B*, consenties *K* 3, 2 decipit *B* 3, 3 flectis *B*, *fort. recte*, dum ad l. flecteris *W* 3, 4 *om. CaB* libidinem mali *Ba* diceptus *K* permanes *K* 3, 5 *str. 3—23 etiam* V_1 *KW* Adtende, Adt. *al.*, Adtendit *saepius* V_1 4, 1 frendidant *Ca cf.* dentibus infrendens *La*, fremidant *K*, fremitant *BBaT* 4, 2 et *om. Ca* tua *om. BaT* et ăsperant tua labia *W* 4, 3 et lingua *BaT* 4, 4 uita tua *Ca* in tua uita (uita t. *W)* trepidas *KW*, in tua fide tepida *T*, *an** in tua fide trepidas? 4, 5 Adtendit V_1 5, 1 Eleuans *sic pro verbo finito BaK*, eleuas V_1*CaT*, Eleua *B* 5, 3 et flectitur *T*, flectetur KV_1 5, 4 malus deceptus remanes *sic B cf. 3, 4* menbrum *T* 6, 3 qua *B* secus est *B* 6, 4 amorem libidinis *Ca*, tumorem ad libidinem *Ba*

2, 1 Bre . . est tempus iuu . . 2, 2 considera quod m . . 2, 3 uenitque dies ultimus 2, 4 et per . . fl . . 2, 6 et in ter . . . . . ris 3, 1 C . . 3, 3 . f . . dinem 3, 4 male d . . s re . . 3, 5 Adt . . 4, 1 De 4, 4 . . . as 4, 5 Adtendit 5, 1 Eleuas . . . os 5, 2 . uanit . . uid . . 5, 3 flectetur . . 5, 4 . . bra ad malum erigis 5, 5 Adten . . 6, 1 fecisti malu . . 6, 2 . disti . . ium 6, 3 quia multum secutus . 6, 4 am . . bid . .

2, 1 brevis tempus est: *cf. 8, 1* honorem transitoriam: *de genere cf. ad rh. V 4, 2.* 4, 2 exasperant *i. e.* exasperantur: *cf. ad rh. VIII 19, 1.*

7. Gloriam quaeris in populo,
Laudem humanam diligis,
Placere deo non curas,
Qui te de caelo conspicit.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

8. Honorem transitoriam
Presumpsisti accipere,
Sed maior poena sequitur,
† Cui maiora creditur.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

9. In terram semper aspicis,
Semper de terra cogitas.
Sed hic relinques omnia,
Unde superbus ambulas.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

10. Karo te traxit in foveam,
Vide ne male morias,
Festina te corrigere,
Antequam finis veniat.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

11. Luge modo, dum tempus est,
Ne gemas in iudicio,
Ubi non valet gemitus
Nec ulla intercessio.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

7, 1 impopło *T* 7, 2 et laudem mundum digilis *B* 7, 3 placare *B* curas BV_1CaT, cupis *KBa, quod metro, non sensui magis conveniret* placere non curas dō *T* 7, 4 respicit *Ba* 8, 1 transitoriam *KT*, tradidit aurea *B*, transitorium *BaCaW* 8, 2 acciperes *B* 8, 3 sed KV_1CaTBa, et *B* magis *Ca* 8, 4 Cum *B* maiora *BTBa*, maior *corr. in* maiora (m_2?) *K*, maior *CaW*, maior honor *coni. Jaffé*, maior arra *coni. Vollmer* creditur *BKCa*, creduntur *BaT*, cui maiora credita *coni. Lehmann* 9, 1 in terram *BCaK*, in terra V_1BaT 9, 3 relinques V_1BaT, relinquas *B*, relinquis *CaK* 10, 1 Caro *BW* te trahit *T*, traxit te *W* ad poenā *B* 10, 2 malus *K* morias *sic B*, mories *(l. inc.)* V_1, moriaris *CaTW*, morieris *K*, pereas *Ba* 10, 4 *sq.* priusquam *T* finis $BKBaV_1T$, tempus *Ca* ueniet *K* 11 *Pro undecima stropha B haec habet* Laetitia quā diligis diaboli insidiis, ut te incaute rapiat et perdes tua anima. Ad. 11, 3 *sq.* ubi nec ullus finis est nec ualet interc. *T* 11, 4 ulla *etiam K*

7, 1 gloriam . . . populo 7, 2 . . humanas diligis 7, 3 place . . o . . curas . . 7, 4 te de celo con . . 7, 5 Adtendit 8, 1 Ho . . 8, 2 . . re . . 8, 3 sed maior pe . . 8, 4 . ui *(fuit igitur* Cui*)* 8, 5 Ad 9, 1 In terra semper aspicis 9, 2 semper de ter . . 9, 3 hic relinques omnia 9, 4 unde super . . s 9, 5 Ad 10, 1 Karo retraxit in fou . . 10, 2 . de ne male . . es mories *(lect. incerta)* 10, 3 festi . . te 10, 4 . . tequam f . . n . . at 10, 5 Ad 11, 1 Luge modo dum . . pus est 11, 2 . . emas in iu . . tio 11, 3 ubi *(l. inc.)* non ualet gemi . . 11, 4 . . . io 11, 5 Adtendit

8, 1 *cf. ad 2, 1.* 8, 4 *Si lectio* maiora creditur *vera est (sed cf. in app. crit.),* maiora *nom. sing. est, cf. ad rh. VII 11, 2. Luc. 12, 48* omni autem, cui multum datum est, multum quaeretur ab eo, et cui commendaverunt multum, plus petent ab eo. 9, 1 terra *vel* terram: *cf. ad rh. V 4, 2.* 10, 2 morias: *cf. ad rh. VIII 19, 1.* 10, 3 *sq. cf. 17, 3 in app. crit.* 11, 2 *cf. 12, 4.*

12. **M**odo labora fortiter,
Dum es in isto corpore,
Emenda tuum vitium,
Ne gemas in perpetuum.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

13. **N**on te frangat cupiditas
Nec te flectat fragilitas,
Et noli cum diabolo
Participare amplius.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

14. **O** si ex corde intellegas,
Quae precepta legis sunt,
Quod illi, qui adulterant,
Lapidibus subiaceant!
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

15. **P**er salvatorem iterum
Venit magna redemptio,
Quod cuncta, quae committuntur,
Penitendo remittuntur.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulveris reverteris.

16. **Q**uare non vis, iuvenis,
Recurrere ad dominum?
Roga eius clementiam,
Ut donet indulgentiam.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

17. **R**umpe cordis duritiam,
Mentis tue malitiam,

12, 1 odo *T, rubricator* M *non add.* 12, 2 corpore *BBaKV*$_1$, tempore *corr. in* corpore *T*, tempore *Ca* 12, 4 gemas in iudicium *T cf. 11, 2. Hic finit T* 13, 2 te flectat *V*$_1$*Ba*, te flectaet *Ca*, te flectet *K*, nec reflectit *B* fragilitas *V*$_1$*BBaCa*, cupiditas *K* 13, 3 diabulo *K Hic desinit B* 14, 1 ex *om. Ca* intellegas *Ba*, intellegis *KV*$_1$*Ca*, diligis *W* 14, 3 quod *Ca*, sed *K*, ut *Ba* ille *Ba* adulterat *Ba* 14, 4 subiaceat *BaV*$_1$ 15, 1 iterum *KBa*, igitur *Ca* 15, 3 quod *K*, ut *BaCa* omnis qui comitatur *Ca* 15, 4 remittantur *Ba* penitentiã dormitaet *Ca*, quod culpa quae committitur . . remittitur *coni. W. Meyer* 16, 2 recerti *Ca* 16, 3 rogens *Ca* 17, 1 Rumpe iam cordis *Ca* 17, 2 tui *Ba* homo tuam malitiam *K*

12, 1 modo laboras fortiter 12, 2 dum es in isto corpore 12, 3 amenda tuum uitium 12, 4 ne . . . in perpetuum 12, 5 Adtendit 13, 1 Non . . angat . . 13, 2 . . flectat frangilitas 13, 3 n . . . . . lo 13, 4 participare amplius 13, 5 Atendit 14, 1 O si ex corde intelligis 14, 2 que prae . . . 14, 3 illi qui adulterant *(ant inc.)* 14, 4 lapidibus subiaceat 14, 5 Adtendit 15, 1 Per saluatorem 15, 2 uenit . . . . m 15, 3 . . ta un *(lect. inc.)* 15, 5 Atendit 16, 1 Qu . . iuuenis 16, 2 recurrere 16, 3 clementia 16, 4 ut donet indulgentiam. 16, 5 Adtendit 17, 1 rumpe cordis duriciam 17, 2 mentis tue malitia

14, 3 *Lev. 20, 10. Ioh. 8, 5.* 16, 4 *cf. 18, 2.*

Revertere ad dominum,
Antequam finis veniat.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

18. † **S**uscipit Christus veniam,
Ut donet indulgentiam
Ad illam veram animam,
Quae carnem suam macerat.
Adtende homo, quia de terra factus es ·
Et in terra ponendus eris.

19. **T**erribilis Christus venit
Ad iudicandum seculum,
Et ipse reddit singulis
Secundum sua opera.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

20. **V**enit dies iudicii
Et erit fortis districtio,
Ubi non adiuvat pater filium
Nec filius defendit patrem.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

21. **X**risto serve, iuvenis,
Ad eum cito recurrere,
Ut ante eius limina
Securus sis de crimina.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

17, 3 reuertere a. d. BaV_1, festina te corrigere *CaK cf. 10, 3* 17, 4 antequam tempus pereat *K* 18, 1 Suscepit *Ca* ueniam *KCa*, poenitentiam *Ba*, penitentia V_1 18, 2 *Fort. ex 16, 4 falso huc translatus* et donat *Ba* 18, 3 ad illam ueram animam *K*, ab illa uera anima *Ba* (V_1), alludant ueram animam *Ca*, ab illa veram *(sc.* veniam*)* anima *coni. W. Meyer* 18, 4 qui *K* macerat *Ba*, maculat *K*, macerant *Ca* 19, 1 ueniet *Ca* 19, 2 populum *K* 19, 3 et KV_1, at *Ba*, tunc *Ca* reddet *Ba*, reddit ille *Ca* 19, 4 suam operam *Ba*, opera sua *W* 20, 1 Uenit christus ad iudicium *K* Veniet *Ba* 20, 2 et *KCa, om. Ba* V_1 fortis KV_1Ba, magna *Ca* 20, 3 ubi KV_1Ba, ut *Ca* adiuuet *K* 20, 4 defendit *Ba*, defendat *Ca*, defendet *K*, liberat V_1 20, 3 *sq. W. Meyer metri ratione habita sic corrigere vult:* Ubi non adiuuat filium pater nec filius patrem. 21, 1 serue *K*, serui *W*, seruis *Ca* 21, 2 cito *Ca, om. K* recurrere *K cf. 16, 2*, recurreris *Ca* 21, 4 securis *K* crimina *K*, crimine *CaW* sis securus *W* *In Ba pro str. 21 haec leguntur* Χριστὸς venit cum angelis et ipse reddet unicuique, singulis secundum sua opera. Attende homo. *cf.* V_1

17, 3 Reuertere ad dominum 17, 4 antequam finis (fines?) ueniat 17, 5 Adtendit 18, 1 Suscip . . . us penitentia 18, 2 et donat indulgentiam 18, 3 ab ill . . . m anim . 18, 4 . . . at 18, 5 Adtendit 19, 1 . . lis xus (xp̄s?) uenit 19, 2 ad iudicandum seculum 19, 3 et det singulis 19, 4 secundum sua opera 19, 5 Adtendit 20, 1 Uenit dies iudicii 20, 2 erit fortis districcio 20, 3 ubi non adiu . pater filium 20, 4 nec liberat filius pater 20, 5 Adtendit 21, 1 xp̄s uenit cum angelis 21, 2 et ipse reddet singulis 21, 3 secundum sua opera 21, 4 Adten *Hic finit* V_1

18, 3 ad . . animam *pro dativo.* 19, 1 *Matth. 24, 30 sq.* 20, 3 *Deut. 24, 16. Ezech. 18, 20.* 21, 1 serve: *cf. ad rh. VIII 4, 2.* 21, 4 de crimina: *cf. rh. V 5, 2. VII 14, 2. XI 3, 1 al.*

22. Fides acquirit gratiam,
Delet peccati maculam
Humilitas et caritas
Ducit ad celi patriam.
Adtende homo, quia de terra factus es
Et in terra ponendus eris.

23. Zelum habet optimum,
Qui deum amat et proximum,
Letabitur in seculum
Et vivet in perpetuum.
Adtende homo, quod pulvis es
Et in pulverem reverteris.

---

22 *et* 23 *om.* V_1 22, 1 Fides *Ca*, Ydei *K*, *Yίός Ba* acquirit *CaBa*, querit *sic K* gratiam *KBa*, gloriam, *ss.* m_1 gratiam, *W*, omnia *Ca* 22, 2 debet peccati maculas *Ba*, peccata delet nimia *Ca*, delet peccata macula *K* 22, 4 ad cęlos patria *K*, ad coelos in patriam *Ba*, ad patrem celi ueniunt *Ca*, ad celi patriam *corr. Mone* 23, 1 Z. h. bonum ac optimum *Ba* 23, 2 ac *Ba* 23, 4 uiuet *K*, uiuat *Ca*, gaudet *Ba* 23, 5 *sq.* Attende homo, quia de terra factus es et in terram reverteris *Ba* *La f. 22 hoc carmen habet:*

1. Audax es iuuenis, tua dum caro mobilis ardet;
Heuque audenter agis maculans tua membra nefandae!
2. Quam breuis est tempus, moriens intende iuuentus,
Ultimus utque dies ueniens rapit omnia secum.
3. Corpore consentis: animam sub tartara mergis,
Flecteris ad Uenerem: malus ac deceptus abibis.
4. Dentibus infrendens nequiter tua labia mordis,
Lingua malis gaudet, fidei si deserit ardor.
5. Erigis ast oculos semper ad inania quaeque,
Mente simul membris crimen subuenditur atrum.
6. . . . . .
7. Laudis amor cecat hominum qui captat honorem,
Inspicit omnipotens, actus qua mente gerantur.
8. Transit honor saecli † cum quid mihi fine futura,
Maius et exsoluit, maius cui creditur istic.
9. Pronus in arua cupis, tua mens de terra rimatur,
Unde tumet pectus, cuncta et simul inde relinquis.
10. Subtrahe te, iuuenis, poenis tu concite tantis,
Ne necis abripiant ueniae tibi fata recursum.
11. Plange dies luxus, possunt dum crimina plangi,
Ne sine fine gemas gemitu † quam mortis amarae.
12. Corpore dum ualeas, instans operare memento,
Corrige labsantem, longum tibi praecaue luctum.

2, 2 atque *La*, utque *coni. W. Meyer* 3, 1 Corpore *sic metri causa pro* corpori *La* 3, 2 *malus a deceptor *La* 4, 2 *W. Meyer apte confert lectionem T* in tua fide tepida 5, 1 * quaque *La* 5, 2 subuenditus *La*, *corr. Vollmer (wird in dein Herz u. deine Glieder eingeschmuggelt)* *post 5, 2 duos versus (str. 6) excidisse apparet* 8, 1 cum quid mihi *La*, cum mundi *coni. W. Meyer*, iuuenis, tibi *coni. Vollmer* 9, 2 inde *i. e. cum inde decedis* 11, 2 **f.* gemitu cum; gemitu inquam *coni. W. Meyer*, gemitur cum mortis *(nom.)* amara *coni. Vollmer* 12, 2 *i. e.* te lapsantem

22, 1 F *pro* Y : *cf. rh. XV 22* Yecit *i. e.* Fecit, *XL 22* Yixus, *in rhythmo* Audite cuncti canticum alm. *str. 43* Yit, *str. 44* Yuscorum; *vice versa rh. LI 22, 1* Festinans, *in abecedario* Ab ore verbum *Monumenta ecclesiae liturgica V ed. M. Férotin, Paris 1904 p. 195 str. 22, 1* Fixis gressibus. *(Guilelmo Meyer debeo).*

XV.

DE PASSIONE AC RESURRECTIONE DOMINI.

1. **A**udite, omnes gentes,
Et discite prudentes
De passione Christi,
Per quem redempti estis.
Iam Christus resurrexit!

2. **B**enignus est et clemens,
Qui se exinanivit,
Dum formam servi accepit
Et saeculum redemit.
Iam Christus resurrexit!

---

13. Neu te substernat furiarum maxima uirtus,
Amplius infesto dextram neu consere regi,
14. Sensibus intende et legis praecepta reuolue:
Subiaceat saxis moechus sine crimine uulgi;
15. Mitior ecce ducis fulgit sententia nostri:
Omne nefas hominum sub gratia posse remitti.
16. Quid tardas, iuuenis, tantis te subdere donis?
Obsecra clementem sedulus mitescere regem.
17. Toxica rumpe tuae citius quoque uincula mentis,
Teque deo totum promptis cum uiribus offer.
18. Suscipit almiuolus lacrimarum flumina Christus,
Triste tuum pectus, uultum pallescere cernit.
19. Aspice, terribilis † regnantis in agmine iudex
Omnibus adueniet condigna rependere gestis.
20. Rigida quemque sui stringit sententia facti,
Nec pater innati natus nec et in patris audet.
21. Angelicis caelo turmis stipatus ab alto
Cum uenerit iudex agnos discernere ab hedis,
22. Tunc insigne decus portat laurata uirago,
Quae maculis corpus proprium haut polluit ullis,
23. Sola deum sequitur Christum, quocumque recurrit,
Perpetuis gaudetque bonis sine fine beata.

13, 1 furiarum 'Lastergöttinnen' *W. Meyer* 14, 1 sensibus *sc.* legis 14, 2 sine crimine vulgi *i. e. ut qui puniunt per legem non sint rei (Vollmer), ex Deut. 22, 21* et auferes malum de medio tui *poetam addidisse W. Meyer iudicat* 18 *et pectus et vultum paenitentis pallescere poeta dicit* 19, 1 regnantis in *La*, regnans in *conieceram*, regnantis imagine *coni. W. Meyer* 19, 2 *omnium et *La* (et *erasum)* 20, 2 *versus corruptus non est, sed poeta operi non par erat* 21 *poetam eam formam strophae sequi apertum est, quae in Ba et V_1 legitur* 22 *stropham 22 poeta non intellexit, fort. ab* ydei *vel* υἱός *incipiebat* 22, 1 laurata *pro* laureata *positum esse videtur. Apoc. 14, 4* . . . . virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit . . . *5* Et in ore eorum non est inventum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum dei. 23, 2 *que *om. La*

XV ***B*** *f. 21. Edidit Du Méril, Poés. inéd. 1854, 283, qui nimis coniecturis indulsit, ut rhythmum ad leges grammaticales castigaret, Dreves, An. hymn. XXIII 25.* 1, 2 dicite *B, corr. Du Méril* 2, 5 *reliquae strophae nil nisi* Iam *vel* Iam Christus *B*

XV *Abecedarius. Schema 7 _ ◡ quater repetitum stropham efficit. 6 syllabarum 9 versus sunt, 8 syll. 5 fere, 9 syll. duo. Clausulae saepe impurae. Synizesis passim. Saepe bini aut plures versus unius strophae concentu ligantur bisyllabo, rarius monosyllabo; neque assonantia non admittitur. Aliquoties et concentus et assonantia desunt. Hiatus multi. Versus intercalaris.* 1, 1 Audite: *cf. XLII 1. XLV 1. XLVII 1 et Traube ad P. A. C. III 404.* 2, 1 *sq. cf. ep. ad Phil. 2, 7 sq.*

3. Consilium iam factum
Testis adducunt falsos,
Christum volunt damnare,
Qui venerat salvare.
Iam Christus resurrexit!

4. Ducitur salvator,
Ut impiis tradatur,
Quem Iudas tradidit reus
Propter triginta argenteus.
Iam Christus resurrexit!

5. Emerunt Salvatorem
Per Iudam traditorem;
Venditus est per zelum
Deus et homo verus.
Iam Christus resurrexit!

6. Formator cunctae gentis
Emptus ab invidentes;
Perget ad immolandum
Ut agnus ad tundendum.
Iam Christus resurrexit!

7. Genus ut serpentis
Iudaeorum estirpes,
Qui Christum negaverunt,
Ad mortem tradiderunt.
Iam Christus resurrexit!

8. Hoc videns Petrus flebat,
Quem Christus iam dicebat:
Arreptum suum gladium
Malchum aurem abscidit.
Iam Christus resurrexit!

9. Iudas, reus mercator
Et impius falsator,
Osculum signum dedit,
Quando Christum tradidit.
Iam Christus resurrexit!

10. Kapite posuerunt
Espinea corona,
Vestem diviserunt
Et alapa caederunt.
Iam Christus resurrexit!

11. Lignis ex duobus
Crucem fixerunt clavis,
Quem Symon tunc portabit,
[Qui Christum cruciavit].
Iam Christus resurrexit!

3, 1 consilio iam facto *Du Méril* 3, 2 testis adducunt falsum *B*, testes adducunt falsos *Du Méril*, *an* testem falsum *i. e.* testimonium? *cf. Matth. 26, 59* 3, 3 xp̄s uelli *B*, *corr. Du Méril* 4, 1 tunc *add. Du Méril* 4, 3 tradit *coni. Du Méril* 4, 4 pro ... argenteis *Du Méril; an* *pro triginta argenteus? 5, 2 Iudas *B*, *corr. Du Méril* 6, 1 cuñtis (c *ss.* m_1) *B*, *corr. Du Méril* 6, 2 *ad *B* 6, 3 *perge *B*, pergit *Du Méril* 7, 1 sicut *Du Méril* 7, 2 sunt *add. Du Méril* stirpes *B*, *corr. Dreves, item 10, 2 et 12, 2* 7, 4 et mortem *B*, *corr. Vollmer*, et morti *coni. Du Méril* 8, 2 qui Christum *coni. Du Méril* 8, 3 a reptum *B*, arrepto cum gladio Malcho aurem abscidit *coni. Du Méril* 9, 3 osculo *Du Méril* 9, 4 **f.* tradédit 10, 2 spinea *B*, tunc spineam coronam *Du Méril* 10, 4 alapis ceciderunt *Du Méril* 11, 1 lignus *B*, lignis *Dreves*, ligneam *Du Méril* duabus *B*, *corr. Du Méril* 11, 2 clauus *B*, *corr. Du Méril* 11, 3 quam *coni. Du Méril* portavit *Du Méril* *v. 11, 4 ex str. 13, 4 corruptus esse videtur*, cui Christus cruciatur *coni. Vollmer*

3, 1 consilium factum: *participium absolutum cf. 8, 3 et ad rh. III 3, 3.* 3, 1 *sq. cf. Matth 26, 59* principes sacerdotum .. quaerebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent ... *60* novissime autem venerunt duo falsi testes. 4, 1–2 *Matth. 26, 57.* 4, 3–4 *Matth. 26, 15.* 4, 4 argenteus: *cf. 6, 4* tundendum, *12, 4* putando *et ad rh. II 14, 1.* 6, 1–2 *Matth. 26, 15.* 6, 2 emptus *pro* emptus est *cf. 23, 2 et ad VII 3, 2.* ab invidentes: *cf. I 2, 2* ab gentem, *XXIX 5, 3* a somnum. 6, 3–4 *Is. 53, 7* sicut ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet. 7, 1 *Matth. 23, 33.* estirpes: *cf.* espinea *10, 2*, espongia *12, 2 et ad rh. V 12, 2.* 8, 2 *non intellego, ad Matth. 26, 75 certe haec verba vix rettulerim.* 8, 3–4 *Ioh. 18, 10.* 8, 3 arreptum gladium: *cf. ad 3, 1.* 8, 4 Malchum *pro* Malcho: *similiter* um *pro* o *et* o *pro* um *9, 3* osculum, *12, 1* mixto, *15, 4* mundo, *10, 2* corona *pro* coronam, *cf. ad rh. V 4, 2.* 9, 1 *sq. Matth. 26, 48.* 9, 3 osculum: *i. e.* osculo *cf. 8, 4.* 9, 4 tradédit *conieci cf. ad rh. IV 11, 3.* 10, 1 *sq. Matth. 27, 29. 35.* capite *pro* in capite *cf. 12, 2.* 10, 4 *Marc. 14, 65. Ioh. 18, 19.* caederunt *forma non minus rustica quam 19, 2* novetur. 11, 1 *aus 2 Balken hefteten sie mit Nägeln ein Kreuz zusammmen.* 11, 3 *Matth. 27, 32.* portabit: *cf. 13, 3* lavabit, *rh. V 11, 2* impleuit *pro* implebit.

12. **M**ixto fel et acoetum
Espongia miserunt,
Harundinem arripuerunt,
Putando porrexerunt.
Iam Christus resurrexit!

13. **N**oxius Pilatus
†Invocem excusatum,
Aqua manum lavabit
Et Christum cruciavit.
Iam Christus resurrexit!

14. **O**rat pro inimicis:
Quod faciunt, nesciunt.
Pro impiis oravit
Et patrem invocavit.
Iam Christus resurrexit.

15. **P**ercussus est in latus
Dominus salvator,
Limpa aqua manavit
Et mundo restauravit.
Iam Christus resurrexit!

16. **Q**ui omnia creavit,
Mortem non dubitavit:
'Transeat a me calix
Iste, si fieri potest.'
Iam Christus resurrexit!

17. **R**edemerunt vinctum
Unum in diem festum:
Barrabban dimiserunt
Et Christum tenuerunt.
Iam Christus resurrexit!

18. **S**uspensi sunt latrones
Cum Christo salvatore:
Dismam abluit fides,
Gestas fuit crudelis.
Iam Christus resurrexit!

19. **T**er negavit Petrus,
Christus ut non novetur,
Ut hoc adimpleretur,
Quod illi fuit dictum.
Iam Christus resurrexit!

20. **U**t homines salvaret,
Se voluit tradere
Et sanguinem fudit,
Mundi peccata abluit.
Iam Christus resurrexit!

21. **X**ristus, vocatus Unctus,
Rex regum super cunctos,
Mortuus et sepultus,
Et nos redemit cunctos.
Iam Christus resurrexit!

22. **Y**ecit, quae predixit,
A mortuis surrexit;
Ad inferos descendit,
Quod condidit, redemit.
Iam Christus resurrexit!

23. **Z**elus bonus et magnus!
Christus passus ut agnus;
Surrexit de sepulchro,
Vivus ascendit sursum.
Iam Christus resurrexit!

12, 1 mixta *coni. Du Méril* 12, 2 spongia *B*, in spongia *Du Méril* 13, 1 **f.* innocens excusatus 13, 3 lavavit *Du Méril* 15, 1 latu *B* 15, 3 limpida aqua manat *vel* pura aqua manavit *coni. Du Méril, sed* 'sanguis et aqua exivit' *Ioh. 19, 34.* aqua *glossa esse videtur, fort.* limpa et sanguis manavit. 15, 4 mundum *Du Méril* 16, 4 si fieri potest *sic B, fort.* *si fieri potest, iste. 18, 3 Dismas abluit fide *B, corr. Du Méril* 19, 1 *sq.* petrū *B, corr. Du Méril* 19, 2 Christum *coni. Du Méril* 19, 4 illi *Du Méril,* ille *B* 20, 1 saluare *B, corr. Du Méril* 20, 3 profundens *coni. Du Méril* 22, 1 *quē *B* Ysaias ut predixit *coni. Du Méril* 22, 4 quos *coni. Du Méril*

12, 1 vinum cum felle mistum *Matth. 27, 34, at ps. 68, 22* et dederunt in escam meam fel et in siti mea potaverunt me aceto. 12, 2 miserunt: *cf. francogallicum* mettre *ut IV 33, 1. XIX 11, 2* suas mittant coronas. espongia *i. e.* in espongia *cf. 10, 1 et ad rh. VI 17, 2.* 12, 3 *cf. Matth. 27, 48.* putando *i. e.* potando *cf. ad 4, 4.* 13, 1 *der schuldige P. sucht sich als unschuldig hinzustellen Matth. 27, 24.* 14, 1 *sq. Luc. 23, 34.* nescíunt: *cf. ad rh. IV 11, 3.* 15, 1 *sq. Ioh. 19, 34.* 16, 2 non dubitavit *fürchtete nicht.* 16, 3 *Matth. 26, 39.* 17, 1 *Matth. 27, 15* per diem autem solemnem consueverat praeses populo dimittere unum vinctum. 17, 3 *Matth. 27, 21.* 18, 1 *Luc. 23, 33. 39—43.* 18, 3 *cf. acta Pilati (ed. Tischendorf²) p. 245 sq. p. 361 sq. rh. VIII 23.* 19 *Matth. 26, 69 sq. Luc. 22, 55 sq.* 19, 3 *Marc. 14, 30. 72. Matth. 26, 75. Luc. 22, 61. Ioh. 13, 38.* 20, 2 tradére *(an* tradare*?) pronuntiandum esse videtur ut XXIII 4, 3* canére, *5, 5* cadére *cf. P. A. C. I 92, 8.* 21, 1 *i. e.* χριστός. 22, 1 Yecit *i. e.* Fecit: *cf. ad rh. XIV 22, 1.*

XVI.

DE CHRISTO DOMINO.

1. **A**gnus et leo, mitis et terribilis,
Aquila, vermis, excelsus et humilis,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

2. **B**onus magister, magnus pastor ovium,
Botrus in ligno portatus in heremum,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

3. **C**aelestis Adam, fons vitae et ostium,
Custos Israel vigil in perpetuum,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

4. **D**eus et homo, primus et novissimus,
Dilectus dei patris primogenitus,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

5. **E**mmanuhelis nuncupatus nomine,
Erectum cornu David sancto semine,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

6. **F**ilius dei factus ex muliere,
Factus sub lege praesignato tempore,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

XVI ***B*** *f.* 22. *Ediderunt E. Duemmler, Rhythm. eccl. spec. VII, Dreves, An. hymn. XIX 14.*

XVI *Abecedarius duplex. Schema* 5 _ ⏑ + 7 ⏑ _ *bis repetitum. 3, 2* Isráel? *16, 2 6* _ ⏑, *20, 1 5* ⏑ _, *17, 1 8* ⏑ _. *Concentus syllabarum. Versus intercalaris. 7 hiatus. Doctus hymnista ex tota scriptura epitheta Christi collegit et nonnumquam ita composuit, ut maxime contraria inter se coniungeret. Conferas sequentiam de nominibus domini An. hymn. LIII 152.* 1, 1 agnus: *cf. Is. 53, 6. Ev. Ioh. 1, 29.* leo: *cf. apoc. 5, 5.* mitis: *cf. Matth. 11, 29.* terribilis: *cf. e. g. ps. 75, 8.* 1, 2 aquila: *cf. exod. 19, 4?* vermis: *cf. ps. 21, 7. An. h. LIII 152, 7.* excelsus: *cf. e. g. ps. 76, 11.* humilis: *Phil. 2, 8.* 2, 1 bonus magister: *cf. Matth. 19, 16;* magnus pastor ovium: *cf. Ebr. 13, 20.* 2, 2 *num. 13, 24* pergentesque usque ad torrentem botri absciderunt palmitem cum uva sua, quem portaverunt in vecte duo viri. *Aliter igitur locus accipiendus est ac P. A. C. II 253, 8* hoc in ligno vitis vera pinguem botrum protulit. heremum: *cf. ad rh. V 4, 2.* 3, 1 *Cor. I 15, 47* primus homo de terra, terrenus, secundus homo de caelo, caelestis. fons vitae: *cf. Ioh. 1, 4. 11, 25.* ostium: *cf. Ioh. 10, 7.* 3, 2 *ps. 120, 4* ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. 4, 1 primus et noviss.: *cf. apoc. 1, 17. 22, 13.* 4, 2 dilectus: *cf. Ephes. 1, 6. Matth. 3, 17. Luc. 3, 22.* primogenitus: *cf. Ebr. 1, 6.* 5, 1 *Is. 7, 14.* 5, 2 *Luc. 1, 69* et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. 6, 1–2 *Gal. 4, 4* at ubi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

7. **G**audium magnum ortum omni populo,
Gentium vitae sola expectatio,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

8. **H**aeres parentis, per quem fecit saecula,
Hostia sancta, medicus, iustitia,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

9. **I**n maiestate venturus cum angelis
Iudicaturus de vivis et mortuis,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

10. **K**aput totius corporis ecclesiae,
Kaptivitatis redemptor de carcere,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

11. **L**apis electus, sanctum semen Abrahae,
Lux mundi, magna salus, sol iustitiae,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

12. **M**ons domus dei in vertice montium,
Manus excelsa, dextera et brachium,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

13. **N**atus pro nobis fructus ventris virginis,
Nuntius magni consili et foederis,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

14. **O**rtus ex alto, visitator hominum,
Ovis in modum ductus ad patibulum,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

8, 2 * iustitiae *B* 10, 1 corporis totius *B*, *corr. Duemmler* 10, 2 captiuitatis *B* * 13, 2 consilii *B*

7, 1 *Luc. 2, 10.* 7, 2 *Ier. 14, 8.* 8, 1 *Ebr. 1, 2.* 8, 2 *Is. 53, 7. Ebr. 9, 14. Christus medicus Matth. 9, 12, Christus iustitia Cor. I 1, 30.* 9, 1 *sq. Matth. 24, 30 sq. 25, 31 sq. rh. XVII 4.* 10, 1 *Col. 1, 18* et ipse est caput corporis ecclesiae *(Eph. 1, 22).* 10, 2 captivitatis *i. e. captivorum cf. ps. 67, 19* ascendisti in altum, cepisti captivitatem. 11, 1 *Is. 28, 16* ego mittam in fundamentum Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum. sanctum semen: *cf. Is. 6, 13.* semen Abr.: *cf. Gal. 3, 16.* 11, 2 lux mundi: *cf. Ioh. 8, 12. 12, 46.* salus: *cf. e. g. ps. 26, 1.* sol iustitiae: *cf. Malach. 4, 2.* 12, 1 *Is. 2, 2* et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus domini in vertice montium. 12, 2 *cf. e. g. deuteron. 11, 2.* 13, 2 *cf. Ebr. 1, 2* diebus istis (deus) locutus est nobis in filio. 14, 1 *Luc. 1, 78* . . per viscera misericordiae dei nostri, in quibus visitavit nos, oriens ex alto. 14, 2 *Is. 53, 7 (ovis non ad patibulum, sed ad occisionem ducitur).*

15. **P**anis caelestis, sacerdos et victima,
Petra percussa, verbum, sapientia,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

16. **Q**ui crucifixus surrexit a mortuis,
Qui interpellat pro nobis in caelis,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

17. **R**ex magnus regum, dominus dominantium,
Regnans in domo Iacob in perpetuum,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

18. **S**piritus vultus nostri, Christus dominus,
Sub cuius umbra vivimus in gentibus,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

19. **T**hronis et cunctis caelorum virtutibus,
Tribubus, linguis presides et plebibus,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

20. **U**nigenitus paternae substantiae,
Unctus a patre oleo laetitiae,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

21. **X**ristus pax nostra, via, summa sanctitas,
Xilon aeternae vitae, virtus, veritas,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

22. **Y**mnistae vili vita, resurrectio,
Dominus iudex parcat in iudicio,
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius,

17, 1 domnus *scr. Dreves* 19, 2 **f.* praesidet *cf. 1, 4* fiat, *16, 1* surrexit, *22, 2. 23, 2* 21, 2 zilon *B, corr. Duemmler*

15, 1 *Ioh. 6, 48 al.;* sacerdos et victima: *cf. Ebr. 9, 14.* 15, 2 petra percussa: *exod. 17, 6 cf. Cor. I 10, 4; Ioh. 1, 1; Cor. I 1, 30.* 16, 1 *sq. Rom. 8, 34* Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. 17, 1 *Tim. I 6, 15* rex regum et dominus dominantium. 17, 2 *Luc. 1, 33.* 18, 1 *thren. 4, 20* spiritus oris nostri, Christus Dominus. 18, 2 *ps. 16, 8. 90, 1 al. Dreves ex verbis* in gentibus *carmen perantiquum esse collegit, sed ea ex Vulgata deprompta sunt cf. e. g. Petr. I 2, 12.* 19, 1 throni: *cf. Col. 1, 16 al.* virtutes: *cf. Petr. I 3, 22. Dan. 4, 32.* 19, 2 *apoc. 7, 9* vidi turbam magnam ... ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis. 20, 2 *ps. 44, 8* propterea unxit te deus ... oleo laetitiae. 21, 1 *sq. Thess. II 3, 16* dominus pacis. *Is. 9, 6* princeps pacis. *Ioh. 14, 6.* xilon *i. e.* ξύλον: *cf. apoc. 2, 7* vincenti dabo edere de ligno vitae. 22 *coniungo* ymnistae vili *et* vita *pro nominativo accipio cf. Ioh. 11, 25* ego sum resurrectio et vita. Ymnistae: *cf. rhythm. XXI et XXII 22, 1. De poeta cf. ad rh. XXII 22, 1.* 22, 2 dominus: *alteram vocem ab* Y *incipientem poeta non invenisse videtur.*

23. Zoes ut claro ditatum denario
Zonton in sancto collocet consortio.
Salvator mundi, Christus dei filius,
Nobis ut fiat praecamur propitius.

XVII.

DE DIE IUDICII.

1. Apparebit repentina dies magna domini,
Fur obscura velut nocte inprovisos occupans,
In tremendo die iudicii.

2. Brevis totus tum parebit prisci luxus saeculi,
Totum simul cum clarebit praeterisse saeculum,
In tremendo die iudicii.

3. Clangor tubę per quaternas terrae plagas concinens
Vivos una mortuosque Christo ciet obviam
In tremendo die iudicii.

23, 1 ut: *f. et 23, 2 *zoton *B Dreves,* zoon *Duemmler*

XVII *Primus n. f. edidit G. Cassander, Opera omnia p. 292 (= C), ex codice nunc deperdito, certe frustra et ipse quaesivi et viros doctos consului. Cassandrum sescenti secuti sunt velut Du Méril, Poés. popul. lat. ant. au XIIième siècle p. 135, nova subsidia nemo adhibuit. Codices ego novi* **B** *f. 24 str. 1 — 23,* **Be** *f. 42 str. 1—3 cf. Hagen, Carmina m. ae. 106,* **R** *(= cod. Vatican. reg. 421 saec. X et XI cf. Bethmannum Archiv XII 279) f. 33 str. 3—23. Usus sum imagine photographice expressa.* **M** *f. 151ᵛ Alcuinus in libro 'De laude dei et de confessione orationibusque sanctorum' post vicesimam tertiam stropham rhythmi XIX str. 21 et 22 huius rhythmi inseruit, cf. supra p. 453). Prima stropha iam a Beda, De arte metrica c. 24 (VI 77 ed. G.) allata est. Praeterea* **H** *i. e. Hrabani Mauri rhythmum* De fide catholica *P. A. C. II 197 sq. contuli. (De Hrabano compilatore cf. e. g. Kunstmann, Hrabanus Magnentius Maurus p. 159 sq.) Tit.* DE DIE IUDICII *B,* VERSUS DE DIE IUDICII *Be,* Hymnus de die iudicii *C,* Canunt hymnum de die iudicii per alphabetum *Beda* 1, 1 repen tina *Be* 1, 2 obscuro *B* velū *B* note *Be* 1, 3 *om. Beda C (hic et in reliquis strophis);* iudicii *sic Be et B* 2, 1 tum *BC,* tunc *Be* parebit *BC,* clarebit *Be cf.* 2, 2 *v.* 2, 3 *hic deest in Be, sed 1, 3 et 3, 3 extat* In tre *B* 3, 1 *Hic R incipit.* Clanget tube ter quaternis *Be* concitans *Be* 3, 2 uiuos *BeR,* uuos *B* 3, 3 *sq.* in tre, inī, in *B,* in trem̄, in tr̄ *R (sic fere in reliquis strophis).*

23, 1 denario *i. e.* praemio. *Ad totum rhythmum conferas Isidor. Etymol. VII 2, 1—49.*

XVII *Abecedarius. Beda, De arte metrica cap. 24 de rhythmo:* . . . Item ad formam metri trochaici canunt hymnum de die iudicii per alphabetum: Apparebit *e. q. s. (str. 1). Schema igitur* 8 _ ∪ + 7 ∪ _. *8* _ ∪ *semper* 4 _ ∪ + 4 _ ∪ *praeter 4, 2, sed cf. app. crit.* 7 ∪ _ *nunquam* ∪ _ ∪ ∪ _ ∪ _. *Hiatus in* 8 _ ∪ *6, 1. 14, 1; in* 7 ∪ _ *9, 2; inter* 8 _ ∪ + 7 ∪ _ *1, 2. 17, 1. 22, 1. Assonantia rara. Clausulae purae, nam 17, 2* morítur *a moriri, 14, 1 poetam* méndicum *pronuntiasse probabile est. Synizesis 20, 1* Hierusalem. *Versus intercalaris.* 1, 1 Apparebit: *cf. rh. XXIII 3, 4. 8, 3.* Apparebunt *n. XIII 1, 1. Ezech. 30, 2* ululate, vae vae diei, quia iuxta est dies et appropinquat dies domini. *Ier. 30, 7* vae, quia magna illa dies nec est similis eius. *Ioel 2, 11* magnus enim dies domini et terribilis valde. *Ioel 1, 15. Sophon. 1, 14. Thess. I 5, 2* dies domini sicut fur in nocte ita veniet. *Petr. II 3, 10.* 1, 3 *cf. reg. s. Benedicti (ed. W.) p. 9, 13* in tremendo iudicio dei. *Carm. de Enoch et H. supra n. XIII 1, 3.* 3, 1 *Matth. 24, 31. Thess. I 4, 14 sq. Hrabanus 76* Clangor buccinae quaternas sonabit terrae per plagas.

4. De caeleste iudex arce, maiestate fulgidus,
Claris angelorum choris comitatus aderit
In tremendo die iudicii.

5. Erubescet orbis lunae sol et obscurabitur,
Stellae cadent pallescentes, mundi tremet ambitus
In tremendo die iudicii.

6. Flamma ignis anteibit iusti vultum iudicis,
Caelos, terras et profundi fluctus ponti devorans
In tremendo die iudicii.

7. Gloriosus in sublimi rex sedebit solio,
Angelorum tremebunda circumstabunt agmina
In tremendo die iudicii.

8. Huius omnes ad electi colligentur dexteram;
Pravi pavent a sinistris hedi ceu fetidi
In tremendo die iudicii.

9. 'Ite', dicet rex a dextris, 'regnum caeli sumite,
Pater vobis quod paravit ante omne saeculum.
In tremendo die iudicii.

10. Karitate qui fraterna me iuvistis pauperem,
Karitatis nunc mercedem reportate divites'.
In tremendo die iudicii.

11. Laeti dicent: 'Quando, Christe, pauperem te vidimus,
Te, rex magne, vel egentem miserati iuvimus?'
In tremendo die iudicii.

4, 1 cęleste, *altera* e *in* i *corr. m. rec., B,* celesti *R* 4, 2 *f.* claris choris angelorum *(sic hic quoque duo versiculi tetrasyllabi fiunt)* 5, 2 pallescentes a *ex correctura B* cõbitus m_1, *corr.* m_2 *R* 6, 1 flamma, ignis *C* 6, 2 ponti *R* decorans *Du Méril* 7, 1 glorioso *H 81* 8, 1 colliguntur *R* 8, 2 parent *Du Méril* ceu *BR,* velut *C* 9, 1 dicet *BR,* dicit *C* a dextris *B,* ad dextros *C,* addext/ros *R* quod ///// paravit *R* 10, 1 Charitate *C,* Caritate *(m_2?) R* 10, 2 caritatis *BR,* charitatis *C* 11, 2 miserati *etiam C,* Al. miserantes *C in margine*

4, 1 *Matth. 24, 30* et videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate. *Arx caeli in Vulgata non exstat, sed apud Vergilium Aen. I 250.* maiestate fulgidus: *cf. XIII 14, 2.* 5, 1 *Matth. 24, 29* post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo et virtutes caelorum commovebuntur. *Ioel 2, 31* sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus et horribilis. *Is. 13, 10.* 6, 1 *Dan. 7, 9 sq.* aspiciebam, donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix et capilli capitis eius quasi lana munda, thronus eius flammae ignis, rotae eius ignis accensus. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. *Ps. 17, 9.* 7, 1 *Matth. 25, 31. Matth. 16, 27.* 7, 2 *cf. apoc. Ioh. 7, 11* et omnes angeli stabant in circuitu throni ... ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adoraverunt deum. *Hraban. l. c. 81* Altithronus glorioso rex sedebit in solio, angelorum tremebunda circumstabunt et agmina. 8 *Matth. 25, 32 sq.* ceü: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 8, 2 pavent: *cf. Hrab. l. c. 82* stabimus et vos pavidi. 9, 1 a dextris *i. e. eis qui a dextris sunt. Matth. 25, 34* tunc dicet rex his, qui a dexteris eius erunt: venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. 10, 1 *Matth. 25, 35 sq.* 11, 1 *Matth. 25, 37.*

12. **M**agnus illis dicet iudex: 'Cum iuvistis pauperes,
Panem, domum, vestem dantes, me iuvistis humilem.'
In tremendo die iudicii.

13. **N**ec tardabit a sinistris loqui iustus arbiter:
'In Gehenne, maledicti, flammas hinc discedite.
In tremendo die iudicii.

14. **O**bsecrantem me audire dispexistis mendicum,
Nudo vestem non dedistis, neglexistis languidum.'
In tremendo die iudicii.

15. **P**eccatores dicent: 'Christe, quando te vel pauperem,
Te, rex magne, vel infirmum contemnentes sprevimus?'
In tremendo die iudicii.

16. **Q**uibus contra iudex altus: 'Mendicanti quamdiu
Opem ferre dispexistis, me sprevistis, improbi.'
In tremendo die iudicii.

17. **R**etro ruent tum iniusti ignes in perpetuos,
Vermis quorum non moritur, flamma nec restinguitur,
In tremendo die iudicii,

18. **S**atan atro cum ministris quo tenetur carcere,
Fletus ubi mugitusque, strident omnes dentibus,
In tremendo die iudicii.

19. **T**unc fideles ad caelestem sustollentur patriam,
Choros inter angelorum regni petent gaudia,
In tremendo die iudicii.

20. **U**rbis summae Hierusalem introibunt gloriam,
Vera lucis atque pacis in qua fulget visio.
In tremendo die iudicii.

12, 1 ille *C* 12, 2 pane *B* humilem *B*, humiles *CR* 13, 1 a sinistris *B*, et sinistris *CR* 14, 1 dispexistis *R*, dispexisti B^1, despexistis *corr. manus recentissima* B^2C 14, 2 nudę *R* neglexistis *R* 15, 2 infirmum *etiam C*, Al. egentem *C in margine* 16, 1 quamdiu *RCB*^{2} *(m. recent.)*, pauperes B^1 16, 2 despexistis *C* improbi *RC*, inprobum *B* 17, 1 ruent/im *(fuit* am*)* iniusti *R* ignes in perpetuos *RC*, ignis in perpetuo *B* 17, 2 uermes *corr. m. recent.* B^2 non moritur *om. R*, non morietur *C* restinguetur *C* 18, 2 fletu sibi *B*, *fort. scribendum est* fletus ibi *et 17, 3 post* iudicii *distinguendum* mugitus *BC*, măgitus *R*, rugitus *H 89* 19, 2 ăgelorum *R* patent *R* 20, 1 Hirusalem *C* introibit B^1, *corr. m. rec.* 20, 2 lŏcis *R*

12, 1 *sq. Matth. 25, 40.* humilem: *cf. 14, 1* me . . . mendicum. 13 *Matth. 25, 41.* 14, 1 *Matth. 25, 42.* 16, 1 *Matth. 25, 45.* 17, 1 *Matth. 25, 46. Hrab. l. c. 88, 5* retro ruunt perpetui in ignis flammas impii, *89* ubi habentur tenebrae, vermes et dirae bestiae, ubi ignis sulphureus ardet flammis edacibus, ubi rugitus hominum, fletus et stridor dentium. morítur *a moriri cf. IV 46, 1* patímur, *XXXV 12, 3* fugíte, *XLV 8, 2* fugiret *al. Is. 66, 24* vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. *Matth. 25, 46. Marc. 9, 44 sq. 46 sq.* 18 *Matth. 8, 12 (Matth. 22, 13. 25, 30). Hrab. l. c. 91, 1* Sathan atro cum agmine quo tenetur in carcere. 19 *sq. Matth. 25, 46 cf. rh. XIX 5, 2* 20 *Hrabanus l. c. 84* tunc fideles nam caelestem urbis summae Hierusalem sustollentur ad patriam, introibunt ad gloriam, ubi fulget vera pacis lux Christus, sol mirabilis. 20, 1 Hierusálem: *cf. XIX 1, 2. LVII 4, 3. 5, 3.*

21. **X**ristum regem iam paterna claritate splendidum
Ubi celsa beatorum contemplantur agmina
In tremendo die iudicii.

22. **Y**dri fraudes ergo cave, infirmantes subleva,
Aurum temne, fuge luxus, si vis astra petere
In tremendo die iudicii.

23. **Z**ona clara castitatis lumbos nunc praecingere,
In occursum magni regis fer ardentes lampades
In tremendo die iudicii.

XVIII.

ITEM DE ACCUSATIONE FACINORIS.

1. **A**udi me deus de cęlo, respice me misero
Pro tanta quae egi infelix prava in hoc saeculo!

2. **B**onus es tu, Christe, cunctis, vivis atque mortuis:
Mortuo et in sepulchro mihi manum porrige!

3. **C**ertus ego numquam ero pro meo malo merito,
Si per baptismi lavacrum non fuerit remissio.

4. **D**epravatus a peccato periensque sitiens,
In labore iuventutis decepit me zabulus.

5. **E**go omnia commisi cum peccata impia:
Putas, ero remissurus de igne perpetuo?

6. **F**elix, natus non fuissem nec talia agerem!
Multa mala feci miser, non sum dignus vivere.

21, 3 *et* 22, 3 *om. M* 22, 2 tene B^1, tẽne *corr. m. rec.* B^2 si uis *sic etiam M* uis: u *loco raso R* 23, 2 lapides *B*

XVIII ***B*** *f. 25. Ed. Duemmler, Rhythm. eccl. VIII, Dreves, An. hymn. XXIII 49* 1, 1 miserum *Duemmler* 1, 2 tantis *Duemmler* 3, 2 baptimi *B, corr. Duemmler* fuerit *B,* erit *Duemmler* 4, 2 me decepit *Duemmler* 6, 1 non *B,* ni *Duemmler* talia nec agerem *Duemmler*

21, 2 *cf. e. g. Matth. 18, 10* angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei, qui in caelo est. *Hrab. l. c. 85, 5* in paterna claritate se gaudent Christum cernere. 22, 1 Ydri: *cf. rh. XIX 22.* infirmantes *i. e.* infirmos *cf. rh. XII 22, 2* convertentes, *XII 15, 3* demergentem. 23, 1 zona claritatis: *cf. XIX 23* zona castitatis. 23 *cf. Matth. 25, 1 sq. Luc. 12, 35* sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris.

XVIII *Abecedarius. Schema 8* $\_ \cup + 7 \cup \_$ *bis repetitum. 8* $\_ \cup$ *saepe 4* $\_ \cup + 4 \_ \cup$. *9 syllabarum prior versiculus 1, 2; 8 syll. alter vers. quater fere. Clausula impura 15, 1* dilexi, *15, 2* faciam. *Fort. synizesis 11, 1* diem, *18, 2* dei. *Hiatus multi. In paucis strophis assonantia vel homoeoteleuton.* 1, 1 misero: *cf. ad rh. V 4, 2.* 1, 2 pro tanta prava: *cf. rh. XXXV 5, 3* pro epulas *(B), 9, 3* pro micas *(B) al.* 3, 1 certus *i. e. tutus a poena.* 4, 1 *cf. ad rh. VII 3, 2.* 5, 1 *coniungendum videtur* omnia impia. cum peccata: *cf. ad rh. VII 21, 2.* 5, 2 remissurus ero *passive accipiendum est.* 6, 1 non fuissem *i. e. si non fuissem cf. LIX 5, 1.*

7. Gemitum exaudi, Christe, et succurre misero,
Dum in die magno illo iudicaveris saeculum.

8. Hora omni in inferno ululantur animae,
Putas, ero remissurus de fornace ignea?

9. Ibi ignis est accensus sine fine, termino,
Inde miser contremesco cum amaro gemitu.

10. Karitas ibi clarescit his qui bene fecerunt,
Mihi semper preparatur clibanus incendiis.

11. Luna ibi non lucescit nec sol diem inluminat:
Sanctis ibi lumen erit, mihi semper tenebrae.

12. Mala mea recognosco; cuius fui famulus!
Tota prava et iniqua me cum illis devorant.

13. Non sunt ibi blandimenta sicut huius saeculi,
Sed iudicia sunt recta, ubi non sunt premia.

14. Omnis homo est peccator, nullus mihi similis,
Ego pater sum peccati et deo horribilis.

15. Pauperem non erogavi neque deum dilexi:
Miser ego quid faciam in die iudicii?

16. Quanta sunt ibi flagella et tormenta impia,
Ubi vermes depascuntur, qui dicunt blasphemiam!

17. Reges regna et tormenta sistunt uno humero,
Ibi reddunt rationem de quod male fecerunt.

18. Sunt et dicunt ibi vera et recta iudicia,
Ibi servus liber adstat ante dei praesentiam.

7, 1 geminatum *B, corr. Duemmler* 7, 2 iudicabis *Duemmler* 8, 1 Omni ora *B, corr. Duemmler* 8, 2 *cf. 5, 2* 9, 1 sine fine terminus *B,* fine et termino *Duemmler,* termini *coni. Dreves* 10, 1 Claritas *B, corr. Traube Karol. D. 120* fecerant *Duemmler* 10, 2 clibanus *Traube l. c.,* lubricus *B, malim* clibani incendium, lubrico incendia *Dreves* 12 1 malis meis *scr. Duemmler* 15, 1 Pauperi *scr. Duemmler* 15, 2 **f.* miser quid ero facturus 17, 1 sistunt *Vollmer,* sistant *B* 17, 2 male m_1, *in marg.* a *i. e.* mala m_1 *B*

7, 2 in die magno illo: *cf. ad XXIII 2, 1.* 8, 1 ululantur: *Dep. pro activo cf. ad rh. VIII 19, 1.* 10, 1 fécerunt: *cf. 17, 2 et ad rh. VIII 13, 2.* 12, 2 *omnia mea facta prava et iniqua sunt et me cum illis (sc. ululantibus str. 8, 1) devorant.* 13, 2 *wo niemand sich loskaufen kann.* 14, 1 *cf. X 16, 4.* 15, 1 *cf. rh. XVII 14.* 17, 1 *reges eodem humero perferunt et dignitatem regiam et poenarum tormenta (Vollmer).* 17, 2 de quod male fecerunt: *cf. Vollmer ad Dracont. De laud. dei I 374. Auct. ant. XIV 42.* 18, 1 *apoc. 16, 7.*

XIX.

DE SANCTA HIERUSALEM CAELESTI.

1. **A**lma fulget in caelesti perpes regno civitas
Hierusalem, quae est nostrum celsa mater omnium,
In perennis die sabbati.

2. **B**onis dignam quam creavit rex aeternus patriam,
Malis absque qua felices fine nullo gaudeant
In perennis die sabbati.

3. **C**uius multae mansiones amplis insunt moenibus,
Namque suis quisque sedem sumit factis congruam
In perennis die sabbati.

4. **D**e communi sed vicissim conlaetantur premio,
Unus sacros intra muros amor quos complectitur,
In perennis die sabbati.

5. **E**xcellentes inmortali statu coetus hominum
Angelorum mixti choris laudem Christo concinunt
In perennis die sabbati.

6. **F**ide clarum patriarchae comitantur Abraham,
Deque sua stirpe nato vota solvunt domino
In perennis die sabbati.

XIX *B f. 26. R (= cod. Londinens. reg. 2 A XX s. VIII/IX cf. W. De Gray Birch, An ancient manuscript of the eighth or ninth century, 1889, p. 101—113) f. 51. V_1 f. 69 str. 1—20. 23—25 habet. M (= Alcuini sylloga cf. supra p. 452) str. 1. 18. 23. 24. 25 continet. Ex BV_1 edidit Duemmler, Rhythm. eccles. IX, ex BV_1R Dreves, Anal. hymn. XII 38. Codicem R benigne mihi contulit H. I. Bell. Sine titulo V_1RM* 1, 1 celestis V_1 regno *M*, regnum *R*, regna V_1B *vocabula* in caelesti *et* ciuitas *in R litteris exstinctis legi nequeunt* 1, 2 omnium *BRM*, hominum V_1 *v.* 1, 3 *deest in* BV_1M, *addidit R post 12, 2 in calce folii. Ego versum intercalarem omnibus strophis addidi, cum rhythmum XVII* Apparebit *etiam in ea re cum hoc rhythmo congruere credam.* 2, 1 digna V_1 2, 2 sine nullo V_1 gaudebunt V_1 3, 2 unusquisque summit V_1 4, 1 commune *B* conlaetantur *B*, conlaetentur *R*, completantur V_1 4, 2 sactos V_1 5, 1 inmortalis V_1 5, 2 concinnunt *B* 6, 1 commitantur habrae V_1 6, 2 deque *BR*, que de V_1 natum *R*

XIX *Abecedarius. Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _ *bis repetitum.* 8 _ ◡ = 4 _ ◡ + 4 _ ◡ *praeter 9, 1 et 13, 1. Synizesis 1, 2. Hiatus 1, 2. Assonantia rara. Versus intercalaris. Eodem fere modo versus abecedarii XVII* Apparebit *compositi sunt. Adde quod hic quarta str. incipit* De communi, *illic* De caelesti, *octava* Hunc — Huius, *sextadecima* Quas — Quibus, *vicesima altera* Ydri — Ydri, *vicesima tertia* Zona summae caritatis — Zona clara castitatis; *rh. XVII 20, 2* vera lucis, *XIX 23, 2* vera totam; *XVII 4, 2* claris angelorum choris, *XIX 5, 2* angelorum mixti choris, *XVII 20, 1* Urbis summae Hierusálem . . fulget visio, *XIX 1, 1* Alma fulget . . civitas Hierusálem. *Uterque denique rhythmus ab eo, qui carmen XIII* Apparebunt a. s. *confecit, et ab Alcuino adhibitus est. Nullus igitur dubito, quin hi duo abecedarii ab eodem homine compositi sint. Alterum vestigiis alterius institisse vix crediderim.* 1, 1 *apoc. Ioh. 21, 2. 10.* civitas *i. e. urbs. dubito an* regna *pro* regno *ex* BV_1 *recipiendum sit cf.* Versus de bella quae fuit acta Fontaneto *P. A. C. II 138.* 1, 1 *cf. Beda, Anal. hymn. L p. 112 str. 11* alma civitas nostrumque mater omnium. 1, 2 Hierusálem: *cf. ad rh. XVII 20, 1.* 3, 1 *Ioh. 14, 2.* 5, 2 *cf. rh. XVII 4, 2.* 6, 1 *gen. 15, 6 (ep. ad Roman. 4, 3 al.).* 6, 2 sua *i. e. Abrahae.*

7. Gaudens regem tenebrarum victum canit legifer
Promissumque suis olim pandit regnum populis
In perennis die sabbati.

8. Hunc secuta prophetarum ibi cernunt agmina
Vitae nobis quam venturae praecinebant gloriam
In perennis die sabbati.

9. Illic et apostolorum sacer adest numerus,
Urbis celsae qui credenti portas plebi reserant
In perennis die sabbati.

10. Karmen Christo triumphale chorus cantat martyrum,
Quanto plura passus istic, illic tanto laetior
In perennis die sabbati.

11. Laudem dicunt et adorant viventem per secula
Suas mittunt et coronas ante thronum aureas
In perennis die sabbati.

12. Mater ibi tua, Iesu, turmas ducens virginum
Locum tenet intra laetae muros urbis optimum
In perennis die sabbati.

13. Novum melosque te coram, nullus alter quod valet,
Modulatur agmen sacri stolis cleri candidis
In perennis die sabbati.

14. Omnes ibi reges iusti, duces, plebes, milites,
Senes una iuvenesque laudent nomen domini
In perennis die sabbati.

15. Puellarum cohors felix, matres simul et piae,
Sponsi gaudent in amplexum taedis comptae lucidis
In perennis die sabbati.

16. Quas inducet rex in sua sublimes cellaria,
Ordinabit et in illis caritatis copulam
In perennis die sabbati.

17. Rectos corde cunctos unum replet ibi gaudium,
Qui distincta pro distinctis sumunt dona meritis
In perennis die sabbati.

7, 1 Gaudent V_1 7, 2 olim suis *R* pangit V_1 8, 2 precinnebant gloria V_1 9, 2 qui *BV*, qua *R* reserat *R* 10, 1 Karnem V_1 triumphali V_1 cantat chorus *R* 10, 2 quanta *R* 12, 1 turmas BV_1, choros *R* 12, 2 muras V_1 13, 1 melosque *R*, melos qui V_1B decoram V_1 13, 2 sacer V_1 clari V_1B, *corr. Duemmler* *str. 13 praeter vocabulum* modulatur *plane evanuit R* 14, 2 *Fort.* laudant *corrigendum est, certe indicativus est* 15, 1 cohors *BR*, chorus V_1 mater V_1 16, 1 inducet V_1R, adducet *B* sublimes V_1R, sublimis *B* 16, 2 ordinabit *R*, ordinauit BV_1 17, 2 Qui *evanidis litteris R* Qui districta V_1 sumunt actis praemia *R*

7, 1 *Moyses ut exod. 15, 1 sq. Pharaonem victum cecinit, ita iam regem tenebrarum v. c.* 8, 1 *sq. agmina pr. Moysen secuta cernunt gloriam vitae venturae, quam nobis praecinebant.* 11, 2 mittunt: *cf. ad rh. XV 12, 2.* 15, 2 *Matth. 25, 1 sq.* in amplexum: *cf. ad rh. V 4, 2.*

18. Solis nulla, nulla lunae — urbs egebit lampade,
Christus illam namque suo — totam lampat lumine
In perennis die sabbati.

19. Templum ipsa nullum habet — manu factum civitas,
Ipse deus huius templum — est et agnus unicum
In perennis die sabbati.

20. Vitae sacra paradyso — vernat arbor medio,
Cuius uber iam beatos — alit fructus incolas
In perennis die sabbati.

21. eXultantes manifestam — dei cernunt faciem,
Dant aequalem coaeternae — trinitati gloriam
In perennis die sabbati.

22. Ydri nulla pestis illic, — morti nullus est locus,
Salus edux ample totum — implet urbis ambitum
In perennis die sabbati.

23. Zona summae caritatis — circum totam plectitur,
Vera totam lustrat intus, — deus ipse, caritas
In perennis die sabbati.

24. Gloriosa deo patri — dilectoque filio
Laus et honor et potestas — una cum sancto spiritu,
In perennis die sabbati,

25. Sicut erat ante cuncta — temporum principia,
Est et erit in aeterna — saeculorum saecula.
In perennis die sabbati.

XX.

DE CARITATE ET AVARITIA.

Alma vera ac praeclara — indivisa caritas.

B f. 27. F p. 86. Ex B et F edidit Duemmler P. A. C. II 255.

18, 1 Solis nulla lune, *alterum* nulla *omissum*, V_1 urbs *om. M* egebit *BR*, urgebit *M*, sedebit V_1 18, 2 christi V_1 19, 1 ipsa *BR*, ibi V_1 *19, 1* nullum *et 19, 2* ipse deus *litteris evanidis R* 19, 2 huius *BR*, cuius V_1 agnum V_1 20, 1 paradysum paradysum *B* medium *B* *20, 1 voces* uitae *et 20, 2* fructus incolas *legi nequeunt R* 20, 2 incholat V_1 21. 22 *om.* V_1 21, 1 eXultantes *R*, Exultantes BV_1 faciem *legi nequit, item 21, 2* gloriam *R* 22, 2 edux: **f.* et lux? *orbis *BR* 23 *in R nil legi potest nisi* dš ipse car 23, 1 Zonam V_1 23, 2 ueram V_1 tota *M* ipsa *B* 24, 1 gloria, *sed non* sit *M* 24, 2 cum *del. Duemmler*

18 *apoc. 21, 23 (Is. 60, 19).* 19 *apoc. 21, 22.* 20, 1 *gen. 2, 9.* paradýso: *cf. rh. XXV 21, 1. XXXIX 3, 1. L 8, 1 al.* 21 *apoc. 21, 24—26.* 22, 1 *sq. apoc. 21, 27. 22, 2.* 22, 2 *Is. 60, 18* et occupabit salus muros tuos. 23, 2 *ep. Ioh. I 4, 8. P. A. C. II 255 str. 1, 1.*

XXI.

DE LAUDE ET PRECES SANCTAE MARIAE.

1. **A**urora dicta sermone prophetiae,
Ex qua sol verus ortus est iustitiae,
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

2. **B**eata domus dedicata domino
Iussa ferente Gabrihel archangelo,
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

3. **C**olumba inter sexaginta reginas
Et octoginta electa concubinas
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

4. **D**avid praecelso parientem filium,
Cuius est thronus manens in perpetuum,
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

5. **E**gressa virga Iesse de radice
Flore cum pleno septeno spiramine
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

XXI ***B*** *f. 28. Ed. Duemmler, Rhythm. eccl. X, Dreves, An. hymn. XIX 24.* 1, 1 Auroram dictam *scr. Dreves, idem* 2, 1 Beatam domum dedicatam, 3, 1 Columbam *e. q. s.* *prophetico *B, correxi concentus causa* 2, 1 domus *B*, domum *Dreves* 2, 2 ferentem *B, corr. Duemmler* 2, 3 *et in plurimis strophis nil nisi* prece pulsemus *B, in nonnullis strophis codex sibi non constat* 2, 4 *alter versus interc. in omnibus str. deest praeter 1, 4 et 23, 4.* 3, 1 LX *B* 3, 2 LXXX *B* *electa sunt *B*, electa est *Duemmler*, electas *Dreves* 5, 1 Egressam virgam *Duemmler, qui str. 1* Aurora *scr.*, *str. 2* Beata *e. q. s.*, Egressa . . de radice est *Dreves* 5, 2 compleno *B, corr. Duemmler*, Florens complexa *Dreves*

XXI *Abecedarius. Schema 5* _ ⏑ + *7* ⏑ _. *Bini versus puro concentu unius syllabae ligantur (sed cf. app. crit. ad 1, 1. 19, 2), raro concentus admittitur plenior. Clausulae impurae in 5* _ ⏑ *10, 1. 17, 2 (sed cf. in app. crit.), in 7* ⏑ _ *1, 3 et 12, 2. 3, 1. 3, 2. 5, 1. 10, 1. 16, 2. 17, 2. 18, 1. 18, 2 (ubi* corpore *traditum est). Hiatus 8 fere. Versus intercalaris.* 1, 1 Aurora dicta *in codice scriptum est, item 2, 1* Beata domus, 3, 1 Columba *e. q. s. Accusativus est, a verbo* pulsemus *pendens (sed cf. 2, 1* domus*), cf. ad rh. V 4, 2. Duemmler et Dreves correxerunt, ego ubi fieri potuit lectionem codicis servavi.* — Auroram: *cf. Salzer p. 23 sq.* 2, 1 *Salzer p. 20. 36 sq.* 3, 1 *cant. cant. 6, 7* Sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adolescentularum non est numerus. Una est columba mea *e. q. s.; cf. Aldhelmi pros. de laud. virg. c. XL Migne LXXXIX 141* Maria . . columba inter sexaginta reginas et bis quadragenas pellices, propter perenne puritatis privilegium. 5, 1 *Is. 11, 1, rh. VII 3, 1. — Virgam quae florem gestat plenum septeno spiritu cf. e. g. Rud. de Ems, Barl. 64, 32* diu reine wurze von Yessê eine ruote noch gebirt, ûf der ein süezer bluome wirt, dar ûffe der heilige geist in sibenvalter volleist mit siben tugenden ruowen sol *(alia exempla Salzer p. 29 sq.).* Ïesse: *cf. ad rh. IV 15, 1, W. Meyer, Nachr. d. Götting. G. d. W. 1912, 49 sq.*

6. **F**emina casta circumdantem masculum,
Verbum a multis saeculis absconditum,
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

7. **G**ratia plena, obumbrata caelitus
Grato adventu sacrosancti spiritus
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

8. **H**anc imploramus nostri in auxilium
Advocatricem esse apud dominum;
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

9. **I**ordanen pleno redundantem gurgite,
Ripas complentem primi mensis tempore
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

10. **K**asta turture voce, vero sermone
Se profitentem virum non cognoscere
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

11. **L**ilium inter spinas acutissimas,
Amica sponsi sola inter filias
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

12. **M**atrem ac sponsam, sororem et filiam,
Ancillam quoque regis magni Mariam
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

13. **N**ovit que Christum, nam vexit in sacculum,
Nullo gravata pondere peccaminum
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

6, 1 Feminam castam *Duemmler Dreves* 6, 2 saeculi *B, corr. Duemmler* 7, 1 plena, obumbratam *Duemmler,* plenam, obumbratam *Dreves* 7, 2 gratus aduentum *B,* gratum adventum *Duemmler,* grato adventu *Dreves* 8, 1 imploremus *Dreves, f. recte* nostris *B, corr. Duemmler, sed* nostris *Dreves* 9, 1 redundante *B, corr. Duemmler* 9, 2 mensi temporis *B, corr. Duemmler* 10, 1 Kastam turturem *Duemmler Dreves* 11, 2 amicam ... solam *Duemmler Dreves* 13, 1 Novit *B,* **f.* Navem, que Christum nam vexit *cf. Salzer l. c. 93, 20 sq.* sacculum *B,* saeculo *scr. Duemmler neglecto concentu,* saeculum *Dreves* 13, 2 nullum *(i. e.* nullo*) B,* nullo *Duemmler*

6, 1 *i. e. feminam .. in utero habentem.* 6, 2 *Ioh. 1, 1 sq.* 7, 1 *sq. Luc. 1, 28. 35.* 8, 2 *cf. Salzer 594 sq.* 9 *similiter Maria cum fonte, fluvio comparatur (Salzer p. 9. 516); de Iordane nil inveni.* 10, 1 *Salzer 134 sq.* 10, 2 *Luc. 1, 34.* 11, 1 *Salzer 162, 14 sq.* 11, 2 *Mone, Lat. hymn. II No. 450, 3* et amica properat sponsum, quo abierat, quaerens inter lilia. 12 *cf. Salzer 98 sq. 100 sq. Luc. 1, 38.* 13, 1 Novit: *cf. in app. crit.* in sacculum *(pro* in sacculo *cf. ad V 4, 2) i. e.* in *utero.*

14. **O**vem, ex cuius dei venit vellere
Agnus, peccatum huius mundi tollere,
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

15. **P**rimam devote offerentem hostiam
Virginitatem deo patri placitam
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

16. **Q**uam ante partum virginalis integram,
Tam post servantem suae carnis coronam
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

17. **R**osa fulgentem castitatis robore,
Matrem spineum observantem honorem
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

18. **S**tella praeclaro choruscantem fulgore
Tanto transacto noctis tetris torpore
Prece pulsemus, Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

19. **T**halamo structo caelesti coniugio,
Septem suffultum columnarum numerum,
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

20. **V**irginem deum habentem in uterum
Isaias nobis predicat oraculum.
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

21. **X**risti pro nostris novis ac veteribus
Matrem precemur piam peccaminibus.
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

15, 1 Primam *B*, **f.* Piam *cf. Salzer l. c. 361, 29 sq.* 16, 1 virginalem *Dreves* 16, 2 servatam *Dreves* 17, 1 Rosam *Dreves* 17, 2 spineam *B*, spineum *scr. Duemmler*, **f.* spinarum *(sc.* honorem*)* 18, 1 Stellam *Duemmler Dreves* *praeclara *B*, praeclaram *Duemmler Dreves* 18, 2 tetri *Duemmler*, taetrae *Dreves* corpore *B*, torpore *Duemmler*, tempore *Dreves* 19, 1 Thalamum structum *Duemmler Dreves* 19, 2 reptum *B*, septem *corr. Duemmler* 20, 1 utero *scr. Duemmler* 20, 2 praedicat *B*, predictam *Dreves* oraculo *Duemmler Dreves* 20, 3 *(21, 3 et 22, 3)* prece pulsemus xp̄i matre mariam *B* 21, 1 xp̄s *B*, *corr. Duemmler* *nostris *Strecker Vollmer*, nouis *B* 21, 2 pia *B*

14, 1 *persaepe Maria virgo Gedeonis velleri comparatur (cf. rh. VIII 1, 3; Salzer 40 sq.); hinc poetam ovem effecisse illo vellere indutam arbitror. Coniungas* ex cuius vellere agnus dei venit. 14, 2 *Ioh. 1, 29* 16, 1 *cf. rh. VI 3.* quam — tam: *wie — so. Coniungas* integram virginalis *(gen. relationis), nisi ad* virginalis *quoque iungendum est* coronam, *cf. Prud. peristeph. XIV 8* intactum ab omni crimine virginal. 17, 1 *Salzer 183 sq. Spina ardens non combusta symbolum castitatis est: Salzer 12 sq.* 18, 1 *Salzer 35 sq.* 18, 2 tetris *i. e.* taetrae. 19, 1 *i. e.* Thalamum: *Salzer 115, 4. 18, 3 sq.* 19, 2 *cf. Petr. Damiani, An. hymn. XLVIII n. 24 str. 1.* numerum *i. e.* numero. 20 *Is. 7, 14.*

22. **Y**mnista fratre pro me licet misero
Soror existat suo supplex filio.
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

23. **Z**elum ut hostis antiqui et laqueum
In regione evadam viventium,
Prece pulsemus Christi matrem Mariam,
Ut impetremus peccatorum veniam.

XXII.

DE SANCTO IOHANNE.

1. **A**micus sponsi, magno gaudens gaudio,
Sponsam habentis castam in coniugio,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

2. **B**aptista sanctus, sacri Christi corporis
Tinctor Iordanis alveo in fluminis,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

3. **C**uius ad ortum magnus venit nuntius
Prenuntiandum, Gabrihel archangelus,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

4. **D**atum est cui tale privilegium,
Primus ut regnum predicet perpetuum,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

5. **E**lectus veri in modum luciferi,
Solis precursor, propheta altissimi,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

23, 1 et laqueum *Dreves*, in laqueum *B* *v. 23, 3 et 23, 4 integri in B scripti sunt.*

XXII ***B*** *f. 30. Ediderunt Duemmler, Rhythm. eccl. XI, Dreves, Anal. hymn. XII 133.* 2, 3 *sq. (et 8, 3 sq.) nil nisi* scs̄ joh̄. 3, 3 *et reliq.* scs̄ 5, 2 percussor *B*, precursor *Duemmler*

22, 1 ymnista: *cf. ad rhythm. XXII 22, 1.* 22, 2 Maria nostra soror: *cf. Salzer 562, 35.*

XXII *Abecedarius. Schema 5 – ◡ + 7 ◡ –. Versus strophae concentu puro inter se ligantur. Clausulae impurae in 5 – ◡ nullae, in 7 ◡ – 10, 1* vestitu, *19, 2* loquelas, *21, 1* lucerna, *9, 1* Odollamita? *Hiatus 10. Synizesis 11, 2* evangelii. *Versus intercalaris.* 1, 1 *sq. Ioh. 3, 29* qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. *Augustinus, Serm. 67, 9* sic et Ioannes amicus sponsi. *288, 2* at ille sponsi amicus. *An. hymn. X p. 159, 1, 1 sq.* 2, 1 *sq. Matth. 3, 13 sq. Marc. 1, 9 sq. Luc. 3, 21 sq.* 3, 1 *sq. Luc. 1, 11 sq.* 5, 1 *sq. cf. Augustin. serm. 293, 4. Mone, Lat. hymn. d. M. III ad n. 651, 10.* 5, 2 *cf. Bedae hymnum* Praecursor alti luminis *An. hymn. L 107.*

6. **F**aciem ante patris missus angelus
Promittens caeli regna penitentibus,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

7. **G**audens in suae parentis visceribus
Mariae sanctae salutantis vocibus,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

8. **H**eremitarum exemplar egregium
Domino deo soli servientium,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

9. **I**udae excelsi pastor Odollamita,
Testis in unda exsistens aquatica,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

10. **K**ameli pilis indutus pro vestitu,
Heliae plenus virtute et spiritu,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

11. **L**imes perfectus legis et prophetiae
Ac spiritalis evangelii gratiae,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

12. **M**ellis silvestris agrestri aedulio
Ac lucustarum cibatus in heremo,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

13. **N**ativitatem precedens prophetia,
Iuste et vere dictus dei gratia,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

14. **O**rtus in mundum multorum cum gaudio,
Plebis perfectae preparator domino,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

9, 2 aquatiua *B*, *corr. Duemmler* 10, 1 uestito *B*, uestitu *corr. Duemmler* 12, 1 aedulio B^2, aenulio B^1 13, 1 Natiuitate *B*, Nativitatem *scr. Duemmler*

6, 1 *Malach. 3, 1.* 6, 2 *Matth. 3, 2 sq.* 7, 1 *sq. Luc. 1, 41 sq. Infans gaudet vocibus Mariae salutantis.* 8, 1 *sq. Matth. 3, 4 sq.* 9, 1 Odollamita: *cf. gen. 38, 12* (Iudas) ipse et Hiras opilio gregis Odollamites. *Par amicorum: Iudas cum Christo, Hiras cum Iohanne comparatur.* 9, 2 *Ioh. 1, 32 sq.* 10, 1 *Matth. 3, 4. Marc. 1, 6.* 10, 2 *Luc. 1, 17.* 11 *cf. Augustin. serm. 293, 2* videtur Iohannes interjectus quidam limes testamentorum duorum, veteris et novi. Nam eum esse quodam modo limitem dominus ipse testatur dicens: lex et prophetae usque ad Iohannem prophetaverunt. *(Matth. 11, 13.) Tertullian. adv. Marc. 4, 33.* 12 *Matth. 3, 4. Marc. 1, 6.* 13, 1 *ad Luc. 1, 17 referendum esse videtur.* 14 *Luc. 1, 14. 17.*

15. Plus quam propheta, suo monstrans digito
Agnum predictum vatum vaticinio,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

16. Quo maiorem ullum ex muliere
Dominus natum dixit non resurgere,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

17. Rege ut Christo non careret capite,
Cephala sacro truncatus in carcere,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

18. Spiritu sancto repletus ex utero,
Aebrietatis omni carens poculo,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

19. Tantus ac talis, cuius diu tacitas
Soluit nomen patris linguę loquelas,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

20. Vox in deserto clamantis, dominicas
Rectas parari vias atque semitas,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

21. Xristo parata large lucis lucerna
Ad confundendos aemulos aptissima,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

22. Ymniste sui fragilis et miseri
Reminiscatur in conspectu domini,
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

23. Zachariana proles primum dominum
Roget pro nobis regnantem in seculum.
Sanctus Iohannes baptista ad dominum
Deum pro nobis exoret altissimum.

16, 1 *Quo maiorē ullum ex muliere natum dn̄s d. n. r. *B*, Quo maiorem ullum natum ex muliere dominus dixit non umquam resurgere *Duemmler*, Quo maiorem ullum ex m. natum d. dixit virum n. r. *Dreves*. 19, 2 patris *B*, parentis *Duemmler*, *sed* soluit *trisyllabum est (Dreves)* *str. 20 om. Duemmler* 20, 1 clamantis *sic B*, clamitans *Dreves* 22, 1 ymnis te *B*

15, 1—16, 2 *Luc. 7, 26 sq.* monstrans digito: *Ioh. 1, 15 sq. 29.* 16, 1 maiorem *tetrasyllabum cf. ad rh. XXI 5, 1.* 17 *Matth. 14, 3 sq.* 18 *Luc. 1, 15.* 19 *Luc. 1, 63 sq.* 20 *Matth. 3, 3. Marc. 1, 3. Ioh. 1, 23.* 21 *cf. ad str. 5.* 22 *cf. rhythm. XVI 22, XXI 22: haec tria carmina ab eodem poeta composita esse et ex hac formula et ex tota indole conicere licet.*

XXIII.

DE ADVENTU DOMINI ET DIE IUDICII.

1. Qui de morte estis redempti
Et per crucem liberati,
Pretioso comparati
Sanguine filii dei,
Sursum corda sublevate
Et Iesum desiderate.

2. Diem magnum formidate,
Quando mundum iudicare
Christus, imperator caeli,
Venit, fulgens in virtute
Et in magna claritate,
Regnum sanctis preparare;

3. Cum aperta celi arce
Fulgorans ab oriente
Lucet vultus Iesu Christi,
Apparebit mundus omnis,
Obviam volabunt sancti
Suo pio redemptori;

4. Cum aperta celi astra
Usque ad terminos terre
Ceperit tuba canere,
Sancti archangeli dei
Voce magna proclamare
Et electos congregare;

5. Cum ab igne rota mundi
Tota coeperit ardere
Sive flamma concremare,
Caelum ut liber plicare,

XXIII *Clarissimam illam sequentiam pro defunctis* Dies irae dies illa *a Thoma de Celano vetustis carminibus adhibitis compositam esse ut dudum intellexerunt viri docti, ita hoc rhythmo codicibus noni et decimi saeculi servato luculentissime demonstratur; qua de re egi Zs. f. d. A. LI 227. Pervulgatus hic rhythmus videtur fuisse, cuius 7. et 8. stropha in sequentiam quandam Augiensem saec. XII/XIII receptae sint. Ita fit, ut quinque codices haud mediocriter inter se discrepent. Ordo stropharum in* **B** *f. 31 hic est: 1. 2. 3. 5. 7. 9. 11. 12. 13. 14. 15, in* **Br** *f. 77: 3, v. 4–6. 5. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 14ª. 15, in* **C** *f. 149: 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 17, in* V_1 *f. 10: 1. 2. 8. 7. 5. 9, in* **P** *f. 121: 1. 2. 3. 4. 6. 5. 7. 8. 9. 10. 16. Ex P ed. Coussemaker, Histoire de l'harmonie au moyen âge, 1852, p. 116, ex C Boucherie, Mélanges Latins et Bas-Latins, Rev. des langues Romanes VII 28, ex B Dreves, An. hymn. XXIII 54, ex P Dreves, An. hymn. XXIII 53. Tit.* DE ADVENTU DN̄I ET DIE IUDICII *B*, VERSVS DE DIE JVDICII ET ADVENTV FILII D̄I *C*, VERSVS DE DIE IUDICII *P*, *om.* V_1, *initium rhythmi deest Br* 1, 1 Qui *C*(V_1?), Quique *P*, Quicq; *B* estis r. *C*V_1, redempti estis *P*, red. sunt *B* 1, 4 sanguine/ *(*m *eras.) B* 1, 5 subleuate *C*, preparate *BP cf. 2, 6* 2, 1 magnum *BC*(V_1?), illum *P* 2, 4 uenit *BC*, uenerit *P*V_1 *str. 3 om.* V_1 3, 1 celi arce *P*, caeli astra *B*, astra caeli *C cf. 4, 1* 3, 2 oriente *BP*, arcę patris *C* 3, 3 lucet *BP*, lucens *C*, luce *coni. Dreves* 3, 4 *sic PBr*, mundis omnis *B*, mundo omni *C* 3, 5 uolabunt, nt *ex correctura, Br* 3, 6 redemptori, i *ex* e *corr., Br* ante pium redemptorem *P* *str. 4 P, om. BCBr*V_1 *at cf. app. crit. ad 3, 1* *str. 5 post 3 in BBrC, post 6 in P, post 7 in* V_1 5, 1 cum mundi r. ab i. *C* 5, 2 coeperit *BBrP*V_1, coepit *C* 5, 3 siue *BrC*, seua *P*, simul *B* concremante *Br*

Hic omnia adnotata sunt, quae Spagnolo in V_1 *legere potuit.* 1, 1 Qui . . . redemp. 1, 2 et . . ati 1, 3 prec . s . . rati 1, 4 sang . . 1, 5 . sum . . 1, 6 . . siderate . 2, 1 D . . m . . formi . ate 2, 2 qu . . dicare 2, 3 xp̄s inperator . 2, 4 . rit fulgens . . rtute 2, 5 et in magna . . tate 2, 6 regnū sc̄is ppar . . 5, 1 Cum . . ro . m . di 5, 2 to . a ceperit ardere 5, 3 . flamma congremare 5, 4 celu . liber . plicare

XXIII *Schema: 8 _ ∪ sexies repetitum. 9 _ ∪: 1, 1. 12, 2. 13, 5. 14, 2. 15, 3. 9 ∪ _ 7, 2. (10 _ ∪: 1, 1 cf. cod. P). 8 ∪ _: 12, 5. 16, 4. Synizesis 9, 4. 10, 3. Hiatus multi. Assonantia frequens.* 1, 1–4 *ep. Petri I 1, 18 sq.* 1, 1 quique *(cod. BP)* = quicunque *cf. Rönsch, Itala und Vulg. p. 336.* 1, 5 *ep. ad Col. 3, 1 sq.* 2, 1 *act. apost. 2, 20* antequam veniat dies domini magnus et magnifestus. 2, 4 *Matth. 24, 30* cum virtute multa et maiestate, *rh. XVII 4, 1* maiestate fulgidus. 2, 6 *Matth. 25, 34.* 3, 2 *poeta male intellexit Matth. 24, 27* sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et adventus filii hominis *cf. rh. XLV 4, 1 sq.* 3, 4 *Matth. 25, 32.* 3, 5 *sq. Thessal. I 4, 16.* 4, 1 *constructio absoluta cf. ad rh. III 3, 2.* 4, 2 *Matth. 24, 31* et mittet angelos suos cum tuba et voce magna et congregabunt electos eius a quattuor ventis. 4, 3 canére: *cf. 5, 5 et ad rh. XV 20, 2.* 5, 1 rota mundi: *cf. rhythm. XXXIX* De Asia et de universi mundi rota. 5, 3 *sq. i. e. concremari, plicari cf. ad rh. II 6, 2.* 5, 4 *Is. 34, 4* et tabescet omnis militia caelorum et complicabuntur sicut liber caeli. *Apocal. Ioh. 6, 13* et stellae de caelo ceciderunt super terram . . . et caelum recessit sicut liber involutus.

Sidera tota cadere,
Finem seculi venire;

6. Cum a voce regis magni
Resurgent omnes defuncti
Recepturi unusquisque
Non solum de pravo facto,
Sed de verbo ocioso,
Prout gesserat in carne.

7. Dies irae, dies illa
Dies nebulae et turbinis,
Dies tubae et clangoris,
Dies luctus et tremoris,
Quando tenebrarum pondus
Cadet super peccatores.

8. Qualis pavor tunc aderit,
Quando rex iratus venit
Et infernus apparebit,
Qui impios absorbebit;
Sulphur, flamma atque vermes
Cruciabunt peccatores.

9. Quid acturi erunt pravi,
Quando ipsi tremunt sancti
Ante tanta maiestate
Iesu Christi filii dei?
Et si iustus vix evadit,
Impius ubi parebit?

10. Non est locus evadendi
Nec inducias petendi,
Sed est tempus discutiendi
Amara districtione,
Ubi mente accusante
Torquebuntur puniendi.

11. Illi nimium timebunt,
Qui gaudium obtinebunt
Quique regnum possidebunt,
Pre fulgore vultus dei.
Quanto amplius iniqui
Peccatorum sorde pleni!

12. Ibi angeli timebunt,
Et archangeli formidabunt,

5, 6 finem *BBrV₁C*, finis *P* *str. 6 CP post str. 5, om. BBrV₁* 6, 1 Tunc *P* ad uocem *P* 6, 3 recepturi *C*, recepturus *P* 6, 4—6 prout gesserat in carne et praesentabuntur omnes ante thronum maiestatis *C* 6, 6 * prout iessit in corpore *P*, *ex C correxi* *str. 7 post 5 BBrP, post 6 C, post 8 V₁* 7, 1 Diem *(corr.* dies*)* ille, dies irae *C* 7, 2 dies *del. W. Meyer* turbinis *BBr*, caliginis *PC*, . . nis *V₁* 7, 3 langoris *C* 7, 4 *sic PC*, dies nebulosa ualde *(*uade *Br) BBr* 7, 5 ten. pondus *(*pundus *Br) BBr*, ten. ignis *C*, pondus tenebrarum *P* 7, 6 supercadat *(*— it *corr. m₂)* in iniquis *C* *str. 8 om. B, post 7 BrPC, post 2 V₁* 8, 1 tunc caderit *P* 8, 2 uenit *C (V₁ ?)*, uenerit *P*, ueniet *Br* 8, 3 et *om. Br* 8, 4 Impiosque *C* absordebit *Br* 8, 5 uermis *Br* 8, 6 cruciabit *Br* *str. 9 post 7 B, post 8 PBrC, post 5 V₁* 9, 1 acturi *BBrV₁C*, dicturi *P* praui *BBrV₁P*, mali *C* 9, 2 ips/ *Br* tremunt *BBrV₁*, trement *PC* 9, 3 a. tanta maiestate *BBrV₁*, a. tantam maiestatem *PC* tanta, *altera* a *ex correctura, Br* 9, 5 etsi *C* euadit *BCV₁*, euadet *PBr* 9, 6 ubi *BBrCV₁*, ibi *P* *str. 10 in P, om. BBrCV₁* *str. 11 in BBr, om. PCV₁* 11, 3 quique *Br*, quicque *B* 11, 4 dī *Br*, sui *B* 11, 5 amplius amplius *Br* *str. 12 om. PV₁, post str. 9 C, post 11 BBr* 12, 2 et *om. C* archangeli/ *B*

5, 5 sidera celi cadere 5, 6 finem seculi uenire 7, 1 D . es . e dies ill 7, 2 dies n . . nis 7, 3 dies . . ris 7, 4 dies . . 7, 5 . . dus 7, 6 . det . per pec . . 8, 1 Qu . l . s . . r t . . derit 8, 2 quando re . . us . . it 8, 3 et . fer . us app . . ebit 8, 4 . . ios . b . . b . b . 8, 5 . l . . flam . a . . que uer . 8, 6 . ci . . catores 9, 1 Quid acturi erunt praui 9, 2 quando ipsi tremunt sc̄i 9, 3 ante tanta maies . . 9, 4 . su xp̄i fili dī 9, 5 et . iustus . euadit 9, 6 impius ubi parebit

5, 5 tota *i. e. omnia.* cadére*: cf. ad v. 4, 3.* 5, 6 finem venire *(sc.* ceperit*): cf. rh. III 4, 1* erat multitudinem *(vl.), VII 13, 2* finem Herodis testatur. 6, 4 *Matth. 12, 36.* 6, 6 gesserat: *cf. ad rh. VIII 8, 4.* 7, 1 *Sophon. 1, 15* dies irae dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris super civitates munitas et super angulos excelsos. 8, 1 aderit *i. e. erit cf. 14, 3. rh. XXXV 6, 1* in tormentis cum adesset, *cf. Huemer, Sedulii opera p. 373.* adérit: *cf. ad rh. IV 11, 3.* 8—9 *cf. sequentiam Augiensem Mone, Lat. Hymn. d. M. I 406* Quid acturi erunt pravi, quando tremebunt angeli videntes formam dei, ut fuit in cruce pro salute mundi? Tunc infernus apparebit et damnatos absorbebit, fulgur ignis atque vermes trucidabunt peccatores. 9, 2 *cf. rh. LXIV 1, 3.* 9, 3 ante tanta maiestate: *cf. rh. XXXIV 13, 3* ante oculis. 9, 5 *Petri ep. I 4, 18.* 10, 4 *cf. rh. XIV 20, 2.* 11, 1 *sq. cf. rh. LXIV 1, 3.* 12, 1 *cf. ad LXVII 7, 2.* 12, 2 *sq. ep. ad Col. 1, 16* visibilia et invisibilia sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates.

Throni atque principatus,
Potestates et virtutes,
Cherubin atque Seraphin,
Simul dominationes.

13. Tunc sedente Iesu Christo
In aeternitatis throno
Adstante choro sanctorum
Omnium, patriarcharum,
Prophetarum, apostolorum,
Martyrum et confessorum,

14. Tunc videbunt omnes Christum
Pro hominibus crucifixum.
Quid aderunt tunc dicturi,
Qui se nolunt emendare
Et videbunt plagas ferri
In corpore Iesu Christi?

15. Iam quod oculus non vidit
Nec umquam auris audivit
Nec in cor hominis ascendit,
Quanta deus preparavit
Sanctis suis, quos dilexit
Et de hoc mundo elegit.

16. Iesu Christe salus mundi,
Tunc succurre pie nobis,
Qui cum patre nunc te unum
Atque cum sancto spiritu
Adoramus verum deum,
Salvatorem seculorum. Amen.

XXIV.

DE RESURRECTIONE DOMINI.

Surrexit Christus a sopore dormiens.

B f. 36. F p. 84. Ed. Duemmler P. A. C. II 254.

12, 3 *sq.* atque potestates, principatus *C* 12, 5 et *Br*, atque *BC* cherubim *Br* seraphim *CBr* 12, 6 simul *BBr*, siue *C* domanationes, *corr.* m_1, *B*, dom̄ationes, *corr.* m_1, *Br* *str. 13 om. PV*$_1$, *post 12 BBrC* 13, 1 sedente *BC*, sedebunt *in* —bit *corr. Br* 13, 3 choro *BrC*, chorum *B* 13, 4 omnium patriarcharum *C*, hominum et angelorum *BBr* 13, 5 prophetarum apostolorum *C*, omnium apostolorum *BBr* *str. 14 om. PV*$_1$, *post 13 BBrC* 14, 1 uidebit, *corr.* m_1, *Br* 14, 2 hominibus *B*, omnibus *BrC* 14, 3 quod aderunt *B*, quid ⌣//erunt *Br*, quia derunt *C* 14, 4 emendare m_1, —ri m_2*C* 14, 5 uidebit *Br* 14, 6 *sic BC*, in corpore regis dī *Br*

post 14, 6 Br addit
Tunc renouabunt cęli
Atque simul orbis terre
Pristinam dignitatem,
Erunt specie ornati,
Erit omnis creatura
In perpetuum secura.

str. 15 om. PV$_1$, *post 14 BC, post 14*^{a} *Br* 15, 1 Iam *B*, Nam *C*, *om. Br* ocul/us *C* non *om. C* 15, 2 at neque auris aud. *C*, nec auris audiuit *Br* 15, 6 de hoc // mundo elegit *Br* 16 *ex P addidi, om. BCBrV*$_1$ 16, 4 *f.* *spiritu sancto *in C pro str. 16 haec doxologia exstat:*

17, 1 Gloria aeterno patri,
Laus, honor unigenito,
Spiritui procedenti
Virtus simul et potestas
5 Per infinita semper
Saecula sit saeculorum. Amen.

14, 3 adérunt: *cf. ad 8, 1.* 15 *ep. ad Cor. I 2, 9* sicut scriptum est *(Is. 64, 4)*: Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit deus iis, qui diligunt illum.

XXV.

DE LAUDE DEI.

1. Ante saecula et tempora
Et cẹlorum sidera
Patris ore prodiit:
Quis est deus ex deo?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

2. Benedictus Abraham,
Cum offerret filium:
Parricidae quis pio
Iustam dedit hostiam?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

3. Canticum canentibus
In camino flammeo
Tribus una vox erat;
Et ille quartus quis fuit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

4. Danihel inmitibus
Traditus leonibus:
Ne voraretur morsibus,
Clausit ora quis feris?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

5. Et Susannae castitas
Condemnata testibus:
Quis ut verum diceret,
Instigavit puerum?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

6. Fluctus inter fluentibus
Rectum iter viantibus,
Mersis subsequentibus,
Per Moysen quis dedit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

7. Goliam in acie
Praeparantem proelium
Per manum sancti David
Saxo in fronte quis ferit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

XXV ***B*** *f. 38 str. 1—23.* V_2 *f. 64 str. 1—8. Ex B et* V_2 *ed. Duemmler, Zs. f. d. A. XXIV 156, ex B Dreves, An. hymn. XXIII 12. Septima str. etiam in* ***C*** *i. e. cod. Coloniensi CCXII in fol. ultimo saec. VIII/IX scripta est cf. W. Wattenbach, Ecclesiae metropolitanae Coloniensis codices manuscripti p. 95:* Audite cuncti canticum almificum audite carmen canticorum cantica laudes resona angelorum cetibus de sponsa agni difusa per orbus folsita rosis et uallata liliis. Golies inezie preparantes prelium [germine nobilis eula] per manusancti dauiit sex sa in fronte [li mortis et indolens nobilis] quis fecerit Benedictus dei filius dominus christus [et meritans sacra virgo sum.] *P. de Winterfeld, Zs. f. d. A. XXXXV 147 sq. verba* Audite cuncti — liliis *initium rhythmi cuiusdam tunc quidem ignoti, (sed cf. infra rh. LXXIX), esse intellexit; idem ad verba* Benedictus dei filius *versum intercalarem* Benedictus dominus christus dei filius *affert, sed fragmentum* Golies inezie *e. q. s. ad stropham 7 huius rhythmi pertinere non vidit. Verba uncis quadratis inclusa Prudentii peristeph. 3 sunt. Tit. deest* V_2 1, 3 patriore proditore V_2 1, 4 quis *Lehmann,* qui BV_2 qui est deus V_2, deus qui est e. d. *B* 2, 3 *sq.* parricida BV_2, *corr. Vollmer Polheim* pio *Vollmer,* piam BV_2 2, 5 $\overline{\text{BN}}$ *B,* $\tilde{\text{b}}$ V_2, *sic vel similiter in reliquis strophis* BV_2 4, 1 a militibus V_2 4, 2 traditur *B* 4, 4 quis fuit V_2 5, 2 condemnata *B,* condempnauerunt V_2 5, 3 qui uerum V_2 5, 4 inuestigauit V_2 *(cf. Walthar. 145 cod. KSV)* 6, 1 **f.* fluctibus in fluentibus *(?)* 6, 2 rectum *om.* V_2 inī utantibus V_2 6, 3 mersos sub sequentibus V_2 *stropha 7 etiam in C* 7, 1 Goliam *B,* Golias V_2, Golies *C* inezie *C* 7, 2 p̄parante V_2, preparantes prelium *C* 7, 3 manum V_2, manusancti dauiit *C,* manus *B* 7, 4 saxo *B,* saxum V_2, sex sa *C* ferit *B,* iecit V_2, fecerit *C* 7, 5 *sq.* Benedictus dei filius dominus christus *C*

XXV *Abecedarius. Schema 7* ∪ – *quater repetitum, sed inveniuntur 7* – ∪, *8* ∪ –, *8* – ∪, *9* – ∪ *(16, 3?), 9* ∪ – *1, 1, 10* ∪ – *(20, 3?). Passim pauci versiculi inter se concinere videntur velut 1, 1 et 1, 2. Hiatus 9 fere. Versus intercalaris.* 1, 1 *cf. rh. XL 1, 1, hymn. Hilarii* Ante secula qui manens *cf. W. Meyer, Nachr. d. Göttg. Ges. d. W. 1909, 400. An. hymn. L 4. Ev. Ioh. 1, 1.* 1, 5 *ps. 71, 18. Dan. 3, 26. 52 sq.* 2, 1 *sq. gen. 22, 13 sq.* 3 *Dan. 3, 51* tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace. *ibid. 92* video quatuor viros ... et species quarti similis filio dei. 4 *Dan. 6, 22.* 5, 1 *Dan. 13, 28. 45 sq.* 5, 2 condemnata: *part. pro verbo finito cf. 4, 2. 11, 1. 21, 2. An 5, 1 corrigendum* Est? 6 *exod. 14.* 6, 4 *Moÿsen: cf. ad rh. IV 15, 1.* 7 *reg. I 17, 49.*

8. Heliam in heremo
Longo vitae tempore
Corvis deferentibus
Sacro pane quis pavit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

9. Ionam missum in fluctibus
Alvo coeti conditum
Salto piscis inmani
Quis ad litus protulit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

10. Karcer Ioseph clauserat
A falso testimonio:
Mistica per somnia
Quis potentem efficit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

11. Lugentes fratrem pie
Martha atque Maria:
A sepulchrum mortuum
Quis suscitavit Lazarum?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

12. Moyses in arido
Precabatur dominum:
Ne periret populus,
Fontem ei quis dedit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

13. Noe iusto dominus
Arcam iussit fieri:
Arce per diluvium
Gubernator quis fuit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

14. Orbata matre unicum
Deflenteque filium
Imperante domino
Quis iubet resurgere?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

15. Paralyticum iacentem
Tot annorum debilem
Expectante populo
Ambulare quis fecit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

16. Quinque milia virorum
Exceptis mulieribus
De quinque panibus quis pavit
Et duobus piscibus?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

17. Regique Ezechiae
Inminente transitum
Super vite terminum
Quis addit annos quindecim?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

18. Samaritana mulier
Dum staret ad puteum,
Et relicta hydria
Aquam ei quis petit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

8, 1 Heliam *B*, Helias V_2 8, 4 quis dedit V_2 *Hic finit* V_2 10, 4 *potenter *B* 11, 3 *ad sepulchrum *B* 11, 4 **f.* Lazarum quis suscitat? 12, 1 *in monte arido *B* 12, 4 *fontem *scripsi*, legem *B* 13, 2 **f.* facere 14, 1 *mater *B* 16, 3 *sq. f.* *de duobus piscibus Et quinque panes quis pauit; quis d. q. panibus pavit et duobus piscibus *Dreves* 17, 4 annṣ *B* 18, 4 petit *B*, **f.* dedit

8 *reg. III 17, 6.* 9 *Ion. 1, 15* et tulerunt Ionam et miserunt in mare. *2, 1* .. et erat I. in ventre piscis tribus diebus et tribus noctibus .. *11* et dixit dominus pisci et evomuit Ionam in aridam. 9, 1 in fluctibus: *cf. 22, 3* ascendentes in caelis *et ad rh. VIII 1, 3.* 9, 2 coeti *i. e. ceti.* 9, 3 salto: *i. e. saltu, assultu, impetu.* 10, 1 *gen. 39, 1 sq.* 10, 3 *gen. 41, 1 sq.* 11, 1 lugentes: *cf. ad 5, 2 — Ioh. 11, 19 sq.* 11, 3 a sepulchrum: *cf. ad rh. XV 6, 2.* 12 *ad exod. 17, 1 sq. refero.* 13 *gen. 6, 13 sq.* 14 *Luc. 7, 11 sq.* 14, 3 *ibid. 14* et ait: adolescens, tibi dico: surge! imperante domino: *sc. deo patre.* 15 *Matth. 9, 2 sq. (Marc. 2, 3, Luc. 5, 18).* 16 *Matth. 14, 19 sq. (Marc. 8, 2 sq., Luc. 9, 12 sq., Ioh. 6, 5 sq.; cf. ad rh. V 5, 2).* 17 *reg. IV 20, 5 sq.* transitum: *i. e. transitu: cf. ad rh. V 4, 2.* 18 *Ioh. 4, 7* venit mulier de Samaria haurire aquam .. *28* reliquit ergo hydriam suam mulier et abiit in civitatem. *Quis petit? Iesus? cf. Ioh. 4, 7* dicit ei Iesus: Da mihi bibere. *Sed malim corrigere* dedit *cf. Ioh. 4, 10—15.*

19. Tiberiadi in mari
Piscantibus apostolis
Pleno rete piscium
Tractor ille quis fuit?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

20. Vox in Rama audita est
Lamentante parvulis:
Lactantium quoque infantium
Quis coronavit postmodum?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

21. Xristus per paradysum
Deambulans meridie:
Adam praeceptum transgredi
Quis iubet terram colere?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

22. Ymnum canebant angeli
Resurgente domino;
Ascendentem in caelis
Ad dextram patris quis sedet?
Benedictus dominus
Christus dei filius.

23. Zelotis deus pater
Post quinquaginta diebus
Misit ad apostolos
Paraclytum spiritum.
Benedictus dominus
Christus dei filius.

XXVI.
INCIPIT PLANCTUS KAROLI.

A solis ortu usque ad occidua.

B f. 39. V_1 f. 45. T(revirensis 133c) p. 55. F p. 85. P f. 132. Ed. Duemmler P. A. C. I 435.

XXVII.
DE CARITATE.

1. Congregavit nos in unum Christi amor,
Exultemus et in ipso iocundemur,

20, 2 *f. lamentantis (lamentantum?) paruulos 20, 3 lactantes — infantes *coni. Vollmer* 20, 4 coronā^{ui} *ss.* m_1B 21, 1 S$\bar{p}$s *B* 21, 3 transgrēdi *B*, *f. transgressum (?) 21, 4 *f. terram colere quis iubet 22, 3 ascendentem *B*, ascendente *Dreves* 22, 4 dexteram *B* 23, 2 *XL *B*

XXVII ***B*** *f. 40 str. 1. 2. 6. 5. 4. 3. 7. 10. 8. 11. 12.* ***Be*** *(i. e. cod. Bernensis 277 s. X) f. 1 undecim strophas eodem ordine quo B habet. Usus sum exemplari photographo.* V_1 *f. 46 str. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Contulit F. Schneider.* ***A*** *i. e. Augiensis Caroluhensis CXCV, s. IX, quem accurate descripsit A. Holder, Die Reichenauer Handschriften 1 438, f. 37 str. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. Contulit A. Holder.* ***O*** *(i. e. cod. Oxoniensis Miscell. liturg. 159 s. XV) f. 16 str. 1. 2. 3. 4. 6. 5, 1—2. 7, 3—4. 10, 3—4. 11. 12a. Apographum mihi praesto fuit. Ex B edidit Bock, Freiburger Dioezesanarchiv III 268, ex B et O Dreves, An. hymn. XII 24. Tit.* DE CARITATE *AB*, Ubi caritas et amor, deus ibi est *O, om.* V_1Be 1, 2 iucundemus *Be*

19 *Ioh. 21, 1 sq.* 20, 1 *Matth. 2, 18 (Ier. 31, 15).* 20, 4 coronavit: *quia martyres sunt.* 21, 2 *i. e.* deambulabat *cf. ad 5, 2. Gen. 3, 8* et cum audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. 21, 4 *gen. 3, 17. 23* ut operaretur terram. 22, 1 *quo pertinet?* 22, 3 *act. apost. 1, 9.* ascendentem *est part. absol.* 23, 1 *exod. 20, 5* ego sum deus tuus fortis zelotes. 23, 2 *act. apost. 2, 1.* diebus *in clausula* ⏑ _ : *cf. XXXVI 7, 2. 8, 2. 9, 2.*

XXVII *Schema 8* _ ⏑ + *4* _ ⏑. *W. Meyer, Ges. Abh. I 219 de rhythmis XXVII et LII: Die gemeinsame seltene Zeilenart, der Gebrauch des Refrains, die Zulassung von sehr wenigen Elisionen neben Hiat, die mitunter starke Verwendung von ein- oder zweisilbigen Reimen und Assonanzen deuten auf denselben Dichter. (Similiter Dreves, An. hymn. XIX 20.) De elisionibus quidem dubito. Hiatus in 8* _ ⏑ *3, 4. 5, 4. 6, 4. 8, 1. 10, 1. 10, 2. 12, 1. 12a, 1. In 4* _ ⏑ *1, 1. 3, 4. Inter 8* _ ⏑ + *4* _ ⏑ *8, 3. 11, 3. In versu intercalari. Neque homoeoteleuton solito frequentius. Synizesis 7, 4. Ceterum cum hoc rhythmo conferas etiam P. A. C. II 255* DE CARITATE ET AVARITIA *Hrabano iniuria adscriptum.*

Timeamus et amemus deum vivum
Et ex corde diligamus nos sincero.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

2. Qui non habet caritatem, nihil habet,
Sed in tenebris et umbra mortis manet;
Nos alterutrum amemus et in die,
Sicut decet, ambulemus lucis fili!
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

3. Clamat dominus et dicit clara voce:
Ubi fuerint in unum congregati
Meum propter nomen simul tres vel duo,
Et in medio eorum ego ero.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

4. Simul ergo cum in unum congregamur,
Ne nos mente dividamus, caveamus.
Cessent iurgia maligna, cessent lites,
Vere medium sic nostrum Christus erit.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

5. Nam ut caritas coniungit et absentes,
Sic discordia seiungit et praesentes.
Unum omnes indivise sentiamus,
Ne et simul congregati dividamur.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

6. Karitas est summum bonum, amplum donum,
In qua pendet totus ordo preceptorum,
Per quam vetus atque nova lex impletur,

1, 3 dēm, e *eras., A* 1, 4 sincero *BAO*, sinceros V_1, sincere *Be* 1, 5 *O omnibus strophis subiungit:* Ubi caritas et c᷑ *(i. e.* amor, deus ibi est *cf. tit.).* Caritas: *litterae* rita *oblitteratae* V_1 2, 2 sed *ABBe*, et *O* V_1 2, 3–4 nos alterutrum amemus lucis proles *O* 2, 4 *om. Be* decet *BO* V_1, debent *A* fili *A*, filii *B*, proles *O* lucis fili *om.* V_1 2, 5 *et in rel. strophis* Ubi caritas, Ubi cār̄, Ubi *aliaque BBe* V_1, *in A semper, in* V_1 *passim integer versus str. 3 post 4 BBe, post 2* V_1AO 3, 1 Ubi clamat deus et dicit *Be* 3, 2 fuerunt V_1 *str. 4 post 5 BBe, post 3* V_1AO 4, 1 congregamus *Be* 4, 2 ne nos mente diuidamus *(*diuidemus *O)* caueamus V_1AO, plena mente diligamus caueamus *BBe* 4, 3 //cessent iurgia *(fuit* secessent*)* V_1 maligna cessenlites *Be* 4, 4 *sic* V_1A, uere in medio *(*medium *Be) BBe*, sic *om. Be* et in medio sit nostri X$\overline{\text{ps}}$ deus *O* *str. 5 post 4* AV_1, *post 6 BBeO* 5, 1 coniungit *ABeO*, iungit *B*, non iungit V_1 5, 2 discorgia V_1 seiungit *AB*, se᷑ngit, *ss.* m_1, *Be*, disiungit V_1O 5, 3 indiuise *BBe*, indiuisi V_1, et diuisi *A* 5, 4 N/e *A*, Ne et AV_1, Ne ut *BBe* aggregati *ABBe*, congregati V_1 diuidamur *B*, diuidamus AV_1Be *pro* 5, 3–4 *in O haec leguntur* quia caritas praeceptis in duobus constat: quibus deus atque omnis homo *cf. 7, 3–4* *str. 6 post 5* V_1A, *post 2 BBe, post 4 O* 6, 1 Karitas *AB*, Karita V_1, Caritas *OBe* sumo V_1 et amplum *B* do/num *A* 6, 2 pendet V_1BeO, pendit *AB* p̄ceptrum *Be* 6, 3 per quē V_1 adque *Be*

1, 5 *ep. Ioh. I 4, 8* deus caritas est. 2, 1 *P. A. C. II 255 str. 1, 2* caritas, quam qui habet, deum amat diligitque proximum, qui non habet, nullum auget incrementum veniae *(Cor. I 13, 2).* 2, 2 *cf. ibid. 2, 2 sq. (Matth. 4, 16).* 2, 3 *ep. Ioh. I 4, 11* et nos debemus alterutrum diligere. 2, 4 *Eph. 5, 8* eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate *(Thess. I 5, 5, Ioh. ev. 12, 36).* 3, 1 *sq. Matth. 18, 20* ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. 4, 4 medium nostrum *i. e. Mittelpunkt unseres Kreises.* 5, 4 ne et *i. e. neve.* 6, 1 *P. A. C. II 255, 3* Caritatem vocitavit dilectus apostolus *(Ioh. I 4, 8)* deum verum, summum bonum. 6, 2 *Matth. 22, 40* in his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae.

Quae ad caeli celsa mittit se repletos.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

7. Haec per coccum priscae legis figuratur,
Qui colore rubro tingui bis iubetur,
Quia caritas preceptis in duobus
Constat, quibus deus amatur atque homo.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

8. Tota ergo mente deum diligamus
Et illius nil amori preponamus,
Inde proximos in deo ut nos ipsos
Et amemus propter Christum inimicos.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

9. Qui hoc geminum preceptum caritatis
Mente humili contendit observare,
Vere hic in Christo manet, et in illo
Nocte sceleris expulsa manet Christus.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

10. Ardua et arta via ducit sursum,
Ampla est atque devexa quae deorsum;
Sed perennem dat fraternus amor vitam,
Et perpetuam maligna lis dat poenam.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

11. Unanimiter excelsum imploremus,
Ut det pacem clemens nostris in diebus,
Iungat fidei speique opus bonum,
Ut consortium captemus supernorum.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

6, 4 quae ad *ABBeO*, quia V_1 caeli *ABeO*, caelum *B*, *om.* V_1 c. celsa *ABBeO*, cessa V_1 repletos BV_1O, repletus *A*, repletis *Be* *str. 7 post 6* AV_1, *post 3 BBe, 7, 3—4 post 7, 1—2 O cf. ad 5, 3* 7, 1 Haec *ABBe*, Hae V_1, Et *O* coccum *ABBe*, quoquum V_1, totum *O* priscae legis $BBeV_1$, legis *ex* lebis *corr. Be*, prisca lege *AO* 7, 2 *sic* V_1AO *(*qui *O*, que V_1, quę *A*, quolore V_1, tingi rubro *O)*, qui bis *(*quibus *Be)* rubeo colore tingebatur (tinguebatur *Be*) *BBe* 7, 3 quę in caritas *A*, qui caritas *Be* 7, 4 quę consta quibus *A* amatur *BA*, amat V_1, q̈bus danat atque homo *Be* *post 7, 2 in O haec exstant* uere amor dat fraternus amor iritam et perpetuam malignam dabit penam *cf. str. 10, 3 sq.* *str. 8 post 7* V_1A, *post 10 BBe, om. O* 8, 1 deum mente V_1 8, 2 et in illius V_1 amoris *Be* 8, 3 proximus *A* in dō *A*, in dm̄ V_1B 8, 3—4 unde dm̄ et nos ipsos diligamus *Be* 8, 4 diligamus *B*, amemus *A (*me *in rasura)* V_1 christum AV_1, dm̄ *B* inimicos *AB*, inimicum V_1 *str. 9* V_1, *om. BBeAO* 9, 1 caritis, i *ex* a, *corr.* m_1V_1 9, 4 *et pulsa V_1 *str. 10 post 9* V_1, *post 8 A, post 7 BBe, om. O, sed 10, 3—4 cf. ad str. 7* 10, 1 ducit *(*dicit V_1*)* sursum ABV_1, decursum *Be* 10, 2 deuexi *Be* adque V_1 10, 3 perenne V_1 frat̄ nos̄ *A* uita V_1Be 10, 4 perpetuam *BBe*, perpetuum V_1A malign//is *(ex* maligna lis *correctum esse apparet) A*, malignaris V_1, malignis lis *B*, malignis *(om.* lis*) Be* *str. 11 post 10* V_1AO, *post 8 BBe* 11, 1 Unam inter *O* excelsum *om. Be* 11, 2 ut det ABV_1O, et dat *Be* clemens *ABBeO*, clementis V_1 11, 3 iungat V_1BBe, iūgat *corr.* m_1A, iungant *O* fides V_1BO, fidei/ *A*, fides *Be* 11, 4 ut ABV_1O, et *Be* consortium AV_1O, consortia *BBe* captemus *BBeO*, aptemus AV_1 supernorum *om.* V_1, *qui addit* ubi caritas est deus ibi est

7, 1 *exod. 28, 5 sq.* coccumque bis tinctum. · Priscae legis, *quia in vetere testamento mentio fit cocci b. t.* 8, 1 *sq. Matth. 22, 37 sq.* 9, 3 *Ioh. 15, 4* manete in me et ego in vobis. 10, 1 *Matth. 7, 13 sq.* 11, 3 *Cor. I 13, 13* nunc autem manent fides spes caritas.

12. 'Gloria aeterno regi' decantemus
Et pro vita dominorum exoremus,
Multos ut cum ipsis annos gaudeamus,
Propter quorum hic amorem congregamur.
Ubi caritas est vera, deus ibi est.

XXVIII.

DE NATIVITATE DOMINI.

Gratuletur omnis caro nato Christo Domino.

B *f. 41—42.* ***C*** *(= cod. Coloniensis ecclesiae metropolitanae XXXV) f. 224.* ***E*** *(= Escorialensis b. III. 2) f. 12.* ***F*** *p. 74.* ***L*** *f. 10. Prima stropha in* ***Ca*** *(= cod. Cantabrigiensis Gg. 5. 35) f. 432. Multa breviaria recentiora. Edidit Duemmler P. A. C. II 252.*

XXIX.

DE LAUDE DEI ET CONCEPTIONE MARIE.

1. Canamus omnes laudes dei filio,
Caelorum regi, patris unigenito,
Vero et magno Iesu Christo domino.

2. Verbum que verum et verum principium,
Ex patre natum et ante luciferum,
Virgo Maria verum concepit hominem.

3. Agnus hic dei et vera sapientia,
Per quem noscuntur esse creata omnia,
Caelumque terram et cuncta moventia.

str. 12 post 11 BBe, om. AV₁O 12, 3 ipsis *B*, ipsos *Be* 12, 4 amore *BBe*, amorem *Bock* congregamur *B*, congregamus *Be* *pro str. 12 O haec habet*

Similes quo et beatis uideamur *(i. e. -us)*
Glorianter uultum tuum, Christus deus,
Gaudium quod est immensum atque probum
Secula per infinita seculorum.
Ubi caritas et c'.

XXIX ***B*** *f. 46. Edd. Duemmler, Rhythm. eccl. n. XII, Blume, An. hymn. LI 108* 1, 2 patri *B, corr. Blume* 2, 1 uerbumque *B*, uerbum qui *scr. Blume* 3, 3 terram *B*, terra *scr. Duemmler Blume*

12, 2 *sq.* dominorum *quo referendum sit incertum est. De regibus Francorum Dreves cogitat.*

XXIX *Schema: 5* _ ∪ + *7* ∪ _. *6* _ ∪ *5, 3. 8* ∪ _ *2, 3. 3, 1. 3, 2. 4, 3. 5, 1. 5, 3. 6, 3. 9, 3. 11, 2. 13, 1. 13, 3. 14, 3. 15, 1. 15, 2. In paucis strophis omnes versus inter se concinunt (str. 1. 3. 7. 11. 12), in aliis nonnunquam bini versus velut 2, 1—2. 4, 2—3 al.; passim assonantia. Hiatus multi. Clausulae purae, nam 5, 2* indúit *legendum est. Multis locis lectionem codicis a Duemmlero et Blumio mutatam restituendam censui, quamquam quid poetae, quid librario debeatur obscurum est. Titulum non a poeta additum esse apparet, cf. rh. VI, VIII al.* 2, 1 *ev. Ioh. 1, 1.* que *i. e. qui: cf. ad rh. II 6, 2.* 2, 2 ante luciferum: *cf. Aldhelmi opera ed. Ehwald p. 98 v. 23. Mone, Anzeiger f. Kunde d. teutschen Vorzeit VII, 1838, p. 102 (cod. s. Bertini 351 f. 14).* 3, 1 *Ioh. 1, 29. Is. 11, 2.* 3, 2 *Ioh. 1, 3.* 3, 3 *cf. e. g. act. apost. 4, 24.* celumque terram *i. e. caelum et terram.* moventia *i. e. se moventia.* terram: *cf. ad 5, 3.*

4. Qui caelos tegit et angelos imperat,
Venit in mundum, ut salvaret populum,
Mitis et fortis ad conterendum zabulum.

5. De tribu Iuda regalem[que] progeniem
Corpus induit ut leonis catulus,
Quae a mortis somnum resurgeret velocius.

6. Multa et magna fecit mirabilia,
Sanavit plures a saevis doloribus,
Depulit morbos et suscitavit mortuos.

7. Via et vita ac propheta obtimus,
Deique agnus pollens septem cornibus,
Ut legislator praedixit egregius.

8. Occisus demum a perfido populo
Et sine culpa traditus patibulo
Unus pro multis suscepit obprobrium.

9. Redemit suo iam peccato mortuos,
Pro quibus fudit suum pius sanguinem,
Mortem suscepit, ut nos ad vitam duceret.

10. Morte contrita sub pede dominico
Prędam perduxit ad caelestem gaudio,
Fortis ascendit cum choris angelicis.

11. Celsa praesedit sedem preclarissimam,
Quam collocavit sui ad patris dextera,
Inde venturus iudex cum potentia.

12. Timeant mali iudicis sententia,
Exultent boni de cęlesti praemia,
Redditque cunctis sua iuxta opera.

13. Canente tuba adveniente domino
Resurgunt omnes mortui de tumulo,
Volabunt sancti Christi certe in obviam.

4, 1 regit *coni. Lehmann* angelis et *scr. Duemmler Blume* 5, 1 **f.* regalis progenies; regalique progenie *Duemmler Blume* 5, 3 quae *(sc.* progenies, *an* quae = que = qui*?) B,* quod *scr. Duemmler, om. Blume* a *om. Duemmler* somno *Duemmler Blume* 8, 1 perfido a *Duemmler Blume* 8, 3 *ante vocem* unus *spatium unius litterae vacuum relictum est B* 9, 1 suos *B,* suo *Duemmler* 10, 2 ad caeleste gaudium *scr. Duemmler Blume* 11, 1 *sic B,* celsam p. sedem *scr. Duemmler,* celsa praesedit sede *Blume* 11, 2 dexteram *Duemmler Blume* 12, 1 sententiam *Duemmler Blume* 12, 2 praemio *scr. Duemmler Blume* 12, 3 redditque *B Duemmler,* reddit quod *Blume* 13, 1 domino *B,* deo *Blume* 13, 2 resurgent *Duemmler Blume* 13, 3 Christo certe obviam *Duemmler Blume, sed cf. Rönsch, Itala und Vulg. 233* in obviam sponsi

4, 1 *ps. 146, 8?* angelos imperat: *cf. rh. LVII 2, 3* quae vos mando. 4, 3 *cf. rh. XVI 1, 1* mitis et terribilis. 5, 1 regalem progeniem *i. e. regali progenie? cf. ad rh. V 4, 2. II 6, 2. gen. 49, 9* catulus leonis Iuda. *Physiolog. cap. I.* 5, 2 indúit: *cf. ad rh. IV 11, 3.* 5, 3 que (quae) *i. e. qui: cf. ad rh. II 6, 2.* somnum: *cf. 10, 2* gaudio, *3, 3* terram, *12, 1* sententia, *11, 1, 11, 2 et ad V 4, 2.* 6, 1 *cf. rh. V 1, 3. 5, 1.* 6, 2 *Sedul. hymn. II str. 12 sq.* 7, 1 *Ioh. 14, 6;* propheta: *cf. e. g. Ioh. 6, 14.* 7, 2 *apocal. 5, 6.* 7, 3 *Nescio, an ad exod. 12, 3 spectet.* 10, 1 *sq. cf. evang. Nicodemi cap. VIII sq. gen. 3, 15.* 10, 2 caelestem gaudio: *cf. ad rh. V 4, 2.* 11, 1 *i. e. celsa sede praeclarissima.* 12, 1 *sq. Matth. 25, 31 sq.* 12, 2 de cęlesti praemia: *cf. ad rh. VII 11, 2.* 13 *cf. ep. ad Cor. I 15, 52* canet enim tuba et mortui

14. Regnabunt iusti lęti in paradyso
Deum videntes facie ad faciem
Et coronati laudabunt semper dominum.

15. Gloria trino et uno vero domino,
Patri coevo et coęquali filio
Simul cum patre sancto quoque spiritu.

XXX.

DE RESURRECTIONE DOMINI.

Refulgit omnis luce mundus aurea.

B *f. 47.* ***V***$_1$ *f. 39.* ***Pa*** *i. e. Parisinus 1092 f. 85.* ***Co*** *i. e. folium saec. VIII, quod Columbariae asservabatur.* ***A****, qui etiam rh. IV exhibet.* ***Va*** *i. e. Vaticanus 7172, 12. Edidit Duemmler P. A. C. I 137.*

XXXI.

DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

Gloriam deo in excelsis hodie.

B *fol. 48.* ***V***$_1$ *f. 3.* ***V***$_2$ *f. 62.* ***P*** *f. 123.* ***F*** *p. 76. Edidit Duemmler P. A. C. I 144.*

XXXII.

DE RESURRECTIONE CHRISTI.

1. Tristis venit ad Pilatum pastoris discipulus,
Quem Ioseph dudum parentes dixere cognomine.

2. Corpus petiit magistri constanter et habiit
Tollens, munda crucifixum involvens in sindone.

14, 3 dominum *B*, deum *Duemmler Blume* 15, 1 domino *B*, deo *Blume* 15, 2 coęqualis *B*, *corr. Duemmler*

XXXII ***B*** *f. 52 str. 1—7. 28.* ***P*** *f. 127. Ediderunt Duemmler, Rhythm. eccl. n. XIII, Dreves, An. hymn. XIX 20. Tit. sic B,* VERSVS CVIVSDAM DE RESVRRECTIONE DN̄I *P* 1, 1 pastoris *P*, pastores *B* 2, 1 habiit *(i. e.* abiit*) BP*, habuit, *Duemmler,* abiit, *Dreves*

resurgent incorrupti. *Thess. I 4, 15 sq.* . . in tuba dei descendet de caelo, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum domino erimus. 14, 2 *Cor. I 13, 12* videmus . . . tunc autem facie ad faciem. 15, 1 uno *pro* uni: *cf. rh. V 7, 2* ipso die.

XXXII *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _. *Prior versiculus saepe* 4 _ ◡ + 4 _ ◡. *Clausulae purae. Assonantia rara. Hiatus pauci.* 1—3 *cf. Matth. 27, 57 sq.* homo dives ab Arimathaea, nomine Ioseph, qui et ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu (ut tolleret corp. I. *Ev. Ioh. 19, 38).* Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Ioseph involvit illud in sindone munda et posuit illud in monumento suo novo . . et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti et abiit.

3. Lugens novum in sepulchrum, quod sibi paraverat,
Posuit, quod et ingenti mole clausit lapidis.

4. Tertia de quo resurgens die, sicut dixerat,
Semetipsum demonstravit primum mulieribus.

5. Quibus dixit ad merentes pergere discipulos
Et eorum de vivente confortare viscera.

6. Mestis postea in via duobus apparuit,
Quibus coepit scripturarum aperire gurgites.

7. Sciri comes ille docens quis esset nec poterat,
Tantum panis est ab eis fractione agnitus.

8. Et progressi invenerunt congregatos undecim
Et dixerunt, quod surrexit Christus sicut dixerat.

9. Metu forte Iudaeorum clausis tandem foribus
Medium se presentavit, prophetia tradidit.

10. 'Ego sum, nolite flere, carnem meam cernite,
Spiritus qua caret almus, qui caret et ossibus.'

11. Coepit isdem panis vitae querere, quid manderet:
Partem piscis obtulerunt atque mellis favulum.

12. Cum iussisset coram eis sumere reliquias,
'Hec sunt illa verba', dicens, 'que locutus fueram;

13. Impleri quoque oportet, que prophetae dixerant,
Moÿses atque psalmista de me quod cecinerant.

14. Oportebat Christum quoque pati et resurgere
Triduum, post introire propriam in gloriam.

15. Ite,' dixit, 'predicate cunctis indulgentiam,
Solimorum circa fine sumite primordia.'

16. Tunc sodales sunt gavisi se vidisse dominum,
Gaudio gavisi valde pacem leti capiunt.

3, 1 *Lucens *B*, Locans *P* nova in sepulcro *P* 4, 1 quo *P*, qua *B* 5, 2 de uiuente *P*, dubitantes *B* 6, 1 Mestos *P*, Merentes *B*, *corr. Duemmler* 6, 2 curgites *P* 7, 1 Sciri *P*, Scire *B* quis esset nec poterat *B*, qui esse potuerat *P* 8—27 *om. B* 8, 1 **f.* regressi 9, 2 prophetiam *scr. Duemmler* 10, 2 qui *P*, qua *Duemmler* 11, 1 mandaret *P*, *corr. Duemmler* 11, 2 pastem *ex* partem *corr. P* *pabulum *P* 14, 1—2 **distinxi* (triduum *i. e. triduo)*; triduum post, introire *Dreves*, resurgere, triduum *Duemmler* 15, 1 predicate *sic P* 15, 2 fine *P*, finem *Duemmler* 16, 2 capiant *P*, *corr. Duemmler*

4—5 *Matth. 28, 7 sq.* 6 *sq. Luc. 24, 13 sq.* 7, 2 *cf. infra str. 11 sq.* 8, 1 *sq. Luc. 24, 33 sq.* 9, 1 *sq. poeta Luc. 24, 36 sq. et Ioh. 20, 19 sq. conglutinavit. Quae Luc. 24, 39 tradita sunt* palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, *perperam de spiritu sancto intellexisse videtur.* 9, 2 prophetia: *cf. ad rh. V 4, 2.* 11, 1 panis vitae: *cf. Ioh. 6, 35.* 11 *sq. cf. Luc. 24, 41* illis non credentibus .. dixit: habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. 12, 2 *si v. 12, 1 integer est,* dicens *pro verbo finito accipiendum est cf. rh. VII 3, 1.* 13, 1 dixerant, cecinerant: *cf. ad rh. VIII 8, 4.* 13, 2 Moÿses: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 14, 1 *sq. Luc. 24, 46.* 14, 2 triduum: *cf. ad rh. V 4, 2.* 15, 2 fine *i. e. finem: cf. ad rh. V 4, 2.* 16 *sq. Ioh. 20, 20 sq.*

17. 'Ego vos, sicut me pater, mitto, sicut miserat.'
Hoc cum dixit, insufflavit spiritumque tradidit.

18. Quando gessit ista Christus, non erat hic Didimus,
Cui ceteri dixerunt se vidisse dominum.

19. Ille ait: 'Hoc non credam, nisi manus videro
Et in latus crucifixi mox digitum misero.'

20. Fores clause dies octo postquam Christum viderant,
Decem erant congregati et Thomas undecimus.

21. Venit Christus pacem portans, prebuit se medium
Et Thomam de crucifixo confortat incredulum.

22. 'Mitte manum, tange latus, sis fidelis, Didime;
Felix erit, qui non vidit et credere potuit.'

23. Leva tenent piscatores et piscis non capitur;
Litus tenet salvatorem, a quibus non creditur.

24. 'Rete iam', dixitque Jesus, 'ad dexteram pellite!
†Dextram trahit laborantem quem leva neglexerat.'

25. Dedit nox auroram lucis, Christus mox agnoscitur,
Pisciumque multitudo vix ad litus trahitur.

26. Docet Petrum de magistro tunc ille discipulus,
Domini qui supra pectus in cena recubuit.

27. Nudus erat Symon Petrus, tunicam succinxerat,
Cui prebet mare viam, navi fertur socius.

28. Gloria aeterno patri, gloria sit filio,
Gloria vivificanti sanctoque espiritu.

Amen.

18, 2 b *cf. 16, 1 b* 19, 2 digitum mox *Duemmler* 22, 2 credere et *Duemmler* 23, 1 Leua *P*, Levam *Duemmler* 24, 1 Retiam *P*, *corr. Duemmler* *ad sinistram pellite *P* 24, 2 dextra *Duemmler* dextra trahit labor, ante *coni. Vollmer* 25, 1 nos aurora *P*, nox auroram *Dreves* 27, 2 nau *P*, navi *Duemmler* 28, 2 *sanctoque et spiritu *P*, sanctoque spiritui *B* amen *om. B*

20, 1 fores clausae: *supplendum est* erant 21 *Ioh. 20, 26.* 23 Leva *(i. e. levam)* tenent *i. e. a leva parte piscantur cf. ev. Ioh. 21, 3 sq.* et exierunt et ascenderunt in navim. Et illa nocte nil prendiderunt. Mane autem facto stetit Iesus in littore; non tamen cognoverunt discipuli, quia Iesus est. .... Dicit eis: mittite in dexteram navigii rete et invenietis. Miserunt ergo et iam non valebant illud trahere prae multitudine piscium. 24, 2 *intellego: rechts* (dextra) *zieht der nur mit Mühe, den die Linke enttäuschte.* 26 *sq. ibid. v. 7* dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus *(cf. ev. Ioh. 13, 23* erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat I.*)* Petro: dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt.

XXXIII.

FUIT DOMINI DILECTUS.

B f. 66. V_2 f. 59. P f. 110. F (= cod. Laurentianus plut. XXIX cod. XXXII) p. 25. V_1 f. 132 sq. str. 6, 3 — 10. Pa = cod. lat. Parisinus 10359 cf. Bibl. de l'école des Ch. 5 sér. t. III 508. Alios codices adhibuit Dreves, An. hymn. XII 26. Edidit Duemmler P. A. C. I 133.

XXXIV.

DE FIDE ET CARITATE SEU CAVENDA CUPIDITATE.

1. Christus rex, via, vita, lux et veritas,
   Qui cuncta regit et gubernat omnia,
   Det nobis pacem et veram concordiam
   Caritatemque insuper haec omnia,
   Quae sola regnat perfecte cum domino.

2. Fides cessabit atque spes in ultima,
   Caritas vera manebit cum domino,
   Ipsa est namque, quae deprimit vitia,
   Ipsa est virtus, quae precellit omnia,
   Iustos exaltat ad caelorum limina.

3. Omnia bona antecedit caritas,
   Malorum radix sola est cupiditas.
   Qui vult perfecte vivere cum domino,
   Relinquat malum diligatque proximos
   Ex vera fide et corde purissimo.

4. Dum vivi sumus et sani in corpore,
   Sic festinemus emendare vitia,
   Terrena lucra vehementer spernere,

XXXIV *B f. 68, P f. 113, prima str. cum neumis, in V_1 (f. 8 rescript.) undecim strophae hoc ordine inter se excipiunt 1. 2. 3. 4. 6. 5. 7. 10. 13. 8. 9. Ex B edidit Bock, Freiburger Diözesanarchiv III 270 sq., cuius coniecturas (an errata?) sprevi, ex P Dreves, An. hymn. XIX 35. Tit. sic B, om. V_1 ut videtur,* VERSVS *P* 1, 1 rex uita lux uia et *P* 1, 2 *sic B,* regis et gubernas *P* V_1 1, 3 det V_1*B,* da *P* 1, 5 perfecta *Dreves* 2, 1 cessabit V_1, cessauit *BP* **f.* in ultimo 2, 2 uera *sic BP* 2, 3 deprimit *B,* opprimit *P,* derimit V_1 2, 4 p̄cellit *B,* depellit *P,* preualet V_1

Lectiones codicis V_1, de quibus cf. p. 450 1, 1 X$\overline{\text{ps}}$. ex u . . . ta lu . et . ritas 1, 2 q . cun . ta regis et g . be . as oma 1, 3 det . pacē et uerā co . cordiā 1, 4 caritatēque insuper hec oma 1, 5 que sola regna . perfect . cum dnō 2, 1 Fid . cessabit at . spes . . ma 2, 2 caritas u . r . man . it cū domino 2, 3 ipsa est n . que que derimit uicia 2, 4 ipsa est . tus que preualet omnia 2, 5 iustos exaltat ad . el . rum limina . 3, 1 omnia bon . antecedit caritas 3, 2 m . l . rum. dix sol . est cupiditas 3, 3 qu . uult perfecte u . ere cum dnō 3, 4 relinquat malū diligatque ꝑxim 3, 5 ex uera fide et corde purissimo 4, 1 Dum . ui s . ni in c . re 4, 2 si festin . s . . d 4, 3 . ena l . a e . ementēr s . er

XXXIV *Schema 5* ⏑ – ⏑ + *7* ⏑ – ⏑ *(12, 4 est correxerim). Strophae quinorum versuum cf. Eugen. Tol. XIV 7—36, Vollmer p. 243. Clausulae purae. Hiatus 19 fere. Assonantia passim.* 1, 1 *Ioh. 14, 6* ego sum via et veritas et vita. lux: *Ioh. 12, 46. P. A. C. II 255 str. 21, 3* quia tu es vita luxque viaque perpetua 1, 4 *sq. cf. P. A. C. II 255 str. 23, 3* fac ut tecum caritate regnemus in gloria. 3, 1 de caritate *cf. rh. XXVII et P. A. C. II 255 str. 3* 3, 2 *Tim. I 6, 10. P. A. C. II 255 str. 4.* 4, 3 *cf. 12. 1. Eugen. Tol. XIV 30* terrena lucra deputare pulverem.

Voluntatemque carnalem extinguere,
Et incentiva frenare luxuriae.

5. Consideremus divitis duritiam
Et admiremus Lazari pauperiem
Metuamusque hominis perfidiam:
Homo dispexit, dilexerunt bestiae,
Canesque muti delingebant ulcera.

6. Nos quasi fratres diligamus invicem,
Quia, qui odit, compar est diaboli,
Deceptor fratrum detractor aut invidus
Non erit consors cum iustis in requiem,
Nisi hic prius agat penitentiam.

7. Dives et pauper mutaverunt gloriam,
Dives in ignem, pauper in sublimia,
Infelix dives descendit in foveam,
Mendicus vero conscendit in gloriam
Inter sanctorum candidata agmina.

8. Reliquit dives mansionem splendidam,
Post mortem vero sumpsit sibi igneam;
Amavit aurum et vestem purpuream,
Idcirco iacet nudus in incendium
Nullumque ibi recipit auxilium.

9. Mors repentina antecedit miseros
Et peccatores detrudit in carcerem;
Ibi sunt vermes draconesque pessimi
Ad devorandum illorum cadavera,
Qui perseverant in sua perfidia.

4, 4 *sq.* amare deum, diligere proximum, ut consequamur sempiternam requiem *P* 4, 5 luxurie V_1, luxuria *BP* 5, 2 admiremus V_1P, admiremur *B* 5, 4 despexit *B* 6, 2 compar *P*(V_1), conpars *B* diaboli *B*, diabolo *P* 6, 3 fratrum *P*, frī *B* inuidus *P*(V_1), infelix *B* 6, 4 consors *sic PBV*$_1$ cum iustis *P*, cum iniustis, in *del.* m_1, *B* 7, 2 ignem *B*, igne *P* 7, 5 candidata *P*, candiciam *B* 8, 4 incendium BV_1, incendio *P* 8, 5 recipit V_1P, recepit *B* 9, 2 detrudit BV_1, recludit *P* 9, 3 **f.* ubi

4, 4 . ptatē 4, 5 et . nt . f · are luxurie 5, 1 Consid . em . . durit . ā 5, 2 et admiremus laz . ri pauper . 5, 3 . musque hom . ni . . ā 5, 4 h . . d . p . x̄ . dilexe . best 5, 5 . anesq . muti d . l . gebant ulcera 6, 1 Nos quasi fra . s d . . s . 6, 2 quia qui . . par est dia . l . 6, 3 . ecept . f . . . dus 6, 4 non er . consors . . 6, 5 nisi . priuscan (?) . . am 7, 1 D . es et pauper mutauerunt glo . 7, 2 d . es in ig . a pa . per ad sublimia 7, 3 infelix diues descendit in foueam 7, 4 m . . scendit in glam 7, 5 inter scōrum agm . ca . a 8, 1 . diues mans . o . em splendidā 8, 2 post mor . uero sū . si . gnea 8, 3 . it aurū et . es . ē purpuream 8, 4 idci . a . . et . . dus in . cendiū 8, 5 nullūque . recipit auxiliū 9, 1 M . repent . a antecedit miseros 9, 2 et peccatores det . it in carcerem 9, 3 ibi sunt uermes dra . . pessi . 9, 4 ad deuorand . . dauera 9, 5 qui pseuerant . su . perfi

4, 5 incentiva: *cf. Goelzer, La latinité de Saint Jérome 110.* 5 *et 7 sq. Luc. 16, 19 sq. cf. P. A. C. II 256 str. 14 sq. rh. XXXIII et XXXV. Cum in str. 5. 7. 8 de divite et paupere agatur, dubitaveris, an cod. V_1 iustum ordinem servaverit.* 5, 4 homo dispexit: *cf. rh. XXXV 6, 3* ut recognovit, quem dispexit. *ibid. 3*, 2 tantum canes veniebant, consolabant pauperem, ulcera eius lingebant *(Luc. 16, 21).* canes muti: *cf. Is. 56, 10.* 6, 4 in requiem: *cf. 8, 4 et ad rh. V 4, 2.* 9, 3 *cf. rh. XXIII 8.*

10. Heu quam magnus dolor instat inprobis,
Quam fortis poena subsequitur impiis,
Qui pro peccatis hic non fundunt lacrimas;
Tunc cum dolore et stridore dentium
Amara erit ibi paenitentia.

11. Gaudent potentes, dum adquirunt munera,
Mendici dolent prae famis inopia,
Post finem vero divites in tartara,
Qui consumpserunt orfanorum lacrimas,
Pauperi autem pergunt ad sublimia.

12. Terrena lucra dampna sunt perpetua,
Adquirunt aurum et demergunt animas,
Avari semper argentum desiderant,
Cuius erugo erit in testimonium
Illis, qui servant mammona in sacculis.

13. Brevis est huius saeculi calamitas,
Infelix nimis, caduca et fragilis,
Quae velut umbra fugit ante oculis,
Ducit ad poenam sibi consentaneos,
Mergit in ignem et mortis caliginem.

14. Beatus Victor, Christi martyr inclytus,
Pro cuius laude hodie coniuncximus,
Sit intercessor apud pium iudicem,
Ut mereamur percipere gratiam
Et in futuro triumphale praemium.

15. Concedat nobis Christus dei filius
Vitam post mortem, regnum post servitium.
Ubi triumphant martyres cum domino,
Ibi laetemur cum ipso in gloria,
Per infinita saeculorum saecula.

10, 1 inprobis BV_1, reprobis P 10, 4 tunc B, dum V_1, sed P et stridore BV_1, stridoreque P 10, 5 ibi V_1, ibi tunc B, illa P *str. 11. 12 om.* V_1 11, 4 contempserunt *perperam coni. Dreves* 11, 5 pauperi B, pauperes P 12, 2 animas B, miseros P 12, 4 **f.* est 13, 3 quae uelut u. BV_1, uelut ut u. P oculis B, poculis V_1, oculos P *str. 14 om.* V_1 14, 2 laudibus P coniungimur *coni. Dreves* 14, 4 gratiam B, gloriam P *str. 15 om.* V_1P

10, 1 H . q . agnus dolor . stat inpbis 10, 2 quā fortis pena subsequitur impiis 10, 3 qui p peccatis hic confund . . . crima . 10, 4 dum cum dolore et stridore dentium 10, 5 amara erit ibi penitencia 13, 1 Breuis est eius s . . calamitas 13, 2 infel . n . n . s caduca et fragilis 13, 3 que ue . t u . bra et fugit a . poculis 13, 4 ducit ad pen . s si . . sentaneos 13, 5 mergit in ignē et mortis caliginē

10, 1 Heü: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 10, 2 subsequitur impiis: *cf. ad rh. IX 2, 4.* 10, 4 *Matth. 8, 12. 22, 13.* 11, 3 in tartara *sc. pergunt.* 11, 5 pauperi *cf. rh. XXXV tit.* paupero *et ad XXXIX 7, 1.* 12, 1 *cf. 4, 3.* 13, 3 ante oculis: *cf. ad rh. XXIII 9, 3.* 13, 4 *cf. P. A. C. II 255 str. 2, 2* quae in aevum secum trahit sibi consectaneos *(v. l.* consentaneos*).* 14, 1 Beatus Victor: *rhythmum in coenobio s. Victoris Massiliensis compositum esse Bock coniecit.* 14, 2 coniunximus: *cf. e. g. rh. XIV 3, 3* flectis *(v. l.).* 14, 5 triumphale premium: *cf. rh. XXXVI 6, 4.*

XXXV.

DE DIVITE ET PAVPERE LAZARO.

1. Homo quidam erat dives valde in pecuniis,
Purpura induebatur, epulabat splendide:
Caducam vitam diligendo amisit perpetuam.

2. Lazarus quidam mendicus, circumdatus ulcera,
Ad ianuam divitis iacebat cum dolore nimio;
Cupiebat saturari de micis mense divitis.

3. Postulabat: nemo dabat, nemo miserebatur;
Tantum canes veniebant, consolabant pauperem,
Ulcera eius lingebant, curabantur vulnera.

4. Tempus pauperis advenit, migravit a saeculo;
Caruit praesentem vitam, mutavit in melius:
Angeli eius portabant animam in requiem.

5. Mortuus est autem dives, in infernum ducitur:
Misericordiam non fecit, eam non merebitur.
Pro epulas poenas recepit, cruciatur anxie.

XXXV ***B*** *f. 75,* ***L*** *f. 13,* ***P*** *f. 134,* V_1 *f. 55,* ***W*** *(i. e. Vindobonensis 1888 s. X) f. 116 habet str. 1. 2. 3. 5. 7. 8. E. Duemmler N. A. IV 578 falso hunc rhythmum etiam in codice Parisino 10359 f. 20 exstare dicit. Ex W edidit Gerbert, Mon. vet. liturg. Alem. II 91 (Migne P. L. CXXXVIII 1089.), ex P, lectionibus* BV_1 *additis, Duemmler, Zs. f. d. A. XXIII 271, ex* BV_1LP *P. v. Winterfeld N. A. XXV 392.* DE DIUITE ET LAZARO *B*, DE DIUITE ET PAUPERO LAZARO *L*, INCIPIT RITMU' DE DIUITE ET PAUPERE *P*, *om.* V_1 *W* 1, 1 in deliciis *W* 1, 2 purpura et *(e* V_1*)* bysso induebatur *BLV*$_1$ *W (cf. Luc. 16, 19), corr. Winterfeld,* purpura bisso uestitus *P* epulabat *LV*$_1$, epulans *BW*, epulansque *P*, *f.* epulans esplendide 1, 3 diligendo *BLV*$_1$ *W*, diligens *P* perpetua V_1 2, 1 ulcera *BV*$_1$, ulcere *W*, ulcerae *P*, uulnera *L* 2, 2 diuitis *BV*$_1$ *W*, eius diuitis *L*, huius *(om.* diuitis*) P* iacebat *BV*$_1$*L*, *om. W*, iacens *P* 2, 3 saturare *B* hic de mensa diuitis *P* *W post strophas 2. 3 5. 7 habet versus intercalaris instar* Homo *sive* Hom̄, *post str. 8* Homo quidam, *i. e. v. 1, 1* 3, 1 miserabatur V_1P, miserebitur *BL, fort. recte,* miseretur *W* 3, 2 consolabant *BV*$_1$*P*, consolebant *L*, consolantes *W* 3, 3 ulceram V_1 curabant *L* *str. 4 om. W* 4, 1 pauperi V_1 *(cf. L in titulo)* 4, 2 praesentem uitam *BLV*$_1$, praesenti uita *P* mutauit *BLV*$_1$, mutatus *P* 4, 3 eius *BLP*, dī V_1 5, 2 misericordiam *BLV*$_1$ *W*, helemosinam *P* eam *BV*$_1$ *WP*, eo *L* merebitur *BLP*, consequitur V_1 *W* 5, 3 pro epulas *BL*, pro epulis *P* poenas *LP*, poenas quas *B* recepit *BL*, tulit *P* cruantur *L* Pro micis panis quas negauit in infernum ducitur *(cf. 9, 3)* V_1 *W*

XXXV *Schema: 8* ‿ ◡ + *7* ◡ ‿ *ter repetitum. Prius hemistichium passim 9* ‿ ◡, *alterum 8* ◡ ‿, *sed lectio saepe incerta est; ideo ne de clausulis quidem certe iudicari potest. Hiatus multi. Assonantia rara. Synizesis 2, 2* ianuam, *8, 1* filium. *Versus intercalaris et neumae in W.* 1, 1 *sq. Luc. 16, 19 sq.* homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, ulceribus plenus *e. q. s.* 1, 2 epulabat, *3, 2* consolabant *act. pro depon. cf. ad rh. VII 1, 2.* 1, 3 perpetua *cod.* V_1*: cf. ad rh. V 4, 2.* 2, 1 ulcera *dubito an abl. sing. sit cf. ad rh. VII 11, 2.* 2, 3 saturare *cod. B: cf. ad rh. II 6, 2 et VII 1, 2.* 3, 2 consolabant: *cf. ad 1, 2.* 4, 2 caruit vi̯tam: *cf. rh. I 7, 2, Rönsch, Itala u. V. 414 sq.* 5, 2 merebitur *fort. pro* merebatur; *sic 3, 1* miserebitur *pro* miserebatur, *6, 3* consolabitur *pro* consolabatur *in codd. BL, quae lectiones dubito an verae sint. Winterfeld* merebitur *quasi vocem iudicis cuiusdam esse opinatur.* 5, 3 pro epulas, *9, 3* pro micas: *cf. ad rh. XVIII 1, 2.*

6. In tormentis cum adesset, elevavit oculos,
Habraham a longe cernit, in sinu eius Lazarum;
Ut recognovit, quem dispexit, in nullo consolabitur.

7. Patrem Habraham vocavit, ut emittat Lazarum,
Digiti extrema sui guttam aquae tribuat,
Ut refrigeret linguam eius in flammis ardentibus.

8. Filium eum nuncupavit, quod esse debuerat:
'Recepisti in vita tua valde bona plurima,
Lazarus econtra mala: modo consolabitur.

11. Chaus magnum est firmatum inter nos et impios:
Nullus valet transmeare inde huc ad dominum;
Impii dantur ad poenam et iusti laudant dominum.'

9. Quinque fratres se fatetur habere in saeculo;
Illis curam providebat, quod sibi non poterat:
Pro micas panis, quas negavit, in infernum torquitur.

10. 'Habent Moysen et prophetas, si uellint, illis audiant;
Si quis eos contempserit, cuncta bona perditur;
Perpetuas dantur ad poenas usque in novissimo.'

---

str. 6 om. V_1W 6, 1 tormentis *BP*, tormentum *L* adesset *BP*, hesit *L* 6, 2 *et 7, 1* abraham *B*, abraam *P* in sinu eius *BL*, hac *(i. e.* ac*)* in sinu *P* Lazarum *BP*, Lazarūs *L* 6, 3 ut *om. P* in nullo *BP*, nulla *L* consolatur *P* 7, 1 *patrem uocauit a. *P*, p. uocat a. *BLV*$_1$*W*, p. a. uocatur *coni. Winterfeld*, inuocat *coni. Vollmer* habraham *L*, habraam V_1, abraham *WB*, abraam *P* emittat *BLP*, admittat *W*, mittat V_1 7, 2 extremi *BV*$_1$*WP*, extrema *L* sui *BV*$_1$*WP*, dies (dicens?) *L* guttam aque V_1W, aquae guttam *P*, aquae guttae *B*, aquam guttam *L* tribuat *BLV*$_1$*P*, petit *W* 7, 3 ut *BLV*$_1$*W*, *om. P* refrigeretur *BV*$_1$*W*, refrigeret *LP* linguam V_1PL, lingua *BW* eius *BV*$_1$*WP*, meam *L*, *del. Winterfeld* *str. 8 om. L* 8, 1 eum *B*, hunc *P* *8, 1sq.* fili mi recordare V_1W *ex Vulg.* quia quod merueras V_1, quod de puero Recepisti *W* 8, 2 recepisti in u. t. *BV*$_1$*W*, recepisti et in uita *P* 8, 3 econtra *BP*, hic contra V_1W *Hic finit W* **str. 11 post str. 10 BV*$_1$*P, transposui; om. L* 11, 1 Chaus *B*, Cahos V_1, Khaos *P* 11, 2 *sic BP*, non ualebunt transmeare inde adhuc a domino V_1, inde huc ad invicem *coni. Winterfeld (malim* et invicem*)* 11, 3 *cf. ad 10, 3* poenam V_1P, poenas *B* et *om. B* laudant *BP*, laudent V_1 9, 1 fratres V_1LP, fratribus *B (f. recte?)* se fatetur habere V_1, fatetur habere se *BL*, fatebatur abere *(om.* se*) P* 9, 2 curam *BLP*, uitam V_1 *(recte?)* ꝑuideb$\overset{at}{o}$ *L* quod *BL*, quam V_1, qui *P* poterat *LV*$_1$*P*, potuerat *B* 9, 3 micas *B*, micis *LV*$_1$*P* panẽs *L* quas negauit *BV*$_1$, quā n. *L*, quas non tribuit *P* infernum *BP*, inferno *L* torquitur *BL*, torquetur *P*, cruciatur pessime V_1 *str. 10 post 11* V_1 10, 1 uellint V_1, uelint *P*, uellent *BL* illis *BV*$_1$, illos *L*, hos *P* audiunt *L* 10, 2 si q. e. contempserit *BL*, si qui eos contempserint *P*, et si eos contempserint V_1 *(*si quis eos contemptor erit *coniecerat Winterfeld collato rhythmo Bobuleni ed Krusch 17, 1)* cuncta b. perditur *B*, c. b. perderit *L*, multa bona perdebant V_1, cuncti erunt perditi *P* 10, 3 perpetuas *(*perpetuus *L)* dantur ad poenas *BL*, impii dantur ad penam V_1, et eternis dantur poenis *P* usque in nouissimo *BP*, iusti laudent dn̄m *L*, et iusti laudent dominum V_1

6, 1 adesset: *cf. ad rh. XXIII 8, 1.* 6, 3 quem dispexit: *cf. rh. XXXIV 5, 4.* 7, 1 *sq. Luc. 16, 24* mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam. 8, 3 consolatur *Vulg., sed* consolabitur *cod. Vindobonensis (ed. Belsheim, Christiania 1896 p. 76 cf. Winterfeld ad 5, 2).* 11, 2 inde *i. e. a vobis, ex inferno*, huc *i. e. in caelum, ad dominum cf. Luc. 16, 26* et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transmeare ad vos non possint, neque inde huc transmeare. 9, 3 pro micas: *cf. ad 5, 3.* in infernum *(cf. 6, 1 cod. L)*: *cf. ad rh. V 4, 2.* torquitur: *cf. XXXIX 38, 2* censitur, *LVIII 16, 4* spondit. 10, 2 perditur *i. e. perdet.*

12. Christiani qui adestis, cavete divitias,
Ne sicut dives ille fecit, pereatis invicem;
Perpetuam mortem fugite, vitam concupiscite.

13. Gloria et honor deo usquequo altissimo,
Una patri filioque inclito paraclito,
Cui est laus et potestas per infinita saecula.

XXXVI.

DE INITIUM QUADRAGESIME.

1. Insigne sanctum tempus acceptabile,
Adsunt salutis dies venerabiles:
Plenis olivo sponso cum lampadibus
Curramus omnes obviam palmifero
Mundi tropheo superato principe.

2. Caste pieque vivamus et sobrie,
Soli tremendo serviamus domino,
De corde puro totisque praecordiis
Laudes feramus dei sapientie,
Quae nos redemit pretioso sanguine.

3. A paradisi laetabundis gaudiis
Nos traxit olim ciborum cupiditas,
Portam polorum dulcedo gluttifera
Clauserat, alta dispensante gratia,
Quae nos reduxit ad caelorum limina.

str. 12 om. V_1L 12, 2 ne sicut diues ille fecit *sic B*, ne sicut diues periit *P* 12, 3 perpetuam *B*, aeternam *P* *str. 13 om.* V_1 13, 1 honor *L* usque quo altissimo *B*, usque quo in altissimo *L*, usque in altissimo *P* 13, 2 una cum patre filio quo inclinat paraclitus *L*, filioq: quo inclytum paraclytum *B*, filioque inglito p. *P* 13, 3 *sic BP (*secla *P)*, qui tecum una cum patre regnat usque in perpetuum *L* Amen *add. P*

XXXVI ***B*** *f. 76,* ***Va*** *(hymnarium Severinianum, cod. Vatic. lat. 7172 s. XI) f. 54,* ***Pa*** *(hymnarium Severinianum, cod. latinus bibl. nat. Parisiensis 1092 s. XI) f. 65. Utrumque hymnarium descripsit Ul. Chevalier, Bibliothèque liturgique I 117 sq. Ex B edidit Duemmler, Rhythm. eccl. spec. XIV, ex BVaPa Dreves, An. hymn. XIV 66, L 134. Va benigne mihi contulit F. Schneider, Pa H. Lebègue.* DE INITIUM QUADRAGR̃SME *B.* aī *Pa.* Item inde *Va* 1, 2 uenerabiles *BVa*, uenerabilis *corr.* m_1*Pa* 1, 5 mundi superbo superato principe *VaPa* 2, 1 Caste *PaVa*, Casto *B* 2, 2 seruamus *B, corr. Duemmler,* seruientes *VaPa* 2, 3 totisque *PaVa*, totis cum *B* 2, 4 dei sapientie *B*, trinitatis unice *VaPa* 3, 3 portam *B*, portas *VaPa* 3, 5 quae *PaVa*, qui *B*

12, 1 adestis: *cf. ad 6, 1.* 12, 3 fugíte: *cf. ad rh. XVII 17, 2.* 13 *cf. rh. III 50.*

XXXVI *Poeta huius carminis metrico-rhythmici (cf. etiam P. A. C. I 136* Felix per omnes, *I 137* Refulgit omnis, *I 138* Refulsit alma, *I 140* Iam nunc per omne, *I 141* Clara refulgent*) eam legem observavit, ut tertia syllaba senarii iambici rhythmici brevis esset, quarta produceretur exceptis 4, 5* afflicta mŏdo, *6, 2* divinā cāro, *7, 1* Moyses ēlectus, *7, 4* ut possīt almo, *9, 2* susceptā carne *(*Ninivītarum *8, 4 nomen proprium!) cf. W. Meyer, Ges. Abh. II 363. Hiatus nulli. Assonantia fere nulla. Clausulae:* dierum *7, 2,* diebus *8, 2 et 9, 2 ut saepe in rhythmis computisticis.* 1, 1 *sq. Cor. II 6, 2* ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 1, 3 *Matth. 25, 1 sq.* 1, 4 *sq. postquam palmifero tropheo, i. e. cruce, mundi princeps diabolus superatus est.* mundi princeps: *cf. e. g. Ioh. 14, 30.* 2, 4 *i. e. Christo.* 2, 5 *cf. 3, 5 Petr. I 1, 18 sq.* 3, 2 *cf. 4, 1.*

4. Nos laeta traxit caro de paradiso,
Misit in huius seculi exilium,
In lacrimarum valle delitiscimus,
Diris ligati peccatorum vinculis:
Afflicta modo revehat ad sidera.

5. Ieiuniorum sunt sacrata tempora,
In quibus hostis bellum movit invidus;
Ne sanctitatis cumulentur merita,
Temptationum infigit aculeos,
Quos sola sedat singularis bonitas.

6. Ieiuna vincit vitiorum milia
Divina caro suffragante gratia,
Resistit irae, refrenat libidinem,
Dat castitatis triumphale premium,
Cingit corona virginalem verticem.

7. Moyses, electus domini tirunculus,
Petre sub antro quadraginta dierum
Ieiuniorum consecravit ferias,
Ut possit almo legem scriptam digito
Sancta sub aure leniter suscipere;

8. Propheta sanctus Helias abstinuit
Continuatis totidemque diebus.
Ionas dicavit triduani temporis
Ninivitarum celebre ieiunium,
Detersit omne criminum piaculum.

9. Fons pietatis, infinita bonitas
Suscepta carne quadraginta diebus
Iesus redemptor ore nullum pertulit
Potum cibumque, sacro sub ieiunio
A spiritali fame nos eripuit.

4, 1 Nos l. traxit caro *B*, n. l. caro traxit *VaPa* 4, 3 delitiscimus *B*, directi sumus *sic VaPa* 4, 4 diris diligati *B*, d. ligatis *VaPa* 4, 5 reuehat *B*, reducat *VaPa* 5, 2 mouit *BPaVa*, movet *scr. Dreves* 5, 3 cumulentur *VaPa*, comul. *B* 5, 4 infigit *PaVa*, infligit *B* 6, 1 Ieiunia *B*, *correxit W. Meyer*, Parcitas *Pa*, Parcitas *ss. m. 2* ·|· ieiunia *Va* milia *B*, agmina *VaPa* 6, 2 diuina caro *BVa*, diuinitatis *P* 6, 3 resistit *Va*, resistet *B*, resistit *ex* resistat *Pa* refrenat *B*, abdicat *VaPa* 6, 4 castitatis *B*, castitati *VaPa* 6, 5 cingit *B*, cinxit *VaPa* uirticem *B* 7, 2 petre *B*, montis *VaPa* 7, 4 almo *sic B*, a deo *Duemmler*, almam *VaPa* digito *B*, digitos *VaPa* 7, 5 aure *PaVa*, ture *B*, aura *coni. Dreves*, nube *Duemmler* suscipere *ex* supscipere *corr. Pa* 8, 1 helias abstinuit *VaPa*, helia sustinuit *B* 8, 3 dicauit *VaPa*, diacū *B* triduā *B* 8, 4 niuitarum *ss. m. 2 Pa* 9, 3 *ore nullus *B*, ore nullo *VaPa* 9, 4 potum cibumque *B*, potu cibō̄q; *corr.* m_1 *VaPa* sacro sub ieiunio *B*, sacrauit ieiunium *VaPa* 9, 5 fame *om. B*, morte *supplevit Duemmler* eripuit *B*, eripiens *ss.* m_1 *Va*, eripias *Pa*

4, 1 laeta caro *i. e. cupiditas carnalis, opp.* afflicta caro. *de* parádiso, *3, 1* paradíso *cf. ad rh. XIX 20, 1.* 4, 3 *psalm. 83, 7.* 4, 5 afflicta *sc. caro.* 5, 2 *i. e. nobis movet ut Christo movit (Matth. 4, 1 sq.).* 6, 1 ieiuna caro *coniungas.* 6, 5 *virginibus enim inprimis commendantur ieiunia e. g. ab Hieronymo in epist. XXII.* 7, 1 *exod. 24, 18.* 7, 5 sancta sub aure: sub *pro ablativo instrumentali ut 9, 4* sacro sub ieiunio. 8, 1 *sq. reg. III 19, 8.* 8, 3–4 *cf. Ion. 2, 1* et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus et tribus noctibus *et 3, 4* et dixit: adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninivitae in deum et praedicaverunt ieiunium . . . et misertus est deus super malitiam quam locutus fuerat. 9, 2 *sq. Matth. 4, 1 sq.*

10. Gloria deo sit patri perenniter,
Sit semper honor alti nato nominis,
Virtus, potestas sanctoque spiritui,
Sit trinitati decus et imperium
Per infinita saeculorum saecula.

XXXVII.

1. **A**varus cupiditatem amat huius sęculi;
Dum rerum copia ditari omnium desiderat,
Minime adtendit ea, quae doctrina nuntiat.

2. **B**aiolat iram in corde et retentat odium,
De rapinis cogitando semper tristis ambulat;
Tunc laetatur, cum per fraudem aliquid rapuerit.

3. **C**lausis ianuis in domo vultuosus residet,
Ostia collocat ferro, quisquam ne introeat,
Dolens tractat de expensa, quam donat familiis.

4. **D**oloso animo amico suscipit cum gemitu,
Mensam plenam derelinquit coopertam linteo,
Foris loquitur cum eo, ne cum illo prandeat.

5. **E**xiguum in sua domo bibit atque comedit,
Valde suspirans cum lamento, si se saciaverit;
Damnum putat quod voravit, scribit quantum valeat.

6. **F**acundus est in proximorum ad loquendum edibus,
Hilarem se valde reddit in mensa alterius,
Et in sua contristatur, non invitat alios.

7. **G**estat animum malignum, profert bona labiis,
Fraudolenter conversatur suis cum sodalibus,
Ut eorum res auferre valeat secretius.

10, 2 nati nati *B* saecula *om. B* *sic B, in VaPa haec doxologia exstat*
Gloria tibi sit pater ingenite
Sit nato tibi virtus et imperium
Sancto simulque potestas spiritui
Sit trinitatis salus individua
Manens et regnans per inmensa secula. Amen.
10, 3 sanctos *Pa;* simul *Va*

XXXVII *B f. 16ᵛ — 20ʳ in marg., edidit Duemmler, Rhythm. eccl. XV. Sine titulo. Str. 1—3 neumas habent.* 1, 1 A. maximam cupiditatem *B, corr. Duemmler* 1, 2 *tum *B* rerum cupiditari *B, corr. Duemmler* 2, 1 Paiolat *B* 3, 2 *f.* Ostio collocat *(i. e. ponit)* ferrum *(i. e. seram ferream)* 4, 1 *amicos *B* 4, 2 *cooperto *B* 5, 3 uorat *B, corr. Duemmler* ualet *B, corr. Duemmler* 6, 2 hilare *B, corr. Duemmler* 7, 3 auferat *B, corr. Duemmler*

10, 1 *De formis doxologiae cf. rh. I. II. III. IV. V al.*

XXXVII. *Abecedarius mutilus. Schema* $-8 \_ \cup + 7 \cup \_$ *ter repetitum. Prior versiculus 9 syllab. septies. 11 hiatus. Clausulae purae, 5, 3* valet *corr. Duemmler. Assonantia fere nulla.* 1, 1 *sq. Timoth. I 6, 10* radix enim omnium malorum est cupiditas. 4, 1 amicos *(B) falsum est cf. 4, 3* cum eo; amico: *cf. ad rh. V 4, 2.* 4, 2 mensam plenam: *at 5, 1* exiguum . . bibit atque comedit.

8. Homo vult avarus semper munera percipere
Et nequaquam condonare his, qui illi serviunt,
Causas premio venundat, ipsas cum perciperit.

9. Iusticiam non dat ministris et mercedem subtrahit,
Expleto opere non grates refert, sed iniurias,
Ut illi dicant: 'Nihil quero nisi tuam gratiam.'

10. Karitas in eo numquam fructuosa permanet,
Fragilem conservat fidem, ficte amat proximum,
Diligit detractionem, caritatem renuit.

11. Lugent omnes contristati, qui avaro serviunt,
Maximam(que) durant famem, denudati vestibus
Ambulant, excalceati, macilento corpore.

XXXVIII.

HAEC EST PRAEFATIO DE IESU CHRISTO DOMINO INTER VESPASIANUM ET TITUM QUOMODO VINDICAVERUNT CHRISTUM.

1. Arve, poli conditorem, ponti, mundi, fluminum
Iudęorum gens adfixit per crucis patibulum,
Quem tandem Vespasianus ulciscitur per filium.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

2. Belli Titus curam sumit pergens Hierusolimam,
Ulcionem exercere de Iudęis properat;
Velut leo frendens sevit contra gentem inprobam.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

3. Castra ponit erga muros, clangor urbem concutit,
Die pasche sic conclusit cunctis Hierusolimam
Dispersis per Palestinam ad depredandum cuneis.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

9, 1 *magistri *B*, magistris *Duemmler* 9, 2 gratis refert se *B, corr. Duemmler* 10, 1 Caritas *B* 10, 2 consternat *Duemmler, varia lectione non adnotata* 11, 2 que *add. Duemmler* denudati/ *B* uestimentibus *B, corr. Duemmler* 11, 3 ex calce *B, corr. Duemmler*

XXXVIII *L f. 7, edidi N. A. XXXIV 618 sq.* 1, 1 Arue m_1, Arui m_2L *pontū *L* 1, 3 quā m_1, quē *corr.* m_2L 1, 4 gentem seuam *corr.* m_2L 2, 1 *citus *L* 2, 4 ad delendā, ad dł, add, ad *L str. 2—22* 3, 2 *diem paschę sit conclusit *L* 3, 3 *dispersos . . cuneos *L* *depdandos *L*

8, 1 *Proverb. 15, 27* conturbat domum suam, qui sectatur avaritiam; qui autem odit munera, vivet. 8, 3 causas *i. e. res, munera (choses).* . premio *i. e. pretio.*

XXXVIII *Abecedarius. Schema* 8 _ ∪ + 7 ∪ _. *Terni versus singulas strophas efficiunt. Prior versiculus paucis exceptis* 4 _ ∪ + 4 _ ∪ *(*5 _ ∪ + 4 _ ∪, 4 _ ∪ + 5 _ ∪*), alter 8 syllabarum ter. Synizesis bis. Hiatus 11. Clausulae purae. Assonantia rara. Versus intercalaris. Tit.* Praefatio *quid sibi velit nescio.* 1, 1 *cf. P. A. C. II 118, 1* Arve, poli creator. *Anal. hymn. LIII 26* qui arva condidit ac polum. *ibid. p. 109* Arvi polique conditori. *ibid. p. 112.* arve: *cf. Anal. hymn. VII 106 n. 93* creator poli atque arvae. 2, 3 *Sedul. carm. pasch. II 110* ceu leo frendens. 3, 2 *cf. Hegesippus (ed. Weber) V 49* tempore paschalis sollemnitatis. 3, 3 ad depredandum: *allitterationis causa pro* ad predandum *positum esse videtur, cuius in hoc carmine permulta habemus exempla velut 5, 3* carnes crura cruentorum conterebat celitus, *3, 1* castra ... clangor, *5, 2* pena percellit, *6, 3* cuncti .. consumpti, *7, 1* cursim cuncti, *12, 3* partem .. partem .. predonibus. *Nescio an huius rhythmi certe in codice Sangallensi traditi poeta Waltharii memor fuerit v. 51* Atque ad praedandum cuneus dispergitur omnis.

4. Dena quater iam peracta (sunt) annorum circula,
Quod Iesus ad cęlos vectus angelorum umeris
Se dextra patris conlocavit, regębat cęlestia.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

5. Ebreorum gentem nequam digna quatit ultio,
Digna pena iam percellit reus tanti criminis,
Carnis, crura cruentorum conterebat cęlitus.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

6. Facto iure fraudolento quondam super domino
Qui esputa linientes vultum Christi dispicent,
Cuncti cede, simul fame iam consumpti pereunt.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

7. Gladiis se offerebant, cursim cuncti properant,
Nemo dignus inpunitus absque pena corporis:
Velut quedam simulacra apparebant pallida.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

8. Hibant namque tabescentes velut canes rabidi,
Lora, frenum comedentes vel plantarum coria.
Huc illucque circumvolventes efflabant passim animas.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

9. Inter fratres erant bella, parentes ac liberos,
Dum de manibus non solum, sed de ipsis faucibus
Rapere cibus certabant alter ab alterutrum.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

10. Kadebant passim vel certatim seniores populi,
Crucifigi qui clamabant angelorum principem,
Participes Iscariotis adherebant tellori.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

11. Linguis quondam venenatis increpantes dominum
Iam silebant nec audebant nec mutiri quispiam,
Ad postremum comedebant, quod reiectant bestię.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

4, 1 iam *superscripsit* m_1L *sunt *om.* *L* 4, 2 *uectus *scripsi*, uictor *L* 4, 3 sedem patris *L*, *corr. W. Meyer* 5, 2 *p̄cellit *L* 5, 3 carnis *(i. e.* carnes*) L*, famis *coni. Vollmer* conterabat *in* conterebat *corr. n. f.* m_1L 6, 1 *facto ore fraudolente *L* *quoddam *L* 6, 2 *sputa *L* 7, 1 *cursū *L* 7, 2 pe̊na *ss.* m_1L 7, 3 apparebā̊t *ss.* m_1L 8, 1 *rapidi *L* 8, 2 portarium colla *L*, plantarum coria *coni. W. Meyer, an* scutorum coria? 8, 3 circumuouentes, *corr.* m_1, *L;* *afflabant *L* 9, 1 atros *L*, fratres *corr. Winterfeld in scheda relicta* 10, 2 qui: q̧ *L;* clamabt̃ *L* 10, 3 *particeps scariothis *L* 11, 2 ne *(i. e.* ne — quidem*)* mutiri *coni. Winterfeld* 11, 3 commebant *L*, *corr. Winterfeld*

4, 1 circula: *cf. rh. V 11, 1* latercula. 5, 2 reus: *cf. ad rh. II 14, 1.* 5, 3 conterebat *sc. pena.* 6, 2 esputa: *cf. 10, 3. 23, 1 et ad rh. V 12, 2* dispicent: *cf. ad rh. VIII 4, 1; Matth. 27, 30.* 7, 3 *Hegesipp. V 21* figura sola hominis remanserat, usus interciderat. Simulacra cerneres, officia desiderares. 8, 1 Hibant *non pro* Ibant, *sed pro* Hiabant *positum esse arbitror cf. Heges. V 39* aperto ore sicut rabidi canes aurarum captantes spiramina huc atque illuc circumferebantur inopia duce . . . et cum alia famis solatia non reperirentur, detrahebant coria scutis, ut cibo essent sibi, quae praesidio non essent. Mandebant calciamentum, nec pudor erat solutum pedibus ore suscipere et lingua lambere. 9, 1 *Heges. V 18* inter suos triste certamen . . . rapiebant fili parentibus, parentes filiis, et de ipsis faucibus cibus proferebatur. 9, 3 cibus: *cf. ad 5, 2.* 10, 2 *Marc. 15, 14.* 11, 2 mutiri: *cf. ad rh. VIII 19, 1 (II 6, 2).* 11, 3 *Heges. V 41* diligunt ferae fetus suos, quos etiam fame sua nutriunt, et quae alienis corporibus pascuntur, a consimilium ferarum abstinent cadaveribus.

12. Maria namque inter omnes opolenta femina
Prolim pungit, serra secat dulcis nati viscera,
Partem edens, partem servans tradidit predonibus.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

13. Nuper natus nullus vivit, exsiccata ubera;
Omnis aetas, utrique sexus dira fame corruit;
Nullus audet, nullus valet sepelire proximum.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

14. Oberrantes tunc predones per meatos corporum
† Sude sulcus, nullam passim referentes gratiam;
Flagellis senes verberabant, trucidabant iuvenes.
Ad delendam sevam gentem convenerunt principes.

⟨Iudas⟩ retulit, ⟨se⟩ suspendit laqueo.

Iudei ergo appreenderunt dominum
Et flagellatum duxerunt ⟨ad praesidem.⟩

. . . .
Pilatus . . . . . .

9, 1 *stropha H intercidit* 9, 2 ut V_1, iit *Duemmler* *fugire V_1, fugere *Duemmler*, fugeret *Dreves* 9, 3 **f.* quia Erodes vellet illum occ. 11, 1 *stropha K deest* virgineum *Dreves*, uirginum V_1, in corpore virginis *Duemmler* 11, 2 leta fuit Maria V_1, *corr. Dreves* 11, 3 tristis est uirgo, quando ductus fuit ad patibulum V_1, tristis est, quando ductus ad patibulum *Dreves*, tristis fuit virgo quando ductus fuit ad p. *Duemmler*

XLVI *In V_1 f. 9^v sq. A. Spagnolo haec legit cf. N. A. XXXVII 773 sq.*

9 S
10
11 mit hominem q
12 redemptor
13 argenteos retulit suspendit laqueo
14 iudei ergo appreenderunt dn̄n et flagellatum
f. 10^r 1 duxerunt
2 pilatus
3
4
5 qui se regem
6 et morire ppulo qui semetisp *(sic)*
7 sum se facit; ductus
8 confix nos pecca
9 toribus

9, 1 *Matth. 2, 13.* 9, 2 fugiret: *cf. rh. XL 12, 1, An. hymn. LIII p. 27 in calce et ad rh. XVII 17.* fugiret in Egypto: *cf. ad rh. VIII 1, 3.* Egýpto *pronuntiandum esse videtur, reliquis locis* Égypto *cf. ad rh. IV 19, 1.* 9, 3 Iudei: *utrum poeta dormitaverit an scriba, vix discernas. Polheim hunc versum ad deperditam stropham 10 pertinere coniecit.* 11, 1 permansit in corpus: *cf. rh. LI 3, 2 et 14, 1* sedens in lapidem, *XLI 5, 2* piscabant in maria.

XLVI *Matth. 27.* retúlit: *cf. ad rh. IV 11, 3.*

XLVII.

DE PUERO INTERFECTO A COLUBRE.

1. Audite versus parabole,
Quod quondam puero contigit:
Dum iret in solitudine
Aprum cum canibus querere,
Invenit illum celeriter.

2. Per spacia multa dum curreret,
Venator eum persequeret,
Feroce ira repletus est,
Pergebat, eum dum perderet,
Occurrit, gladio fixus est.

3. Dum simul bellum exererent,
Vis apri eum obprimeret,
Retrorsum terga reversus est,
Pedibus coluber pressus est,
Momordit illum pestifere.

4. Extinctus pedibus coluber
Venenum unxit mortifere;
A ferro aper interiit,
Reversus illeque pariter:
Dederunt mortem ad invicem.

5. Nuntius matri adveniens;
Perrexit puerum querere.

XLVII *Str. 1—6* V_1 *f. 22, str. 1. 2. 4. 5. 6* **C** *f. 109, prima str. cum neumis, str. 1—4 in* **Pa** *(= cod. Vaticanus Palatinus 493) f. 106 manu VIII/IX scriptae sunt cf. Bibl. apostol. Vaticana. I. Codices Palatini 163 sq. (Usus sum exemplari photographo). Ex C edidit Du Méril, Poésies populaires latines d. m. âge 1847, 10, ex* V_1*CP Duemmler, Z. f. d. A. XXIII 264. Titulum om.* V_1*Pa* 1, 1 uersus V_1*Pa,* uersum *C* parabule *Pa* 1, 2 quod quendam pueri contigit *C,* quod quon non puero con . . git *Pa,* de quondam puero nobilis V_1 *(an* de . . nobile, *ut exeuntes syllabae concinant?)* 1, 3 solitude m_1, *corr.* m_2 *C* 1, 5 . . uenit *Pa* illum *C (super lin.* m_1*) Pa,* eum V_1 2, 1 *sic* V_1*C,* Spacie multa cum currerent *Pa* 2, 2 ue . . tor *Pa* persequeret V_1, prosequerent *Pa,* persequitur *C* 2, 3 uerofi *Pa,* feroces V_1, *corr. Ebert* repletus V_1, repletum *Pa* nam feruidus mox ira repletus *(om.* est*) C* 2, 4 pergebat . . ia dum perderent *Pa,* querebat eum d. p. V_1, uolens uelociter perdere *C, f.* *pergebat eum ut perderet 2, 5 occurrit V_1, ocurrit *Pa,* cucurrit *C* gladio V_1*Pa,* ubi gladius *C* fixsus *Pa* *str. 3 om. C* 3, 1—2 *om. Pa* 3, 1 *exerceret V_1, exercerent *Ebert* 3, 2 *uis aper V_1, uix aper *Ebert* 3, 3 . . rorsum *Pa* terga V_1, ergo *Pa* reuersum *Pa* 3, 4 coluber V_1, colubere *Pa* pres . . . est *Pa* 3, 5 pestifere V_1, post stit ferum *Pa* 4, 1—2 *om. Pa* 4, 1 Extinctis pedibus V_1, *corr. Duemmler,* Sed in conpedibus *C* 4, 2 *sic* V_1, uenenum auxit mortiferum *C,* iunxit *Vollmer* 4, 3 nan . . . . ro *Pa,* afferro V_1 in interiit *Pa* nam fera perualida cucurrit *C* 4, 4 *rev. illique *Duemmler,* reuersus eloq. V_1, r. illicque *Ebert,* percussit illique *Pa; 4, 4 sq.* et occisi simul mortem dederunt in inuicem *C* 4, 5 *mortem dederunt CV_1, . . tem dederunt *Pa* *in inuicem V_1*C,* ac inuicem *Pa* *str. 5 om. Pa* 5, 1 matri *C,* matris V_1 aduenies *C,* aduenerat V_1 5, 2 perrexit *C,* pergebat V_1 puerum querere *C,* qu. puerum V_1

XLVII *Prior pars versus* _ ∪ ∪ *aut* ∪ _ ∪. *4, 5 corrigo* dederunt mortem, *6, 2* vixisti quantum, *6, 5* annorum centum; *altera pars* _ ∪ ∪ _ ∪ _ *praeter (1, 3?) 6, 1, ubi corrigo* vixeras, *3, 1 scripsi* exererent. *Hiatus 6,* synizesis *2, 1. Concentus syllabarum nonnumquam quaeri videtur. — De venatore, apro, serpente cf. e. g. Riese, Anthol. lat.*^{2} *I 160.* 1, 1 Audite: *cf. ad rh. XV 1.* 2, 2 persequeret: *cf. ad rh. VIII 19, 1.* 3, 3 retrorsum terga: *'rückwärts'.* 4, 2 venenum *i. e. veneno: cf. ad rh. V 4, 2.* 5, 1 adveniens: *cf. ad rh. VII 3, 1.*

Invento corpore genetrix
Pugnoque verberans pectora
Lacrimas fundens locuta est:

6. Si tantum vixeras, fili mi,
Vixisti quantum, dulcissime,
Iterum tantum et medium,
Annumque unum expleveras,
Annorum centum extiteras.

XLVIII.
VERSUM DE CASTITATE.

1. **A**ma, puer, castitatem:
Mundus eris de peccato.
Tercium diem resurrexisti,
Sedens ad dexteram, Christi.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

2. **B**onum virum et prudentem,
Quem Maria portavit in ventrem,
Adoremus, regem magnum,
Filium dei omnipotentem.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

3. **C**ecos tu inluminasti,
Paraliticos curasti,
Lazarum quadriduanum
De monumento suscitasti.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

4. **D**eus, qui sedes super septimum tronum
Et iudicas, quod est bonum,
Libera animas nostras
De manibus inimicorum.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

5, 3 inuenta V_1 genitrix *C* 5, 4 pignoque V_1 pectora *Ebert*, pectore V_1*(C)* Fundensque lacrimas pectore *C* 5, 5 *sic* V_1, uerbaquę ista locuta est *C* est *C*, es V_1 *str. 6 om. Pa* 6, 1 *uixisses V_1C fili mi V_1, tu fili mi *C* 6, 2 *quantum uixisti V_1C dulcissimi *C* 6, 3 *sic* V_1, iterum tanti et medium tanti *C* 6, 4 *sic* V_1, annoque uno expleto *C* 6, 5 *centum annorum V_1C extiteras *etiam C*

XLVIII V_1 *f. 23. Str. 1, 1—2 apud Dhuodanam cf. Le Manuel de Dhuoda par E. Bondurand, 1887, p. 156; ediderunt Duemmler, Z. f. d. Altert. XXIV 154, Dreves, An. hymn. XLVI 324* 1, 1 Ama *Dhuod.*, Amat V_1 1, 2 eris *Dhuod.*, erit V_1 de V_1, a *Dhuod.* peccato, o *in rasura*, V_1 1, 3 tertium: t *et* iū *in rasura* V_1 resurrexisti, sti *raso loco*, V_1, surrexisti *Dreves* 1, 4 christi V_1, Christe *Duemmler Dreves* 1, 6 posuit V_1 *loco raso, corr. Duemmler* cor *in ras.* V_1 2, 1 uirum, *altera* u *in ras.*, V_1 2, 2 portauit V_1, **f.* fert, *cf. rh. VIII 2, 4* uentrem, *litt.* entre *in ras.*, V_1 2, 4 **f.* filium omnipotentis; dei omnipotentem *del. Dreves* 2, 6 te *loco raso* V_1 posuit V_1 3, 3 quadriduanus V_1, *corr. Duemmler* 3, 5 adiuuā, ad, adiū *sic inde ab hoc versu semper* V_1 4, 1 *sub septimo tronum V_1, super tronum *Ebert Duemmler, qui perperam* septimo *deleverunt*

6, 1 *Du Méril l. l.: l'enfant avait seize ans et demi, sc.* $16\frac{1}{2} + 16\frac{1}{2} = 33$, $33 + 33 = 66 + 33 + 1 = 100$. *C. Pascal, Poesia latina medievale 62 sq. 22 annos, sc.* $22 + 22 = 44$, $44 + 44 = 88 + 11 + 1$. *Similia in propositionibus, quas Frobenius in Alcuini operibus II 441 sq., Migne, P. L. CI 1143 sq. edidit; cf. etiam J. Werner, Beiträge z. Kunde d. lat. Litt. im Mittelalter n. 62.*

XLVIII *Abecedarius mutilus et corruptus; neque poeta ipse operi par erat. Pro schemate* 8 ⏑ – *vel* 4 ⏑ – + 4 ⏑ – *variae formae admissae sunt, ut saepe dubium sit, quid poetae debeatur, quid librario. Synizesis haud rara, hiatus multi. Multis locis bini versiculi inter se assonant aut concinunt, passim concentus bisyllabus.* 1, 3 tertium diem: *cf. ad rh. V 4, 2.* 1, 4 sedens *i. e. sedes: cf. ad rh. VII 3, 1.* Christi *i. e. Christe: cf. ad rh. II 6, 2.* 2, 2 in ventrem: *cf. ad rh. V 4, 2.* 3, 1 *cf. rh. XL 23, 2* claudos erexit ⟨et⟩ cecos inluminat, *rh. XII 19, 2* paralyticum sanasti. 3, 3 *Sedul. hymn. II 16, 1* quarta die iam fetidus vitam recepit Lazarus *cf. rh. V 4, 1. VI 21, 2. VIII 12, 3. XII 16, 1. XXV 11, 3. XL 22, 1.* 4, 1 super septimum tronum: *cf. rh. VIII 21, 4. Blume, An. hymn. LI 12 n. 9, 4, 2 et*

5. Ecce flumen de Iordanne,
Quem transivit sanctus Iohannes,
Ipse fontes non siccavit,
Ubi Christum baptizavit.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

6. Fecit celum, fecit terram,
Fecit quattuor evangelia,
Et in medio paradyso
Fecit Adam et fecit Eva.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

7. Galilea quando venit,
Mirabilia multa fecit,
De quinque panes et duos pisces
Saciavit multas gentes.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

8. Hait deus, ait terra:
Iam resurgunt omnes erbas,
Et de germen de frumento
[Saciavit multas gentes.]
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

9. Israel per media mare,
Moyses percussit virga,
Et ante ipsum factum est diluvium
Et post ipsum factum est bonum.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

. . . . . .

11. Lumen hominum fecisti,
Benedictus es tu, Christe,
Dum in celis habitasti,
Semper cum patre regnasti.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

12. Mulier sanguinem fluxa
Ambulabat inter turbas,
Et tetigit fimbriam vestimenti eius,
Salva facta est in ora.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

5, 1 *f. fluvius Iordanes 5, 2 transiuit V_1, traxit *Dreves (quo sensu?)* 5, 3 ipsam fontes V_1, ipse fontes *Dreves*, ipsum fontem *Duemmler* 6, 2 eu̯angelia V_1, *f. flumina *cf. gen. 2, 10* *str. 8 sic fere restituendam esse arbitror:*

Hait deus: fiat terra!
Iam: resurgant omnes herbas!
Inde germinat frumentum *(an* virentem?*)*
[Saciauit multas gentes].

str. 9 adeo corrupta est, ut veram lectionem vix conicere possis. Haec fere fuisse opinor:

Israel per medium mare
⟨perrexit cum sicco pede⟩
Moÿses percussit virga
Et ante ipsum _ ⏑ _ ⏑

9, 1 per media V_1, permeat *Dreves* 10 *stropha* K *deest, num iure lacunam indicaverim, nescio cf. rh. XLII et L* 11, 1 fecisti V_1, *f. fuisti 11, 4 patribus V_1, *corr. Dreves* 12, 1 *f. mulier in sanguinis fluxu 12, 3 *f. et tetigit vestem eius. *Verba* In fluxu sang. *apud Lucam 8, 43 exstant, ceterum poeta Marcum sequi videtur 5, 27* cum audisset de Iesu, venit in turba retro et tetigit vestimentum eius. *Librarius sacrae scripturae bene gnarus Lucae verba inseruit* accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius

Dreves, An. hymn. XXVII 70 str. 4. Dreves, Aurelius Ambrosius, der Vater des Kirchengesanges, p. 17 n. Psalter. Lugdunense f. 71v deus qui sedes in septemo throno et iudicas *cf. Delisle, Mélanges de Paléographie p. 34. Ps. 9, 5* sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam. 5, 1 *Ioh. 1, 28* haec in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans. 5, 3 *intellego: in fontem remeavit cf. psalm. 113, 5 et Sedul. carmen pasch. II 162 sq. Prudent., Perist. VII 66 sq. An. hymn. L p. 15, 10, 2. Carm. Buran. XXVI 16* quem Iohannes prędicans digito monstravit et Iordanis sentiens post retrogradavit. 6, 1 *gen. 1, 1 sq.* 6, 2 *ad gen. 2, 10 sq. refero.* 6, 3 *gen. 2, 8. 15.* paradyso: *cf. ad rh. XIX 20, 1.* 7, 1 Galilea venit: *cf. ad rh. VI 17, 2.* 7, 1 *sq. Ioh. 6, 1 sq.* 7, 2 *sq. cf. rh. V 5, 1 sq. XLI 3, 1 sq.* 8, 1 *sq. gen. 1, 9 sq.* dixit vero deus: congregentur aquae . . . et appareat arida . . . et ait: germinet terra herbam virentem et facientem semen *rel.* 8, 2 erbas: *cf. ad rh. V 3, 2* 9, 1 *sq. exod. 14, 16.* 9, 2 Moÿses: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 9, 3 *sq. cf. 13, 3 sq.* 11, 1 *homoeoteleuton* -isti: Christi *habes str. 1, 3 sq.* 12, 1 *cf. Luc. 8, 40 sq. Marc. 5, 27. Sedul. hymn. II 17, 1 sq., rh. XL 22, 2.*

13. Noe fuit homo iustus,
Qui nutrivit filios pulchros,
Et ante ipsum factum est diluvium
Et post ipsum factum est bonum.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

14. O infelices vos Iudei,
Qui negastis nomen dei!
Quando eritis ante eum,
Iudicare vos habet sicut reos.
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

15. Petrus super mare ambulabat,
Dominus ad litus stabat;
Exclamavit voce magna:
'Ad me veni super aquas.'
Adiuva nos deus meus,
In te posui cor meum.

IL.

VERSUM DE MEDIOLANO CIVITATE.

Alta urbs et spacio⟨sa⟩ manet in Italia.

V_1 f. 25. Edidit Duemmler P. A. C. I 24.

L.

1. Audi nos, deus, qui posuisti terminos,
Ne nos conprehendat inferni incendio.
Sucurre nos, Christe.

2. Bene infelix inter alios populos,
Quod faciebam ante dei oculos!
Sucurre nos, Christe.

13, 3–4 *cf. 9, 3–4* 13, 3 **f.* et factum est diluvium *(gen. 7, 17)* 13, 4 **f.* et post ipsum pactum bonum *(gen. 9, 11* statuam pactum meum vobiscum*)* 14, 4 **f.* iudicabit vos ut reos

L *V_1 f. 46. Edidit Duemmler, Rhythm. eccl. n. XVII. Sine titulo.* 1, 2 1... non nos V_1, ne nos *Duemmler* conprehendat V_1, **f.* conprendat incendium *Duemmler* 2, 2 quod faciebat V_1, si quid faciebam *Duemmler* 2, 3 sucurre, sucur, sucurri nos, sucurri nos xp̄e V_1 *hic et infra*

13, 1 *gen. 7, 1.* 13, 3 *sq. cf. 9, 3 sq.* 14, 4 iudicare habet *i. e. iudicabit cf. Rönsch, It. u. V. 447 sq.* 15, 1 *Sedul. hymn. II 15, 1 sq.* Petrus per undas ambulat Christi levatus dextera. *Poeta rhythmi duos locos confudit: Ioh. 21, 4* mane autem facto stetit Iesus in littore . . . *7* Petrus cum audisset, quia dominus est, tunica succinxit se . . et misit se in mare *et Matth. 14, 25* Iesus . . venit ad eos ambulans super mare . . *29* et ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam. *Hunc secutus poeta rhythmi XLI confusionem auxisse videtur. — De castitate (cf. 1, 1) toto rhythmo non agitur.*

L *Abecedarius mutilus. Schema 5* ⏑ – ⏑ + *7* ⏑ – ⏑ *bis repetitum. Prius hemistichium 6 syllabarum (1, 2?). 3, 2. 5, 1. 7, 2. 9, 2. 11, 2 (?). 12, 1 (Synizesis?). 12, 2. Alterum 8 syllabarum quinquies (2, 1 synizesis?). Clausulae purae. 9 hiatus. Assonantia sive concentus syllabarum frequens. Versus intercalaris.* 1, 1 *ps. 73, 17* tu fecisti omnes terminos terrae. 1, 2 incendio: *cf. 5, 2. 11, 1 et ad rh. V 4, 2.* 1, 3 succurre nos: succurre nobis *rh. XXIII 16, 2.* 2, 1 *'vor allen andern Leuten'.*

3. Cecidi miser in tanta facinora:
De nostra peccata, Christe, tu nos libera.
Sucurre nos, Christe.

4. Domine deus, qui fundasti arida,
Tu nos coniunge cum beatas animas.
Sucurre nos, Christe.

5. Exaudi nos, deus, orfanis et vidue,
Et sacerdotes, qui continent ecclesia.
Sucurre nos, Christe.

6. Fecit peccatum unus atque alius:
Feci maiorem quem habui per gladium.
Sucurre nos, Christe.

7. Gemeo semper in die iudicii,
De nostra peccata accipe martyrium.
Sucurre nos, Christe.

. . . . . .

9. In paradiso ibi crescit claritas,
Ibi se coniungunt electorum animas.
Sucurre nos, Christe.

. . . . . .

11. Linguam humanam numquam habet veniam,
Quia in seclo semper male terminat.
Sucurre nos, Christe.

12. Melius fuisset, quod homo numquam nasceret,
Quia in inferno penam debet agere.
Sucurre nos, Christe.

3, 2 de nostro peccato *Duemmler* 4, 2 cum beatis animis *Duemmler* 5, 1 orfanos et viduas *Duemmler* 5, 2 quos continet ecclesia *Duemmler* 6, 1 unus *Duemmler*, unius V_1 atque *scripsi*, et V_1 6, 2 feci *Duemmler*, fecit V_1 gladium V_1, gaudium *Duemmler* 7, 2 de nostro peccato *Duemmler* accepi *Duemmler* 8 *str.* H *deest* 9, 1 crescit *Duemmler*, crescunt V_1 9, 2 **f.* iungunt, *aut* se *delendum est* animae *Duemmler* 10 *str.* K *deest, cf. ad rh. XLVIII 10* 11, 1 Lingua humana *Duemmler* 11, 2 *secalo V_1, seculo *Duemmler* 12, 1 fuisset *Duemmler*, fuise V_1, **f.* fuit quod *fort. delendum?* 12, 2 debêt V_1

3, 2 de nostra peccata: *cf. 7, 2 et ad rh. VII 14, 2.* 4, 1 *gen. 1, 9 sq.* 4, 2 cum beatas animas: *cf. ad rh. VII 21, 2* 5, 1 *i. e. Exaudite nos, deus et sacerdotes.* 5, 2 ecclesia *i. e. ecclesiam cf. ad 1, 2.* 6, 2 maiorem *sc. peccatum: cf. ad rh. V 4, 2. gladium, quem habuit peccator, linguam esse conicio ex str. 10 cf. ps. 63, 4* exacuerunt ut gladium linguas suas. *(fort. scribendum est* quem hacui *i. e. acui?). An de vero gladio cogitare debemus?* 7, 1 gemeo: *cf. ad rh. VIII 4, 1.* in die: *i. e. cum memini diei i.? cf. rh. XXIII 2.* 7, 2 accipe *i. e. accepi: cf. ad rh. II 6, 2.* 9, 1 paradíso: *cf. ad rh. XIX 20, 1.* 9, 2 animas: *cf. ad rh. V 3, 2.* 11, 1 *i. e. lingua humana, cf. ad 1, 3. — ep. Iacobi 3, 5 al.* 12 *cf. rh. X 16, 2* quare non fui mortuus, dum fui in sacris fontibus? 12, 1 nasceret: *cf. rh. XXXIX 10, 3 et ad rh. VIII 19, 1.*

LI.

1. **A**udient principes, audient populi,
Quanta peracta sunt de sancto homine,
Quanta deus condedit in se credentibus.

2. **B**enignus ac mitis Zeno episcopus,
Confessor domini et pastor populi,
Quanta ille meruit a deo gratia.

3. **C**astus permanserat Zeno episcopus.
Sedens in lapidem, piscans in Adise.
Quanta deus condedit in se credentibus.

4. **D**econtra conspicit boves cum [in] plaustro,
Simul et hominem mergentem in flumine.
Quanta ille meruit a deo gratia.

5. **E**levans oculos fecit signaculum:
'Retro te, sathanas, ne lucres animas!'
Quanta deus condedit in se credentibus.

6. **F**ortiter exclamat quam voce maxima;
Quam voce maxima demon praedixerat:
(Quanta ille meruit a deo gratia.)

LI V_1 *f. 50, ediderunt Ballerini, S. Zenonis sermones, Veronae 1739 p. CLI, Migne, P. L. XI 204 sq., Dreves, An. hymn. XXII 293* *Sine titulo* 1, 1 Audiens principes audient p. V_1, audient ... audient *Ballerini*, Audiant .. audiant *Dreves* 1, 3 condedit V_1, concedit *Ballerini adversante metro* 2, 1 ac mitis *Ball.*, amitte V_1 episcopus *Ball.*, episcopo V_1 2, 3 quanta i. m. a d. $\overline{\text{gra}}$ V_1, quantas ... gratias *Ball.* 3, 2 lapide *Ball.* 3, 3 quanta $\overline{\text{ds}}$, *rel. om.*, V_1 4, 1 Decontra conspicit boues cum in plaustro V_1, Decontra boves cum in plaustro prospicit *Ball.*, in *del. Dreves, sed desperatum versum non sanavit* 4, 3 $\overline{\text{quanll}}$ V_1 5, 2 retro te V_1, retrocede *Ball.*, *sed cf. ev. Marc. 8, 33* vade retro me 5, 3 quanta $\overline{\text{ds}}$ V_1 6, 1 voce *Ball.*, uocem V_1, *item 6, 2*, **f.* voce quam maxima 6, 3 *om.* V_1

LI *Abecedarius, sed str. N et S interceptae sunt, multae strophae mutilatae et perturbatae. Schema* $6 \cup \_ + 6 \cup \_$ *bis repetitum singulas strophas efficit. Multis locis lectiones corruptae, pauci vers. 7 syll. Claus.: 2, 1* ac mitis, *6, 1. 8, 1. 19, 1* exclamat, *4, 1* plaustro. *Syniz. 1, 3. 9, 1. 10, 1. 22, 2. 12 fere hiatus. Assonantia rara. Versus intercalaris. Poeta* 'sermone venerabilis Coronati notarii de vita sancti Zenonis' *ed. Ballerini cf. AA. SS. Apr. II 70 sq., Migne P. L. XI 199 sq. usus est.* 1, 1 *cf. Coronat. 1 ex.* audiant populi omnes, qui eius cupiunt nosse miracula! 2, 1 *ibid. 2* ita ergo in sermone affabilis erat et in mansuetudine et in habitu mitis, ut deus in ipso collaudaretur ab omnibus venientibus ad se. 2, 3 quanta .. gratia: *cf. ad rh. V 4, 2.* *str. 3—7 ibid. cap. 3* per idem vero tempus cum iuxta civitatem Veronam, quae in propinquo erat itinere, ... et egrediente eodem viro a monasterio, in fluvio Athesi piscationem dum ageret, erectis sursum oculis vidit de contra quendam hominem in plaustro sedentem bubus subiunctis mergi in flumine. Tanta enim velocitate ferebatur, ut omnibus demonstraretur diaboli arte fuisse gestum. Et quidem sanctus vir elevans oculos dum vidisset, cognovit hoc factum diaboli esse. Elevata sursum manu fecit sanctae crucis signum frequenti vice dicens: Revertere retro, satanas, ne perimas hominem, quem deus creavit. Quod signum diabolus ut vidit, evanuit velut fumus ita ut clamoribus et stridore nefando quasi de alta rupe irruperit dicens: Etsi quidem nunc me non permittis animas hominum lucrari, tamen paratus sum in patrias ignotas, quae circumquaque sunt, ire ad impedimentum tuum. Tunc sanctus dei Zeno ait: Non te permittat dominus agere adversus servum suum. 3, 2 sedens *i. e. sedebat: cf. ad rh. VII 3, 1.* in lapidem: *cf. ad rh. V 4, 2.* 5, 2 lucres: *cf. 7, 2 et ad rh. VIII 19, 1.* 6, 2 praedixerat: *cf. ad rh. VIII 8, 4.*

7. 'Girans girabo per ignotas patrias;
Pro que me non licet lucrare animas?'
Quanta deus condedit in se credentibus.

8. Heiulans exclamans de alto nimio
Usque ad solium . . . . .
. . . .

9. Imperii filia . . . . .
In quam ingreditur in casto corpore.
Quanta per . . . . . .

10. Kasta permanserat imperii filia.
[Usque ad solium] Zenonem invocat.
Quanta ille meruit a deo gratia.

11. † 'Lesus ego fui de isto corpore,
Si Zenon venerit, tum demon exiet.'
Quanta deus condedit in se credentibus.

12. Misit militibus per ignotas patrias
Querere hominem Zenonem nomine.
Quanta peracta sunt de sancto homine.

13. . . . .
. . . .
. . . .

7, 1 Girans girabo *Ball.*, Gigrans giraũ V_1, Gyrans gyraui *Dreves*, **f.* G. giraveram? 7, 2 *p* q; V_1, perchè *Ball.* 7, 3 quanta dŝ condedit a dō grās V_1 8, 1 exclamans V_1, exclamat *Ball.*, et clamans *Dreves* nimio *i. e. nimium* 8, 2 *sq.* *usque ad solium imperio filia; in quē ingreditur in casto corpore quanta p: Casta permanserat *e. q. s.* V_1, *Ballerini (Dreves) versus sic correxerunt et distribuerunt*

8, 2 usque ad solium imperii filia
. . . . . .
9, 1 In quam ingreditur in casto corpore
. . . . . .
Quanta per . . . . . .

10, 1 Casta V_1 *cf. 3, 1* 10, 2 *cf. 8, 2* 10, 3 quanta ille V_1 11, 1 Lesus V_1, Laesa *Ball.* fui V_1, fugiam *Vollmer* 11, 2 zenō V_1 uenerit, i *ex* a *corr.*, V_1 tum *Ball.*, quem V_1, quam *Dreves* 11, 3 quanta dŝ V_1 12, 1 militibus V_1, milites *Ball. Dreves* per ign. p.: *cf. 7, 1*, **f.* p. omnes p. 12, 3 quanta p V_1 *str. 13 om.* V_1

7, 1 girabo per | ignotas: *similiter str. 21, 1* adhuc in | Veronam. 7, 2 *et* 16, 2 pro que: *cf. pourquoi! str. 8—11 ibid. 4* His ita actis cum ululatu et clamore discessit. Festinans daemon ingressus est domum palatii Gallieni, comprehensam filiam eius, quae eo tempore parentibus unica erat, coepit crudeliter vexare.... Quae dum crudeli vexatione correpta esset, coepit per os infantulae imperatoris filiae daemon clamare dicens: Non egrediar a corpore isto, nisi Zeno episcopus venerit, ac per ipsius imperium egrediar. 9, 2 ingreditur in corpore: *cf. ad rh. VIII 1, 3.* 10, 1 *cf. 3, 1.* 11, 1 *sq. cf. 19, 2* Zeno iam prope est et ego fugio. *str. 12—15 ibid. 4* Mox vero ut hoc imperator Gallienus audivit, missis apparitoribus ad perquirendum sanctum virum coepit sollicite investigare. Tunc ex iussu imperatoris milites pergunt ad virum dei. Ille enim sedebat super lapidem, qui in proximo monasterii erat, et piscabatur in flumine. Venientes vero milites, quia inscius illis erat, coeperunt sollicite interrogare sanctum dei sacerdotem dicentes: Quis es tu, homo dei? Indica nobis, si vidisti Zenonem episcopum, quem nos ex iussu imperatoris perquirimus. At ille respondit dicens: Quamvis plura sint nomina in monasterio nostro de nomine isto, quem vos dicitis, tamen quod missi estis dicite. Ego enim, quamvis tantillus, servus tamen Christi sum, Zeno vocor. 12, 1 misit militibus: *cf. ad rh. IX 2, 4.* patria *i. e. terra cf. 7, 1 et rh. LXIII 1, 1.*

14. 'Omo in lapidem, piscans in Adisem,
Tu nobis indica Zenonem nomine.'
Quanta deus condedit in se credentibus.

15. 'Plures sunt nomine per monasteria.
† Nam si vult dicere, hic est, quem queritis.'
Quanta ille meruit a deo gratia.

16. 'Quid ⟨multa⟩ dicimus aut quid tabescimus?
Iussum imperii pro que non dicimus?
. . . .

17. Rogat te imperium, ad se te convocat
Pro sua filia, quam demon suffocat.
Quanta deus condedit in se credentibus.

18. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

19. Tunc demon exclamat per os infantule:
'Zeno iam prope est et ego fugio.'
Quanta peracta sunt de sancto homine.

20. Venit episcopus virum sanctissimus,
⟨facit⟩ signacula, fugat fantasmata.
Quanta ille meruit a deo gratia.

14, 1 Homo V_1 qui sedens in lapidem V_1 *cf. 3, 2, corr. Dreves* 14, 3 quanta dn̄s V_1 15, 1 Plures sunt nomine *Dreves*, Plure sunt nomina V_1, Plura sunt nomina *Ball.* monasterioa V_1 15, 2 Si vultis dicere *coni. Dreves* 15, 3 quanta ill̄ V_1 16, 1 *multa *om.* V_1, Quid dicimus ei *Dreves* tabescimus V_1, tacebimus *coni. Dreves* 16, 2 *iussionem V_1 p̄ q; V_1, perchè *Ball. cf. 7, 2* 16, 3 *om.* V_1 17, 1 Rogat te imp. *Ball.*, Rogate imp. V_1, **f.* Rogat imp. ad se *Ball.*, a se V_1 17, 2 quam *Ball.*, quē V_1 17, 3 quanta dn̄s V_1 *str. 18 om.* V_1 19, 1 os *Ball.*, ore V_1 19, 3 q̄ pac̄t V_1 20, 1 uirum V_1, vir *Ball.* 20, 2 facit *om.* V_1, fecit *add. Dreves*, facto signaculo *Ball.* fugat *Dreves*, fugauit V_1 20, 3 quanta ill̄ V_1

14, 1 *cf. 3, 2.* *str. 16—20 cf. ibid. 4* Tunc vero conferentes milites ad invicem dicebant inter se: Quid multa colloquimur? Indicemus pro qua re missi sumus ad virum istum. Respondentes vero dixerunt: Rogat te imperator et te vult videre. Respondit Zeno: Quid meam vult humilitatem videre imperator, qui omnium christianorum inimicus esse non desistit? At illi dixerunt: Ita enim rogat te imperator, ut filiam ipsius, quae a daemonio vexatur, sanam reddas, quae unica illi est. Ille vero dixit eis: Dominus I. Christus omnipotens est. Ite, inquit, ecce ego subsequor vos, quia dei mirabilia oportet ut omnia manifestentur. Quo dicto abierunt milites. *cap. 5* Exsurgens vero sanctus sacerdos fecit orationem et perrexit ad palatium, ubi cruciabatur et affligebatur pro sua filia imperator. Quo sanctus dei episcopus, dum iter ageret, ante pervenit quam hi qui missi fuerant milites. Facto vero crucis signo ingrediente Christi sacerdote palacium coepit mox per os infantulae daemon clamare dicens: Ecce tu, Zeno, venisti ad expellendum me, et ego propter tuam sanctitatem stare non possum. Quo dicto tenens sacerdos manum puellae dixit: In nomine domini Iesu Christi praecipio tibi, exi ab ea, daemon. At ille publica voce coepit clamare dicens: Etsi hinc a te expulsus fuero, eo Veronam: invenies me et eos, in quibus habitem, stantes in platea exspectantes te. *Ex ultimis verbis stropha 21 orta est.* 16, 2 pro que: *cf. str. 7, 2.* 20, 1 virum *i. e. virorum.*

22. † Cristallo diāc in austro posito,
Corona imperii donatur medico.
Quanta peracta sunt de sancto homine.

21. Festinans adhuc in Veronam veniens
Invenit impio stantem in plateis.
Quanta deus condedit in se credentibus.

23. Zeno episcopus — audient populi! —
Destruxit idolas, fecit basilicas.
Quanta ille meruit a deo gratia.

LII.

1. Hic est dies, in quo Christi pretioso
Est in sanguine redemptus mundus totus,
In quo ovem, que erravit, pastor bonus
Ad ovile reportavit ulnis sacris.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

2. Una sabati surrexit valde mane,
Sic aparuit Mariae Magdalenae,
Que discipulis occurrens nuntiavit:
Vere dominus surrexit, [pastor bonus.]
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

---

* *strophis 21 et 22 transpositis verum ordinem narrationis et abecedarii restituisse mihi videor. Librarius ut alphabetum perpetraret, strophae 21 praefixit* X (festinans) *et 22* (Y (cristallo). 22, 1 Y cristallo diāc i. a. posito V_1, Christo laus detur in austro posito *Ball.*, *an* Christo laus data sit? Y, cristallo dixit in auro posito *Dreves* 22, 2 *donec tur V_1, donetur *Ball. Dreves* 22, 3 quanta p V_1 21, 1 X festinans V_1, X; festino *Dreves* adhuc in V_1, ante te *Dreves* uenens V_1, *corr. Ball.* 21, 2 inueni uenebat impio stantē i. pl. V_1, *corr. Ballerini*, ibique inuenies stantem i. pl. *Dreves* 21, 3 quanta dš V_1 23, 1 audiens *in* audient *corr.* V_1 23, 3 quanta; V_1

LII V_1 *f. 51, edidit Dreves, An. hymn. XIX 19 Tit. deest* 1, 3 errauit *sic* V_1 1, 4 ouile *Dreves*, ouilem V_1 a ulnis V_1, *corr. Dreves* 2, 1 sabati, *altera* a *ex correctura*, V_1 2, 5 **versum intercalarem supplevi, quem propter similitudinem prioris versus intercidisse verisimile est. Eadem de causa in v. 2, 4 verba* pastor bonus *ex 2, 5 male irrepsisse suspicor. Falso Dreves verba* vere d. surr. pastor bonus *pro versu intercalari habuit, verba* de sepulchro res. p. b. *pro quarto versu alterius strophae.*

str. 21—23 cf. ibid. 6 Quod vero factum ut vidit imperator Gallienus, admiratione comprehensus coronam regalem, quam capite suo gestabat, sancto sacerdoti obtulit dicens: Tali medico, qui sanam unicam filiam meam restituit, nullis aliis muneribus placere possum, nisi ei ipsam quam habeo coronam meam offeram. . . . . *7* His ita gestis petiit beatissimus Zeno, ut ei licentia tribueretur omnia idola destruendi et in Christi nomine ecclesias fabricandi. . . . . Post haec ingressus sacerdos Veronam civitatem intrepidus praedicabat in Christi nomine verbum, ut diaboli idola destruerentur et in Christi nomine construerentur ecclesiae. 22, 1 Christo *(sic procul dubio scribendum est)* in austro posito: *cf. ad rh. XLV 4, 1.* 21, 1 Festinans, F *pro* Y: *cf. ad rh. XIV 22, 1.*

LII *De poeta huius rhythmi cf. ad rh. XXVII 1, 1 (Dreves ad Anal. hymn. XIX 20); cf. etiam 14, 1* nos oportet exultare . . et in Christo iucundare *cum rh. XXVII 1, 2* exultemus et in ipso iocundemur. *De forma cf. ad eundem rhythmum 1, 1. Hiatus 10 fere. Clausulae purae, sed 8, 4* cecídit *a cado, 12, 4* regémat *cf. ad rh. IV 11, 3. Assonantia rara.* 1, 1 *sq. ep. Petr. I 1, 18 sq.* 1, 4 *Luc. 15, 5 sq. 1, 4* ovilem, *3, 1* per stulta muliere, *3, 3* per bona mulierem, *3, 4* vita, *4, 4* vita, *5, 4* in perpetuo, *8, 1. 8, 2. 8, 4. 9, 3. 12, 2 in hoc rhythmo errores librarii sunt, non poetae.* 2, 1 *Marc. 16, 2* una sabbatorum. 2, 3 *Marc. 16, 10.* occurrens: *cf. ad rh. VI 12, 1.* 2, 4 *Luc. 24, 34* surrexit dominus vere.

3. Mortis nuncium per stultam mulierem
A paradyso suscepit mundus olim,
Dignum fuit, ut per bonam mulierem
A sepulchro vitam mundus obaudiret.
Vere dominus surrexit de sepulchro.

4. Mors in orbem introivit sub peccato,
Quod commisit primus homo per mandatum,
Et ab illo usque Christum perduravit,
Qui per crucem vitam mundi revocavit.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

5. Adam vetitum cum lignum usurparet,
Mortem nobis propinavit; sed dum lignum
Christus crucis contrectavit, vitam nobis
In perpetuo firmavit et donavit.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

6. Serpens callidus gularum fraude primum
In paradyso decepit protoplaustum,
Christus patri obedivit usque mortem
Et cum ⟨morte⟩ triumphavit sic serpentem.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

7. Nam regnavit mors ab Adam et in eos,
Quos non propria peccata polluerunt,
Sed sub vinculo delicti protoplausti
Descendebant ad infernum et electi.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

8. Christus passus est pro nobis et auctorem
Mortis sua morte vicit et delevit
Mox cirographum peccati, quod infelix
Homo tulit a serpente, cum cecidit.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

9. Nam cum caro in sepulchro quievisset,
Portas tartari potenter Christus fregit,
Inde electos liberavit et in sanctam
Civitatem collocavit inmortales.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

3, 1 p. stulta muliere V_1, *corr. Dreves* 3, 3 p. bona V_1, *corr. Dreves* 3, 4 vita V_1, *corr. Dreves; *f.* a sepulchro vitae famam exaudiret 3, 5 * vere dominus surrexit sicut dixit de sepulchro V_1 4, 2 per mandatum *sic* V_1, *sc. Evae? an* manducando? per mandendum? 4, 4 vita V_1, *corr. Dreves* reuocauit V_1 4, 5 *inde ab hac stropha* V_1 *pro versu intercalari nil habet nisi* de, de sēp, de sepul, *quod singulis locis adnotare supersedi* 5, 3 * xp̄m V_1 5, 4 p petuo V_1 6, 1 calidus V_1 primum *Dreves*, primus V_1 6, 2 decepit *Dreves*, cepit V_1 protoplaustum *Dreves*, protoplauste V_1 6, 3 * usque ad mortem V_1, *sed cf. 4, 3* usque Christum 6, 4 morte *add. Dreves* tryhumphavit V_1 7, 2 quos *Dreves*, quod V_1 propria *Dreves*, proprie V_1 7, 3 delicti, *altera* i *ex* o, V_1 7, 4 descendebant *Dreves*, descendebat V_1 8, 1 auctore V_1, *corr. Dreves* 8, 2 suam mortem V_1, *corr. Dreves* 8, 4 serpentem V_1, *corr. Dreves* 9, 3 inde V_1, * *f.* hinc sancta V_1, *corr. Dreves* 9, 4 inmortalis V_1, *corr. Dreves*

3, 1 *sq. sic Eva et Maria saepissime comparantur cf. Salzer, Die Sinnbilder etc. 476 sq.* 3, 2 *cf. 6, 2* parádyso: *10, 3* paradísi: *cf. ad rh. XIX 20, 1. XXV 21, 1.* 5, 1 lignum vetitum: *cf. ad rh. VII 18, 2.* 8, 1 *sq. i. e. auctorem mortis sua morte vicit.* 9, 1 *cf. evang. Nicodemi ed. Tischend.*[2] *p. 398 sq.* 9, 3 *sq.* sancta civitas: *cf. rh. XIX 1, 1.*

10. Hoc misterium qui possit estimare?
Ante celos nec electus penetravit:
Modo eciam latroni paradisi
Christus portas est dignatus aperire.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

11. Iudas impie, crudelis, latro dire,
Lupe rapax et inmitis, inimice,
Penas lues sub Geenna infinitas,
Qui necare vitam mundi cupiebas.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

12. Vita nostra resurrexit de sepulcro,
Cum qua simul resurrexit omnis mundus,
Sub his ictibus perculsa inimica
Iam perisse sola modo mors regemat.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

13. Gens nefanda Iudeorum tristis modo
Debet flere et in luctu permanere,
Que demittere latronem expetivit
Et 'Auctorem mundi' clamat 'crucifige'.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

14. Nos oportet exultare, viri fratres,
Et feliciter in Christo iucundare,
Qui purpureo cruore nos redemit
Et ad aurea celorum regna misit.
De sepulchro resurrexit pastor bonus.

LIII.

1. Respice de celo, deus, respice propicius,
Da salutem, da virtutem in te confidentibus,
'Ubi deus est eorum?' ne dicant in gentibus.

10, 1 quis *Dreves* 10, 2 electus *Dreves*, helectos V_1 11, 2 inmitis inimice *Dreves*, inimicus inimice V_1 11, 4 *negaret V_1, negare *Dreves* cupiebas, s *et altera hasta litterae* a *erasa*, V_1 12, 1 resurrexit *Dreves*, surrexit V_1 12, 2 qua *Dreves*, quam V_1 12, 3 his *Dreves*, is V_1 *actibus V_1 13, 3 dimittere *Dreves* *et pectauit *(i. e. exspectauit)* V_1, et petivit *Dreves* 13, 4 et *del. Dreves* *clamabat V_1 14, 1 exsultare *Dreves*, exaltare V_1

LIII V_1 *f. 53, ediderunt Duemmler, Z. f. d. A. XXIV 153, Dreves, An. hymn. XXIII 51* *Tit. deest*

10, 1 qui *i. e. quis.* *ev. Nicod. l. l.* 10, 3 *cf. rh. XV 18, 4.* 13, 3 *Luc. 23, 18 sq.* 14, 1 *cf. rh. XXVII 1, 2.*

LIII *Schema 8 _ ⏑ + 7 ⏑ _. Terni versus stropham efficiunt. Singularum stropharum aut duo aut tres versus inter se concinere (e. g. str. 1) aut assonare solent. Clausulae purae sunt (sed cf. ad 10, 3), hiatus 8 fere.* 1, 1 *sq. ps. 79, 15* deus virtutum, convertere; respice de caelo et vide et visita vineam tuam. *ibid. 78, 9* adiuva nos, deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, domine, libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus: Ubi est deus eorum? respice: *anaphora frequenter adhibita cf. 1, 2. 2, 1. 3, 1. 5, 2 al., poeta psalmistam aemulari videtur.*

2. Iudas ecce resurrexit, ecce venit impius,
Proditor magistri venit perdere discipulos:
Ad te nostra fuga tantum erit, dei filius.

3. Inimicus veritatis, inimicus patrię
Corde dolos machinatur, acusator vulnere
Scorpionis more ferit et doloso gutture.

4. Cui nos servire cernit, parere fideliter,
Cuius erere mandatis corde toto querere,
Hunc dormire numquam sinit stimulus invidie;

5. Fratrum turbam dei dono quamque novit crescere,
Hanc prostrare, demolliri, hanc vult interficere:
Cunctis simul desolatis solus credit vivere.

6. Acusator fratrum venit, ecce stat post hostium,
† Nuntiat qui pennas habet, ostis antiquissimus.
. . . . . .

7. Time, Iudas, time deum, time dracho perfide,
Animam a te malignus in hac nocte auferet,
Faciem et linguam tuam vermes cooperient.

8. Penas lues in inferno, penas sine termino.
Acusati evasere de mortis periculo
Cum electis permansuri in celesti orreo.

9. Sustinentes innocentes, sustinentes modicum
Suo adherent pastori timore deposito,
Congaudentes et letantes sunt modo cum domino.

10. Quisquis tale prosecutus fuerit officium,
Sit in domo maledictus, sit in agro profugus,
In secessu intestina mittat sicut Arrius.

2, 2 disipulos V_1 3, 2 dolos *Duemmler,* doloso V_1 accusator *Dreves,* acusatio V_1 3, 3 scorpionis *Duemmler,* scorpiones V_1 4, 2 Cuius *Duemmler,* Cui V_1 5, 1 turba V_1 5, 2 Hanc prosternere molitur *Dreves* 5, 3 **f.* solum 6, 2 **f.* Nuntius 6, 3 *intercidit spatio vacuo non relicto* 7, 2 **f.* maligne . . . auferent *cf. in annotatione* 7, 3 cooperient *Duemmler,* cooperiret V_1 *str. 8 om. Dreves* 8, 1 penas sine *Duemmler,* pena sine V_1 8, 2 de mortis V_1, mortis de *Duemmler* 10, 2 in domo dei V_1, *corr. Duemmler* 10, 3 secessum V_1

2, 3 *ps. 89, 1.* 4, 1–2 *enuntiatio condicionaliter accipienda esse videtur: wenn er sieht, dass wir ihm (dei filio?) getreu dienen.* 4, 2 erere *i. e. haerere (cf. 9, 2);* querere *i. e. studere.* 5, 1 et quam turbam . . novit, hanc *e. q. s.* 5, 2 prostrare: *cf. P. A. C. III 3 n. 3. i. e. demoliri.* 5, 3 *nur* (solum?) *wenn alles zur Einöde gemacht ist* (desolaverant *ps. 78, 7), glaubt er leben zu können.* 6, 1 *apoc. 12, 10* proiectus est accusator fratrum nostrorum. stat post ostium *i. e. prope est, cf. apoc. 3, 20* ecce, sto ad ostium et pulso. 6, 2 hostis antiquissimus: *cf. rh. LX 2, 3.* 7, 2 *Luc. 12, 20* stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te. malignus *i. e. diabolus? an* malignus *vocativus est et corrigendum* auferent? 7, 3 vermes operient: *Iob 21, 26.* 8, 1 *rh. LII 11, 1 sq.* Iudas impie . . . penas lues sub Geenna infinitas. 8, 2 *ei quos tu accusasti.* 8, 3 horreum: *cf. Matth. 13, 30.* 9, 1 *ep. Petr. I 1, 6.* 9, 3 congaudentes sunt: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 10, 1 *officium perfidi accusatoris.* 10, 2 *deuteron. 28, 16* maledictus eris in civitate, maledictus in agro. 10, 3 secessu *i. e. latrina cf. Athanas. ep. ad Serapionem, Migne, Patr. Gr. XXV 687* Arius vero . . . multa nugatus ingressus in latrinas quasi alvi exonerandae causa derepente, uti scriptum est, pronus factus crepuit medius *(sicut Iudas act. ap. 1, 18)* prolapsusque statim exspiravit. *Cum reliquae clausulae purae sint, poeta* Árrius *pronuntiavisse videtur.*

11. Foris postulis marcescat, † crescat iuxta veterum,
Eius dies pauci fiant, cadat in interitum,
In profundo † suorum ad cum patre diabolo.

12. Huius artus extendantur cum inmenso pondere,
Acutissimo et duro feriatur cuspite,
Centum esca fiat suum prorumpente stercore.

13. Respice de celo, deus, respice propicius,
Tolle nobis inimicum, tolle adversarium,
Tua salva nos virtute in potenti brachio.

LIV.

1. **A**donai magne et mirabilis,
Adesto mihi, respice placa⟨bi⟩lis,
Iam me adpremit vulnus insanabilis.

2. **B**eatus vir, qui semper est pavidus
Et recordatus de die iudicii
Et metuendus de die supplicii.

3. **C**elestis rex, qui plasmasti omnia,
Da mihi sensum adque intellegentiam
Ad corrigendum populum in hoc seculo.

. . . . . .

5. **E**legit me deus in suum servitium
Ad offerendum sanctum sacrificium
Et deprecandum pro iusti⟨s⟩ et impiis.

11, 1 portulis *coni. Duemmler, sed cf. in adnotatione.* crescat iuxta uterum *Dreves vix recte,* crescant intra ulcera *Vollmer* 11, 3 In profundo suo ruat *Dreves,* in prof. subruatur *Vollmer,* **f.* in profundo semper gemat patre cum *Duemmler* 12, 1 arcus extendatur V_1, *corr. Dreves, qui minus bene 12, 3 scr.* centrum esca fiat suum! 13, 1 respicae V_1 13, 3 salva nos *Duemmler,* sal nos V_1 potenti *Duemmler,* ponenti V_1

LIV V_1 *f. 56, str. 3. 5. 8 edidit Muratori, SS. rer. Ital. II 2, 686, str. 1—8 Duemmler, Z. f. d. A. XXIII 273, Dreves, An. hymn. XXXI 17 Tit. deest* 1, 2 placabilis *Muratori,* placalis V_1 2, 2 *sq. sic Dreves,* et recordatus de die iudicii et metuendus de die iuditii et metuendus de die suplicii V_1 3, 2 adque V_1, **f.* et *str. 4 om.* V_1 5, 3 iustis *Murat.,* iusti V_1

11, 1 foris *i. e. in cute cf. levit. 13, 2* Homo, in cuius cute et carne ortus fuerit diversus color sive pustula. *Is. 17, 4* pinguedo carnis eius marcescet. 11, 2 *ps. 108, 8* fiant dies eius pauci. 12, 3 suum *i. e. porcorum; ps. 78, 2* posuerunt morticina servorum tuorum, escas volatilibus caeli: carnes sanctorum tuorum bestiis terrae; *deuter. 28, 26. Ierem. 16, 4.* 13, 2 *sq. ps. 88, 11.*

LIV *Abecedarius mutilus, str. D F G exciderunt. Schema 5 – ◡ + 7 ◡ – ter repetitum strophas efficit. Prius hemistichium 4 syllab. 1, 1. 2, 1. 3, 1; 6 syllab. 5, 1; alterum 8 syllab. 3, 2. 3, 3. 8, 1. 8, 2; fort. synizesis 8, 1* Habui, *8, 2* docuit, *3, 3* poplum. 1, 1 *Iudith 16, 16* Adonai, domine, magnus es tu. mirabilis: *cf. ps. 67, 36.* 1, 2 placabilis: *cf. e. g. exod. 32, 12.* respice: *cf. ad rh. LIII 1, 1.* 1, 3 adprémit: *cf. ad rh. IV 11, 3.* vulnus insanabilis: *cf. rh. V 4, 2* corpus ligatus. 2, 1 *proverb. 28, 14* Beatus homo, qui semper est pavidus. 2, 2 de die iudicii: *cf. ad rh. XXIII 2.* 2, 3 metuendus *i. e. metuens: cf. rh. IV 9, 2.* venerandis *i. e. venerabundis.*

. . . .

8. Habui magistrum Adalbertum episcopum;
Ipse me docuit in suo sancto spiritu,
Et me iniunxit in gradum presbiteri.

LV.

VERSUS DE OCTO VICIA ET OCTO BEATITUDINES.

1. Beatus homo, qui pauper est spiritu,
Quoniam illi regnum caeli dabitur.
Beatus homo.

2. Est maledictus, qui cibis est deditus
Atque intentus gule voluptatibus.
Est maledictus.

3. Beatus homo, qui semper est humilis,
Quoniam terram habebit perpetuam.
Beatus homo.

4. Est maledictus, qui carnis libidinem
Exercet vivens frequenter in opere.
Est maledictus.

5. Beatus homo, qui luget in domino,
Quia de caelis ipse consolabitur.
Beatus homo.

8, 1 Habui *Murat.*, Habuit V_1 8, 2 ipse me docuit V_1, qui me docuit *Murat.* 8, 3 Et me inunxit *Murat. Dreves,* inunxit *etiam Duemmler,* Ad me iniunxit V_1, **f.* Adque iniunxit

LV *Str. 1—6. 9—19 in* **P** *f. 109, str. 1—7. 16. 19 in* V_1 *f. 60. Edidit Dreves, An. hymn. XXIII 55. Sine titulo* V_1 1, 1 qui *om.*, pauper & spiritu *in marg.* V_1 2, 1 cibis *P*, sibis V_1 2, 2 intentus gule suae suis uol. V_1 3, 1 est *om.* V_1 4, 1 libidinem V_1, libidine *P* 4, 2 exercens uiuens V_1, **f.* exercens vivit 5, 1 luget *P*, lugit V_1 5, 2 *sic P*, quoniam ipsum rex caeli consolabitur V_1

8, 1 Adalbertum episcopum *ad quem referendum sit, incertum est; certe ante a. 1000 in serie episcoporum Veronensium Adalberti nomen non invenitur cf. Muratori l. l. 686. G. Biancolini, Serie cronologica dei vescovi e governatori di Verona, 1760. G. Biancolini, Notizie storiche delle chiese di Verona I 178 sq. De Adalberto episcopo Bergomensi, qui post 926 obiit, cum codex exeunte saec. IX exaratus esse feratur, vix cogitaverim. Post str. 8 nihil deesse arbitror.*

LV *Schema* 5 ⏑ – ⏑ + 7 ⏑ – *bis repetitum singulas strophas efficit. Alter versiculus 18, 1 octo syllabarum est. Clausulae purae. 4 hiatus. Assonantiae rarissimae. Versus intercalaris. — Poeta novem beatitudines Matth. 5, 3—11 (sed cf. infra ad str. 17) cum octo principalibus vitiis Cassiani, de quibus cf. ad rhythmum* Gastrimargia est primum, *composuit. Sed ordo perturbatus est, nam in stropha octava, quae periit, quartum vitium ira poni debuit, de qua in str. 10 agitur, omissa autem est acedia cf. Cassianum De institutis coenobiorum V 1* octo principalia vitia ... id est primum gastrimargiae, quae interpretatur gulae concupiscentia, secundum fornicationis, tertium filargyriae, quod intellegitur avaritia vel ut proprius exprimatur, amor pecuniae, quartum irae, quintum tristitiae, sextum acediae, quod est anxietas sive taedium cordis, septimum cenodoxiae, quod sonat vana seu inanis gloria, octavum superbiae. 1 *Matth. 5, 3.* 3, 1 humilis *versus causa pro* mitis *poeta dixit cf. Matth. 5, 4.* 5 *Matth. 5, 5.* 5, 2 consolabitur: *cf. ad rh. XXXV 6, 3.*

6. Est maledictus habens avariciam
Et sub quo manet infelix cupiditas.
Est maledictus.

7. Beatus homo, qui sitit et esurit,
Quoniam cibo caeli saturabitur.
Beatus homo.

8. . . . .
. . . .
. . . . . .

9. Beatus homo, qui manet misericors,
Quoniam eius deus miserebitur.
Beatus homo.

10. Est maledictus, qui in ira permanet,
Quod profert hore, si vertit in opere.
Est maledictus.

11. Beatus homo, qui mundus est animo,
Poterit quia deum ipse cernere.
Beatus homo.

12. Est maledictus, qui malam tristiciam
Gestat in corde prolixo sub tempore.
Est maledictus.

13. Beatus homo, qui semper est paciens,
Quoniam dei filius vocabitur.
Beatus homo.

14. Est maledictus, qui in suis actibus
Laudari sese cupit ab hominibus.
Est maledictus.

15. Beatus homo sustinens iniurias,
Tolerat mala qui propter iustitiam.
Beatus homo.

16. Est maledictus, qui portat superbiam,
Pro qua de cęlo ceciderunt angeli.
Est maledictus.

17. Beatus homo, qui sperat in domino
Et cuius semper Christus est fiducia.
Beatus homo.

18. Est maledictus, qui spem ponit in homine
Et qui in eius confidit potentia.
Est maledictus.

---

str. 7 deest in P, om. etiam Dreves, sed cf. Matth. 5, 6 str. 8 in V_1 et P deest lacuna non indicata 14, 2 laudari *Dreves*, laudare *P* 16, 1 habensq: superbiam per quem de celo V_1 18, 1 maledectus *in* maledictus *corr.* m_1 *P*

7 *Matth. 5, 6.* 8 *Fort. str. 10 ante str. 9 ponenda est.* 9 *Matth. 5, 7.* 9, 1 manet *i. e. est cf. Arch. f. lat. Lex. XV 382. 483.* 10, 2 hore *i. e. ore.* 11 *Matth. 5, 8.* 13 paciens *i. e. pacificus cf. Matth. 5, 9.* 15 *Matth. 5, 10.* 17 *pro nona beatitudine Matthaei poeta ps. 39, 5. 145, 5 affert, inde stropham 18 composuit. Str. 17 et 18 suppositicias esse vix crediderim.*

19. Gloria patri, gloria sit filio
Nunc et per cuncta saeculorum secula.
Gloria patri.

LVI.

Deus orbis reparator, lux aeternae gloriae.

V_1 f. 61, F p. 83. Ed. Duemmler, P. A. C. II 253.

LVII.

1. 'Ab aquilone venite
Omnes reges in virtute,
Gladio exacuite,
Arma vestra o vos tollite:
Reddam retribucionem.

2. Bellatores mei estis,
Ego rex vester caelestis,
Que vos mando, fatietis,
Contendere non potestis.
Reddam retribucionem.

3. Cena volo preparare,
Omnes reges invitare,
Babillonia civitate
Cum suis exterminare:
Reddam retribucionem.

4. (Deinde nati sunt tauri,
Magnis cornibus armati,
Destruxerunt Hierusalem
Cum sua matre letantem.
Reddam retribucionem.)

---

19 *in P haec doxologia exstat:* Gloria patri semper est in filio semperque manet cum sancto spiritui *(male pro* espiritu *posuit librarius)* nunc et in evum. Amen. *Idem addit:* Gloria patri ad beatitudinem qui nos perducat atque ab immundiciis nos semper purget. Amen.

LVII *V_1 f. 62. Ediderunt Duemmler, Rhythm. eccl. n. XVIII, Dreves, An. hymn. XXIII 52. Tit. deest* 1, 3 gladio V_1, gladios *Duemmler Dreves* exacuite *Duemmler*, exaguite V_1 et acuite *Dreves* 1, 4 *sic* V_1, armaturam vos t. *Dreves* 1, 5 retributionem *Dreves*, racionem V_1 2, 5 retributionem *Dreves, om.* V_1 3, 1 *sq.* cenam . . . Babilloniam civitatem *Duemmler Dreves* 4, 1 D. sunt tauri nati *Duemmler f. recte* 4, 4 letantem V_1, lactentem *Dreves*

LVII *Abecedarius mutilus. Schema 8 _ ◡ quater repetitum strophas efficit. Novem syllabarum sunt vv. 1, 4. 5, 2. 5, 4 (synizesis!). Clausulae: 1, 3* exacuite, *1, 4* tollite, *6, 2* invicem. *Synizesis 3, 3. 4, 3. 5, 3. 5, 4. Hiatus 5 fere. In singulis strophis aut bini aut plures versus inter se concinunt. Versus intercalaris.* 1, 1 *Ierem. 1, 14* ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terrae: quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, ait dominus, et venient et ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem. *Ibid. 4, 6* malum ego adduco ab aquilone; *50, 9. 14 sq.* 1, 3 *fort.* exacuíte? *cf. ad rh. XVII 17; sed cf. 1, 4* tollite. gladio: *cf. ad rh. V 4, 2.* 1, 5 *cf. deuteron. 32, 35.* 2, 3 vos mando: *cf. rh. XXIX 4, 1.* fatietis: *cf. 6, 1* fatiamus. 3, 1 *ps. 22, 5* parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me. cena, Babillonia civitate: *cf. ad rh. V 4, 2.* 3, 3 *Ex str. 5 colligitur reges a domino evocari, ut Hierosolyma destruant.* 'Babilloniam civitatem' *igitur illam urbem poeta dicit, quae cum filia* 'matris fornicationum et abominationum terrae, magnae Babylonis' *(apoc. 17, 5) sit, quacum laetatur (str. 4), hoc nomine haud indigna videtur esse. 4 Abecedarium ut conficeret, poeta nescio quo pacto oratione interrupta hic posuit, que postea dicenda erant. Transponere cum non liceat, stropham 4 uncis inclusi.* 4, 1 *Similiter ps. 21, 13* circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. 4, 3 Hjerusálem: *cf. 5, 3 et ad rh. XVII 20, 1.* 4, 4 *cf. ad 3, 3.*

5. Ego eam vobis tradam
Manus vestrasque confortabo:
Destruite Hierusalem,
Pereat eius memoria.
Reddam retribucionem.'
. . . . . .

6. 'Fatiamus hunc sermonem',
Dicunt omnes ad invicem,
'Ne in ira nos disperdat
Propter unam meretricem.'
Reddam retribucionem.
. . . . . .

LVIII.

1. Amplam regalis Susis dicta civitas,
In qua regnare Asuerus ceperat,
Regnans ab India usque Aethiopiam
Centum viginti et septem provincias.

2. Bello vastatus olim dei populus:
Qui mari rubro transierunt pedibus,
Hic dum profanis immolasset idolis,
O ira dei! traduntur Asiriis.

3. Captus ab hoste, dispersus per patrias
Dei requirunt legem, quam dispexerant;
Sic flentes omnes et gementes miseri
Regi feroci serviunt Asuero.

4. Dum suas vellet pandere divicias,
Rex Asuerus preparat convivia,
Vocat Medorum et Persarum inclitos,
Omnes concives usque ad novissimos.

5. Erat iam letus nimis inter epulas,
Regine mandat, ut cito adveniat.
Vasti contempsit et venire noliit,
Rex ira motus hanc de regno expulit.

5, 1 Ego V_1, Ergo *Dreves* eam *Duemmler*, eum V_1 5, 2 uestrasque V_1, uestras qui *Duemmler*, que *om. Dreves* confortabo *Dreves*, confortabant V_1, confortabam *Duemmler* 5, 3 hierusalem V_1, Hierosolima *Duemmler* 5, 5 retribu V_1 6, 3 ne in ira nos disperdat *sive* ne in ira (iratus?) vos disperdam *Dreves*, nec ira non disperdam V_1, nec dei ira nos disperdat *Duemmler*

LVIII V_1 *f. 65. Edidit Duemmler, Z. f. d. A. XXIII 268. Sine titulo* 1, 2 regnaret V_1 2, 3 *in promptu est scribere* hi dum ... immolassent, *sed cf. 3, 1 sq.* 3, 4 Asuero serviunt *coni. Ebert, Z. f. d. A. XXIV 147, sed pronuntiandum est* Asúero *cf. 11, 3* 5, 3 noliit V_1, noluit *Duemmler*

6, 1 *i. e. faciamus, quae dominus imperavit.*

LVIII *Abecedarius. Schema* $5 \_ \cup + 7 \cup \_$ *quater repetitum singulas strophas efficit. Synizesis 1, 3. 8, 3. Clausulae purae. Multi hiatus. Homoeoteleuton rarum, assonantia frequentior.* 1, 1 *cf. Esth. 1, 1—2.* — Amplam *i. e. ampla, 2, 2* rubro, *22, 4* Hebrea: *cf. ad rh. V 4, 2.* Susis: *in Vulgata* Susan. 1, 2 *et 4, 2* Asuërus *pronuntiandum est, 3, 4 et 11, 3* Asúërus: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 2 *quae poeta str. 2—3 narrat, in Vulgata desunt.* 2, 1 vastatus: *cf. ad rh. VII 3, 2.* 2, 3 hic — immolasset: *eadem constructio 3, 1 sq. 12, 4 occurrit.* 3, 2 dispexerant: i *pro* e *cf. 20, 4* mixti *pro mesti, 16, 4* spondit, *15, 3* regale *et cf. ad rh. II 6, 2; sic etiam 2, 2* mari rubro *i. e. mare rubrum.* 4, 4 *Esth. 1, 3 sq.* fecit grande convivium ... fortissimis Persarum et Medorum inclytis ... ut ostenderet divitias ... a maximo usque ad minimum. usque ad novissimos: *cf. rh. XL 2, 4.* 5 *Esth. 1, 10—22.* 5, 3 noliit: *cf. 10, 3* pandet, *16, 4* spondit, *21, 1* spernat.

6. Feruntur demum multe regi virgines,
Ex quibus una pulcrior electa est,
Filia fratris Mardochei, nomine
Hester, Hebrea, que regi conplacuit.

7. Gloriam regni illi palam tradidit,
Fecit reginam, sumpto diademate
Ipse inponens in illius capite.
Sic letus dedit universis requihem.

8. Hec dum geruntur, exaltatus inprobus
Aman post regem primus inter alios,
Cui ambulantes omnes per palatium
Genuflectentes adorant ut dominum.

9. Iudeus ille, Mardocheus nomine,
Noluit umquam Aman genuflectere
Nec adorare quemquam preter dominum
Nec dei honorem (dare) superbissimo.

10. Kavit spadonum pessima consilia,
Qui cogitarunt contra regis animam;
Mox Mardocheus regi pandet omnia.
Quibus suspensis scribitur istoria.

11. Leo ut sevus Aman ferocissimus
In ira contra Mardocheum vertitur,
Ob cuius necem poposcit Asuerum
Deleri omnem Iudeorum populum.

12. Male suasus rex dedit licenciam,
Multa edicta mittuntur per patrias,
Ut uno die atque uno tempore
Gens Hebreorum deleantur publice.

13. Non latent ista; ut audivit populus,
Ceperunt flere senes cum iuvenibus,
Et ipse plorat Mardocheus durius,
Civitas omnis impletur clamoribus.

14. Ob hoc regine suus mandat patruus,
Pandat ut suum genus regi protinus

6, 3 Mardochei nomine, Hester *perperam Ebert l. l.* 6, 4 que *Duemmler,* qui V_1 7, 1 tradit V_1, *corr. Duemmler* 7, 2 supto V_1 8, 1 Hoc V_1, *corr. Ebert* 8, 3 *qui V_1, quem *Duemmler, cf. Esth. 3, 5* non flecteret sibi genua 9, 4 nec dei honore superbissimo V_1, *corr. Zarncke* 10, 1 spadorum V_1, *corr. Duemmler* 10, 2 regi V_1, *corr. Duemmler* 10, 3 pandet V_1, pandit *Duemmler* 10, 4 suspensus V_1, *corr. Duemmler* 13, 3 ec ipse plorant V_1, *corr. Duemmler* 14, 2 *petat V_1 *(an* prodat? *cf. Esth. 2, 20)*

6 *Esth. 2, 1—16.* 6, 3 *die Tochter eines Bruders des Mardocheus cf. Esth. 2, 15* Esther filia Abihail fratris Mardochaei, quam sibi adoptaverat in filiam. 7 *Esth. 2, 16—18.* 7, 4 *Esth. 2, 18* et dedit requiem universis provinciis. 7, 2 sumpto diad.: *cf. 15, 3.* 8, 1 *Necessitate abecedarii coartatus, ni fallor, poeta seriem narrationis mire perturbavit, nam str. 8. 9. 11 inter se cohaerent, sed stropham 10 transponere non licet.* 8, 1—4 *Esth. 3, 1—2.* 9, 1 *sq. Esth. 3, 2—4.* 10, 1 *sq. Esth. 2, 21—23.* 11, 1 *sq. ad str. 9 pertinere supra diximus. Esth. 3, 5—7.* 12 *ibid. 2, 8—15. 12, 2.* patrias: *cf. 3, 1 rh. XXXIX 6, 1. LI 7, 1. 14, 1. LXIII 1, 1.* 13 *ibid. 4, 1—3.* 14 *ibid. 4, 7—8.*

Petatque sui mutare sententiam
Nec suam perdat gentem de provincia.

15. **P**ostulat deum regina per triduum,
Mesta deplorat cinere, cilicio;
Post hoc regale sumpto diademate
Intrat ad regem perterrita nimie.

16. **Q**ui dum vidisset in pavore animum,
Sceptrum ad eam mox tetendit aureum,
Sed et de sede prosilivit cicius,
Spondit inplere, quod vellet, in omnibus.

17. **R**egina petit, uti secum prandeat
Aman et ipse ut cum illo veniat.
Qui trabem fecit excelsam adfigere,
Ut Mardocheum in illam suspenderet.

18. **S**uis regina dare poscit veniam,
Aman exorat ut cito intereat;
Qui iussu regis in trabem suspenditur,
Et honor eius Mardocheo traditur.

19. **T**unc illi omnes mutare sententiam:
Scribitur demum multas per provincias,
Ut uno die iugulentur gladio,
Qui suam necem parabant alterius.

20. **V**enerat dies ulcionum noxia,
Truncant Iudei miserorum capita:
Qui exultabant de nece alterius,
De sua mixti merguntur ad inferos.

21. **X**ristus, qui vota non spernat precancium,
De labe suum liberavit populum,
Et qui de eius exultabant iugulis,
Traduntur digni ulcionum postmodum.

22. **Y**mno orabant omnes deum pariter,
Aman qui ostem Hebreorum perculit
Et sociavit regi in coniugio
Hester Hebrea pro salute omnium.

14, 3 *sibi V_1 15, 1 regna V_1, *corr. Duemmler* 15, 2 mestat V_1, *corr. Duemmler* 15, 3 diadematae . . nimiae V_1 16, 3 se et V_1, sed et *Duemmler* prosiliuit *sic* V_1 17, 3 adfigere V_1 *i. e. affigendo parare* 18, 1 possit V_1, *corr. Duemmler* 18, 3 regi V_1, *corr. Duemmler* 20, 2 truncant *Duemmler*, truncatur V_1 *Duemmler distinxit:* noxia: . . . capita, 20, 4 mixti *sic* V_1 21, 1 spernat V_1, spernit *Duemmler* 21, 3 exultabant *Duemmler*, exultabat V_1 21, 4 *f. digne *(i. e. dignae)* ulcioni

14, 3 mutare sententiam: *cf. 19, 1.* 15 *Esth. 4, 16—15, 1.* 15, 3 *cf. 7, 2.* 16 *ibid. 5, 2—3.* 17 *ibid. 5, 4—14.* 18 *ibid. 7, 1 sq. omissis eis, quae in sexto capite exstant, poeta duo convivia in unum conflavit.* 19 *ibid. 8, 1 sq.* 19, 4 *intellegendum videtur esse: ei qui necem alterius parando suam necem parabant; nisi forte haec sententia ex 20, 3 huc delata est.* 20, 1 *sq. ibid. 8, 12. 9, 1 sq.* 20, 3 *ibid. 9, 5.* 20, 4 mixti: *cf. ad 3, 2 et Arch. f. lat. Lex. X 225.* 21, 3 iugulis *i. e. iugulatione.* 22, 4 Hebrea: *cf. ad 1, 1.*

23. Zelantes deum occiderunt emulos,
Post triste tempus receperunt gaudium.
Gloria regi illi invictissimo,
Qui sic potenter suum salvat populum!

LIX.

1. Andecavis abas esse dicitur,
Ille nomen primi tenet hominum;
Hunc fatentur vinum vellet bibere
Super omnes Andechavis homines.
Eia eia eia laudes,
Eia laudes dicamus Libero.

2. Iste malet vinum omni tempore;
quem nec dies nox nec ulla preterit,
quod non vino saturatus titubet
velut arbor agitata flatibus.
Eia eia eia laudes,
Eia laudes dicamus Libero.

3. Iste gerit corpus inputribile
Vinum totum conditum ut aloue,
Et ut mire corium conficitur,
Cutis eius nunc con vino tinguitur.
Eia eia eia laudes,
Eia laudes dicamus Libero.

4. Iste cupa non curat de calicem
Vinum bonum bibere suaviter,
Set patellis atque magnis cacabis
Et in eis ultra modum grandibus.
Eia eia eia laudes,
Eia laudes dicamus Libero.

5. Hunc perperdet Andechavis civitas,
Nullum talem ultra sibi sociat,
Qui sic semper vinum possit sorbere;
Cuius facta, cives, vobis pingite!
Eia eia eia laudes,
Eia laudes dicamus Libero.

LIX V_1 *f. 68. Ed. Duemmler, Z. f. d. A. XXIII 265, cum versione germanica P. de Winterfeld, Arch. f. d. Stud. d. neueren Spr. u. Litt. CXIV 34. Sine titulo* 1, 1 aba, s *add.* m_2, V_1 1, 2 primum V_1, *corr. Winterfeld* hominum *Duemmler*, hominem V_1 1, 3 velle *Duemmler* 2, 5 Eia eia ł V_1 3, 4 tinguitur *Ebert*, extinguitur V_1 3, 5 *sq. om.* V_1 4, 5 Eia ł V_1 5, 1 si perdet *Duemmler*, Hunc perperdens *Vollmer* Andetchauis V_1 5, 2 ultrapsibi V_1 5, 5 Eia eia eia lau V_1

LIX *Schema 4* ‿ ◡ + *7* ◡ ‿ *quater repetitum singulas strophas efficit. Alter versiculus 8 syllabarum 3, 4, sed corrigendus est. Clausulae purae (5, 3* sórbere *legendum est). Hiatus 3, 4? (cf. in app. crit.) et in versu intercalari. Assonantia rara.* 2, 1 malet *'hat gern' Winterfeld* 3, 2 vinum, *4, 1* calicem: *cf. ad rh. V 4, 2.* 3, 3 mire *i. e. myrrha.* 5, 1 hunc perperdet *i. e. si hunc perperdet cf. rh. XVIII 6, 1.* 5, 3 sorbĕre: *cf. e. g. rh. XXXV 9, 3* torquitur.

LX.

1. Gracia excelso regi — referamus pariter.
   Qui nos in unum congregavit, — te laudamus, domine,
   Ut possimus invenire — requiem in seculum.

2. Ad alta sede postulemus — summo dei filio,
   Ut suo mittere dignetur — angelum perspicuum
   Ad expugnandum, expellendum — hostis antiquissimus.

3. Invidus ille temptator, — fallax atque perditus,
   Semper cupit discordare — concordantes fratribus,
   Ut possit gratiam mereri — ante nequam principem.

4. Dominus atque salvator, — quod suum redemit sanguinem,
   In sua semper potestate — reservare animas,
   Ut nec unus preter eum — potestatem habeat.

5. Honor illi et potestas — in eternum permanet,
   Qui nos pastorem super gregem — vocare dignatus est,
   Ut salvas oves consignemus — ante eius oculos.

6. Almus ille speculator, — sacerdos in populo,
   Semper adstat supra gregem, — pugnat contra impios,
   Ut nec una possit oves — rapere de gregibus.

7. Divina templa coeuntes — suspiremus pariter
   Populorum regi obsecrantes — pro nostra facinora,
   Ut ipse pius misereator, — donet indulgenciam.

8. Libare deo studeamus — hostiam pro fratribus,
   Ut ante eum mereatur — portare manipulos
   Atque de talentum lucrum — consignemus geminum.

LX V_1 *f. 68. Ed. Muratori, Antiquit. Ital. med. aevi III 677. (Migne, P. L. CLI 769.)* 'Tot errores hic offendis. Num culpandus ego, qui haec evulgo?' *Muratori l. l.* 1, 1 *excelsa V_1 2, 1 *f.* ab alta sede *sc. mittere angelum* 2, 3 *f.* hostem antiquissimum 4, 1 quod *i. e. quot? an* quas? *quas redemit sanguine? 4, 2 reseruare V_1, *reservabit? reservaret *pro* reservet? 6, 2 semper adstat sup adstat supra gregem *sic* V_1 6, 3 *f.* una(m) possint ovem *an* impio, ut nec una(m) possit ovem? 7, 2 populorum V_1, *f.* gentium regi V_1, gregi *Murat.* 7, 3 misereator V_1, *f.* miseretur, miserator *Murat.* 8, 2 *f.* mereamur 8, 3 geminum *Murat.*, geminium V_1

LX *Carmen acrostichum. Schema 8 _ ⏑ + 7 ⏑ _ ter repetitum strophas efficit. Prius hemistichium 9 syllab. undecies, 10 syllab. 7, 2, ubi fort. corrigendum est* gentium; *alterum 8 syll. ter, 6 syll. 9, 3. Clausulae purae. Multi hiatus. Assonontia rarissima.* 1, 1 gracia, *1, 3* seculum, *2, 1* summo filio, *2, 2* suo, *4, 1* suum sanguinem, *6, 2 f.* impio, *8, 3* talentum, *10, 1* summo regi: *cf. ad rh. V 4, 2.* 1, 2 *poeta memor est rhythmi XXVII* Congregavit nos in unum. 1, 3 ut possimus: *sic in omnibus strophis apodosis a coniunctione* ut *incipit, quare etiam 10, 2 corrigendum est* ut possimus. 1, 3 = *9, 2* 2, 3 ad expellendum hostis: *hanc constructionem in his rhythmis non inveni, fort. igitur corrigendum* hostem antiquissimum. hostis antiquissimus: *cf. rh. LIII 6, 2.* 3, 1 temptator *(Matth. 4, 3): ministrum summi diaboli esse poeta sibi fingit, cuius gratiam mereatur discordia seminata. Similiter 'Iudam redivivum' non nisi concordia fratrum destructa vivere posse in rh. LIII 5 legimus.* 3, 2 discordare *transitivum est.* 5, 2 nos: *Gaidhadlum esse ex acrosticho apparet. An transpositis str. 7 et 8* Gaidhaldum? *nomen* Gaidoaldus, Gaidualdus, Gaidaldus *apud Lombardos frequens est.* 7, 2 pro n. facinora: *cf. ad rh. XVIII 1, 2.* 8, 2 *ps. 125, 6 sq.* 8, 3 *Matth. 25, 14 sq.*

9. **V**igilemus et oremus unusquisque pro alio,
Ut possimus invenire requiem in seculum
Atque vitam possidere, quam promisit dominus.

10. **S**ummo regi postulemus pro cunctorum scelera,
Ut de nostra mereamur invenire veniam
Per eum, qui semper vivit et regnat in secula.

11. **T**e deposco, dulce frater, qui canis unc versiculum,
Ut requiras principales litteras per ordinem,
Sic invenis eius nomen, qui hunc exposuerat.

LXI.

1. Placidas fuit dictus magister militum,
Habundancia dives, fortis in prelio,
Qui antequam de regno sciret perpetuo,
Subveniebat de suis rebus pauperibus:
Proinde nondum ablutus placuit domino.

2. Dum esset magnus venator et sagittarius,
Die quadam exivit more venancium;
Aspexit grandem a longe cervorum numerum
Et unum candidum nimis stantem in medio:
Cepit persequi illum relictis omnibus.

3. Dum per spacia multa post eum curreret,
Ascendit cervus in summum saxorum verticem.
Placidas dum perpensaret, quid illi faceret,
Vidit in cornibus eius crucis imaginem
Et inter cornua pulcram Christi effigiem.

9, 3 *misit V_1 10, 1 *scelere V_1 10, 2 *Et V_1 11, 3 *inuenit V_1

LXI V_1 *f. 70, in codice S (= Sangallensi 561 saec. X/XI cf. AA. SS. Sept. VI p. 133) fol. 162 librarius prosaicae vitae Eustachii mutilatae strophas 37—44 huius rhythmi adnexuit. Ipse contuli. Ex* V_1 *edidit Duemmler, Z. f. d. A. XXIII 273. Emendationes exhibuit Ebert, Z. f. d. A. XXIV 148 sq.; neuter quanti momenti S esset intellexit.* 1, 3 siret V_1 2, 3 grandem *Duemmler,* grande V_1 3, 2 sumum V_1 3, 3 illi V_1, illic *Ebert* 3, 5 pulcram *Duemmler,* pulcra V_1

9, 1 *Matth. 26, 41.* 9, 2 = *1, 3.* 9, 3 *Matth. 25, 34.* 10, 1 summo regi: *cf. ad rh. IX 2, 4 An = summum regem? cf. ad rh. V 4, 2* pro scelera: *cf. ad 7, 2.* 10, 2 de nostra *cf. 8, 3 et ad rh. VII 14, 2.* 11, 3 *Gaidhadlum parochum Veronensi in civitate fuisse Muratorius l. c. haud improbabiliter coniecit.*

LXI *Schema 7 aut 8* $\_ \cup + 6 \cup \_$ *quinquies repetitum singulas strophas efficit. Nonnulli versus dubii sunt velut 4, 3. 5, 3. 9, 5. 18, 5. 36, 5. Synizesis passim. Hiatus multi. Assonantia vel concentus syllabarum exeuntium frequens velut str. 7. 8. 11. De Placida cf. AA. SS. Boll. Sept. VI p. 123 sq. Poeta vitam adhibuit, sed nonnulla mutavit velut e. g. str. 24. 25.* 1, 4 pauperibus: *cf. 18, 5, sed* pauperi *gen. sing. 23, 4 cf. rh. XXXV tit. (cod. L)* 1, 5 ablutus *i. e. baptizatus.* 2, 1 dum *c. coni. imperf. cf. 3, 1. 3, 3. 4, 1. 11, 5. 12, 4. 14, 1. 19, 1. 21, 3. 25, 1. 28, 3. 33, 3. 38, 3. 41, 1. Etiam 24, 1* dum — ederent *corrigendum est. 31, 4* recolo cum — duceret *traditum est.* 2, 2 exivit: *cf. 33, 1. 38, 1.* peribit = *perivit 34, 5 cf. ad rh. XV 11, 3.* 3 pulcram: *cf. AA. SS. l. c.* inter cornua cervi formam sacrae crucis supra claritatem solis splendentem.

4. Placidas dum stupendo istud aspiceret,
Vocem sibi dicentem audivit taliter:
'Placidas, ⟨o⟩ Placidas, quid me persequeris?
Iesus ego, nescis quem fide credere,
Sed in operibus bonis visus es colere.'

5. Placidas tremefactus in terram cecidit,
Capud erigens tantum ita locutus est:
'Dic, domine, quid mihi oportet facere?'
'Christianum', respondit, 'quere antestitem,
Ipse te ammonebit, quod debet facere.'

6. Surgens inde ad domum suam reversus est,
Ad sacerdotem perrexit et baptizatus est;
Baptizata est uxor simul cum filiis
Et totam domum illius, viri et femine,
Ipse Eustasius dictus est in baptismate.

7. Post hec reversus ad montem perrexit iterum,
Ubi viderat prius tale misterium;
Ibi sibi audivit loquentem dominum:
'Plurima dampna habebis, magnum periculum,
Sed postea coronabo te per martyrium.'

8. Ex die illa ceperunt de pestilencia
Eius familia mori et animantia;
Supervenerunt latrones, tulerunt omnia,
Et nihil illi de tanta remansit gloria
Quam sola uxor et duo natorum pignora.

9. Vicinorum non valens ferre obprobrium
Tulit coniugem suam et duos filios,
(Ipsa Teupisten dicta fuit in lavacro,
Fili Agapitus unus et alter Theupistus),
Exivit nocte cum illis, ut iret in Egypto.

10. Ad litus maris pervenit, nauclerum reperit,
Qui ad alteram terram eos transposuit.
Erat uxor illius formonsa specie,
Concupivit nauclerus eam et abstulit,
Et cogitabat, ut virum eius perimeret.

4, 3 o *add. Ebert* 4, 4 fide *Duemmler*, fidem V_1 5, 3 *dic mihi domine quid V_1 5, 4 quere *Ebert*, querere V_1 5, 5 amonebit V_1 debet V_1, debes *Ebert* 6, 3 eius uxor V_1, eius *del. Ebert* simul V, insimul *Duemmler* 6, 5 baptismate *Ebert*, baptismo V_1 7, 1 ec V_1 9, 1 Non vicinorum valens *aut* non valens vicinorum *praeter rem proposuit Ebert* 9, 4 filii V_1 9, 5 ut iret V_1, ivit *Ebert*

4, 2 taliter *cf. 24, 3. 41, 2.* 4, 4 Iësus: *cf. 29, 3* suäves *et ad rh. IV 15, 1* 5, 1 in terram cecidit, *sed 15, 1* in terra corruit. 5, 5 debet *i. e. oportet.* 6, 4 totam domum *pro nominativo: cf. ad rh. VII 13, 2.* 7, 1 *cf. 12, 3.* 9, 1 valere *pro posse saepissime ponitur velut rh. XXXV 11, 2 al.* 9, 5 in Egypto: *cf. 18, 1 et ad rh. VIII 1, 23,* Égypto: *cf. 18, 1. 21, 4. 22, 4 et ad rh. IV 19, 1.* 10, 2 eos transposuit: *cf. 12, 2.*

11. Eustasius vix evadens fugit cum parvulis
Et ibat nocte plorando: 'Ve vobis, filii!
Matrem vestram crudelis barbarus rapuit,
Vos modo miseri estis relicti orfani.'
Dum ita fleret, ad ripam pervenit fluminis.

12. Unum filium suum in collo posuit
Et ad alteram ripam eum transposuit.
Post hec reversus, ut fratrem illius tolleret;
Et dum ad mediam aquam venisset fluminis,
Leo unum et lupus alterum rapuit.

13. Dei pietas magna salvavit pueros:
Unum excusserant sanum pastores ovium,
Et alter est liberatus ab aratoribus,
Et cum eis manserunt multis temporibus,
Invicem nescientes unus de altero.

14. Eustasius dum putaret perisse pueros,
Cogitabat iactare se mox in flumine,
Sed ad memoriam eius rediit subito,
Quod ei dixerat ante salvator hominum,
Quod post periculum magnum haberet gaudium.

15. Egressus tum de aqua in terra corruit,
Cepit sibi capillos et barbam traere
Et cepit filios ⟨suos⟩ dolendo plangere:
'Ve mihi misero, ita qui desolatus sum,
Cui iam nullum remansit vite solacium!

16. Ipse Iob certe numquam sic tribulatus est,
Nam pro auxilio illi uxor relicta est,
Adhuc et consolatores amicos habuit:
Pro amicis crudeles bestias reperi
Infelix ego, que meos filios raperent.

17. Ve mihi, qui sic pollebam ut arbor florida,
Quod, o, perditus simul ramos et folia!
Nisi tu mihi, deus, des tolleranciam
Ori meo et tuam ponas custodiam,
Ne tibi peccem, qui verbo creasti omnia.'

18. Iter arripuit flendo, venit in Egipto,
Custos fuit agrorum multis temporibus;

11, 4 relicti *Duemmler*, relictis V_1 12, 3 ec V_1 fratrem *Duemmler*, frater V_1 13, 2 excusserat V_1, *corr. Duemmler* 13, 5 unum V_1, *corr. Duemmler* 14, 1 perisse *Duemmler*, peperisse V_1 14, 4 hominum *sic* V_1 15, 1 tum *Vollmer*, tamen V_1 15, 3 suos *add. Ebert* dolendo *Duemmler*, dolen V_1 15, 4 *itaque desolatus V_1 16, 1 Iob ipse *Ebert* 16, 4 reperi *Duemmler*, reperit V_1 17, 2 o V_1, ego *Ebert* perdit' V_1, Que, o, perditur *Vollmer*, Quando perditus *Lehmann* folia *Duemmler*, folida V_1 17, 3 deus de V_1, *corr. Duemmler* 18, 2 fuit *Duemmler*, fui V_1, custus V_1

13, 2 *cf. ad rh. VIII 8, 2.* 13, 4 multis temporibus: *cf. 18, 2.* 14, 2 se iactare in flumine: *cf. ad rh. VIII 1, 3.* 15, 4 ve mihi qui: *cf. 17, 1.*

Ibi parvulum sibi fecit ospicium.
Ibi quicquid agebat de suo officio,
Pauperibus tribuebat ⟨semper⟩ ospitibus.

19. Dum ibi commoraretur per annos duodecim,
Exercitus barbarorum fines Pannonie
Delere et predare cepit crudeliter.
Imperator in unum collegit milites,
Placidam non habebat: sic cepit dicere:

20. 'Placidas, qui magister erat milicie,
Quid fuit factum de illo, vos mihi dicite.'
Respondit unus ex illis, quod cuncta perdidit,
Que habebat, et nimis pauper effectus est
Et de provincia ista inde profectus est.

21. Imperator Traianus direxit milites
Per provincias omnes, qui eum quererent.
Dum eum nusquam per orbem possent reperere,
Duo ex illis venerunt in fines Egypti,
Ipsius mansio ubi erat Eustasii.

22. Eustasius eos videns obviam exiit.
Dixerunt milites illi: 'Forsitan hominem
Hic vidisti, dic nobis, Placidam nomine?'
Respondit ille et dixit: 'In terra Egypti
Non audivi, qui tali vocetur nomine.'

23. Eustasius enim ipsos cognovit milites,
Sed ipsi non agnoscebant eius effigiem;
Rogavit ad suam eos ut domum pergerent:
'Intrate, pauperi domum nolite spernere,
Sumite modicum cibum, postea ibitis'.

24. Dum in ospicio eius cum eo ederent,
Adsimulare cernunt eius effigiem.
Unus ad alterum dixit secreto taliter:
'Adtende, quantum est iste Placide similis,
Quem nos imus querendo: forsitan ipse est.'

25. Dum diligenter eius vultum intenderent,
Viderunt plagam, que illi in bello facta est;

18, 3 sibi *Duemmler*, ibi V_1 18, 4 de *del. Ebert* 18, 5 *semper *addidi*, suis *Ebert* 19, 5 placida V_1 20, 2 Quid *Duemmler*, Qui quid V_1 20, 5 proiectus V_1, *corr. Zarncke* 21, 2 provincias *ss.* m_1 V_1 21, 5 Eustasii *Duemmler*, eustasius V_1 22, 1 obviam *Duemmler*, obiam V_1 23, 1 E. enim ipsos cognovit *Duemmler*, E. enim ipsos cognominavit *(*nim ipsos cognou *loco raso, super* p *in* ipsos *hasta erasae litterae cognoscitur)* V_1 23, 2 agnoscebant *(super* t *rasura)* V_1 23, 3 eos ad suam *Ebert* 23, 4 pauperis *Duemmler* 23, 5 summite V_1 24, 1 *ederant V_1 24, 2 cer' V_1, *corr. Duemmler* 24, 3 secreto *sic* V_1 taliter *Ebert*, totaliter V_1 24, 4 quantus V_1, *corr. Ebert*

21, 1 reperere: *cf.* reperuntur *rh. XXXIX 48, 1.* 23, 1 ipsos *pro illos, exempla sunt innumera.* 23, 4 pauperi *genetivus est.* 24, 2 adsimulare cernunt: *similitudinem agnoscunt cf. AA. SS. l. l. p. 131* illi vero considerantes eum coeperunt paulatim ad agnitionem visionis eius venire. 24, 3 taliter *cf. 4, 2. 41, 2.*

Ceperunt se osculari et leti dicere:
'Quem querebamus, magister tu es militie!'
Et pervenerunt cum eo simul ad cesarem.

26. Inmensa cesaris facta tunc est leticia,
Statim tribuit illi multas divicias,
Argentum atque aurum, vestes, familias,
Et constituit illum super miliciam
Et contra gentes in pugnam direxit barbaras.

27. Eustasius roboratus virtute domini
Adpropinquare ad fines cepit Pannonie;
Ex omni parte ad eum venerunt milites,
Cum quibus simul et eius venerunt filii,
Facti iam iuvenes fortes decora spitie.

28. In ipsis finibus erat naucleri mansio,
Qui aliquando uxorem tulit Eustasii.
Dum ipsa desuper staret in tabernaculo,
Fili eius in ortum ibi ingressi sunt,
Nescientes quis essent unus de altero.

29. Per fenestram ut ipsos aspexit iuvenes,
Pectus percuciens cepit plorando dicere:
'Si modo viverent mei suaves filii,
Tam pulcri essent ut isti videntur iuvenes,
Et iam barbola illis vestiret faciem'.

30. Unus ad alterum dixit: 'Dic mihi, unde es?'
Cepit ille suspirans ab imo pectore
Nomen patris narrare, matris similiter,
Et pericula sua cuncta per ordinem,
Quomodo raptus a fera et liberatus est.

31. Insiluit ad collum eius velociter
Iuvenis alter et cepit cum fletu dicere:
'Per potenciam Christi, tu meus frater es,
Nam recolo, cum nos pater per noctem duceret,
Et quando te leo tulit, me lupus rapuit.'

32. Audivit anxia mater, quod illi dicerent,
Cepit pre gaudio fletus amplius fundere;
Festinanter descendens eos amplexa est,
Agnovit filios mater et matrem filii,
Ceperunt se osculari atque constringere.

25, 4 tu es *Duemmler*, tue V_1 26, 3 atque *Ebert*, et V_1 ueste^s, *ss. m*$_1$, V_1 27, 1 virtute *Duemmler*, uirtutem V_1 27, 5 spitiem V_1, specie *Duemmler* 28, 4 *ibi *scripsi*, ita V_1 28, 5 esset *Ebert* unus *Duemmler*, unum V_1 29, 3 mei *Duemmler*, meis V_1 29, 5 barbola .. vestiret *Ebert*, barbolam ... uestirent V_1 31, 5 leo te *Ebert* 32, 2 amplius *Ebert*, amplior V_1 funderet V_1

25, 3 se *i. e. eum cf. AA. SS. l. c.* exilientes osculabantur eum, *at 32, 5 = inter se osculari.* 28, 1 (29, 1) ipsis: *cf. ad 23, 1.* 28, 5 *cf. 13, 5.*

33. Exivit mater eorum, ivit ad principem,
Ut suggereret illi, quomodo capta est.
Dum ad vestigia eius se vellet sternere,
Agnovit eum et collum eius amplexa est,
Et cum lacrimis cepit marito dicere:

34. 'Teupisten tua coniux ego ancilla sum,
Que aliquando in navi tibi sublata sum,
Sed per Christi virtutem quod non polluta sum,
Quia ipse nefandus et durus barbarus,
Quando me rapuit tibi, peribit subito.'

35. Ille gavisus est nimis de sua coniuge,
Sed tamen tristis ad illam dixit de filiis:
'Filios nostros crudeles tulerunt bestie.'
Respondit illa: 'Cum nostris sic fecit filiis,
Sicut fecit nobiscum, deus omnipotens.'

36. Iussit ad medium mater venirent iuvenes,
Agnovit filios pater et patrem filii.
Quale tunc gaudium fuit, quis potest dicere!
Letabantur et ipsi omnes ⟨tunc milites⟩,
Simul laudabant ⟨dei⟩ nomen altissimi.

37. Ad barbarorum pervenit fama exercitum,
Quod Placidas contra eos iret in prelium,
Bellator magnus, et omnes in fugam versi sunt,
Et Pannonie fines sic liberati sunt;
Eustasius est reversus cum magno gaudio.

38. Adrianus cesar effectus exivit obviam
Eustasio revertenti tunc cum victoria.
Dum diis suis in templo offerret victimas
Et adoraret cum omni simul militia,
Magister militum sprevit cum suis idola.

39. Tirannus dixit ad eum: 'Accede, immola!'
Respondit ille: 'In istis non est divinitas.
Nos deum colimus verum, qui fecit omnia,
Qui nos post tantam letari fecit tristiciam,
Per quem speramus habere aeterna gaudia.

33, 2 suggereret *Duemmler*, suggeret V_1 33, 5 marito cepit dicere V_1, *corr. Ebert* 34, 2 qui V_1 35, 2 illa V_1 35, 4 respondit, r *ex* s *corr.*, V_1 35, 5 sicut *Ebert*, sic et V_1 36, 1 *ueniret iuuenis V_1, uenire iuuenes *Duemmler* 36, 2 fili V_1 36, 4 *tunc milites *scripsi*, *om.* V_1 36, 5 *aut* dei *aut* omnes *addit Ebert post* laudabant altissimi V_1 37, 1 *hic S incipit* exercitum *S*, exercitus V_1 37, 2 quod *del. Zarncke*, quod contra eos Placidas *Ebert* 37, 3 fugam *S*, fuga V_1 uersi *S*, conuersi V_1 37, 4 pacnnonie V_1 liberati V_1, liberate *S* 37, 5 Eustachius *sic semper S* gadio, *corr.* m_1, *S* 38, 2 eustasio, eusta *in ras.*, V_1 38, 3 diis *ss.* m_1 V_1 offerret *S*, offeret V_1 38, 4 militia *S*, milicie V_1 39, 1 tyrrannus V_1 39, 2 ille respondit in istis *S*, respondit ille et dixit in istis (resp. i. e. d. *super lineam* m_1) V_1 39, 5 speramus eterna habere gaudia *S*

34, 3 *i. e. iuro me non pollutam esse.* 34, 5 peribit: *cf. ad rh. XV 11, 3.* 38, 1 *cf. 22, 1.*

40. Adrianus crudelis ira repletus est,
Precepit leonem magnum eis dimittere.
Cepit bestia pedes sanctorum lingere;
Imperator leonem iussit occidere
Et bovem ereum iussit igni succendere.

41. Dum illi ereum bovem igni succenderent,
Eustasius subplicavit ad deum taliter:
'Domine deus, quod posco, tu mihi tribue,
Nemo iam corpora nostra possit dividere,
Sed sub uno sepulti cubemus cespite.

42. Adhuc te, rex anglorum, peto suppliciter:
[Nemo iam corpora nostra possit dividere].
Tuum nomen quicumque per nos petierit,
Exaudi preces eorum, pater piissime,
Ut liberati a malis vivant feliciter.'
Vox resonavit de celo sic: Exauditus es.

43. Tunc toti quattuor missi in bovem ereum
Consummaverunt in bono suum martirium
Et meruerunt habere Christi consorcium,
Et in uno sunt omnes sepulti tumulo,
Ubi semper in multis florent virtutibus. Amen.

LXII.

Audite, omnes fines terre, errore cum tristitia.

V_1 f. 76. Edidit L. Traube, P. A. C. III 404.

40, 2 precepit leonem magnum *S*, cepit magnum leonem V_1 40, 3 bestia *S*, bestie V_1 40, 5 igni *S*, ignis V_1 41, 1 ereum *super lineam* m_1 V_1 igni *S*, ugnis *in ras.* V_1 41, 2 Eustachius supplicavit *S* 41, 3 tu *S*, tu͂ V_1 41, 5 ub uno, *corr.* m_1, *S*, subono V_1 cubemus *Duemmler*, cupemus V_1, cupimus *S* 42, 1 anglorum, *ss.* m_1, V_1, angerum, *ss.* m_1, *S* subpliciter *S* 42, 2 nemo *S*, ne V_1 *Hunc versum utroque codice traditum delendum esse Zarncke intellexit (cf. 41, 4)* 42, 5 *in S*, *in* V_1 *str. 42 finitur verbis* vivant feliciter, *et altera str. addita est*

Deus qui humiles sublimas, omnium dominus
Celorum possides thronum et fides abyssum,
Qui lamentantes et flentes elisors eleuas
Ad te clamantium preces digna suscipere.
Vox resonauit de celo sic exauditus es.

v. 2 fides V_1, uides *Duemmler*, *v. 3* elisors V_1, elisos *Duemmler*, *v. 4* digna V_1, dignas *Duemmler*, *sed* digna = *dignare. Hanc stropham interpolatori cuidam deberi Zarncke intellexit, cui Ebert frustra oblocutus est.* 43, 1 toti V_1, tı̄ tō, ti *ss.* m_2, *S* 43, 4 omnes *S*, tamen V_1 tumulo, o *ex correctura*, V_1 43, 5 in multis *om.* V_1 Amen *om. S*

43, 1 toti = *omnes.*

LXIII.

1. **A**lexander puer magnus — circumivit patriam
Usque ad mare oceanum, — civitatem † m̄sulā,
Antequam Christus fuisset natus — ex Maria virgine.

2. **B**onus fuit puer magnus, — natus fuit in Africa,
Patrem habuit Philisteum, — matrem de Bethania.
Totum mundum circumivit, — fecit Alexandriam.

3. **C**um totum mundum circumiret, — introivit in tenebras,
Unde gemme speciose — exierunt sine numero,
Unde reges et potentes — ornati sunt in seculo.

4. **D**um in heremo esset, cepit — bestiam dissimilem,
Corpus habuit ut caballus, — caput sicut bubalus;
Centum leuuas mane currit, — vespere renuntiat.

LXIII *V_2 f. 64 str. 1—9 altera manus sed saec. IX praeter ultimum versum in membrana rescripta exaravit. Str. 1 etiam in C i. e. cod. Vat. Christ. reg. 195 s. X f. 50 cf. A. Reifferscheid, Bibl. patr. Ital. I 380, E. Duemmler, Z. f. d. A. XXIV 153. Ex V_2 edidit F. Zarncke, Ber. d. K. Sächs. Ges. d. W. 1877, 57 sq. Quae Zarncke et Zacher apud Zarnckium l. l. metri causa correxerunt, maximam partem sprevi.* 1, 1 circumiuit V_2, circuiuit *C* patriam V_2, patria *C*, Asiam *perperam Zarncke* 1, 2 *sic* V_2, usque ad mare oce ... uosus ciuitatem mensule *C*, civitates, insulas *Zarncke*, civitates Indicas *Vollmer, cf. in adnotatione* 1, 3 fuisset V_2C, fuit *Zarncke, f. recte*, est *Zacher* 3, 1 Cumque mundum *Zacher* in *del. Zarncke* 3, 2 ubi gemmae sp. exstant s. n. *Zacher, f. recte* 3, 3 ornantur *Zacher* 4, 1 coepit V_2 4, 2 corpus *Zarncke*, carpentum V_2 4, 3 renuntiat *sic* V_2, recursitat *Zarncke*

LXIII *Abecedarius mutilus. Schema 8 _ ∪ + 7 ∪ _ ter repetitum. Multi versus prorsus corrupti sunt, ut de singulis certe iudicari non possit; cf. W. Meyer, Ges. Abh. I 209. Carmen desperatum maximam partem abhorret a pervulgata historia Alexandri, (de qua conferas Zacher, Pseudocallisthenes. Halle 1867. Ausfeld, Der griechische Alexanderroman. Leipzig 1907 al.), neque iam invenerunt viri docti, unde poeta quae narravit sumpserit, cf. Zarncke l. c. P. Meyer, Alexandre le Grand dans la littérature française du moyen âge II 45.* 1, 1 puer magnus *idem Alexander dicitur in epistola Iohannis presbyteri (cf. Zarncke, Progr. Lips. 1874 § 17:* istas nempe et alias multas generationes Alexander puer magnus rex Macedonum conclusit inter altissimos montes in partibus aquilonis*) neque minus in duobus codicibus historiae de preliis, Ashburnhamensi et Bruxellensi, cf. P. Meyer l. c. — cf. etiam cod. bibliothecae univers. Cantabrigiensis Ii VI 17 f. 110* Alexander iste qui magnus puer dicitur *(A. Hilka benigne mihi descripsit); cf. etiam Gesta Caroli Notkeri II 15* non audistis, quid fecerit parvus David ingenti illi Goliath vel brevissimus Alexander procerissimis satellitibus suis? 1, 1. 2, 3 circumivit: *cf. ad rh. LXI 2, 2.* patriam *i. e. terram cf. e. g. rh. XXXIX 6, 1* 1, 2 oceánum: *cf. rh. XXXIX 23, 1. Quid in corruptis verbis* civitatem m̄sulā *lateat, ne divinari quidem licet, f.* civitates emensus est *cf. Iul. Valerium (ed. Kübler) III 1* Emensus igitur desertas Indiae regiones ... *an scribendum videtur* atque fines Indiae? *(*beatorum insulas? *cf. Zacher, Pseudoc. p. 141.)* 2, 1 *quae in hac stropha narrantur, alioquin ignota sunt. Zarncke quamvis dubitans huc refert, quod secundum Pseudocallisthenem Nectanabus Aegyptius pater Alexandri fuit. Pro* Philisteum *scribendum esse* Philippum *vix mihi cum Zachero persuaserim.* 3, 1 *haec stropha congruit fere cum Pseudocallisthenis codicibus Leidensi et Parisiensi (ed. Meusel, Fleckeisens Jahrb. Supplementb. V p. 764 cap. 39) καὶ πάλιν ὁδεύσαντες ἤλθομεν ... εἰς τόπους, ὅπου ἥλιος οὐ λάμπει .... 41 καὶ ἐξελθόντων ἡμῶν πρὸς τὸ φῶς εὑρέθησαν χρυσίον δόκιμον λαβόντες καὶ μαργαρίτας μεγάλους τιμῆς ἀξίους.* 4, 1 *sq. bucephalum et odontotyrannum in unum confusos esse Zarnckio adsentior.* 4, 3 leuuas *i. e. leugas.*

5. Exbellator bestiarum cunctaque progenies:
Multas feras interfecit, leones et bubalos,
Elefantes et unicornes, cadunt sine numero.

6. † Fere morte dolus magnus luctusque miserabilis
At spanus et ginneus inierunt consilium
. . . . . .

7. Grifis prendidit altum ascensum viditque mirabilia.
. . . . . .
. . . . . .

8. Hic in altum ⟨cum⟩ subisset, mox mori aestimavit,
Ad dominum deprecatus est, ut potuisset reverti.
In illum locum, ubi descendit, civitatem aedificat.

9. Ibi fecit civitatem, quam dicunt Alexandriam,
Cui macerias fecerunt annos ternos quindecim,
Per quam † binus nominatur magnus Alexandrius.

LXIV.

1. Adpropinquat finis secli, declinantur tempora,
Turbabuntur omnes gentes ante conspectum domini,
Sancti trement in iudicio de maiestate domini.

5, 1 Exbellator V_2, Exbellatur *Zarncke* cunctaque V_2, cunctarum *Zarncke f. recte* 6, 1 *sq. Hanc stropham Zacher hoc modo restituere sibi visus est*

Fertur modo dolus magnus ludusque mirabilis;
Iniit consilium, ut in sporta iuncea
Gryphis prendat altum ascensum: vidit mirabilia.

Probabilius Zarncke tertium versum Gryphis *e. q. s. primum septimae strophae deperditae esse coniecit.* 8, 1 * in altum subiit V_2, i. a. cum subiret *Zarncke* mox mori aestimauit V_2, mox se mori existimat *Zarncke* 8, 2 deprecatus est V_2, est deprecatus *Zarncke* ut potuisse reuerti V_2, ut reverti potuisset *Zarncke, haec fere fuisse arbitror* Ad dominum ut potuisset reverti deprecatus est 8, 3 in illum locum V_2, in locum illum *Zarncke* 9, 2 Cui *Vollmer*, Qui V_2 9, 3 quam *Zarncke*, quem V_2

LXIV V_2 *f. 64. Edidit Dreves, An. hymn. XXIII 53, ipse edidi et enarravi Z. f. d. A. LI 227 sq. editionis Drevesianae ignarus. Strophae 1. 3. 4 laciniae abecedarii cuiusdam* De die iudicii *sunt, str. 2 ex alio rhythmo pro genuina B-stropha huc translata esse videtur.*

5 *de Alexandri venationibus cf. e. g. epistolam Alexandri ad Aristotelem (Kübler, Jul. Valerius p. 190 sq. A. Hilka, Jahresber. d. St. Matthias-Gymnasiums in Breslau 1909).* 5, 1 exbellator *i. e. exbellatur sc. bestiarum cunctarum progeniem: cf. ad rh. II 14, 1.* 6 *bestias morte sodalium gravissime commotas* (Feris morte dolor magnus?) *consilium iniisse (ut iniuriam ulciscerentur?) poetam dixisse arbitror.* 7 *quae in hac stropha exstitisse videntur, denuo ad Pseudocallisthenis codices C et L prope accedunt cf. Zacher p. 142.* 8 hic *i. e. Alexander, non griphus, ut videbatur Zarnckio. Huc rettulerim, quae in codice L Pseudocallisthenis (ed. Meusel l. l. p. 768) leguntur ἤμην δὲ εἰς τέλος νενεκρωμένος καὶ ἡμίθνητος . . οὐκέτι οὖν προσεθέμην ἀδύνατα ἐπιχειρεῖν. Leo, historia de preliis ed. Landgraf p. 131. De condita urbe fontes tacent.* 8, 2 ad dom. deprecatus est: *cf. rh. XXII 1, 3 sq.* ad domnum exoret.

LXIV *Abecedarius mutilus et corruptus. Schema* 8 _ ∪ + 7 ∪ _ *in str. 1 et 3 ter, in str. 2 et 4 quater repetitum, (sed str. 2 ab hoc rhythmo aliena est). Prius hemistichium saepe 9 syllabarum, 10 syll. 2, 3; alterum saepe 8 syll., 2, 4. 4, 4 9 syll. (6 syllab. 4, 1). Synizesis quater. 7 hiatus. Assonantia rara.* 1, 1 *cf. rh. XVII 1, 1.* 1, 2 *cf. 3, 1. Matth. 25, 32.* ante consp. dom.: *cf. 3, 1. 3, 3.* 1, 3 *cf. rh. XXIII 9, 2 sq.*

2. [Benedictus Iesus Christus, qui fuit ante secula.
Mater virgo ipsum portavit pondus nullum sentiens;
Per aurem virginis introivit, exit per portas aureas,
Virginitatem non corrupit potestatem dei filium.]

3. Congregabuntur omnes gentes ante conspectum domini,
Sol et luna extinguentur, redient ad ministerium.
Sancti fulgent in iudicio ante conspectum domini.

4. Dies illa erit magna quasi mille anni,
Ubi venient hostes antiqui parati ad prelia,
Rugientes sicut leones ad devorandas animas,
que per eorum blandimenta eorum egerunt opera.

LXV.

VERSUS GODISCALCHI.

O deus miseri
Miserere servi.

P *f. 98.* ***A*** *(= cod. 33 seminarii Augustodunensis in fol. additicio saec. X). Edidit Traube P. A. C. III 729.*

LXVI.

VERSUS CONFESSIONIS DE LUCTU POENITENTIAE.

Ad caeli clara non sum dignus sidera.

P *f. 99.* ***Be*** *f. 41.* ***A*** *(= cod. Augiensis Caroliruhensis 36) in fol. ultimo.* ***C*** *f. 117.* ***Br*** *(= cod. Bern. 100) f. 94. Edidit Duemmler P. A. C. I 147.*

LXVII.

INCIPIT RITMUM.

1. Ad te, deus gloriose, rerum factor omnium,
Lacrimosis clamo gemens et amaris vocibus:
Poenitenti, Christe, da veniam.

2, 4 Portantem dei filium *coni. Dreves. An* *potens dei filius? 3, 2 redient ad m.: **f.* renuent ministerium (recusant min.?) 4, 1 quasi m. a. V_2, *una syllaba deest, clausula impura.*

LXVII ***P*** *f. 102. Ediderunt Du Méril, Poésies popul. lat. ant. au XII s. 1843 p. 182, Monnier, De Gothescalci et Iohannis Scoti controversia, Paris 1853, p. 19. Dreves, An. hymn. XIX 37. Str. 1 et 2 usque* animam *neumas habent.*

2, 3 *Salzer, Die Sinnbilder etc. 91 sq.; de porta aurea cf. ibid. 26 sq.* 3, 1 *(cf. 1, 2) Matth. 25, 32.* 3, 2 *Matth. 24, 29.* 3, 3 *Matth. 13, 43* 4, 1 dies illa: *cf. ad rh. XVII 1, 1. XXIII 7. Petr. II 3, 8. de* 4, 2—4 *cf. Z. f. d. A. LI 231 sq.* rugientes s. l.: *cf. Petr. I 5, 8.*

LXVII *Abecedarius. Schema* $8 \_ \cup + 7 \cup \_$ *bis repetitum. Prior versiculus* $4 \_ \cup + 4 \_ \cup$ *43ies (de nonnullis dubitaveris). Clausula:* periuros *12, 1. 17 hiatus. Assonantia rarissima. Versus intercalaris.* 1, 1 gloriose: *cf. ad 7, 1.*

2. **B**revis est hec vita nimis et plena miseriis,
Quam secutus ad celestem non levavi animam.
Miserere mei, piissime.

3. **C**onfundor et erubesco ante tuam faciem,
Cum recordor, quanta feci coram te peccamina.
Ab inferno, Christe, nos libera.

4. **D**electatus voluptate carnis vixi reprobe,
Non quesivi voluntatem tuam digne facere.
Poenitenti, Christe, da veniam.

5. **E**pulando resolute me nefandis pollui,
Deceptoriis et blandis corpus meum subdidi.
Miserere mei, piissime.

6. **F**eci malum plus quam omnes viventes in seculo;
Unde tuum supplex posco iam, deus, auxilium.
Ab inferno, Christe, nos libera.

7. **G**loriosam maiestatem et tuam potentiam
Collaudant, adorant cuncti, quam tremunt, archangeli.
Poenitenti, Christe, da veniam.

8. **H**aec est via nam salutis, te deum cognoscere,
Te pro malis exorare unumquemque propriis.
Miserere mei, piissime.

9. **I**ustus es iudex et pius, et rectum iudicium,
In furore tuo, precor, ne me, deus, arguas.
Ab inferno, Christe, nos libera.

10. **K**aro omnis ad examen veniet terribile,
Ubi iusti exsultabunt et merebunt impii.
Poenitenti, Christe, da veniam.

11. **L**uctu plena dies illa et amara reprobis,
Dies ire, dies illa, dies et caliginis.
Miserere mei, piissime.

12. **M**eror gravis homicidas et raptores, periuros,
Ebriosos atque molles occupabit pariter.
Ab inferno, Christe, nos libera.

13. **N**on superbi ac discordes, odiosi, lubrici,
Detractores et mendaces diem hanc effugient.
Poenitenti, Christe, da veniam.

14. **O**bstupebunt et marcescent omnes illic invidi,
Concremabit et avaros ultrix flamma divites.
Miserere mei, piissime.

4, 2 digne *Du Méril*, digna *P* 4, 3 Chr. d. u. *om. P, item in sequentibus str. nil nisi* Poenitenti, Miserere mei, Ab inferno 7, 2 *distinxit Dreves* 9, 1 **f.* iustus iudex es, *sic versus* 4 _ ∪ + 4 _ ∪ *fit.* 12, 1 periuros *P*, plurimos *Dreves* 13, 1 hac *P* 14, 2 flama *P*

2, 2 celestem *sc. vitam.* 7, 1 *sq. cf. rh. XVII 7* gloriosus in sublimi rex sedebit solio, angelorum tremebunda circumstabunt agmina. *XXIII 12.* 9, 1 *deuteron. 32, 4.* 9, 2 *ps. 6, 2* domine, ne in furore tuo arguas me. 11 *cf. rh. XXIII 7. Sophon. 1, 15.*

15. **P**lectet ignis duros corde et tempestas valida,
Iusti autem letabuntur coram summo iudice.
Ab inferno, Christe, nos libera.

16. **Q**ui ex totâ mente sua dilexerunt dominum,
Hi gaudentes conregnabunt illi in perpetuum.
Poenitenti, Christe, da veniam.

17. **R**ex et dicet: 'Maledicti, ite vos in tartarum!'
Sanctis vero: 'Benedicti, venite ad gloriam!'
Miserere mei, piissime.

18. **S**ic clauduntur tenebroso peccatores carcere,
Et ardebunt ut damnati cum stridore dentium.
Ab inferno, Christe, nos libera.

19. **T**unc electi ad promissam hibunt leti patriam,
Ubi vitam sempiternam habebunt cum angelis.
Poenitenti, Christe, da veniam.

20. **V**ita illa deus erit, pax atque securitas,
Quem videbunt congaudentes facie ad faciem.
Miserere mei, piissime.

21. **X**riste, rerum fabricator et redemptor omnium,
Suscipe vocem clamantis ad te, queso, miseri.
Ab inferno, Christe, nos libera.

22. **Y**mnos tibi ut acceptos valeam persolvere,
Da misello de peccatis veram indulgentiam.
Poenitenti, Christe, da veniam.

23. **Z**elo tuo pectus meum fac ardere iugiter,
Ne flamma gehenne meam unquam urat animam.
Miserere mei, piissime.

24. Luctuosum scripsi rithmum querulumque fletibus,
Quo finito mecum omnes clament quoque singuli:
Ab inferno, Christe, nos libera.

18, 1 clauduntur *P*, claudentur *Du Méril* tenebroso *Du Méril*, tenebrosi *P* 18, 2 ut damnati *Du Méril, Dreves*, ut dampnantis *P*, **f.* cum damnatis *sc.* '*diabolo et angelis eius*' *Matth. 25, 41 cf. str. 19, 2* 24, 1 *Querelum *P*

17, 1 *Matth. 25, 41. rh. XVII 13.* 17, 2 *Matth. 25, 34. rh. XVII 9.* 18 *Matth. 22, 13. Luc. 13, 28. rh. XVII 8.* 19, 1 *sq.. Matth. 25, 34. 46. cf. rh. XVII 19, 1* tunc fideles ad celestem sustollentur patriam, choros inter angelorum regni petent gaudia. hibunt *i. e. ibunt.* 20, 1 *cf. Is. 32, 17.* 20, 2 *Cor. I 13, 12, cf. rh. XVII 21, 2.* 24, 1 *cf. Eugen. Tolet. V 1, 2* luctuosis questibus.

LXVIII.

VERSUS DE POENITENTIA.

1. Anima nimis misera,
Infelix, scelestissima,
Probra gessisti omnia,
Tormenta lues pessima.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

2. Brevi pro luxu seculi
Plorabis in perpetuum,
Frustraque ab imo pectoris
Altis gemes suspiriis:
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

3. Calorem que libidinis
Luxuriando reficis,
Stridentibus in mediis
Flammis rugitus tribuis.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

4. Dedisti gule operam
Saturata ad crapulam,
Serpentibus flammivomis
Rodenda in visceribus.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

5. Elegeras in gloria
Vana letari modicum,
Ad imum usque fetidi
Humilianda baratri.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

6. Fornicata es post idola
Sectando avariciam,
Implenda plumbo, sulphure,
Pice, nigro bitumine.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

7. Gaudens que malis proximi,
Invidens bonis socii,
Amasti lutum nimium,
Dirum lues iudicium.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

8. Hesisti omni vicio,
Omni digna supplicio,
Quapropter sine venia
Torqueberis per secula.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

9. In die, quando misera
Hoc absolveris corpore,
Cogita, quam terribiles
Tibi occurrent demones.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

10. Kaminus ignis torridi,
Vermes mortem inpavidi,
Nix, grando, gelu, glacies,
Pruina te suscipient.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

LXVIII *P f. 104. Str. 13 et 14 in Christiani Stabulensis expositione in Matthaeum, Migne P. L. CVI 1464 D et 1465 A. Edidit Monnier, De Gothescalci et Iohannis Scoti controversia, Paris 1853, p. 20, cuius incredibiles errores afferre supersedi. Str. 1—2 Du Méril, Poésies pop. lat. ant. au XII siècle, 1843, p. 183. Dreves, An. hymn. XXIII 45* 1, 3 probrosa *Du Méril* 1, 4 pesima *P* 1, 5 lugenda *P*, lugendum *Dreves* 2, 3 immo *P* 2, 6 da/// *P* 3, 1 Caloremque *P Dreves* 3, 4 tribues *Dreves* 3, 5 *et in sequentibus str. nil nisi* Lugenda *aut* Succurre *P* 4, 3 flamiuomis *P* 5, 3 immum *P* 7, 1 Gaudensque *P Dreves* 7, 3 amasti *Monnier*, amare *P* 10, 3 nix *Dreves*, nox *P* 10, 4 suscipiet *P*

LXVIII *Abecedarius. Schema 8 ◡ _ quater repetitum stropham efficit. 9 syllabarum duo versus. Clausulae: 11, 1. 12, 1. 12, 3. 20, 2. 19 hiatus, sed 2, 3. 6, 1 de elisione cogites. Synizesis 12, 2. Assonantia vel concentu exeuntium syllabarum passim aut bini aut plures versus stropharum inter se ligantur. Versus intercalaris. Bedae hunc rhythmum adtribuit Christianus monachus Stabulensis l. l. 1464 D:* Beda in quodam rhythmi versiculo ingemiscens dicit: nulla erit . . . nuptiis. *(str. 13), cf. ibid. 1465 A:* praefatus Beda in iam dicto rhythmo prosequitur dicens: O quam . . domini *(str. 14)* 2, 1 *cf. rh. XVII 2, 1* brevis totus tum parebit prisci luxus seculi. 2, 2 *Luc. 6, 35.* 3, 3 *Matth. 13, 42, rh. XVII 18, 2* fletus ubi mugitusque *etc.* 5, 1 *sq. Gal. 5, 26* inanis gloriae cupidi. 6, 1 *cf. Ezech. 6, 9* et oculi eorum fornicantes post idola sua. 9, 3 *sq. cf. rh. LXIV 4, 2 sq.* 10, 1 caminus ignis: *Matth. 13, 42.* 10, 2 *Is. 66, 24 (Marc. 9, 45)* vermis eorum non morietur, *construendum igitur est* impavidi mortem.

11. Laudes boni dabunt deo,
Ardebis cum diabolo,
Et cui culpa similis,
Pena plecteris simili.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

12. Magnus erit clangor tube,
Quo mortui vivent seculo.
Stolas binas iusti sument,
Dupla morte tu peries.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

13. Nulla erit susceptio
Salutis vel remedii
Ianua clausa thalami
Completis sponsi nuptiis.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

14. O quam infelix anima
Privata hoc convivio,
Quae ultra in memoriam
Non revertetur domini.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

15. Pete deo clementiam
Ex toto corde, veniam,
Fructusque poenitentie
Dignos age in corpore.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

16. Quam putas iustus dominus
Digna donabit meritis,
Si pro verbo inutili
Vindictam dat iudicii!
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

17. Recogita, miserrima,
Quae egisti in seculo,
Et plora ante dominum,
Ut det misericordiam.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

18. Sola est namque gratia,
Lapsi qua solent surgere,
Qua publicanus, meretrix,
Latro salvatur credulus.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

19. Tua pone in faciem
Peccata gesta noxie
Et poenas tibi debitas,
Sanctorum sedes lucidas.
Lugenda nimis, quia ęternis es
Torquenda cruciatibus.

20. Venturum regem conspice
Paterna in maiestate,
Ignem, qui iusti iudicis
Vultum praeibit fulgidum.
Succurre, Christe, quia benignus es,
Et da misericordiam.

12, 2 scło *P*, saeclo *Dreves* 13, 1 N. e. suspicio *Christian.*, N. e. his susceptio *P* 13, 4 *sic Christianus*, Completispons'7nupciis *P* 14, 2 hoc *Christian.*, *om. P* 17, 2 *secula *P* 19, 1 Tua *P*, **f.* Tuam 19, 2 noxiae *P* 20, 3 *sq. sic Dreves*, ignemque . . . praeibis *P*

11, 2 *cf. rh. LXVII 18, 2.* 12, 1 *Matth. 24, 31.* 12, 2 vivent seculo *i. e. resuscitabuntur.* 12, 3 stolas binas: *cf. Bedae comment. in apocal. Ioh. 6, 11* singulas modo stolas habent animae sanctorum de sua beata immortalitate gaudentes. Resurgentibus autem corporibus iuxta Isaiam in terra sua duplicia possidebunt. 13, 3 *Matth. 25, 10.* 14, 1 *sq. Matth. 25, 12.* 15, 3 *Luc. 3, 8 (Matth. 3, 8).* 16, 3 *Matth. 12, 36.* 18, 3 *sq. Luc. 18, 10 sq. Ioh. 8, 3 sq. Luc. 23, 43.* 19, 1 *stelle vor dein Angesicht, stelle dir vor (cf. ps. 89, 8.)* 19, 4 *Matth. 13, 43.* 20, 1 *Matth. 24, 30.* 20, 3 *cf. rh. XVII 6, 1. Daniel 7, 9 sq.*

LXIX.

VERSUS CUIUSDAM.

Christe rex regum.

P f. 106. Edidit Traube, P. A. C. III 727 inter Godescalci carmina.

LXX.

INCIPIT CARMEN.

Spes mea, Christe.

P f. 108. Edidit Traube, P. A. C. III 725 inter Godescalci carmina.

LXXI.

VERSUS PAULINI DE HERICO DUCE.

Mecum Timavi saxa novem flumina.

P f. 116. Be f. 18. Br (= cod. Bernens. 394) f. 1. Edidit Duemmler, P. A. C. I 131. Holder-Egger in appendice ad Einhardi vitam Karoli (SS. rer. Germ.) p. 44 sq.

LXXII.

VERSUS GODISCALCHI.

Ut quid iubes, pusiole.

P f. 131. A (= cod. 33 sem. Augustodun. in fol. additicio s. X). Edidit Traube, P. A. C. III 731.

LXXIII.

PLANCTUS UGONI ABBATIS.

Hug dulce nomen.

P f. 133. Edidit Duemmler, P. A. C. II 139.

LXXIV.

VERSUS DE BELLA QUAE FUIT ACTA FONTANETO.

Aurora cum primo mane tetram noctem dividet.

P f. 136. F (= cod. Fabariensis saec. IX, nunc archivi Sangallensis). K (= comitum de Dzialinski Kornikanus Posnaniensis provinciae 124 saec. IX) f. 1. Edidit Duemmler, P. A. C. II 138. E. Müller in appendice ad Nithardum (SS. rer. Germ.) p. 52 sq.

LXXV.

VERSUS DE NATIVITATE DOMINI.

1. Nunc tibi, Christe,
Carmina leta,
Laudes canamus
Pectore toto
Menteque pura
Perpete voto.

2. Laus tibi semper,
O deus alme,
Mitis ubique,
Magnus in alta
Sede polorum,
Sanctus in aevum.

3. Unica patris
Almaque prolis,
Sophia, virtus,
Sola salutis
Spes, vita nostra,
Pacis et auctor.

4. O deus orbis
Omnicreator
Cum patre regnans
Perpes in evum,
Flamine sancto,
Verus et unus.

5. O deus alme
Altipotensque
Nomine trinus
Namque, sed unus,
Te mare laudat,
Terra polusque.

6. Qui patris alta
Sede per alvum
Virginis almam
Inviolate
Natus in orbem
Nostra petisti.

7. O quae stupenda
Res fuit acta:
Conditor orbis
Est homo factus
Estque creatus
Ipse creator!

8. Et deus altus
Omnipotensque
Ubera suxit
Parvula matris,
Presepe parvus
Pausat ut infans,

9. Qui regit omne
Atque cibavit,
Quidquid ubique
Vivit, ubique
Namque per illum
Omnia constant.

10. Crevit ut etas
Certe per annos
Terque decennis
Tinctus in undis
Gratia plenus
Iordanis amnis.

LXXV *Str. 1—26 in* **M**, *de quo cf. supra p. 454 (str. 1—5 in fol. 161^v, str. 6—26 in fol. 162^r manu s. XIV). Ipse descripsi. Str. 1—3, 4—12, 14—21, 23—26 in* **P** *f. 138. Contulit mihi H. Lebègue. Str. 1—8 in* **L** *(= cod. Lipsiens. Rep. I 74) f. 13^r, quem fuse descripsit et contulit M. Haupt, Opusc. acad. I 286 sq., R. Ehwald, Aldhelmi carmina. Auct. ant. XV 48. Str. 1. 2. 26 in cod.* **R** *(= Moissiacensi bibliothecae Rossianae) f. 61^r. Contulit mihi M. Tangl. Str. 22—26* **F** *l. c. p. 84. Ex R edidit Dreves, An. hymn. II 80, ex P idem An. hymn. XIX 10, ex F Duemmler P. A. C. II 257, ex L M. Haupt l. c. — Poeta carmen metricum conficere voluit (sed cf. v. 7, 1. 8, 5. 10, 5), ego ex sylloga excludere nolui, quia in duobus codd., P et F, exstat. Tit. sic P, om. MLF,* Ad tercia *R* 1, 1 unc *M* 1, 3 laudes *PR,* laude *ML* canamus *PR,* canemus *ML* 1, 5 menteque pura *PR,* puraque mente *ML* 2, 1 *sq.* Laus tibi semper o (d̨o *L)* d. a. *PML,* O deus alme omnipotensque *R* 2, 3 mitis *MLR,* mittis *P* 2, 4 alto *R* 2, 5 sedes, *altera* s *erasa, P* 2, 6 nostra petisti *R (cf. 6, 6) str. 3—25 om. R* 3, 5 uita nostra *M,* ui/ę nr̄ę *P,* uie nostre *L str. 4 om. P* 4, 5 fla/mine *L* 4, 6 unis|nus *L* 5, 1 O deus *MP, om. L* 5, 5 mare *ML,* mane *P* 5, 6 polusque *ML,* polūq; *P* 6, 1 Qui patris alta *MP,* Rege patris alta *L* 6, 3 almam *MP,* almum *L* 6, 5 natus *MP,* namque *L* orbem *M,* orbe *PL* 7, 1 O que *ML,* O quam *P* 7, 2 res *L,* re *PM* 7, 5 estque *ML,* est et *P* 8, 1 altus *ML,* alte *P* 8, 5 paruus: *hic finit L* 9, 1 omne *P,* omnem *M* 10, 1 ut *MP,* **fort.* et? 10, 2 certe *M,* certa *P* 10, 6 amnis *P,* annis *M*

LXXV *De metro cf. supra.*

11. Spiritus almus
Utque columba
Venit in illum,
Vox sonat atque:
'En meus iste
Filius est iam.'

12. Postque peregit
Plurima mundo
Signa salutis,
Suscitat atra
Morte peremptos
Mentis ut auctor.

13. Ac documentis
Agmina plebis
Tramite vite
Traxit ad alta
Regna polorum
Rite magister.

14. Et pius auctor
Plurima postquam
Verba salutis
Fudit in aures
Dulcibus odis
Discipulorum,

15. Tempora cernens
Tota peracta
Curriculorum,
Ut redimeret
Sanguine fuso
Secula cuncta,

16. Tunc homo Christus,
Agnus honestus,
Immaculatus,
Hostia pura,
Sponte volebat
Namque moriri.

17. In cruce passus,
Inde levatus
Atque sepultus
In monumento
Marmore tecto
Maximus heros.

18. Venerat et post
Tristia facta
Tertia solis
Lux pia terris,
Surgit ab atra
Morte redemptor.

19. Cernit et illum
Turba suorum
Discipulorum
Et crucis alme
Vulnera dura
Vidit in illo.

20. Hoc fuit utque
Totus in illum
Crederet orbis,
Quem quoque celi
Scandere regna
Viderat alta.

21. Laudis honor cui
Sit, rogo, semper
Cum patre summo
Perpes in evum,
Gloria, virtus
Iam sine fine.

22. Sophia patris,
Christe magister,
Munera lingue
Dulcia nostre
Da, deus auctor
Rexque redemptor.

11, 2 columba *P*, columbe *M* 11, 4 ãque, t *ss.* m_1, *P* 11, 5 Hen *P* 12, 1 peregit *P*, pergit *M* 12, 4 suscitat *P*, sauciat *M* 12, 5 peremtos, p *ss.* m_1, *P* 12, 6 ut *M*, et *P* auctor *M*, actor *P* *str. 13 om. P* 14, 2 postquam *M*, perquam *P* 14, 4 fundit *P* 15, 4 redimeret *MP*, **f.* redimiret? 16, 2 onestus *P* 16, 4 ostia *P* 16, 6 namque *P*, tamq̃ *M* 18, 3 **f.* tertii 19, 4 alme *P*, e *ex* a *corr. M* 19, 5 dura *MP*, dira *Dreves* 21, 1 *sic M; in P*

Lausque et honor
Cui sit rogo
Semper cum patri
Summoque deo
Gloria virtus
Iam sine fine

str. 22 *om. P; F hic incipit*

15, 4 *fort. poeta forma* redimiret *pro* redimeret *usus est.* 16, 6 moriri: *cf. rh. XVII 17, 2.*

23. Semina verbi
Sparge per orbem
Gentibus, ut te
Rite canentes
Laudibus ornent,
Lucis amator.

24. Psallite summo,
Psallite regi,
Psallite Iesu,
Psallite Christo,
Psallite vivo,
Psallite vero.

25. Osanna in altis,
Osanna in astris,
Osanna in arvis,
Osanna in undis,
Osanna in istis,
O Deus, odis.

26. Gloria patri,
Gloria nato,
Gloria sancto
Spiritui, qui es
Summa potestas
Sanctaque virtus.
Amen.

LXXVI.

VERSUS DE ACCIPITRE ET PAVONE.

1. **A**vis hec magna
Ad astra tendit
Alta, sublimes
Aspergens voces
Agnum conlaudat
Auctorem cunctis.

2. **B**onus plasmator
Bene laudetur.
Bona per orbem
Bene formavit,
Bona percomplens
Benigne tegit.

3. **C**ontectas plumis
Concussit pennas.
Cauda coruscat
Colore fulgens.
Cantum emittit,
Cunctis precellit.

4. **D**ilatat pavo
Dignis triumphis
Diversis modis
Duo in rotis,
De parvis membris
Decior cunctis.

5. **E**xtrema die
Extincto sole
Excelsus subens
Evadat mala,
Extendens plumis
Evolat summis.

23, 1 Semine *P* 23, 5 ornent *MF*, ornant *P* 23, 6 lucis *MF*, dulcis *P* 24, 1 summi *ex* summo *corr.* m_1 *P* 24, 3 Iesu *MF*, Christo *P* 24, 4 Christo *MF*, deo *P* 25, 6 odis *MF*, omnis *P* *str. 26 etiam in R* 26, 4 qui es *MFR*, quus *P* 26, 5 suma *R* 26, 6 sanctaque uirtus *MF*, sanctus in euum *P* amen *om. F*

LXXVI **Be** *(cf. p. 450) f. 13. Edidit Hagen, Carm. med. aevi p. 75, Dreves, An. hymn. XLVI 384. Versibus 1—6 neumae superpositae sunt.* 1, 6 **f.* cuncti *i. e. cunctorum* 2, 6 benigna *Be, corr. A. Riese, Litt. Zentralbl. 1877, 309* 3, 1 contectis *Be, corr. Havet, Romania VI 273 sq., et Riese l. l.* 4, 4 **f.* rotas? 4, 6 Ditior *Hagen* 5, 2 extinctus *Be, corr. Havet cf. ad 3, 1* 5, 3 excelsa *Vollmer* rubens *coni. Havet, idem 5, 5* plumas 5, 4 male *Be, corr. Dreves* 5, 6 sumis *Be*

LXXVI *Abecedarius artificiosus sed perquam difficilis intellectu. Seni adonii rhythmici singulas strophas efficiunt. Nonnullis locis una syllaba addenda aut delenda est. 13, 1* exítus. *hiatus 4, 4. 9, 6. 14, 1. 16, 6; assonantia rara.* 1, 1 *i. e. accipiter.* 4, 6 decior *i. e. decorior.* 5, 3 *i. e. subiens?* 5, 4 evadat *i. e. evadit?* 5, 6 extendens plumis evolat: *zeugma.*

6. Fortis acceptor,
Firmior pavo:
Ferocem sive
Fidus despexit;
Felix invictus
Firmus permansit.

7. Gloriam ipsi
Gaudens vicisse
Girans in circo
Gestans in plumis,
Gavisus canit,
Gloria pompis.

8. Hic ⟨in⟩ volatu
Hangeli vultu
Honesto modo,
Hilari vultu,
Hoc est mirandus
Huius aspectus.

9. In tempus veris
Ignis et floris
Iungunt pennata,
Invitant pascha,
Invicem sonant
Ipse et pavo.

10. Largum ⟨tum⟩ plaudent
Linguis vibrantis.
Liquescet melle,
Longe sonantur
Laudantque patrem
Lęti canentes.

11. Mirum probatur
Mortua carnis,
Multum post tempus
Marcida liquens.
Malique musce
Minime tangit.

12. Nullusque tempus
Numquam excedit,
Nullusque vermis
Numquam voratur,
Nec ullus quidem
Non invenitur.

13. Ovum exitus,
Oblitus nidi,
Ornatus plumis
Oportet cauda
Obvia cunctis
Offerens bella.

14. Pulchra est iuncta
Pavone pugna.
Pergunt simul
Pedes vibrantes,
Plagis cruentis
Pectus adtendunt.

15. Quam pulchri, totus
Quasi platanus.
Qui hoc viatus
Quem quod gemmatus
Quod videns pectus
Quasi zmaragdus.

16. Regali ritu
Rutulet pavo.
Recto cum digno
Regali cibo
Regali . . . .
Regali esso.

17. Satisque pinguis
Satiat nimis.
Sapor vel gustus
Satiat pectus,
Solusque bonus,
Similis nullus.

6, 2 pavo *Hagen*, pauor *Be* 6, 3 **f.* sibi fidus *i. e. sibi fidens* 8, 1 in *add. Havet* Huic vol. *Dreves* 8, 2 angeli *Be* vultus *Dreves* 8, 6 aspectu *Be, corr. Hagen* 9, 1 uiri *Be, corr. Hagen* 9, 2 et floris *Dreves*, cum floris *Be*, Iris cum floret *Hagen*, hymnis cum floribus *Havet* 10, 1 *largum plaudant *Be*, perplaudunt *coni. Havet*, hi pl. *Dreves* 10, 2 uibrantes *Hagen* 10, 3 **f.* liquent *(sc. voces)* ut liquescunt *Dreves* 10, 6 canemus *Be, corr. Hagen* 11, 4 linquens *coni. Hagen* 11, 6 tangunt *Dreves* 12, 3 **f.* verme, *an* vermis *pro* vermibus? 13, 2 oblitus *Dreves*, oblitum *Be* nidu *Be, corr. Hagen* 13, 4 **f.* oppandit? *sc.* cauda(m) 13, 5 **f.* obviis 14, 3 **f.* insímul; simitu *coni. Winterfeld*, simulque *Dreves* 15, 3 qui hoc uiatus *Be*, qui ornatus *coni. Riese* 15, 4 quem quod *Be*, quasi *coni. Riese* 15, 5 uidens *Be*, nitet *coni. Riese, qui de phoenice ave admonet* 16, 2 rutulat *Hagen* 16, 5 *lacuna in codice est* 16, 6 *an* esu? *Hagen*

6, 1 acceptor *i. e. accipiter.* 7, 4 gestans *sc. gloriam?* 7, 6 *ein Schmuck für . .* 10, 1 plaudent: *cf. 16, 2 et ad rh. VIII 4, 1.* 10, 2 *i. e. vibrantes.* 11, 2 carnis *nominativus est.* 11, 5 *i. e. malae muscae . . tangunt?* 13, 1 *intellego: postquam ovo exiit.*

18. Trinitas summa,
Tibi sit gloria.
Tu factor bone,
Tu cunctis vita,
Tantaque magna
Tegit sub astra.

19. Vnumque trinum
Vnus triumphis.
Verus occisus,
Verus aternus,
Volans ad celum,
Vivens aeternus.

20. Xristus est natus,
Xristus est passus,
Xristus in cruce,
Xristus decessit,
Xristus sepulchro,
Xristus surrexit.

LXXVII.

1. Qui signati estis Christo,
Mementote repromisso,
Quod daturum se in cęlo
Vobis dixit in futuro.
Abicite vana loqui.

2. Habetote in prospectu
Reddituros vos de actu
Rationem coram deo,
Qui venturus est e caelo.
Abicite vana loqui.

3. Hoc de verbis ociosis
Idem clamat in scripturis.
Ideo, rogo, cavete
Leve carmen personare.
Abicite vana loqui.

4. Actus vestros immutate
Et corrigere studete
Et dignum deo parate
Habitaculum in corde.
Abicite vana loqui.

5. Ora vestra, quę factorem
Confitentur, ad devotam
Semper sint parata laudem,
Sicut decet conditorem.
Abicite vana loqui.

6. Et quid prodest hic lętari,
Si contigerit tristari,
Ubi est perennis vita
Gaudia quoque mansura?
Abicite vana loqui.

7. Ne, quęso, deludat presens
Gaudium meos sodales,
Sed condite adipisci,
Ad quod estis invitati.
Abicite vana loqui.

8. Non est gaudium, quod finis
Angustat deceptionis,
Sed est, laqueos qui nectit
Ignaros atque subvertit.
Abicite vana loqui.

18, 1 sumat *Be, corr. Hagen* 18, 5 tantaque *Be* 18, 6 tegis *Hagen* 19, 2 triumphus *voluit Hagen,* triumphes *Havet l. l.* 20, 4 decessit *Hagen,* se iussit *Be* 20, 5 *in sepulchro *Be* 20, 6 *resurrexit *Be*

LXXVII ***Be*** *f. 25 Primae strophae neumae superscriptae sunt. Edidit Hagen, Carmina medii aevi 98. Dreves, An. hymn. XLVI 353* 1, 2 *quominus* repromissi *scribamus, homoeoteleuton obstare videtur* 2, 1 Habeto^{te}, *te ss.* m_1, *Be* 5, 2 ac devotam *Be, corr. Hagen* 5, 3 parate *(cf. 4, 3) B, corr. Hagen* 7, 1 Nequae sodelutat m_1, *corr.* m_2 *B* 7, 3 *vox* condite *corrupta esse videtur,* **f.* tendite? certate? contendite *Dreves depravato versu* 8, 3 sedē *Be* laqueos *Hagen,* laqueu' *Be* 8, 5 uā *Be*

LXXVII *Schema 8 _ ⏑ quater repetitum stropham efficit. 12 hiatus. Saepe duo aut plures versus strophae inter se assonant aut concinunt. Versus intercalaris. Conferas ad hunc rhythmum n. XVII, XXIII, LXVII.* 1, 1 *Ephes. 1, 13* Christo . . . in quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto. *(Eph. 4, 30. Cor. II 1, 22.)* 1, 3 *Matth. 25, 34.* 1, 5 vana loqui: *cf. e. g. ps. 11, 3.* 2, 1 *sq. cf. rh. XXIII 6 sq.* 3, 1 *sq. Matth. 12, 36.* 4, 4 *Ioh. 14, 23 al.* 7, 4 ad quod *sc. gaudium aeternum.* invitati: *cf. ad str. 9.*

9. Nuptias Christus paravit,
Ad quas omnes invitavit:
Ergo vos tante exortes
Eritis felicitatis?
Abicite vana loqui.

10. Eritis utique, veste
Si caretis nuptiali,
Ligatique in tenebras
Proiecti exteriores.
Abicite vana loqui.

11. Ubi est fletus ac stridor
Dentium et vastus orror,
Timor et tremor ęternus
Et perennis cruciatus.
Abicite vana loqui.

12. Ibi sunt idri mordaces
Et flamme nimis ędaces,
Ibi horrida vorago
Et teterrima caligo.
Abicite vana loqui.

13. Haec sunt dona inimici
Et non sunt alia vestri,
Hęc suis semper largitur
Crudelis et muneratur.
Abicite vana loqui.

14. Auferat deus a vobis
Et a vestris animabus,
Ut non his damnati poenis
In perpetuum ploretis,
(Amen sic faciat deus),

15. Sine fine sed cum Christo
Liberati ab hoc malo
Mereamini lętari
Et cum sanctis gloriari.
Amen sic fatiat deus.

16. Tibi laus, Christe redemptor,
Qui es omnium protector,
Nunc et semper et in evum
Per secula seculorum.
Amen sic fatiat deus.

LXXVIII.

VERSUS DE ANNUNTIATIONE MARIAE.

1. Angelus domini venit ad virginem:
Ave Maria, dominus tecum est,
Beata virgo et dei genetrix.

2. Beata virgo et dei genitrix,
Quae meruisti portare dominum!
Beata virgo et dei genetrix.

3. Casta est enim semper virginitas,
Quam supervenit caelestis gratia.
Beata virgo et dei genetrix.

11, 4 perennis, *altera* e *ex* a, *Be* 14, 5 Amen — deus *in ras., versum intercalarem* Abicite *etc. subfuisse patet.*

LXXVIII *F p. 83. Cum hoc rhythmi fragmentum a solo Browero servatum artissima necessitate cum rh. VI coniunctum sit, dubium non est, quin huc pertineat. Titulus fortasse a Browero additus est. De schemate cf. rh. VI. 3 hiatus. Homoeoteleuton nullum, assonantia str. 3.*

str. 9 sq. cf. Matth. 22, 2 sq. 9, 3 exortes *i. e. exsortes.* 10, 1 eritis *sc. exortes Matth. 22, 13 sq.* 12, 1 *i. e. hydri.*

LXXVIII 1, 1 *cf. Luc. 1, 28.* 3, 1 *cf. rhythm. VI 3, 1.* 3, 2 *cf. Luc. 1, 35.* *strophae D—Z desunt (a Browero spretae?).*

RHYTHMI
EX VARIIS CODICIBUS COLLECTI.

Eos rhythmos, quos ex codicibus deprompsi aut in monasterio s. Galli exaratis aut cum illa sylloga Sangallensi cohaerentibus (cf. supra p. 454), iam sequuntur nonnulli ex variis codicibus collecti, quos ad aevum Merovingicum Carolinumve pertinere aut aetate librorum manuscriptorum aut ipsa indole carminum efficitur. Omissi sunt 1. omnes hymni, 2. paucis exceptis ei rhythmi, qui in prioribus Poetarum latinorum aevi Carolini ceterisque Monumentorum Germaniae voluminibus iam editi sunt, 3. omnes rhythmi Hispanorum et insulares praeter Gildae orationem nuper a Guilelmo Meyer repertam, quam eo libentius recepi, quia etiam Gildae chronici fragmenta in Auctoribus antiquissimis vol. XIII edita sunt. Quo tempore, quibus in regionibus singula carmina composita sint, raro diiudicari potest: nullum ergo certum ordinem servavi. Sed agmen ducat antiquissimus ille rhythmus Auspicii.

LXXIX.

EPISTULA AUSPICI EPISCOPI ECCLESIAE TULLENSIS AD ARBOGASTEM COMITEM TREVERORUM.

1. Praecelso et spectabili
His Arbogasti comiti
Auspicius, qui diligo,
Salutem dico plurimam.

2. Magnas caelesti domino
Rependo corde gratias,
Quod te Tullensi proxime
Magnum in urbe vidimus.

LXXIX *V f. 19 i. e. cod. Vaticanus Palatinus 869 olim sancti Nazarii Laurissensis, saeculo IX multis cum mendis scriptus, saeculo XI/XII ab altera manu sagacissime correctus, quas correctiones, licet coniecturae sint, persaepe pro rusticitate prioris manus Merovingicae recipiendas esse W. Brandes docuit. Usus sum schedulis photographis. Ediderunt post Marquardum Freher, Corpus Francicae historiae veteris et sincerae, Hanoviae 1613 I p. 200, plurimi, sed sufficit ultimas attulisse editiones: W. Gundlach, M. G. Ep. Mer. III 135, qui operi non par erat, W. Brandes, Des Auspicius von Toul rhythmische Epistel an Arbogastes von Trier. Wolfenbüttel 1905 (Progr.), W. Meyer, Die rythmischen Iamben des Auspicius. Nachr. d. k. Gesellsch. d. Wissensch. z. Göttingen 1906, 192 sq. W. Brandes et W. Meyer de rhythmo recensendo et enarrando optime meruerunt, ad eorum libros lectorem relegatum esse volo.* 1, 1 et spectabili *Bucherius*, expectabili *V*

LXXIX *Schema 8 ◡ – quater repetitum stropham efficit; in codice bini versiculi continuo scripti sunt. Singuli versiculi post tertiam aut quintam syllabam inciduntur praeter 1, 3. 6, 1. 7, 3. 9, 2. 9, 4. 25, 1. (28, 1) 41, 1. Clausulae purae, 22, 2* desaevit *corruptum. 13 hiatus. Assonantia rara. Conferas W. Brandes et W. Meyer l. l., P. Maas, Byzant. zs. XVII 239 sq., 587 sq., F. Ramorino, Rivista Storico-Critica delle Scienze teologiche II 374 sq. W. Meyer, Lateinische Rythmik und byzantinische Strophik, Nachr. d. k. Ges. d. W. z. Göttingen 1908, 194. W. Brandes, Die Epistel des Auspicius und die Anfänge der lateinischen Rhythmik. Rhein. Mus. LXIV, 1908, 57 sq. W. Meyer, Die drei Arezzaner Hymnen des Hilarius und etwas über*

3. Multis me tuis actibus
Laetificabas antea;
Sed nunc fecisti maximo
Me exultare gaudio.

4. Maior etenim solito
Apparuisti omnibus,
Ut potestatis ordinem
Inlustri mente vinceres,

5. Cui ⟨hic⟩ honor debitus
Maiore nobis gaudio,
Nondum delatus nomine,
Iam est conlatus meritis.

6. Plus est enim laudabile
Virum fulgere actibus,
Quam praetentare lampadem
Sine scintille lumine.

7. Sed tu, qui totis gradibus
Plus es quam esse diceris,
Erit credo velocius,
Ut ⟨nomen⟩ reddant merita.

8. Clarus etenim genere,
Clarus et vitae moribus,
Iustus, pudicus, sobrius
Totus inlustris redderis.

9. Pater in cunctis nobilis
Fuit tibi Arigius,
Cuius tu famam nobilem
Aut renovas aut superas.

10. Sed tuus honor novus est
Eiusque tibi permanet,
Et geminato lumine
Sic tu praeluces omnibus.

11. Cuiusque, nemo dubitet,
Felicitati praestitum,
Ut superesset genetrix
Tibi laudanda omnibus;

12. Quae te sic cunctis copiis
Replet et ornat pariter,
Ut sis habundans usibus
Et sis decorus actibus.

13. Congratulandum tibi est,
O Trevirorum civitas,
Quae tali viro regeris
Antiquis conparabili.

14. De magno, credo, semine
Descendit sui nominis:
Certe virtutis eius est,
Ut Arbogastes legitur.

4, 1 solito *Brandes*, solitus m_1, solus m_2 *V*, subito *Ramorino; in marg.* r *i. e. require V* 4, 4 illustri m_2, inlustrae m_1 *V* 5, 1 hic *add. Brandes,* cui sic *vel* cui que *Gundlach,* sic cui *Ramorino* 5, 4 conlatus m_1, collatus m_2 *V* 6, 1 laudabile *W. Meyer,* laudabilẽ *V* 6, 3 lampadem *(sive* lampadam*) W. Meyer,* lampadãe *V,* lampada *Freher* 6, 4 sine m_2, fine m_1 *V* 7, 1 qui *V,* quod *(sive* quia*) coll. L. Müller, De re metr. 273. Huemer, Unters. ü. d. ältesten lat. christl. Hymnen 33. 35) Brandes, ut anacoluthum deleret* 7, 2 est *V* diceris m_2, diceres m_1 *V* 7, 3 *sq.* eris, credo, velocius, ut reddunt ⟨tua⟩ merita *Vollmer* 7, 4 nomen *add. Brandes,* laudem *add. Gundlach* 10, 1 novus *(aut* vivus*) Ramorino,* eius *V* 10, 4 praeluces m_2, *in marg.* vel p̄cluis m_2, praelucis m_1 *V* 11, 1 Cuiusq;, q; *super lin.* m_1, *V,* cuius, quod *Hofmeister* 13, 2 Treuirorum *V,* Treuerorum *Brandes cf. in titulo* 13, 4 comparabili *Freher,* comparabilem m_1, comparabilis m_2 *V* 14, 2 sui *Ramorino,* tui *V,* ortus *Brandes* 14, 4 Arbogastes *Brandes,* Arbogastis *V*

Rythmus. Nachr. d. k. Ges. d. W. z. Göttingen 1909, 373 sq. 1, 2 *De Arbogaste comite Treverensi cf. Sidon. Apollinar. ep. IV 17 Auct. ant. VIII 68:* Sidonius Arvogasti suo salutem. .... laetor saltim in inlustri pectore tuo vanescentium litterarum remansisse vestigia, quae si frequenti lectione continuas, experiere per dies, quanto antecellunt beluis homines, tanto anteferri rusticis institutos. De paginis sane quod spiritalibus vis ut aliquid interpres improbus garriam, iustius haec postulantur a sacerdotibus loco propinquis, aetate grandaevis. ... Namque ut antistitem civitatis vestrae relinquam, consummatissimum virum cunctarumque virtutum conscientia et fama iuxta beatum *(procul dubio Iamblichum),* multo opportunius de quibuscumque quaestionibus tibi interrogantur incliti Galliarum patres et protomystae, nec satis positus in longinquo Lupus nec parum in proximo Auspicius, quorum doctrinae abundanti eventilandae nec consultatio tua sufficit. 1, 3 *De Auspicio episcopo Tullensi cf. Sidon. Apollin. ep. VII 10 Auct. ant. VIII 117, Brandes l. l. p. 14 sq., qui rhythmum a. 475 fere scriptum esse suo iure coniecit.* 4, 1 *et 8, 1 legas* ēténim. 8, 3 *cf. Tim. I 3, 2. Tit. 1, 8.* 9, 2 *De Arigio patre nihil scimus.* 14, 1 *sq. comitem Treverorum cum claro illo mercenariorum duce cognatum fuisse ex hoc loco facile conieceris, sed nihil de hac re compertum habemus.*

15. Scribantur in annalibus
Huius triumphi pariter,
Sicut et eius scripti sunt,
Quem supra memoravimus.

16. Sed hoc addamus meritum
Huic, quo vere maior est,
Quod Christi nomen invocat
Religioni deditus.

17. Fuit in armis alacer
Ille antiquus, verum est,
Sed infidelis moritur
Et morte cuncta perdidit;

18. Hic autem noster strenuus,
Belligerosus, inclitus
Et, quod his cunctis maius est,
Cultor divini nominis.

19. Nunc autem, fili sapiens,
Quaeso dignanter accipe
Tui cultoris paginam,
Quam ex amore porrigo.

20. Primum deposco, copias
Conlatas tanta gratia
In te conserves integras,
Et bonis multis affluas.

21. Unum repelle vitium,
Ne corda pura inquinet,
Quod esse sacris scribitur
Radix malorum omnium:

22. Cupiditatem scilicet,
Quae in alumnos † desaevit
Nec saeva parcit rabie,
Quorum amore pascitur.

23. Hos, inquam, semper devorat,
Famem edendo proferens,
Et velut ignis addito
Succensa crescit pabulo.

24. Sed haec non ita dixerim,
Quod te hoc damnem crimine,
Tamen deposco diligens,
Ut nec scintilla vulneret;

25. Quam si forte inprovidus
Quandoque inescaveris,
Scito, flagrabit nimium
Augendo in incendium.

26. Tende per mundum oculos,
Cerne primates saeculi
Aut interire cupidos
Aut in periclis vivere.

27. Conradunt, quaerunt, inhiant
Velut sagaces avidi,
Et haec nec ipsi possident,
Sed nec relinquunt posteris.

28. Tamen non generaliter
Ista de cunctis dixerim,
Sed ut paucorum dedecus
Sit multis emendatio.

29. Tu autem, vir eximie,
Iudex multorum providus,
Tui repente pectoris
Secreta iudex perspice.

30. Huius si ullam senseris
Parvam veneni guttulam,
Dulci perfunde oleo,
Ne serpat in visceribus.

15, 1 Scribantur *V*, Scribentur *coni. Brandes* 15, 3 scripti m_2, scripta m_1 *V* 16, 2 quo *Brandes*, quem m_1, qui m_2 *V* 16, 3 maior est m_2, maiorem *(i. e.* maior ē *cf. rh. LXXVII 8, 3)* m_1 *V* 20, 1 copias *Brandes*, cupias *V* 20, 2 gratia m_1, gratias m_2 *V*, *an** tantae gratiae? 20, 4 affluas *V*, affluas *W. Meyer* 22, 2 quem m_1, que *radendo correctum V* 22, 3 rabie *Brandes*, rabiem *V* 23, 1 Hos *V*, Haec *coni. Brandes* 23, 2 edendo proferens *Brandes*, edendum perferens m_1, edendam perferens m_2 *V*, edendi perf. *Freher* 23, 3 *sq.* addito ... pabulo m_2, additum ... pabulum m_1 *V* 24, 1 non ita non m_1, non ita m_2 *V* 24, 4 uulneret m_2, uulnere m_1 *V* 25, 3 scito m_1, *sed* s *adrasa (*m_2*?) V*, cito *Gundl., W. Meyer* flagrabit m_2, flagrauit m_1 *V* 25, 4 augendo in *Vollmer*, augendum in *V*, augendi rem *Brandes* 26, 2 cerne *V*, cernes *Brandes* primates m_2, primate m_1 *V* 27, 1 Conradunt m_1, corradunt m_2 *V* inhiant m_2, iniant m_1 *V* 27, 2 sagaces, *super lin.* vel canes m_2 *V*, rapaces *Gundl.* 28, 3 dedecus m_2, deditus m_1 *V* 28, 4 emendatio *Freher*, emanatio *V* 29, 1 eximiae *V* 30, 2 ueni m_1, *corr.* m_1 *V* 30, 3 dulci m_2, dulce m_1 *V*

16, 4 *cf. rh. IX 7, 2. 17, 1.* 20, 4 *Ierem. 30, 10* et cunctis affluet bonis. *Zach. 1, 17.* 21, 4 *Tim. I 6, 10* radix enim omnium malorum est cupiditas. 25, 3 *sq. Eccl. 11, 34.* 27, 2 sagaces *i. e. canes.* 30, 3 *sc. oleo misericordiae, de quo cf. Ambr. in ps. CXVIII serm. 14, 7 Migne XV 1464* hoc oleum curat aegrotos; misericordia enim a peccato liberat. *(Brandes.)*

31. Nec hoc ignoras oleum
Pro tui sapientia,
Quod est cunctorum pauperum
Mercatum elemosinis.

32. His te exerce studiis,
Haec cuncta bona perage,
Ut mera tibi maneant
Et perseverent gaudia.

33. Nam parum esse noveris,
Si quisquam nulla rapiat
Et obdurato pectore
Sua precludat miseris;

34. Non multum sibi consulit,
Qui sic evitat rabiem
Cupiditatis, ut simul
Incurrat avaritiae.

35. Nam ista duo crimina
Velut cognata genere
Et geminata specie
Nimis coniuncta permanent.

36. Haec qui sectantur miseri,
Hoc uno distant vitio,
Quod unus horum malus est
Et ille alter pessimus.

37. Unde, mi cara dignitas,
Tu quaeso, fili unice,
Sic ab alienis abstine,
Ut tua sanctis tribuas,

38. Illudque super omnia
Memor in corde retine,
Quod te iam sacerdotio
Praefiguratum teneo.

39. Hanc quaeso serva gratiam
Et illis cresce meritis,
Ut praelocuta populi
Vox caelo sacra veniat.

40. Sanctum et primum omnibus
Nostrumque papam Iamblichum
Honora, corde dilige,
Ut diligaris postmodum;

41. Cui quidquid tribueris,
Tibi in Christo pręparas,
Haec recepturus postmodum,
Quae ipse seminaveris.
Explicit.

31, 2 tui *V*, tua *Brandes* 31, 3 cunctorum *V*, **f.* multorum 32, 3 mera *Brandes*, mea *V*, uera *Ramorino* 33, 2 nullam, *sed* m *adrasa*, *V* 33, 3 pectore m_2, pectora m_1 *V* 33, 4 precludat m_2, recludat m_1 *V* 35, 2 cognata m_2, cognota m_1 *V* 36, 1 *sq.* Haec q. s. m. hoc uno distant vitio *Ramorino*, Haec q. s. m. hoc unum distat uitium *V*, H. q. s. m. hoc uno distat vitium *Brandes p. 8*, Haec q. s. vitia hoc uno distant miseri *Brandes p. 13* 37, 2 unicae *V* 37, 3 ab *del. W. Meyer* 40, 1 primum omnibus *V*, primum omnium *coni. Brandes*, Sanctum primum in omnibus *Vollmer* 40, 2 Iamblichum *Freher*, iam lychum *V* 41, 2 preparas *V*, reparas *Freher*

38, 3 *sq. in nulla serie episcoporum illius temporis Arbogastis nomen invenitur.* 40, 2 *Iamblichum procul dubio respicit Sidon. IV 17* antistitem civitatis vestrae *(sc.* Treverensis*)*, consummatissimum virum cunctarumque virtutum conscientia et fama iuxta beatum. *cf. etiam Le Blant, Inscriptions chrétiennes de la Gaule ant. au VIII ième siècle II 544. Hauck, Kirchengeschichte I² 106.*

LXXX.

ORATIO GILDĘ PRO ITINERIS ET NAVIGII PROSPERITATE.

Dei patris festinare maximum
Mihi cito peto adiutorium.
Iesu Christi imploro suffragia,
Qui natus est ex virgine Maria.
Sancti quoque spiritus presidio
Fungar semper hic vel in exilio.
Christus a me auferat pericula
Cuncta quoque demonum iacula.
Ne me captent hostes atque latrones
Ne⟨que⟩ fures neque mundi predones.
Ne me undę maris neque flumina
Neque aquae nulla necent numina.

LXXX ***P*** *i. e. cod. Parisinus 1153 s. IX (olim Thuaneus, Colbertinus) f. 95ᵛ. Rhythmus in opusculo quodam de officiis per ferias exstat, quod Quercetanus p. 177 sq., Frobenius I 52 sq., Migne P. L. CI 510 sq. in Alcuini operibus ediderunt. Codicem, qui post Quercetani editionem latebat, W. Meyer denuo in lucem protraxit et ex titulo rhythmi Gildam esse poetam carminis intellexit. Edidit et explicavit aliasque orationes pro iter agentibus addidit W. Meyer, Nachr. d. Götting. Gesellsch. d. W. 1912, 48 sq. Loricam, quam Gildae adscribunt, ab hoc poeta alienam esse apparet.* *tit.* GIL/DĘ, L *erasa, P* ITINERISP̄R̈ȮNAUIGII ////////////// PROSPERITATE, *duo verba erasa, P* 2 m̓ *supra lineam* m_1 *P* 4 **f.* qui est natus 6 fungor m_1, fungar *corr.* m_1 *(?) P* 8 quoque *W. Meyer,* q̄q *P,* quaeque *edd.* 10 neque *W. Meyer,* ne *P* 12 āq̄ //, no *eras., P* *f.* ulla necent *Vollmer,* nocent *P,* noceant *Froben.,* mergant *Weyman,* **an* uocent *i. e. allectent? Allectare atque invitare demonum aquae est, de undis fluminibusque certe minus apte usurpetur*

LXXX *Schema* 4 – ◡ + 7 ◡ –. *v. 8 legas* ïacula. *Clausulae*: *4* natus est (est natus?), *4* Mária *legendum est ut saepius, 9* latrones, *10* praedones, *21* serpentina (serpentia?), *31* nociva (nocua *scripsi). Hiatus 7 et totidem inter* 4 – ◡ + 7 ◡ –. *Bini versus concentu monosyllabo, saepe bisyllabo atque etiam trisyllabo inter se ligantur; v. 29 sq. quaterni versus inter se concinunt. In codice ecclesiae Coloniensis 106, de quo conferas ad rh. XIV, f. 4ᵛ et 5ᵛ haec oratio inscripta est:* Pro iter agentibus. Prosperum iter faciat nobis deus salutarium nostrorum pateantque in vias nostras ardua montium, convexa vallium, plana camporum, vada fluminum, secreta silvarum. Protegat nos auxilium domini, ut nil nobis praevaleat scandalum inimici. Per diem nos salutaris domini umbra circumtegat, per noctem amica quies ipsa gratiam relatura confoveat. Deducat nos mirabiliter dextera dei praebeatque ante faciem nostram divinae pacis angelos comites. Absit a nobis invidia diaboli, causa dispendii, ruina peccati, casus incommodus, sors periculi solusque trinitatis individuae deus in solatium nostrum atque praesidium et dux itineris sit et curam agat et ad loca destinata perducat. Ille nos benedicat de celis, qui per crucem passionis suae nos redemit in terris. Cui est *e. q. s. (cf. W. Meyer l. l. 50)* *ad v. 33 sq. cf. etiam orationem pro itinere cod. Fuldens. nunc Göttingens. (theol. 231) f. 178ᵛ sq. (W. Meyer, l. l. 75)* . . . quatenus nullum periculum per spatia terrae aut per iuga montium, angusta vallium vadaque fluminum, venena serpentium vel impetum bestiarum incurrant. *item ad v. 39 sq. cf. W. Meyer l. l. p. 81 n. 29* . . . protegat atque ab omni malo defendat, ut per vias planas atque rectas . . . ad loca desiderata possimus pervenire. 1 *sq. ps. 69, 2* 6 in exilio *i. e. in itinere* 8 ïacula: *cf. ad rh. IV 15, 1.*

Ne tenebris vel venti⟨s⟩ vel fulmine
. . . .
Velis plenis ventis quoque prosperis
Maris cunctis solvar a periculis.
Christus mecum duras ac pestiferas
Vincat terrę et aquarum bestias,
Vincat tela aeris letalia,
Vincat cuncta tonitrui fulgora,
Vincat quoque venena serpentina,
Vincat saeva mundi veneficia,
Ut haec cuncta non mihi, quae diximus,
Neque meis noceant comitibus.
Sanus ego, sani mei comites
Sine damno pergamus incolomes,
Sana nave in pelagi fluctibus,
Sanis equis viis in terrestribus,
Sana nostra vehatur pecunia,
Ut sit apta ad nostra utilia,
Inimici ne sint nobis nocua,
Quamvis mala prorumpant, consilia.
Christi mihi in ętерno nomine
Vię cunctę pateant magnopere,
Si ascendam ardua in montium,
Si descendam convexa in vallium,
Si camporum vias per vastissimas,
⟨Si⟩ silvarum rubos per densissimas:
Via plana pergam atque lucida
Usque loci destinati _ ◡ –

---

13 *uenti *P* fulmine *W. Meyer*, flumine *P* 14 *lacunam indicavit W. Meyer, qui ante aut post* uenti *nonnulla excidisse credit* 15 uelis *i. e. primum* l = uel *scripsit, deinde in* l *lineam transversam erasit,* ue *et* is *add.* m_1 *P* quoque *W. Meyer,* qq̄ *P* 16 e periculis *coni. W. Meyer* 17 duras *P,* diras *W. Meyer* 19 letalia *Froben,* uitalia *P* 20 tonitrui *P,* tonitruum *Vollmer* 21 quoque *W. Meyer, cf. ad v. 8* serpentina *P,* serpentia *coni. W. Meyer* 28 viis *W. Meyer,* uelis *P* 30 utilia *Quercetanus,* autilia *P* 31 noxia *aut* nocua *W. Meyer,* nociua *P* 34 pateant *Quercetanus,* puteant *P* 35 $\overset{\text{on}}{\text{m}}$tium, on *ss.* m_1, *P* 37 si camporum *P,* si . . *editiones* 38 si silvarum rubos *W. Meyer,* siluarum rubo *(*si *om.) P et editiones* 40 destinati: *hic desinit f. 95*^{b}*, f. 96, in quo conclusio orationis scripta erat, evulsum est.* limina *suppl. W. Meyer*

38 densissimas *fort. ex* densissimos *propter praecedens* vastissimas *corruptum est.* 40 ad loca destinata *frequentius in orationibus pro iter agentibus.*

LXXXI.

VERSUS IN CANTICIS CANTICORUM DE DEO SANCTEQUE ECCLESIE.

1. **A**udite cuncti canticum almificum,
Audite carmen canticorum cantici.
Laudes resonant angelorum coetibus
De sponsa agni diffusa per orbibus,
Fulcita rosis et vallata lileis.

2. **A**ustro venturo surgens redit aquilo,
Adventum sanctus spiritus impleverat,

LXXXI *Adiunxi tres rhythmos, qui in* **P** *exstant, celeberrimo illo codice latino 17655 bibliothecae Parisiensis olim sancti Petri Corbeiensis, in f. 97—99. Fol. 1—96 saeculi VII continent Gregorii Turonensis historiam Francorum, folia 97—99 saec. IX in. duabus manibus exarata sunt aequalibus; prior scripsit f. 97r usque ad str. 19, 3* uiolę, *altera f. 97v inde a* onix perfulget *usque ad 99v* relegatus uiđ; *reliqua pars folii vacua est. Rhythmi multis locis manum correctoris perpessi sunt. Quibus de correcturis interroganti H. Lebègue dubitans ille quidem mihi respondit manus librariorum et correctoris (an: correctorum?) diversas esse videri* [1]*, id quod ex indole correcturarum iam antea conieceram. Quae cum ita sint, illas correcturas maximam partem reieci. — Paulus Liebaert v. cl. rhythmos invenit descriptosque qua est liberalitate mihi misit. Praeterea adhibui exemplaria photographa meum in usum confecta. — Rh. LXXXI exstat P f. 97r—98r, str. 1 etiam in* **C** *= cod. Coloniens. CCXII cf. ad rh. XXV* 1, 1 /almificum *P* 1, 2 cantici *P*, cantica *C* 1, 3 resonant *P*, resona *C*, resonas *Winterfeld, Z. f. d. A. XLV 147* coetib; *P*, cetibus *C* 1, 4 Sponsa m_1, de *ss.* m_2, *P*, de *etiam C; an scribendum est* coetibus: Esponsa *e. q. s.?* per orbus *C*, per urbibus *P* 1, 5 fulcita *P*, folsita *C* lileis *P*, liliis *C* 2, 1 aquilo, o *ex correctura*, *P* redit *P*, **f.* cedit *(recedit?)* 2, 2 * scm̃ *P*

LXXXI *Abecedarius duplex. Schema* 5 _ ◡ + 7 ◡ _ *quinquies repetitum singulas strophas efficit. In* 5 _ ◡ *synizesis 15, 1* Hierusalem. *Clausulae 1, 3* resónant, *17, 1* concrépant, *29, 1* circuítum, *34, 4* emícans? *(21, 5* agmen virgineum *25, 5* tertius medicus, *43, 5* percinnunt *correxi). In* 7 ◡ _ *synizesis 12, 4* desideri, *17, 5 et 47, 1* homousion, *33, 1* imperiale, *33, 4* quatuor, *44, 4* Hierusalem. *Octosyllabi 29, 4. 37, 1. 38, 2 correxi* amplectit. *40, 5. Clausulae 5, 2* connexum, *21, 1* virtutum, *26, 2* Damasci, *29, 1* ambitur, *31, 2* pudica, *37, 1* decora, *43, 2* conlaudant. *18, 4* servilis *corruptum videtur. Hiatus multi. Assonantia nulla. — 'Pusillus Sicfredus' carmine nimis obscuro laudem Christi et sanctae ecclesiae cecinit. Plurima Gregorio Magno debet, praeterea aliis commentariis usus esse videtur.* 1, 1 Audite: *cf. ad rh. XV 1, 1.* 1, 3 resónant: *cf. ad rh. IV 11, 3.* coetibus *pro subiecto accipiendum est cf. str. 13, 4.* 1, 4 *i. e. ecclesia cf. Append. Eugen. Tolet. ed. Vollmer XX 10 (Auct. Antiq. XIV 275)* totum diffusa per orbem ecclesia. 1, 5 *cant. cant. 2, 5* fulcite me floribus. *7, 2* venter tuus ... vallatus liliis. lileis: *cf. 22, 1. 44, 2.* 2, 1 *cant. 4, 16* surge aquilo et veni auster. *Gregor. mor. IX n. 17 (Migne LXXV)* Quid .. nomine austri nisi fervor sancti spiritus designatur? ... Austro quippe veniente aquilo surgens recedit, cum adventu sancti spiritus expulsus antiquus hostis .. mentem .. deserit. .. Interiora ergo austri sunt occulti illi angelorum ordines et secretissimi patriae caelestis sinus, quos implet calor spiritus sancti ... Ibi per diem quasi in meridiano tempore ardentius solis ignis accenditur.

---

[1]) *Nonnullas correcturas a secundo librario additas esse se coniecisse, sed amicum quendam, quem consuluerit, oblocutum esse mihi scripsit.*

Austrum introrsus ordines angelicos,
Secretorumque poli sinus patrię
Meridiano Christus implet tempore.

3. Beata virgo, decorata nimium,
Genetrix prolis fecundata proceris,
Patriarcharum prius cursum recepit,
Optat prophetas, ut venturum nuntient,
Fundamentumque posuit apostolis.

4. Benignus Christus loquitur discipulis:
'Dormio ego ⟨et⟩ cor meum vigilat.'
Per hoc, quod intus contemplando proficit,
Deus in sua claritate cernitur;
Anima pulchra vehitur ad gloriam.

5. Castum pudorem et alvum virgineum,
Nescit que thoro in delicto connexum;
Nuptaque Christo angelorum principe,
Capite gestans coronam almificam,
Submisso vultu adorat, quem genuit.

6. Claritas summa ⟨ex⟩ interno lumine,
Quasi aurora consurget ecclesia:
Mens electorum tunc in altum rapitur,
Divinitatis inlustratur radiis,
Luce cęlestis vitę fulgens pręmia.

2, 3 angelicâs, *corr.* m_1, *P* 2, 4 ɔoli *P* 3, 3 cursūs, us *ex* um, *P* ręcępit *P* 4, 2 *et *om. P* 5, 2 throro *P*, **f.* thori 5, 3 principe, *corr. in* principi, *P* 5, 5 /quem *P* 6, 1 *ex *addidi (von innerem Licht leuchtend?)* 6, 4 *diuinitate *P* 6, 5 *celesti *P*

2, 3 ord. angelicos *nominativus est.* 2, 5 *cf. cant. 1, 6.* 3, 1 virgo: *cf. 5, 1. 7, 5. 9, 1. 21, 5. 22, 2. 25, 4. 27, 3. 31, 2. 32, 2. 35, 4.* 3, 2 fecundata: *cf. rh. VII 1, 2.* 4, 1 *cant. 5, 2 (vox sponsae)* ego dormio et cor meum vigilat. *Gregor. mor. XXIII n. 38* ut exterioribus officiis inoffense deserviant, ad secreta cordis currere incessabiliter curant, et sic vocem dei quasi per somnium audiunt, dum in meditatione mentis a carnalibus motibus abstrahuntur. Hinc est, quod sponsa *(legitne poeta* sponsus?*)* in c. c. ait: Ego dormio *e. q. s.* 5, 1 *i. e. Castus pudor est et alvus virgineus.* 5, 2 que *i. e. qui.* delicto *i. e. dilecto cf. ad rh. II 6, 2; intellego* 'conexum thori cum dilecto'. 5, 3 *i. e. principi.* nupta Christo *i. e. ecclesia.* 5, 4 almificam: *cf. 1, 1.* 5, 5 *sc. Maria cf. 7, 5: Maria et ecclesia confunduntur.* vultu: *cf. 33, 4.* 6, 1 *sq. Gregor. moral. IV n. 19* Aurora ecclesia dicitur, quae a peccatorum suorum tenebris ad lucem iustitiae permutatur. Unde hanc sponsus in cant. canticis miratur dicens: Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens? *(c. c. 6, 9).* Quasi aurora quippe electorum surgit ecclesia .... In illa igitur luce, quae in districti iudicis adventu monstratur, corpus damnati hostis ortum surgentis aurorae non videt, quia cum districtus iudex ad retributionem venerit, iniquus quisque suorum caligine meritorum pressus, quanta claritate sancta ecclesia in intimum lumen cordis surgat, ignorat. Tunc namque electorum mens in altum rapitur, ut divinitatis radiis illustretur .... 6, 5 *Greg. moral. XXIX n. 2* sancta ecclesia coelestis vitae praemia appetens aurora vocata est, quia ... iustitiae luce fulgescit. premia *abl. singularis est, cf. ad rh. VII 11, 2.*

7. De David stirpe soboles progenitus
Salomon prudens hunc libellum edidit
Conposuitque carmina melliflua,
Quem appellavit canticorum cantica.
Nubente sponso virgo coniux permanet.

8. Dumque in suo rex esset recubitu
Nardus deditque sibique flagrantia,
Cęli secreta electis absconditur,
Excitat mire dominica claritas,
Sanctaque virtus ministratur gratia.

9. 'Ecce tu pulchra, prudens inter virgines,
Patefecisti paradisi aditum,
Quem Eva clusit cunctis in origine;
Serpens fefellit per ligno inlicito,
Tu reparasti botros in propagine.'

10. Ecce iam venit salliens in montibus,
Transilet colles, culmina considerans,
Redemptor noster incarnatus utero
Prȩsepe fulget, sublimatur stipite,
Sepulchro septus, redit ad cęlestia.

11. Fonsque hortorum, poteus viventium,
Inrigans quippe paradisi frondia,

7, 1 *Deđđ uero strirpe est ꝑgenitus (us *loco raso*) sobolis / salomon *P*, *an* *David estirpe s. p. s.? 8, 3 abscondita *Vollmer* 8, 4 dominica *P*, **f.* desiderium? *cf. Gregor. l. l.* 9, 4 lignŏ *P*, inlicito, o *ex* a *corr., P* 9, 5 botros, *altera* o *ex correctura, P* 10, 2 transilet, *corr. in* -it, *P* colle/is *(fuitne* collens?*) P* 10, 3 noster *scripsi*, nr̄t *P*, *an* matris *sc.* utero? 10, 5 ad *omissum add.* m_2 *P*

7, 4 quem: *sc. libellum.* 8, 1 *cant. 1, 11* dum esset rex in accubitu *(sed* recubitu *Gregor. cf. infra)* suo, nardus mea dedit odorem suum. *cf. Gregor. moral. XXXV n. 43* donec rex in recubitu suo est, nardus *e. q. s.* ac si aperte dicat: Quousque meis obtutibus rex apud se in requie secreti caelestis absconditur, electorum vita miris virtutum odoribus exercetur, ut quo adhuc eum quem appetit non videt, ardentius per desiderium flagret. Rege quippe in recubitu suo posito nardus odorem dat, dum quiescente in sua beatitudine domino sanctorum virtus in ecclesia magnae nobis gratiam suavitatis administrat. 8, 3 secreta *nom. sing. esse videtur cf. 6, 5, sed cf. in app. crit.* 8, 5 *i. e. administrat gratiam (Greg.)* 9, 1 *cant. 6, 3* pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Ierusalem. *Salzer, Die Sinnbilder etc. 476, 26 sq.* 9, 4 *cf. rh. XL 3, 2* quem draco ille fraudolenter decepit per Evę gustum de ligno inlicito. *An. hymn. LIII p. 73* paradisi portam, quae clausa fuerat per lignum vetitum. ligno: *cf. ad rh. V 4, 2.* 9, 5 *cf. Salzer l. l. 309, 7 sq.* botros *i. e. botrus.* 10, 1 *sq. Gregor. homil. in evang. lib. II 29 n. 10* Ecce iste venit saliens in montibus et transiliens colles *(cant. 2, 8).* Consideravit namque tantorum operum culmina. ... veniendo quippe ad redemptionem nostram quosdam ut ita dixerim saltus dedit ... De caelo venit in uterum, de utero venit in praesepe, de praesepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrum, de sepulcro rediit in caelum. 10, 4 stipite *sc. crucis, cf. 32, 5.* 11, 1 *cant. 4, 15* Fons hortorum, puteus aquarum viventium. *cf. Angelomus Luxov., enarr. in cant. c. Migne P. L. CXV p. 611* ... Aliter. Per fontem hortorum Christus intelligitur irrigans ecclesiam

Ipse divisus in quattuor capita,
Christus est, inque, patri vero unicus,
Quatuor quippe signat euangelia.

12. Florent fideles mentesque cum vineis,
Proponunt bona opera in animo,
Pariunt fructus virtutes ecclesię,
Redolent flores cęlestis desideri:
Signatur, inque, bonorum perfectio.

13. Greges tonsarum quoequantur dentibus,
Labia tua ut vitta coccinea,
Et collum tuum David turre simulat,
Capilli tui ut caprarum gregibus;
Dulce eructat verbum de pręcordiis.

14. Genę sunt sanctę patresque catholici,
Qui tunc in ea coruscant miraculis,
Faciem eius parent venerabiles.
Mundum dispectum appetunt cęlestia,
Martyrum robor, triumphus ecclesię.

15. Haec Hierusalem, quę visio dicitur,
Metalli fulget auri diademate,
Lapidum decus margaritis optimis,

12, 4 *desiderii *P* 12, 5 inque *P*, inde *coni. Vollmer* 13, 1 quŏequantur *P* 13, 3 *inter* turre *et* simulat *lacuna est, sed nihil erasum esse videtur* 14, 5 robŏr *P*

suam. *idem ad gen. 2, 14 (l. l. p. 130)* fluvius, qui egrediebatur de paradiso, significat dominum ac redemptorem nostrum .... a quo procedunt quatuor flumina, quae irrigant paradisum. Quatuor ista flumina quatuor significant euangelia. poteus: *cf. ad rh. II 14, 1.* 11, 2 frondia: *cf. 41, 1.* 11, 4 inque *i. e.* ‘*versteh!*’ *cf. 12, 5.* 11, 5 signat: *cf. 12, 5. 26, 3. 32, 4.* 12, 1 *sq. cant. 7, 12* mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt. *Gregor. moral. XII n. 60* florent quippe vineae, cum mentes fidelium bona opera proponunt; sed fructus non pariunt, si ... erroribus infirmantur. 13, 1 *cant. 4, 2* dentes tui sicut greges tonsarum. 13, 2 *cant. 4, 3* sicut vitta coccinea labia tua. 13, 3 *cant. 4, 4* sicut turris David collum tuum. turre *i. e. turri.* 13, 4 *cant. 4, 1* capilli tui sicut greges caprarum. gregibus *i. e. greges cf. 1, 3.* 13, 5 *ps. 44, 2* eructavit cor meum verbum bonum. 14, 1 *sq. Gregor. comm. in Ezech. l. II hom. 4 n. 8* genae quippe sunt sanctae ecclesiae spirituales patres, qui nunc in ea miraculis coruscant et velut in eius facie venerabiles apparent. *De genis cf. etiam 19, 3. 32, 1.* sanctę *i. e. sancti.* faciem *i. e. in facie cf. ad rh. V 4, 2.* 14, 4 *i. e. mundo despecto cf. ad rh. V 4, 2.* 14, 5 martyrum: *cf. 22, 5. 35, 3.* robor *i. e. rubor. Haymo, enarr. in cant. cant. (Migne CXVII p. 317)* possunt etiam per genas ecclesiae martyres figurari, qui rubicundi sunt effusione sanguinis. 15, 1 *cant. 6, 3* pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Ierusalem. *apoc. 21, 9* veni et ostendam tibi sponsam, uxorem agni ... et ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalem. *cf. ibid. v. 2. Gregor. super cant. c. (Migne LXXIX p. 526, idem in comm. Ezech. hom. lib. I hom. 8 n. 6).* Ierusalem quippe visio pacis interpretatur, per quam bene sancta ecclesia figuratur. 15, 2 *apoc. 21, 18* ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. 15, 3 *apoc. 21, 19 sq.*

Portas escultas, gemmarum varietas.
In fundamentis distincta est saphiris.

16. Haec botrus Cipri murraque cum casia
Et gutta quidem nuptiale drammate:
Fraternum suum ut esponsa loquitur,
Medium dicit cummorantem ubera.
Cordis adverte regię flagrantię.

18. In murra quippe verbum dei dicitur,
In gutta vero doctrina exprimitur
In casiaque monstrat sapientia.
Murra mors Christi, gutta servilis formula,
Casia quoque sacramentum baptismi.

17. Ibi concrepant organa melliflua,
Hymnorum cantus angelicis vocibus,
Archangelorum tubasque clangentium;
Terra tremescit cęlestium impetu,
Iudex advenit homousion kyrius.

19. Kaput per totum auro nimis fulvidum,
Gemmas insertas singulas per ordinem,
Eiusque genę candentes ut violę,
Onix perfulget oculorum acies,
Ut cinamomum dat odorem nimium.

20. Kaputque eius auro nempe optimum
Christum figurat, caput que ecclesię,
Et comę eius ut palmarum elate,
Nigrę ut corvus: multitudo gentium,
Qui de errore veniunt ad gratiam.

15, 4 *in scultas *P* 16, 2 guttu *P* 16, 3 *ut sponsa al loquitur *P* 16, 4 mediū dicit *P*, media inter *Vollmer* 16, 5 aduerte *P*, advertens *Vollmer* *f. regię *(i. e. regii)* flagrantiam *str. 18 post 17 P, transposui* 18, 4 seruilis *sic P, fort.* *servi 17, 4 tremescit *corr. in* tremiscit *P* 17, 5 homo usion *P* 19, 3 rub candentes *P* 20, 1 *Kacutque *P* aurŏ *P*

15, 4 *i. e. portae sculptae sunt. apoc. 21, 21* et duodecim portae duodecim margaritae sunt. portas: *cf. ad rh. V 3, 2.* gemmarum varietas *sc. est cf. ps. 44, 10. 15.* 15, 5 *apoc. 21, 19.* 16, 1 *cant. 1, 13* botrus Cypri dilectus meus mihi, *conferas autem antiquam versionem apud Ambrosium exp. in ps. CXVIII serm. 3, 8* colligatio guttae consobrinus meus. Drammate *igitur manipulus, Hochzeitsstrauss, a graecanico* δραγμα. *ps. 44, 9* mirrha et gutta et casia a vestimentis tuis. murra: *cf. 18, 1. 18, 4.* casia: *cf. 18, 3. 5.* 16, 3 fraternum *(i. e. fraterno) cf. Ambros. in ps. CXVIII serm. 5 n. 8* fraternus meus candidus et rubeus *(cant. 5, 10).* 16, 4 *Ambros. l. l.* inter media ubera mea requiescit *(v. l.* commorabitur . . . *). Ambros. l. l. 3, 8* . . per totum mundum odorem sanctificationis effundens. *stropha 18 unde desumpta sit, non inveni.* 17, 3 tubas: *cf. ad rh. V 3, 2.* 17, 5 iudex: *cf. 34, 5.* homousion: *cf. 47, 1.* 19, 1: *cf. 20, 1. 34, 4.* 19, 2 gemmas *nominativus est cf. 17, 3.* 19, 3 candentes ut violae: *cf. 22, 3.* 19, 4 *i. e. ut onyx.* 20, 1 *sq.* auro *i. e. aurum cf. ad 14, 4. cant. 5, 11* caput eius aurum optimum, comae eius sicut elatae palmarum, nigrae quasi corvus. *Intellegas: Caput Christum figurat, comae multitudinem gentium cf. Gregor. moral. XXX n. 28* gentilitas conversa corvus est. figurat: *cf. 23, 5. 24, 3. 29, 3. 32, 2. 34, 2. 37, 3.* que *i. e. qui.*

21. Letantur chori — principales virtutum,
Cherubin ordo — cum Seraphin socio
De tam terrendo — rege apostolico,
Trepudiantque — gaudio perenniter,
Virginum agmen — adit eius obviam.

22. Labia eius — estillant ut lilia:
Doctores sancti — corpore virgineo,
Qui tunc candescent — violę in virgulis;
Confessorumque — firmaque constantia
Robor palmarum, — rosę in martyrio.

23. Magna resplendet — Hierusalem civitas
Ornata auro — et mundo crisolito;
Yaspis hic fulget, — emicat carbunculus:
eSponsa casta — nititur ut mysticę
Ecclesiamque — figurat catholicam.

24. Murenulasque — faciemus aureas
Vermiculatas — argento clarissimo:
In auro quippe — figuratur premium
In argentoque — claritas miraculi
Apostoli⟨que⟩ — rutilantes merita.

25. Novem sunt vero — ordines angelicę.
Michahel primus — 'quis ut deus' dicitur,
Secundus quippe — Gabriel prenuntius,
Coniunxit cęli — regnum quę cum virgine,
Medicus tertius — Raphahel magnificus.

26. Nasus ⟨est⟩ tuus — sicut turris Libani,
Respiciens que — contra partes Damasci.

21, 2 ordŏ *P* socio, o *in* a *corr.*, *P* 21, 4 trepudiautque, e *corr. in* i, *P* 21, 5 *agmen uirgineūs *(us ex* um *corr.) P* 22, 1 *stillant *P* 22, 5 robŏr *P* 23, 3 carbunculus *Vollmer,* carbunculis *P* 23, 4 *sponsa *P* casta nititur *P* 24, 5 *que *om. P* 25, 1 angelicę *corr. in* angelici *P* 25, 4 *regi *P* 25, 5 *tertius medicus *P* 26, 1 *Nasus tuus, q^{s} *(i e.* que*) ss. m$_2$, P*

21, 1 *cf. e. g. ad Rom. 8, 38* neque angeli neque principatus neque virtutes. *Col. 1, 16. Isidor. Etym. VII 5.* letantur: *cf. 29, 5.* 21, 3 terrendo *i. e. tremendo.* 21, 5 *Matth. 25, 6 sq.* 22, 1 *sq. cant. 5, 13* labia eius lilia distillantia myrrham primam. *Gregor. super cant. c. (Migne LXXIX 523)* quid enim per labia sponsi nisi ipsos quos dicimus praedicatores Christi intellegimus? Qui dum mortes martyrum populis praedicant, quasi myrrham mortificandis carnibus ad condimentum distillant; *cf. etiam Angelom. l. l. p. 615* labia Christi doctores sunt illius, mente vel etiam carne virgines *e. q. s.* 22, 3 candescent violae i. v.: *cf. 19, 3.* 22, 5 robor *i. e. rubor.* 23, 1 *sq. cf. str. 15. 44, 4.* 23, 2 *apoc. 21, 20.* 23, 4 nititur *i. e. nitet.* 24, 1 *cant. 1, 10* Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. 24, 4 miraculi: *cf. 36, 3 (14, 2).* 24, 5 merita: *Abl. sing. cf. 6, 5. 8, 3.* 25, 1 *Isid. Etym. VII 5, 4.* Novem autem ordines esse angelorum sacrae scripturae testantur. 25, 2 *ibid. 12* Michael interpretatur 'quis ut deus'? 25, 3 *sq. ibid. 10 sq.* Gabriel . . . vertitur 'fortitudo dei.' Ubi enim potentia divina vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur. Unde . . . Gabriel venit ad Mariam, ut illum *(sc.* dominum nasciturum*)* annuntiaret *e. q. s.* quę *i. e. qui.* 25, 5 *ibid. 13* Raphael interpretatur curatio vel medicina dei. 26, 1 *cant. 7, 4* nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum. *Idem versus 37, 2.* 26, 2 *i. e. quae respicit cf. ad rh. VII 3, 1.*

Per nasum vero signatur ecclesia,
Libanus quoque candorem virgineum,
Damascus autem multiplex prudentia.

27. **O** speciosa inter mulieribus,
Cuius esponsus reges regum subdidit,
O flos camporum, virginum nobilitas,
O decus mundi et lunae prẹclarior,
Ut sol electa, estellarum pulchrior.

28. **O** tu esponse, quem dilexit anima,
Cubilem mihi indica meridie:
Novum dilectum appellavit nomine,
Deus est verus atque vera caritas,
Adorant ipsum concentus angelicus.

29. **P**er circuitum muris magnis ambitur,
Tota fundata duodenos lapides,
Quod figurantur duodecim tribuum,
Portas per girum apostolico numero.
Ibi letantur cum Christo cẹliculẹ.

30. **P**one in corde, brachio signaculum:
In corde quippe mystica scientia,
In brachioque robor fortitudinis.
Sodales nempe et amici optimi,
Cives sanctorum, ordines angelici.

31. **Q**uam pulchra vitis tale botrum protulit!
Virgo in parto, ante partum pudica,
Post partum vero incorrupta permanet.
Haec porta cẹli, quam propheta cecinit;
Ingressus Christus purporatus exiit.

27, 2 *sponsus *P* 27, 5 *stellarum *P* 28, 1 *sponsa *P* 28, 2 meridi/e, *fuit* meridiae, *P* 28, 4 *uero *P* 29, 2 *lapides duodenos *P* 29, 4 apostolico. Numero. *P* 30, 1 in *P*, *f.* me *brachii *P* 30, 2 quippe // *ut videtur P* 30, 3 robŏr *P* 31, 5 purpŏratus *P*

26, 3 *i. e.* signat. *Aliter 37, 3 ex Gregor. moral.* 26, 4 *cf. 40, 4.* 27, 1 *cant. 2, 13* surge, amica mea, speciosa mea. speciosa: *cf. 44, 3.* 27, 3 *sq. cant. 2, 1* ego flos campi. *Angel. l. l. 586 (cf. Haymo Halberstat., Migne CXVII 301)* ego flos campi . . .: Ac si aperte dicatur: Ego decus mundi et gloria humilium. *Haymo l. l. 302* potest et hoc quod dicit 'ego sum flos campi' ad incarnationem referri. Campus enim non aratur, non scinditur, non ullo vomere prosulcatur. Dicit ergo 'ego s. f. c.' id est 'filius virginis' . . . quia virgineae carnis fructus est. 27, 4 *sq. cant. 6, 9* quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? 27, 5 ut sol: *cf. 33, 2.* 28, 1 *sq. cant. 1, 6* indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. 28, 2 cubilem: *cf. ad rh. V 4, 2.* 29, 1 *sq. apoc. 21, 12 sq.* 29, 3 *cf. 32, 2.* 29, 5 *cf. 47, 4.* 30, 1 *sq. cant. 8, 6* Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio. *Gregor. super cant. c. l. l. 541* in corde sunt cogitationes, et in brachio operationes. 31, 1 *cant. 1, 13. P. A. C. II 253, 8* Hoc in ligno vitis vera pinguem botrum protulit. *Salzer l. l. 309, 8.* 31, 2 *sq. cf. rh. VI 3. (cf. ad str. 41, 3.) Hieron. ad Ezech. cap. 44, Migne XXV (1865) p. 449* portam . . Mariam virginem intellegunt, quae et ante partum virgo permansit . . . et quando natus est, virgo permansit aeterna. *Augustin. sermon. CXCI 2.* parto: *cf. ad rh. II 14, 1.* 31, 4 *cf. Salzer l. c. 27 sq. 541.* propheta: *Ezech. cap. 40 sq.* 31, 5 *Ezech. 44, 2.* — *Similiter de vere carm. Cantabrig. XXIX 2, 1 (ed. Jaffé, Z. f. d. A. XIV 492)* ver purpuratum exiit (exuit *cod.*).

32. Quam pulchre genę, cortex male Punice,
Quod figuratur pudica virginitas,
Et cervix tua sicut redimicula,
Signatur quoque mox oboedientia:
Haec sumpsit Christus in crucis estipite.

33. Regale sede, imperiale thalamo,
Ut sol esponsus prodit e cubiculo.
Senes submissi quater seni numero
Prostratis vultis, quattuor animalia
Agnum adorant viventem in sęcula.

34. Rexque recumbens tempore meridię
Figurat lumen plenumque et integrum,
Candidus natus, passione rubeus,
Auro emicans regię potentię,
Iudex venturus in ultimo tempore.

35. Sanctorum turba, concentus angelicus,
Patriarcharum conventus profeticus,
Apostolorum cum triumphos martyrum,
Confessorumque cum prudentes virgines:
Cunctus prorumpit ter 'sanctus' exercitus.

36. Similis auro erit tua facies,
Argento vero cum distinctionibus:
Miraculorum sancti vernant opera
Gratiarumque tui replent oculi,
Anima digna deoque coniungitur.

37. Tota tu pulchra, amica mea decora,
Nasusque tuus sicut turris Libani:

32, 1 *pulchra *P* male punice *in* mali punici *corr. P* 32, 2 **f.* quo figuratur 32, 5 *stipite *P* 33, 1 Regale . . imperiale *corr. in* regali . . imperiali *P* 33, 2 *sponsus *P* cubilo (cu) *P* 33, 3 *seni *scripsi*, sena *P* 33, 4 uultis (bu) *P* IIII (quattuor) *P* 33, 5 //////// agnum, *fuit, ni fallor*, d quatuor *P* 34, 3 canditus *in* candidus *correctum P*

32, 1 *cant. 6, 6* sicut cortex mali Punici, sic genae tuae. 32, 2 *cf. 29, 3.* 32, 3 *Ambros. in ps. CXVIII serm. 3 n. 6* cervix tua sicut redimicula. 33, 2 *ps. 18, 6* in sole posuit tabernaculum suum; et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo exultavit. *Ioel 2, 16* egrediatur sponsus de cubili suo et sponsa de thalamo suo. 33, 3 *sq. apoc. 4 et 5. 11, 16. 19, 4.* 33, 4 prostratis: *apoc. 4, 6* quatuor animalia; *ibid. 4, 10* et cum darent illa animalia gloriam et honorem . . . procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno et adorabant viventem in secula. vultis *i. e. vultibus.* 34, 1 *cant. 1, 6 cf. str. 28, 2.* 34, 3 *cant. 5, 10* frater meus candidus et rubeus *(Ambros. de virginibus I 8 n. 46. Gregor. sup. c. c. l. l. 522* candidus et rubicundus Christus esse perhibetur, quia nullum omnino peccatum faciens iustitiae pulchritudinem ex integro tenuit et tamen, tamquam peccator esset, ad mortis passionem accessit. 35, 1 concentus angelicus: *cf. str. 28, 5.* 35, 4 prud. virgines: *Matth. 25, 1 sq.* 35, 5 *apoc. 4, 8.* 36 *Ambros. expos. in ps. CXVIII serm. 3 n. 7* Similitudines auri faciemus tibi, ex distinctionibus argenti, quoadusque rex est in declinatione sua. 36, 4 replent *i. e. pleni sunt.* 37, 1 *cant. 4, 7* tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. *cant. 6, 3* pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Ierusalem. 37, 2 *cant. 7, 4* nasus tuus sicut turris Libani *cf. str. 26, 1. Gregor. moral. XXXI n. 85* quid per nasum nisi provida sanctorum discretio designatur?

Hoc figuratur sanctorum discretio;
Vestiti albis cum estolas optimas
Secuntur agnum, ubicumque hierit.

38. Tenet dilectum sponsa nec dimittitur,
Hoc est, quod Christum amplectit ecclesia;
Cubat cum agno ovis pudicissima
Simplicitasque cum mansuetudine;
Ostendit sother tempore novissimo.

39. Veni esponsa, propera de Libano,
Ut requiescas in stellato solio,
Paternam domo dimitte cum populo!
Loquitur deus mystice ad animam,
Ut amplectetur levaque cum dextera.

40. Veni formonsa concita de Libano,
Citius perge ad regales nuptias,
eSta a dextris in vestito aureo.
Libani candor designatur baptismum,
Pulchrę peccati indicatur remissio.

41. eXcelsa super cedrorumque frondia
Iuncta esponso cęlesti convivio.
[Magi occurrunt offerentes munera,
Trepidant reges, coronantur parvuli,
Victor triumphat Christus super sidera.]

42. Xristus coronam pollicetur animę,
Ut circumdetur de Amana capite,
De Sanir quoque et Hermon fastigio.
Sanir lucernam designat pulcherrimam,
Coronam sacrat Hermon splendidissimam.

37, 4 *cum inq; stolas optimas, stolas optimas *in* stolis optimis *corr.*, *P* 37, 5 hierit, *sed* hi *eras.*, *P* 38, 1 sponsa/ *(?) P* 38, 2 *amplectitur *P* 38, 3 *auis *P* 39, 1 *sponsa 39, 3 domo *corr. in* domū *P* populo *P* *an poculo? *(cf. in adnotatione)* 40, 3 *sta ad dextris *P* uestitŏ *P* 41, 1 *Xcelsa *P* 41, 2 *sponso *P* 41, 4 populi paruuli *P* 42, 2 cirdetur *P*

37, 4 *apoc. 7, 9* .. in conspectu agni, amicti stolis albis ... *cf. 43, 4. Angel. l. l. 609* Libanus candor interpretatur i. e. anima bonis actibus candidata. 38 *cant. 3, 4* inveni, quem diligit anima mea. Teneo eum nec dimittam. 38, 4 *i. e. ostenditur.* 39, 1 *cant.* 4, *8* veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano. 39, 3 *fort. ad cant. 8, 2 spectat:* apprehendam te et ducam in domum matris meae; ibi me docebis et dabo tibi poculum ex vino. domo *i. e. domum.* 39, 5 *cant. 8, 3* laeva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. 40, 1 *cant. 4, 8 cf. str. 39, 1.* 40, 3 *cf. ps. 44, 10* astitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato. 40, 4 designatur *i. e. designat.* 40, 4 *sq. Greg. super cant. p. 510* Libanus quippe dealbatio interpretatur. Quid ergo per Libanum nisi baptisma intelligitur, in quo sancta ecclesia abluitur? *Haymo l. l. 319, Angel. l. l. 609.* 41, 1 eXcelsa: *cf.* eXultantis *rh. XIX 21, 1.* frondia: *cf. str. 11, 2.* . 41, 3–5 *perperam huc delati esse videntur.* 41, 3 *ex rh. VI 12, 1.* 41, 4 reges *magi sunt,* parvuli *infantes ab Herode occisi, sed hic versus in rhythmo VI locum non habet.* 42, 1 *sq. cant. 4, 8* coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon. 42, 4 *Ambros. lib. de Isaac 5 n. 47* sicut Sanyr et Hermonum hoc est via lucernae ... legitimi petens coronam certaminis. 42, 5 *Angel. l. l. 609* Hermon vero consecratio.

43. Yit iocundata — de tanto commertio:
In montem Sion — dei agnum conlaudant.
Millena centum — quadraginta quattuor
Albis estolis — amicti sunt singuli,
Novum percinunt — ante thronum canticum.

44. Yusca sum quippe, — corvorum simillima,
eSpeciosa — ut camporum lilia:
Fusca peccatis, — speciosa meritis.
Sic modo sancta — Hierusalem civitas,
Peccatrix vero — propter malificia.

45. Zonas precincti — pariter cum citharas
Dantes honorem — rege in perpetuum.
Optant vindictam — de suis iudicibus.
Dictum est illis — modicum quiescere
Ultionemque — sumant de crudelibus.

46. Zeta est gramma — novissima omnibus,
Concludit hymnum — cum binos versiculos.
Ego pusillus, — qui Sicfredus nuncupor,
Adfixi dulce — mellatico carmine
Ad laudem Christi — et sanctę ecclesiae.

47. Gloria throno — homousion kyrie
Dicamus omnes — residente ętherio,
Agie poli — in archanis intimis.
Ovantes mire — cum deo cęliculi
Adorant chori — victorem angelici.

Hic hymnidicus sub typico et allegorico mystice prenotatur de Christo sanctaque ecclesię, aliquando raro moraliter interlucet, et sunt rithmi omnes versiculi.

43, 3 XLIIII *P* 43, 4 *stolos, *sed* o *adras., P* 43, 5 percinnunt (con) *P* 44, 1 Yuscasū *sic P, n margine manus antiqua* f *adpinxit, quam litteram huc spectare arbitror* simillī (ma) *P* 44, 2 *speciosa *P* 45 Zonȧs *P* citharȧs *P* 45, 2 rege, *altera* e *in* i *corr., P* 46, 1 Zeta *scripsi*, Z *P* 47, 1 *throni *P* omousion *P cf. 17, 5* 47, 2 redente (si) (n *incerta) P* 47, 4 cęliculi, u *in* o *corr., P*

43, 1 Yit *i. e. Fit cf. ad rh. XIV 22, 1.* — fit *sc. anima.* 43, 2 *sq. apoc. 14, 1 sq.* in montem *i. e. monte: cf. ad rh. V 4, 2.* 44, 1 Yusca sum: *cf. ad 43, 1. cant. 1, 5* nolite me considerare, quod fusca sim. *(5, 11* comae . . nigrae quasi corvus.) 44, 2 *cant. 2, 1* ego flos campi et lilium convallium. 44, 3 *cf. Ambros. in ps. CXVIII serm. 2 n. 8* . . . fusca sum quia peccavi, decora quia iam me diligit Christus. 45, 1 *apoc. 15, 6?* — zonas *i. e. zonis.* 45, 2 *sq. apoc. 6, 9 sq.* animas interfectorum . . et clamabant voce magna dicentes: Usquequo domine . . non vindicas sanguinem nostrum . . ? Et datae sunt illis singulae stolae albae, et dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum. 46, 1 Zeta: *cf. W. Schulze, Die lat. Buchstabennamen. SB. d. Berl. Akad. d. W. 1904, 782.* 46, 2 binos: *i. e. duabus strophis in Z.* 46, 3 *de hoc Sicfredo nihil constare videtur.* 46, 4 *Vollmer ex voce* adfixi *conclusit Sicfredum nil nisi str. 45 et 46 confecisse, sed mihi non persuasit.* dulce mellatico carmine *obiectum esse puto cf. ad rh. IX 2, 4.* 47, 1 *i. e. gloria (in) throno aetherio residenti.* 47, 4 *cf. 29, 5.*

LXXXII.
INCIPIUNT VERSUS DE NOMINIBUS SANCTORUM.

1. A et ω, primus et novissimus,
Conditor poli terraque cum germine,
Sole et luna et astra migantia:
Umbone lustras cuncta mirabiliter.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

2. Iesus refulsit clarus in eloquio:
Laudemus viros et parentes optimos
In gente sua gloriosus germine;
Semen eorum virtutibus prędiți.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

3. Adam plasmatus ad dei imaginem,
In paradiso positus cum coniuge;
Inde expulsi per livorem zabuli,
Aerumnam passi in isto exilio.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

4. Abel a deo primus iustus dicitur,
Ipse peremptus a fratre nequissimo

LXXXII ***P*** *f. 98. De hoc codice cf. ad rh. LXXXI* 2, 2 p rentes *folio perforato P* 2, 5—6 *Versum intercalarem supplevi,* Audite *vel* Aud *P hic et in str. 3—26.*

LXXXII *Schema* 5 _ ◡ + 7 ◡ _ *quater repetitum. Pauci versus dubii sunt. In* 5 _ ◡ *1, 1* A et o (Alpha et o? A et oméga?), *18, 2 fort. corrigendus, 18, 3 corrigendus, 19, 3* undíque, *25, 1* rex Ïosías, *26, 3* Hiezechíel, *27, 1* dux Zorobabel? *In* 7 ◡ _ *clausula 10, 1. 24, 1* dilectus, *26, 1* propheta, *26, 3* quadrigam *(cf. rh. VIII 21, 1). Synizesis 12, 2. 26, 1. 27, 4. Hiatus multi. Assonantia rarissima. Quamquam prima stropha ab* A, *ultima a* Z *incipit, tamen abecedarius non est; nonnumquam complures deinceps strophae ab eadem littera incipiunt velut str. 3* Adam, *4* Abel, *8* In Isac, *9* In Iacob, *10* Ioseph, *13* Finees, *14* Fortis. *Versus intercalaris. Hunc rhythmum cum ecclesiastico cap. 44—49 comparandum esse W. Meyer monuit. Tit. cf. ecclesiast. 46, 15* et nomen eorum permaneat in aeternum; permanens ad filios illorum sanctorum virorum gloria. *ibid. 44, 14. Str. 1 cf. eccles. 42, 15 sq.* 1, 1 *fort. legendum* A et omega, *sed rh. XLV 3, 3* alpha et ho, *cf. ad rh. LXXXI 46, 1. apoc. 22, 13* ego sum alpha et omega, primus et novissimus 1, 2 conditor: *cf. ad rh. XXXVIII 1, 1.* terraque *e. q. s. i. e.* qui condidisti terram, solem, lunam, astra micantia, *gen. 1, 11 sq. Verba ad leges grammaticales construi nequeunt; cf. etiam 14, 3 al.* 1, 3 migantia: *cf.* vagat *LXXXIV 6, 1.* 1, 4 umbone *i. e. in circuitu? cf. ecclesiastes 1, 6* lustrans universa in circuitu. 1, 5 audite versum: *cf. ad rh. XV 1, 1. str. 2 'Jesus ist im Mund der Menschen berühmt geworden. Ich aber will lobpreisen die trefflichen Männer und Ahnen (von ihm) in seinem Volk, ruhmvoll durch ihre Abstammung; ihre Abkommen sind (wiederum) vortreffliche Leute.' W. Meyer. cf. eccl. 44, 1* Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua .... *3* dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute et prudentia sua praediti. *str. 3—27 hi viri enumerantur.* Semen: *eccl. 44, 11—13.* 2, 3 gloriosus *i. e. gloriosos: cf. ad rh. II 14, 1.* 2, 4 semen praediti: *cf. ad rh. III 4, 1 sq. (v. l.) LXXXI 28, 5. str. 3—4 in ecclesiastico desunt.* 3, 1 *gen. 1, 27.* 3, 2 *gen. 2, 15.* 3, 3 *gen. 3.* plasmatus, positus, expulsi, passi: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 4, 1 *gen. 4, 4 A deo* iustus *non dicitur, sed cf. Hebr. 11, 4* (hostiam) per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo. 4, 2 *gen. 4, 4.*

Propter sacrata munera quod optulit;
Cain in primo expugnat ecclesiam.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

5. Placuit deo Enoch ⟨vir⟩ sanctissimus,
Qui profetavit de sanctorum milibus,
Primus invocans dei summi nomine,
Vivus translatus in Eden delicias.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

6. Noe vir iustus, perfectus in opere,
Arcam construxit in typum ecclesię.
Ipse cum septem evasit diluvium.
Pactum cum deo quod pepigit, permanet.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

7. Abraham magnus, pater multitudinis,
Non est inventus similis in gloria,
Qui conservaret legem excelsissimi;
Propagat semen sidereo numero.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

8. Isaac quippe datur benedictio
Hereditare repromissam gloriam,
Typum gestavit altissimi filio,
Qui baiulavit sibi crucis stipite.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

9. In Iacob vero Israel cognomine
Confirmans autem testamentum capite,
Hereditatem dispersit in tribubus,

6, 4 pc̃tum *P* 8, 1 In Isaac *P*, In *del. W. Meyer* /benedictio *P*

4, 3 propter munera, quod (ea) obtulit? 5, 1 *eccl. 44, 16* Henoch placuit deo et translatus est in paradisum. *(cf. 49, 16. Hebr. 11, 5. gen. 5, 22.)* placuit deo: *cf. 17, 1.* 5, 2 *ep. Iud. 14* Prophetavit autem et de his septimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit dominus in sanctis millibus suis. 5, 3 primus: *nam Adam cum filiis in inferis est cf. ev. Nicodemi passim.* invócans: *cf. ad rh. IV 11, 3.* nomine: *cf. 8, 4* stipite *et cf. ad rh. IX 2, 4.* 5, 4 *Isid. Etym. XIV 3, 2* Hebraice Eden dicitur, quod in nostra lingua deliciae interpretatur *cf. rh. XXXIX 3, 1.* 6, 1 *eccl. 44, 17* Noe inventus est perfectus, iustus *(gen. 6, 9).* 6, 2 *gen. 6, 14 sq.* typum: *cf. 8, 3.* 6, 3 *gen. 7, 7.* evasit: *cf. 10, 3.* 6, 4 *eccl. 44, 19; gen. 9, 11 sq.* 7, 1 *sq. eccl. 44, 20* Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi in gloria, qui conservavit legem excelsi. 7, 2 in gloria: *cf. 12, 4. 13, 1. 16, 1. 19, 1.* 7, 4 *eccl. 44, 23; gen. 15, 5. str. 8 et 9 eccl. 44, 24 sq.* et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem eius. *25.* Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus et testamentum confirmavit super caput Iacob. *26.* Agnovit eum in benedictionibus suis et dedit illi hereditatem et divisit illi partem in tribubus duodecim. 8, 3 *sq. gen. 22, 6 sq. Ioh. 19, 17.* 8, 4 stipite *i. e. stipitem cf. ad 5, 3.* crucis stip. *cf. rh. LXXXI 32, 5.*

Ultimum . . . enarravit sobolis.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

10. Ioseph decorus ⟨et⟩ a patre dilectus
Zelum fraternum venumdatus Aegypto.
Famem evasit cum patre et fratribus
Dominus factus in regno Aegyptio.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

11. Moyses a deo prę cunctis elegitur,
Prȩcepta legis in Sina accipitur,
Digito dei decalogum repperit,
Cencren submerso liberavit populum.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

12. Aaron sacerdos et pontifex maximus
Ornatus auro, hyacinto et purpura,
Gemmas esculptas nominibus tribuum
Vestemque sanctam indutus in gloria.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

13. Finees sacer tertius in gloria
Placavit iram et mechos interimit.
Princeps sanctorum effectus pro munere,
Nomen aeternum adeptus in genere.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

9, 4 **lacuna nulla in P,* germen *suppl. Vollmer* 10, 1 et *legi nequit, supplevit Liebaert* patre: *litterae* at *evanuerunt P* 10, 2 zelũm *P* fraternũ *corr. in* fraterno *P* 10, 3 famẽ, e *in* i *corr., P* 10, 4 *litterae* no aeg *evanuerunt, suppl. Liebaert* 11, 1 elegitur, *altera* e *in* i *corr., P* 12, 2 *aut legendum* jacinto *aut* et *delendum* · 12, 3 *sculptas *P*

str. 10 eccl. 44—45 deest, Iosephi mentio fit 49, 17; gen. 37, 3 sq. decorus: *gen. 39, 6.* dilectus: *gen. 37, 3.* dilectus *in clausula* ◡ – *cf. 24, 1.* 10, 2 zelum: *i. e. zelo cf. ad rh. V 4, 2.* 10, 3 *sq. cf. gen. 42 sq.* Aegypto *pro* in Aegyptum: *cf. ad rh. VI 17, 2.* 11, 1 *sq. eccl. 45, 1* dilectus deo et hominibus Moyses . . . *4* et elegit eum ex omni carne . . *6* et dedit illi coram praecepta et legem vitae et disciplinae. 11, 2 *exod. 14.* accipitur *sensu activo cf. ad rh. VIII 19, 1;* prȩcepta *pro nom. sing. accipere noluerim.* 11, 3 *deut. 9, 10* deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei. 11, 4 Cencren *i. e. rege Aegyptiorum: cf. supra 182, 29 et Traubium in addendis ad hunc locum. Gregor. Turon. I 17* Apud Aegyptios Cencris *(v. l.* Chenchris*)* duodecimus, qui et in mare obrutus est rubro. *Mone, Lat. hymn. I 218 et A. Holder, Die Reichenauer Handschr. I 290. Antiphonar. Benchorense f. 5r* summerso sevo cincri: *ibid. f. 28v* cinchrim fugientes. *SS. rer. Merov. IV 109, 14.* 12, 1 *eccl. 45, 7 sq., exod. 28, 4 sq., levit. 21, 10* pontifex id est sacerdos maximus. 12, 2 *eccl. 45, 12* stolam sanctam, auro et hyacintho et purpura opus textile *(exod. 28, 5 sq.).* 12, 3 *eccl. 45, 13* gemmis . . . sculptis in memoriam secundum numerum tribuum Israel *(exod. 28, 9. 11).* 12, 4 *eccl. 45, 9. 14 (exod. 28, 2).* 13 *eccl. 45, 28* Phinees filius Eleazari tertius in gloria est . . . *30* ut sit illi et semini eius sacerdotii dignitas in aeternum *(cf. v. 31).* 13, 2 *num. 25, 7—12.*

14. Fortis in bello Iesus Nave filius,
Rompheas iactans civitates corruunt;
eStare fecit sol et luna pariter,
Donec triumphum sumeret de hostibus.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

15. Similis illi Caleph robustissimus,
Qui confortavit trepidantem populum;
Solique iusti de sescentis milibus
Hereditare terra saluberrima.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

16. Samuhel unxit principes in gloria,
Hostes contrivit per fragore nubium,
Iudicans ipse Israhelis populum,
Post mortem suam regi finem nuntiat.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

17. Placuit deo David ab infantia,
Quasi cum agnis sic lusit cum bestias,
Goliam sternit cum funda et lapide,
Regnum percepit cum robore valido.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

18. Nathan propheta surrexit in tempore,
Quo David rex imperavit populo;
Predixit templo ab ipso construere:
Ipso momento prohibuit fieri.

14, 2 rompheos, *altera* o *in* a *corr.*, *P* 14, 3 *stare *P* sol et *in* solē et *corr. P* 15, 1 ͨaleph *P* 16, 1 *iunxit *P* 16, 4 postṗomortem *P* 17, 2 bestias *in* bestiis *corr. P* 18, 2 d̄d̄iṁrex *(librarius* imperauit *incepit et ipse correxit) P*, **f.* in quo rex David 18, 3 ab ipso construere (tēplo) *P*, *corr. W. Meyer*

14, 1 *sq. eccl. 46, 1* fortis in bello Iesus Nave .. *3* quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas et iactando contra civitates romphaeas! ... *5* an non in iracundia eius impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo? *(Ios. 10, 12 sq.)* 14, 2 iactans: *partic. absol.* 14, 3 sol et luna *pro accusativis.* stare fecit: *alio sensu eccl. 49, 15* (Nehemias) stare fecit portas. 15, 1—4 *eccl. 46, 9* ipse *(Iosua)* et Caleb ... stare contra hostem et prohibere gentem a peccatis et perfringere murmur malitiae. *10* Et ipsi duo constituti a periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium peditum, inducere illos in hereditatem. 15, 3 iusti *i. e. propter iustitiam digni.* 15, 4 terra: *i. e. terram cf. ad rh. V 4, 2.* 16, 1 *eccl. 46, 16* Dilectus a domino deo suo Samuel propheta domini ... unxit principes in gente sua. 16, 2 *eccl. 46, 20* Et intonuit de caelo dominus ... et contrivit principes Tyriorum et omnes duces Philisthiim. *(reg. I 7, 10.)* 16, 3 *eccl. 46, 17* In lege domini congregationem iudicavit. *(reg. I 7, 15.)* 16, 4 *eccl. 46, 23* Et post hoc dormivit et notum fecit regi et ostendit illi finem vitae suae. *(reg. I 28, 11 sq.)* 17, 1 Placuit deo: *cf. 5, 1.* *eccl. 47, 1 sq.* 17, 2 *eccl. 47, 3* cum leonibus lusit quasi cum agnis. *reg. I 17, 34 sq.* 17, 3 *eccl. 47, 4 sq. reg. I 17, 50.* 17, 4 *eccl. 47, 8 sq.* 18, 1 *eccl. 47, 1* Post haec surrexit Nathan propheta in diebus David. 18, 3 predixit: *sc. David.* templo *i. e. templum.* construere *i. e. construi?* 18, 4 prohibuit *sc. Nathan sive deus. reg. II 7, 5 sq.* ipso *i. e. illo.*

Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

19. Salomon prudens regnavit in gloria,
Templum construxit opere mirifico,
Pacem undique habuit per tempora
Per quadraginta annorum curricula.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

20. Facula ardens Helias apparuit,
Qui revocavit ab inferis mortuum,
Igne cremavit bis quinquagenarios,
Cęlum non pluit tempore quo libuit.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

21. Ipse receptus ab oculis omnium,
Ignito curro raptus est in turbine;
Ultimo mundo cum Enoch adveniens,
Ut revocetur cor patrum ad filios.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

22. Post hunc surrexit Heliseus _ ⏑ –,
In quem intravit Helię espiritus
In cunctis signis et portentis maximis,
Cuius cadaver suscitavit mortuum.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

23. Rex Ezechias exoravit domino;
Angelus missus prostravit Assyrios
Centum et quinque octoginta milia
Propter nefandas illorum blasphemias.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

21, 2 curros, o *in* u *corr.*, *P*, ignito curru *W. Meyer* 22, 1 **lacuna in codice nulla* 22, 2 *$\overline{\text{sps}}$ *P* 23, 3 &centum *P*

19, 1 *sq. eccl. 47, 15* Salomon imperavit in diebus pacis *e. q. s.* in gloria: *eccl. 47, 22.* 19, 4 *reg. III 11, 42.* 20, 1 *eccl. 48, 1* Et surrexit Elias propheta quasi ignis et verbum eius quasi facula ardebat. 20, 2 *eccl. 48, 5 (reg. III 17, 21 sq.).* 20, 3 *reg. IV 1, 9 sq.* 20, 4 *eccl. 48, 3* verbo domini continuit caelum. 21, 1 *sq. eccl. 48, 9* qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. *10* Qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium. (cor patrum ad filios *Malach. 4, 6*) *cf. supra p. 491 str. 1, 2 sq.* 22, 1 *sq. eccl. 48, 13* in Eliseo completus est spiritus eius. *14* Nec superavit illum verbum aliquod et mortuum prophetavit corpus eius. In vita sua fecit monstra, et in morte mirabilia operatus est. 22, 4 *reg. IV 13, 21.* 23, 1 *eccl. 48, 19 sq.* exoravit: *cf. Is. 37, 15* oravit Ezechias ad dominum. 23, 2 *eccl. 48, 24, reg. IV 19, 35* venit angelus domini et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. 23, 4 *Is. 37, 4* ... quem misit rex Assyriorum dominus ad blasphemandum deum viventem.

24. Propheta magnus Isaias dilectus
Signum ostendens regi finem nuntiat;
Lineas decem sol retrorsum rediit,
Ter quinos annos regi vitam addidit.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

25. Rex Iosias preclarus et optimus
Mundavit templum et distruxit idola,
Purificatus ab omni spurtitia,
Antequam natus a propheta proditus.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

26. Sanctificatus Hieremias propheta
In vulva matris consecratus domino.
Hiezechiel contemplatus quadregam
Evangelistas tipice intuitus.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

27. Zorobabel quasi signum dexterę,
Iesus sacerdos, qui Iosedech filius,
Esdras escriba cum ipsis in gloria
Captum reducunt Hierusalem populum.
Audite versum mirum dictum
De sanctorum nominibus inditum.

24, 2 finem: *litt.* em *evanuerunt P* 25, 1 *Iosias rex *P* 26, 3 quadrigam *corr. P* 27, 1 Dux Zorobabel *coni. W. Meyer, sed cf. 1, 1. 18, 2.* 27, 3 *scriba *P* 27, 6 inditum *om. P*

24, 1 *eccl. 48, 23 sq.* 24, 2–4 *eccl. 48, 26* in diebus ipsius retro rediit sol et addidit regi vitam *cf. reg. IV 20, 1 sq.* ostendens: *cf. eccl. 48, 28.* regi finem nuntiat = *str. 16, 4.* 25, 1 *sq. eccl. 49, 1 sq., reg. IV 23. Legendum videtur* rex Ïosías. 25, 4 *i. e. antequam natus esset cf. reg. III 13, 2.* 26, 1 *sq. eccl. 49, 8* . . . in manu Ieremiae. *9* Nam male tractaverunt illum, qui a ventre matris consecratus est propheta. *Ierem. 1, 5* antequam exires de vulva, sanctificavi te. 26, 3 *sq. eccl. 49, 10* Ezechiel, qui vidit conspectum gloriae, quam ostendit illi in curru Cherubim. *Ezech. 1, 15 sq.* 26, 4 *Ezech. 1, 10* similitudo autem vultus eorum: facies hominis et facies leonis a dexteris ipsorum quatuor; facies autem bovis, a sinistris ipsorum quatuor, et facies aquilae desuper ipsorum quatuor. 27, 1 *eccl. 49, 13* quomodo amplificemus Zorobabel? nam et ipse quasi signum in dextera manu. 27, 2 *eccl. 49, 14* sic et Iesum filium Iosedec? qui in diebus suis aedificaverunt domum et exaltaverunt templum sanctum domino paratum in gloriam sempiternam. 27, 3 Esdram *poeta addidit cf. ad str. 3. 4.*

LXXXIII.

VERSUM DE CONTENTIONE ZABULI CUM AVERNO.

1. Audiat celum atque terra, universus populus
Tartarucum et Infernum invicem sibi loquentes.
Videte principem mortis religatum in tormentis.

2. Belua sevissima dixit: 'Potentes quos seculi
Ad te, Infer, iam adduxi, te non valent effugere.'
Videte principem mortis religatum in tormentis.

LXXXIII *P p. 99. De hoc codice cf. ad rh. LXXXI* 1, 2 tartarucum *(i. e. Ταρταροῦχον. Vollmer) sic P* infernum *P*, Inferum (Inferus *3, 1) Vollmer* inucem *P* **f.* sibi loquentes invicem, *sed dubito, num metri causa corrigere liceat* loquentes. resp̄. *P* 2, 1 *potentes q; *P* 2, 2 ///// iam adduxi *P, litterae* d *et* xi *verbi erasi legi possunt* 2, 3 *P hic et infra nil nisi* uid

LXXXIII *Abecedarius. Num mutilus sit, incertum est. Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _ *videtur esse, sed alter versiculus* 8 _ ◡ *quater,* 7 _ ◡ *4, 1,* 9 _ ◡ *4, 2,* 8 ◡ _ *2, 2. Synizesis 1, 1. 2, 1.* Concútit *6, 1: cf. ad rh. IV 11, 3.* Satánan *4, 1. Hiatus multi. Assonantia rara. Versus intercalaris. Cum hoc dialogo conferas 'Sermonem de confusione diaboli et inferni', quem E. K. Rand, Modern Philology II (1904) 261 ex codice Vindobonensi lat. 1370 s. IX/X edidit, O. Hey, Arch. f. lat. Lexikogr. XIV 257 sq. repetivit. Sed poetam non hunc sermonem adhibuisse credo, sed fontem eius, sc. evangelium Nicodemi. Eas igitur partes, quibus usus est, adscribo: Evang. Apocrypha ed. Tischendorf² 394 sq. (str. 1)* ecce Satan princeps et dux mortis dixit ad Inferum: Praepara temetipsum suscipere Iesum, qui se gloriatur filium dei esse et est homo timens mortem ... Et permulta adversatus est mihi male faciens, et multos, quos ego caecos claudos surdos leprosos et vexatos feci, ipse verbo sanavit; et quos ad te mortuos perduxi, hos ipse a te abstraxit. Respondens Inferus dixit ad Satan principem: Quis tam est iste potens, cum sit homo timens mortem? Omnes enim potentes terrae mea potestate subiecti tenentur, quos tu subiectos perduxisti tua potentia. Si ergo potens es tu, qualis est homo ille Iesus, qui timens mortem potentiae tuae adversatur? Si ita potens est in humanitate, vere dico tibi *(str. 4, 2ᵇ)*, omnipotens est in divinitate et potentiae eius nemo potest resistere; et cum dicit se timere mortem, capere te vult, et vae tibi erit in sempiterna secula. Respondens autem Satan .. dixit: Quid dubitasti et timuisti suscipere illum Iesum? .. lignum praeparavi ad crucifigendum eum et aculeos ad configendum, et in proximo est eius mors, ut perducam eum ad te subiectum tibi et mihi. Respondens Inferus ait: *(str. 3. 4)* Tu mihi dixisti, quia ipse est, qui mortuos a me abstraxit .... Quis est iste Iesus, qui per verbum suum mortuos a me traxit sine precibus? Forsitan ipse est, qui Lazarum quatriduanum foetentem et dissolutum, quem ego tenebam mortuum, reddidit vivum ... Respondens Satan .. dixit: *(str. 5)* Ipse est ille Iesus. Haec autem audiens Inferus dixit ad eum: *(str. 6. 1)* Coniuro te per virtutes tuas et meas, ne perducas eum ad me. Ego enim tunc, quando audivi imperium verbi eius, contremui perterritus pavore et omnia officia mea simul mecum conturbata sunt ..... scio, quia ille homo, qui haec potuit facere, deus fortis est in imperio, potens in humanitate ..... *p. 397 (cf. str. 1, 2)* Et cum haec ad invicem loquerentur Satan princeps et Inferus ..... *(str. 6, 2)* Inferus dixit ad Satan principem: Recede a me et exi de meis sedibus foras; si potens es proeliator, pugna adversum regem gloriae. *Hunc ergo ordinem dialogi esse puto: str. 2. Satan* 'Potentes, quos tibi trado, non valent effugere.' *str. 3 Inf.* 'At Lazarus effugit.' *str. 4 Inf. pergens:* 'Quis eum liberavit? Idem te superabit.' *str. 5 Sat.* 'Iesus est. Et ipsum tibi trado.' *str. 6 Inf.* 'Timor me concutit. (Noli eum adducere.) Ab eo superaberis.' *Aliter intellexit W. Meyer, qui proposuit: str. 4* dixit ad Infer Satanas. *5, 1 Inf.* 'Ego scio.' *str. 5, 2 Sat.* 'Vinctum.'

Poet. IV p. 637 sq.



CODEX BIBLIOTHECAE VALLICELLIANAE B 62 fol. 214v. 215r



CODEX AUGIENSIS CXII f. 111v

3. Caecus miser tunc Infernus cum tremore loquitur:
'Abstractus de sede mea Lazarus, quem adduxisti.'
Videte principem mortis religatum in tormentis.

4. Dixit Infer ad Satanan: 'Quis est ille tam magnus,
Potens et fortis in bello? Ab illo eris superandus.'
Videte principem mortis religatum in tormentis.

5. 'Ego scio, quis est ille, Iesus enim dicitur;
Vinctum ipsum tibi trado, sicut feci omnes gentes.'
Videte principem mortis religatum in tormentis.

6. 'Fortis timor me concutit', dixit Infer pavidus:
'Es cum illo pugnaturus et ab ipso religandus.'
Videte principem mortis religatum in tormentis.

LXXXIV.

1. Beatus quidem opifex escrutatur cantecis
Opitulante Christo adeptus ei votum.

2. Astra suspiciens polique superna cogitans,
Ut mereatur ingredi paradisi valvas.

4, 1 infer *super lineam* m_1 *P* dixit ad Infer Satanas *coni. W. Meyer* 4, 2 a quo *W. Meyer* superatus *in* superandus *corr. P* (m_1?) 6, 1 pauidus, p *exstincta, P* 6, 2 relegatus *in* religandus *corr. P* (m_1?) *Hic desinit P maxima parte folii vacua relicta*

LXXXIV *Invitus, fateor, rhythmum decimum supra p. 484 sq. prelo dedi, cum, quid de forma rhythmica iudicandum esset, dubius haererem. Sed non iam dubitare licet, opinor; tres enim rhythmos nactus sum, quibus iure atque merito me illic Guilelmum Meyer secutum esse ducem mihi persuaderetur; quae mira mihi videbantur atque monstruosa fere, prorsus legitima sunt; at non leges Germanorum poeta amplexus est, sed has leges iam a. 700 in poesi Latina viguisse rhythmo LXXXIV evincitur; qua de re conferas W. Meyer, Spanisches zur Geschichte der ältesten mittellateinischen Rythmik. N. d. k. Ges. d. Wissensch. z. Göttg. 1913, 104 sq., inprimis 168 sq. Hi rhythmi cum rh. X in eo congruunt, quod in singulis versiculis non constat numerus syllabarum aut clausula, at vox quater attollitur, ultima syllaba numquam sublatione caret. Rectus est versiculus* Pàradísi válvàs *et* Intérdiu cánere laúdibùs. *Quod quo facilius posset examinari, tres illos rhythmos hic coniunxi, quamquam quanto arte inter se distarent me non fugit. Poeta certe rhythmi LXXXIV rusticus erat atque rudis, ars rhythmorum LXXXV et LXXXVI (et X) perfectior est et politior. Rhythmum LXXXIV ex* **Va** *= cod. B. 62 bibliothecae Vallicellianae f. 214 sq. transscripsit et liberaliter mihi misit P. Liebaert. De codice insigni cf. Reifferscheid, Bibl. patr. lat. Italica I 191. De patria ex hoc carmine coniecturam facere possumus, nam acrostichon esse* Basinus *W. Meyer vidit. Sed ad quem Basinum referendum est? De sancto Basino, de quo AA. SS. Iul. III 669 sq. agitur, hic cogitandum non esse videtur, cum rex et*

4, 2 fortis in bello: *cf. eccl. 46, 1.*

LXXXIV *De schemate cf. in apparatu critico. Quaterni versiculi stropham efficiunt i. e. stropham Ambrosianam cf. W. Meyer, Ges. Abh. I 219 sq. II 119 n. 8* ◡ – 9^{ies}, 9 ◡ – 5^{ies} *(?),* 7 ◡ – (sàt dignúsque núbilìs) *ter,* 7 – ◡ (òpitulánte Chrístò) 5^{ies}, 6 – ◡ (pàradísi válvàs) *quater,* 6 ◡ – saéculò fúgiens) *bis. Synizesis 4, 4; si W. Meyer recte coniecit, etiam 3, 4. Hiatus nullus. Assonantia fere nulla. Rhythmus in codice sic scriptus est, ut, excepta str. 6, a primo et tertio quoque versiculo stropharum nova linea incipiat (cf. tabulam.)* 1, 1 *cf. ps. 118, 2* beati qui scrutantur testimonia eius. escrutatur: *cf. 4, 2* scupias *et ad rh. V 12, 2.* cantecis *pro canticis: cf. 4, 1* indesenenter, *5, 2* docit, *6, 1* religione *(i. e. religioni), 7, 2* merire *et ad rh. II 6, 2.* cantecis: *cf. 4, 2* canere laudibus, *5, 2* custodit proximis, *5, 2* infundens caritatibus *et ad rh. IX 2, 2.* 1, 2 ei: *cf. in app. cr.* 2, 1 *sq.* suspiciens .. cogitans. *cf. 3, 1 sq. 4, 1 sq. 5, 2. 7, 2 et ad rh. VII 3, 1.* suspiciens: *cf. rh. VIII 20, 3* caelum .. suspiciens *(gen. 15, 5).*

3. Saeculo fugiens — supernamque desiderans,
Calcata mundi pedica — † Gaudens reperire sanctorum vestigia.

4. Iugiter ieiunans, — indesenenter orans,
eScupias noctes — interdiu canere laudibus.

5. Notum facit omnibus, — cunctis custodit proximis,
Infundensque caritatibus, — sicut docit apostolus.

6. Vagat mens devota — relegione sancta,
Ut mereatur ingredi — aeternae vitae pascua.

7. Sat dignusque nubilis, — athleta dei prudens,
Humiliter petens domino — sanctum merire praemium.

---

martyr fuerit, neque magis de Basino episcopo Spirensi amico Alcuini, qui obiit a. fere 782 cf. P. A. C. I 222 ad v. 56, M. G. Dipl. Carol. I 24, 42, cum codex 50 fere annis ante sit exaratus; accedit, quod carmen nimis incultum est, quam ut ad amicum Alcuini missum esse possit. Difficilius diiudicari posse videtur, utrum rhythmus ad Basinum archidiaconum quendam Laudunensem aequalem sanctae Sadalbergae (s. VII med.) cf. SS. rer. Merov. V 63 scriptus sit an ad Basinum episcopum, qui usque ad annum fere 704 ecclesiam Treverorum[1] *regebat cf. AA. SS. Mart. I 311 sq. Gallia Christiana XIII 386 sq. Hauck, Kirchengesch. 1*[3] *406*[2] *Heinricus Zimmermann, qui proximo anno codicem accuratissime examinavit, mihi scripsit: 'Die Ornamentik weist entschieden auf Corbie .. Allerdings bildet der Name Corbie einen gewissen Collectivbegriff .... Trier ist ganz ausgeschlossen.' De tempore idem iudicat: 'Ich möchte den Codex etwa im 2. Viertel des VIII. Jahrh. entstanden denken.' Si de patria codicis recte iudicavit v. cl., propter propinquitatem Corbeiae Basinum archidiaconum Laudunensem praetuleris. Sed tempus obstare videtur, neque parvi aestimaverim, quae P. Liebaert affert: Cum codex insigni diligentia exaratus elegantissimisque picturis exornatus sit, in usum viri dignitate conspicui eum scriptum esse statuamus oportet. Ex ipso rhythmo colligitur Basinum sanctitatis fama floruisse: utrumque in Treverensem episcopum quadrat. Atque cum carmine, praesertim strophis 3 et 4 vita monachi regulam strictissime observantis describi videatur, carmen atque ipsum codicem ad Basinum, quem ex monasterio s. Maximini in sedem episcopalem sublatum esse tradunt*[3]*), missum esse a probabilitate non abhorret. Ideo pro* opifex *scribendum esse* pontifex *Liebaert coniecit. At* opifex, (qui scrutatur cantecis), *est* 'operarius recte tractans verbum veritatis' *(Tim. II 2, 15); cum hic rhythmus codici adnexus sit, in quo expositio in canticum canticorum exstat,* 'Basinum opificem domini', *quisquis fuit, scrutando cantico canticorum operam impendisse in promptu est opinari. Utut res se habet, codicem ante a. 725 exaratum esse pro certo habere possumus. Praesto mihi fuerunt schedae photographae Paulo Liebaert benigne intercedente meum in usum confectae.* 1, 1 *scrutatur *Va* 1, 2 ei *Va *fort.* eius = suum 2, 1 *superni *Va* 3, 1 supernam *Va,* superna *W. Meyer* 3, 2 gradiens sanctorum vestigia *coni. W. Meyer* 4, 2 *scupias *(i. e. excubias) Va* *interdum *Va;* orans escubias noctis, diu *(= die)* canere laudibus *coni. W. Meyer,* cupiens escupias noctes, *Vollmer. Ego aliquid excidisse credo: cum 4, 3* canere laudibus *exstet, hic* escupias (excubias) agere noctis *scripserim. Sed a quo verbo infinitivi pendent?* 5, 1 *fecit *P* 5, 2 **f.* que *delendum est* 6, 1 **f.* sanctae

2, 2 = 6, 2 3, 1 saeculo: *cf. 3, 2* supernam *(= superna an* vitam *suppl.?) et ad rh. V 4, 2.* 4, 2 *sq. ps. 118, 62. 164.* scupias *(sic cod.): cf. vit. Sulpicii episc. Biturigi, SS. rer. Mer. IV 379, 9* vigilias perpetis scupare *(v. l.* scopare, excubare*).* 5, 1 *i. e.* Nutum facit o = *er ist demütig gegen alle. Vollmer.* 5, 2 *ad Cor. I 13 referendum videtur.* 6, 1 vagat *i. e. vacat cf. rh. LXXXII 1, 3* migantia. 6, 2 = 2, 2 7, 1 nubilis *i. e. nobilis: cf. ad rh. II 14, 1.*

---

[1]) *Quintus Basinus frater Weomadi episcopi Treverensis in diplomate spurio anni 802 M. G. Dipl. Carol. I 392, 36.* [2]) *De auctore vitae Basini cf. A. Poncelet, An. Boll. 1912, 142 sq.* [3]) *Basinum episcopatu se abdicasse haud improbabiliter coniecerunt, quamquam obloquitur Hauck l. l. Ad Basinum igitur post episcopatum suum in monasterio s. Maximini degentem rhythmum scriptum esse Liebaert iudicat. — Trithemius, De viris illustr. ord. s. Benedicti Colon. 1575 p. 490 de Basino episcopo:* Claruit anno domini 720.

LXXXV.

1. Hanc quicunque devoti convenitis ad aulam
Poplitibusque flexis propiatis ad aram,
2. Cernite conspicuum sacris aedibus altar,
Geroltus quod condidit lamina nitenti;
3. Virgineo quod condecet almo podori,
Subque voto Mariae intulit in aulam.
4. Hic agni cruor caroque propinatur ex ara,
Cuius tactu huius sacrantur laminae axis.
5. Huc quicunque cum prece penetratis ad aram,
Dicite, rogo: Alme, miserere Gerolto;
6. Titulo qui tali ornavit virginis templum,
Aetherea fruatur sede felix in aevum.

LXXXV ***Eg*** = *collectanea Augiensia, quae Ioh. Egon (a. 1616 monachus Augiensis) composuit, cod. 1101 olim 313 b tabularii Caroliruhensis. In f. 43r—45r octo titulos continent, ex quibus solus tertius (Eg f. 44r = rhythmus LXXXV) etiam in* ***A*** = *cod. Augiens. CXII saec. VIII f. 111v legitur, de quo conferas A. Holder, Die Reichenauer Handschriften I 289 sq. Rhythmus LXXXV f. 111v in calce folii exstat, at ceteri tituli numquam in codice scripti fuerunt, — id quod conicere in promptu est — nam post f. 111v nihil excidit. Primus syllogam edidit Franc. I. Mone, Quellensammlung f. badische Landesgeschichte III 133 sq. et Zeitschrift f. d. Gesch. d. Oberrheins III 392. Ex solo codice A hunc rhythmum ediderunt F. X. Kraus, Österr. Vierteljahrsschrift f. kathol. Theol. 1863, 60, E. de Rozière, Recueil des Formules p. 1143 n. 897. Ex Eg et A ediderunt K. Zeumer, M. G. Formulae p. 340 et E. Duemmler, P. A. C. II 426. Ego rh. LXXXV et LXXXVI ex P. A. C. II 426 repetivi, quia nemo, quae esset forma rhythmica, intellexit. Prompto animo ex Eg et A mihi transscripsit A. Holder.* *tit.* Prosa Rythmica ad Altare s. Mariae (scilicet in Augia sub Waldone erectum) *Eg, om. A. Titulum Egon ipse addidisse videtur* 1, 1 quicunque *Eg,* quiq; *A at cf. 5, 1* 2, 2 nitenti *sic Eg A* 3, 1 *sq. sic A,* Virgines .. aluo pudoris *Eg,* **f.* virginis .. alvo pudoris *i. e. intaminatae?* condecet *cum dativo? An maior latet corruptela?* 3, 2 Subq; *A,* Quiq; *Eg* 4, 2 laminae *Eg,* lamina *A,* lumina *Vollmer* 5, 1 aram *Eg,* arcem *A* 5, 2 Dicite: rogo Alme *Eg,* dicite roge alme *A* 6, 1 ornavit *Eg,* ornant, *sed* n *erasa, A* 6, 2 Aetherea *Eg,* aetherio *A* sede felix *sic Eg A*

LXXXV *De schemate cf. ad rh. LXXXIV. W. Meyer, Nachr. d. Ges. d. W. z. Götting. 1913, 171sq. 5* ⏑ – *semel* (álmò podórì), *6* ⏑ – *quater, 7* ⏑ – *12ies, 7* – ⏑ *ter, 8* ⏑ – *bis, 8* – ⏑ *bis. Assonantia nulla. 2 hiatus. Rhythmus in codice A sic scriptus est, ut singulae strophae unam lineam efficiant (cf. tabulam), apud Egonem (hic et rh. LXXXVI) bini versiculi unam lineam explent.* 1, 1 quicunque *cum Egone scribendum videtur, de* quique *cf. ad rh. XXIII 1, 1.* 2, 1 sacris aedibus: *cf. rh. LXXXVI 6, 1.* 2, 2 *Herimanni Aug. Chron. 799 (M. G. SS. V 101)* Geroldus quoque, praefectus Baioariae, signifer et consiliarius Karoli pius et religiosus, contra Hunos pugnans occubuit Augiaeque, quam multis auxerat donis et praediis, sepultus est. *Walahfridi Strabi visio Wettini 816 sq. de Geroldo:* Defuerat soboles pariterque et defuit heres. His igitur verbis sese compescere coepit: 'Denegat heredem dominus, manet ipse superstes, Quod dedit, accipiet, Mariae commendo beatae.' Sic votum factis sequitur, magis omnibus isti Profuit ille loco, cuius nitet Augia donis. 4, 1 *sq. cf. rh. LXXXVI 2, 3 sq.* 4, 2 axis '*Gewölbe*'*?* 5, 1 cum prece: *cf. rh. LXXXVI 1, 1. 4, 1.* 6, 2 *Duemmler affert Ovid. Met. XV 448* quo ... fruentur | Aetheriae sedes, *dubito num recte.*

LXXXVI.

1. Oves ovilis Christi, currite prece supplici,
   Mensa adest domini, mentes huc vertite cuncti;
2. Reficite debilia lassae mentis viscera,
   Carnes agni edite simul hausto et sanguine.
3. Virus serpentis callidi pellite mente humili,
   Ne potata indigne sacra vomatur patera.
4. Auctorem dati thesauri ne transeat prex humilis,
   Odilleoz vocabulo suo hoc auxit voto.
5. Nec minoris gloriae structor dignus habebitur,
   Waldo praesul coenobii, suo hoc complens opere.
6. Petro sacratam aedem tali dotantes munere,
   Utriusque sed una manet merces futura.

LXXXVII.

1. Audite mirabilia
   De fratribus duodecim,
   Ex quibus unus ultimus
   Factus est prior omnium.

2. Bonum ⟨est⟩ semper dicere
   Aut acta reminiscere,
   Ubi fuit invidia
   Et fratribus malicia.

LXXXVI ***Eg*** *f. 44r cf. ad rh. LXXXV. Edidit Mone l. l., Duemmler P. A. C. II 426. Tit.* Prosa rythmica de altari s. Petri *Eg, cf. ad rh. LXXXV* 3, 2 ne potata indigne *Eg,* ne indigne potata *(sic concentus fit) W. Meyer* 4, 2 hoc *Eg,* hunc *(sc. thesaurum) W. Meyer* 6, 2 futura polorum *Eg, corr. W. Meyer*

LXXXVII ***G*** *i. e. cod. 324 bibliothecae Gandavensis, olim s. Maximini Treverensis n. 170, s. XI; in paginis 245—47, quae vacuae relictae erant, manu haud ita multo recentiore hic rhythmus scriptus est. Edidit E. Duemmler, Le Moyen âge 1889, 7sq., qui multa iniuria mutavit. Mihi denuo contulit H. Pirenne. Sine titulo* 1, 4 omnibus *Duemmler* 2, 1 est *add. Duemmler* 2, 2 ata *G, corr. Duemmler* 2, 3 **f.* quae fuerit

LXXXVI *De schemate cf. ad rh. LXXXIV. W. Meyer, Nachr. d. Ges. d. W. z. Götting. 1913, 171 n. 1.* $7\,\smile\,-\,4^{ies}$, $7\,-\,\smile\,6^{ies}$ $8\,\smile\,-\,12^{ies}$, $8\,-\,\smile$ *bis. 4 hiatus. Assonantia vel concentus binorum vel quaternorum versiculorum str. 1. 2. 4, fort. etiam 3. Dubium igitur est, num rh. LXXXV et LXXXVI ab eodem compositi sint poeta.* 1, 2 *si hiatus admittitur, hexameter est. Sedul. C. P. I 37* mentes huc vertite cuncti. 4, 2 vocabulo *i. e. nomine.* Odilleoz: *cf. Alcuini epist. ad monachos Murbacenses M. G. Ep. IV 172* Desiderabilem . . . salutationem . . . fidelis frater Odilleoz attulit *(fuit enim matricularius s. Martini Turonensis cf. Duemmler, P. A. C. II 426 n. 4). Chronik des Gallus Oeheim ed. Brandi p. 42* hat denocht umb das end sines lebens durch sinen brůder Nunonem in dises closter Owe ainen grossen und sweren knollen silbers gesant, darus Waldo den altar und andre gezierd, darzů dienende, berait und uffrust. *Libri confrat. ed. Piper p. 208, 169, 4.* 5, 2 *Waldo abbas Augiensis 786—806, de quo cf. Duemmler P. A. C. II 267 n. 1.* hoc *sc. opus.* 6, 1 dotantes: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 6, 2 *cf. Simplicii versus ad regulam s. Benedicti 9, Traube, Textgesch. d. Reg. s. Benedicti 87.* Una tamen mercis *(v. l.* merces*)* utroque *(v. l.* utrisque, utrique*)* manet in eternum *(v. l.* evum*).*

LXXXVII *Abecedarius mutilus, litterae* D, E, F, G, H, I *saepius repetitae sunt. Schema 8* $\smile\,-$ *quater repetitum; multi versus incerti sunt; 9 syllabarum 17 fere, 10 syll. 12, 2* (tollunt*?*), *26, 3* (adprensa*?*); *7 syll. traditi sunt 2, 1. 4, 4. 5, 4. 9, 3. 29, 3. Synizesis sexies fere. Hiatus 10 fere. Clausulae: 6, 2* interficiamus, *9, 3* memoratis *(?), 14, 3* passus ⟨es⟩, *19, 2* dormi mecum, *21, 1* inflammatus ⟨est⟩, *23, 2* nimire *(?), 24, 1* proclamat (proclinat*?*), *29, 1* ductus ⟨est⟩*? Haud raro bini versus singularum stropharum consonantia colligantur velut str. 2. 8. 14. 16. 18, quattuor versus str. 27.* 1, 1 Audite: *cf. ad rh. XV 1, 1.* 1, 3 *cf. Matth. 20, 16.* 2, 3 ubi, *si rectum est, = bonum est illius temporis reminisci, quo fratres fuerunt invidi e. q. s.*

3. Cum essent illi duodecim
Filii Iacob per ordinem,
Ioseph sortita somnia:
Impleta sunt per omnia.

4. Dum portabat Ioseph prandium,
Somnium retulit fratribus,
Quod eorum manipulus
Illum adoraverunt.

5. Dum colligunt manipulos
Mittentes sua semina,
Adversus fratrem statuunt
. . . impii consilium.

6. Dicebant ad alterutrum:
'[Se] istum interficiamus,
Et tunc videbimus opera,
Quot erunt ei somnia.'

7. Erat Ruben persuadens
In verbis blandis fratribus:
'Ioseph non interficite,
In lacum eum proicite.'

8. Exuerunt ei tunica,
Quod erat ei unica,
Fecerunt sicut dixerunt,
In lacum eum miserunt.

9. Extractus est de laqueo
Et presentatur fratribus,
† Et tunc se memoratis
Fraternitatis viscera.

10. Edi caprarum sanguinem
Iosephque inquinaverunt,
Mortem eius per tunicam
Delicta defamaverunt.

3, 1 *XII G* 3, 3 sonnia *G* 4, 1 portat *Duemmler, fort. recte* 4, 2 retulit *Duemmler,* se tulit *G* 4, 4 **f.* illius *(sc. manipulum)* 5, 1 mitentes *G* 5, 2 adoraverunt, — semina. *Vollmer* 5, 3 fratrem *Duemmler,* fratrum *G* statuerunt *G, corr. Duemmler* 5, 4 *lacunam indicavi* (Tum? Hoc?), *post* consilium *excidisse* capiunt *Duemmler coniecit* 6, 2 se *del. Duemmler; an scribendum est* si istum interficimus? 6, 3 videmus *Duemmler* opea *G,* opera *i. e.* opere *Duemmler* 6, 4 erant *Duemmler* 7, 4 proiecte *G, corr. Duemmler* 8, 1 eum *Duemmler* 8, 2 quae *Duemmler* 8, 3 **f.* dixerat 9, 1 de laqueo *G,* de lacubus *Duemmler* 9, 2 presentatus *Duemmler, fort. recte* 9, 3 E. t. se memorati sunt *Hofmeister cf. gen. 37, 27,* Et tunc sunt in memoria *coni. Duemmler* 9, 4 uicera *G, corr. Duemmler* 10, 1 *Edum *G* sanguine *Duemmler* 10, 2 *Ioseph quo *G* 10, 4 delicta *G,* relictam *Duemmler*

3, 3 Ioseph *dativus est,* sortita *passive accipiendum.* 4, 1 *hic et in insequentibus poeta hoc nomine non prorsus indignus, ut narrationem illustraret planiusque oculis subiceret, quae facta sunt, haud pauca addidit, quae a sacra scriptura absunt, alia immutavit. gen. 37, 5* accidit quoque, ut visum somnium referret fratribus . . . putabam . . vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. manipulus *i. e. manipulos cf. ad rh. II 14, 1 = nom. plur. cf. ad rh. V 3, 2.* 4, 4 adorá-veruntː *cf. 8, 3. 8, 4. 10, 2. 10, 4. 13, 1. 13, 3 et ad rh. VIII 13, 3.* 5, 1 mittentes: *postquam semen miserunt.* 5, 3 *num poeta* fratrum *pro* fratrem *scripserit, dubito.* 6, 1 *gen. 37, 18* . . et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit; venite, occidamus eum et mittamus in cisternam veterem. 6, 3 *gen. l. c. 20* et tunc apparebit, quid illi prosint (proderunt *Ambros. de Ios. 12, Migne (1882) XIV 677)* somnia sua. 6, 4 quot *i. e. quod.* 7, 1 *gen. l. c. 21* Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum et dicebat: Non interficiatis animam eius nec effundatis sanguinem, sed proicite eum in cisternam hanc. erat persuadens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* persŭadens *legendum est.* 7, 2 in: *cf. Rönsch, Itala u. V. 396 sq.* 8, 1 *gen. l. c. 23* nudaverunt eum tunica . . . miseruntque eum in cisternam (lacum *Ambros. de Ios. 16, Migne XIV 679)* veterem. tunica = *tunicam cf. 10, 4* delicta, *15, 1* domo, *16, 3* caritatem, *17, 4* carcere, *20, 1. 20, 2. 20, 4. 22, 2. 28, 4 et ad rh. V 4, 2.* 9, 1 *sc. postea cum* 'transitus Hismaelitarum' *esset str. 11; ceterum str. 9—10 perquam obscurae sunt. poeta voces* lacus *et* laqueus *confudisse videtur.* 9, 2 *in vulgata deest.* 9, 4 viscera: *cf. gen. 43, 30* festinavitque quia commota fuerant viscera eius super fratre suo. *An scribendum* fraternitatis vincula? 10, 1 *gen. l. c. 31* tulerunt autem tunicam eius et in sanguine haedi quem occiderant (occiderunt haedum caprarum *Augustin, Locut. in Heptat. Migne (1887) XXXIV 496)* tinxerunt; mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent: Hanc invenimus, vide utrum tunica filii tui sit an non. *Fortasse haec fere dicere voluit poeta: mit Bocksblut besudelten sie Ioseph, durch den Rock, (den sie zurückbehielten? zurücksandten?), meldeten sie (dem Vater) seinen Tod.* sanguinem: *cf. ad 8, 1.*

11. Fuit exinde transitus
Hismaelitarum generis;
Cum venirent ad fratribus,
Ioseph ceperunt vendere.

12. Fecerunt pacta pariter,
Tollentes vigenti argenteos,
Ioseph tristis et gemitus
Servus vadit in Egyptum.

13. Fratres Ioseph dum venderunt,
Pavidus timore tacuit.
Et patri suo dixerunt:
'Bestia eum rapuit.'

14. Flebat Iacob pro puero
Rachelis nato utero:
'Fili Ioseph, qui passus ⟨es⟩
Et a bestia raptus es!'

15. Fuit in domo vinditus
Phutifares præpositi;
Cunctaque sua substantia
Ioseph traditur cum gratia.

16. Formonsus erat iuvenis,
Decoratus et humilis,
Caritatem dulcissimus
Et omnium piissimus.

17. Fallacitas coniugii!
Persuadens virum mulier,
Ne sua mala proderet,
Misit Ioseph in carcere.

18. Fama Ioseph in Egyptum
Loquebatur pro merito
De eius sapientia
Vel magna pacientia.

19. Gelas pellicit domina,
Dum dicerit: 'Dormi mecum.'
Ille non solum noluit,
Set etiam aborruit.

11, 3 Cum venirent ad *Vollmer*, comuenire ad fr. *G*, conveniunt cum fratribus *Duemmler* 11, 4 ceperun *G* 12, 1 facta *G*, *corr. Duemmler* 12, 2 tollunt *Duemmler* XX argenteo *G* 12, 3 N Ioseph *G* gemitus *fort. = seufzend (Hofmeister), an scribendum est* *tristis est gemitus, ? tristi cum gemitu *Duemmler* 12, 4 serui *G*, *corr. Duemmler* 13, 2 pauiduc *G*, pavens *Duemmler* 14, 2 nator *G*, *corr. Duemmler* 14, 3 fili *sic G*, filio *Duemmler* pasus *G* *es *om. G*, est *Duemmler* 14, 4 *raptu est *G*, raptus est *Duemmler* 15, 1 uinditas *G* 15, 2 propositi *G*, Phutifaris praepositus *Duemmler* 15, 3 cuncta *(que del.) Duemmler* 15, 4 tradit *Duemmler* 16, 1 fermansus *G* 16, 2 decoratur *G*, *corr. Duemmler* 16, 3 caritate *Duemmler* dulcisimus *G* 17, 2 mulierem viri *coni. Duemmler* 17, 3 par deret *G*, *corr. Duemmler* 17, 4 et misit *G*, et *del. Duemmler* carcerem *Duemmler* 18, 1 Egypto *Duemmler* 18, 2 merit *G*, *corr. Duemmler* eius *Duemmler*, ecus *G* 19, 1 fallicit *G*, *corr. Duemmler* dominam *Duemmler* 19, 3 illi *G*

11, 1 *sq. gen. l. c. 28* et praetereuntibus Madianitis negotiatoribus extrahentes eum de cisterna vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis, qui duxerunt eum in Aegyptum. ad fratribus: *cf. rh. XXXIX 29, 3.* 12, 4 *(18, 1)* Ægyptum: *cf. ad rh. IV 19, 1.* 13, 1 *cf. gen. 42, 21* et locuti sunt ad invicem: Merito haec patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animae illius, dum deprecaretur nos, et non audivimus. 13, 3 *sq. gen. 37, 33* quam *(sc. tunicam)* cum agnovisset pater, ait: Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia devoravit Ioseph. 15, 1 *sq. Augustin., quaest. in heptateuch. I 127 Migne XXXIV 582* vendiderunt Ioseph in Aegyptum Petephrae spadoni, praeposito coquorum. *gen. 38, 4* invenitque Ioseph gratiam coram domino suo et ministrabat ei, a quo praepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum et universa, quae ei tradita fuerant. 15, 2 Phutiphares *i. e. Phutipharis.* 16, 2 *i. e. decorus.* 16, 3 caritatem: *cf. ad 8, 1.* 17, 1 *i. e quanta est fallacitas coniugii! (coniugis cf. 21, 2).* 17, 2 persuadens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* virum: *i. e. viro, coniugi. Str. 17 et 18 seriem narrationis graviter interrumpunt, 16 cum 19 perbene cohaeret cf. gen. 39, 6* erat autem I. pulchra facie et decorus aspectu. *7* .. domina .. ait: Dormi mecum. 19, 1 Gelas *i. e. ζηλάς cf. Goetz, Thes. gloss. emendat. II 534 ζηλάς* pelex; *g pro ζ cf. Corp. gloss. lat. III 74, 63* zelos gelos. dicerit *cod.: cf. ad rh. II 6, 2.*

20. Gressum perrexit . . .
Et convocat familia,
Quod illi Ebreus iuvenis
Disrupit sua lacinia.

21. Graviter inflammatus ⟨est⟩
Potifares pro coniugio,
Pro cuius malificia
Ioseph est in suplicia.

22. Gavisus magno gaudio
Ioseph vadit in carcere,
Quod † incurante se noluit
Nec vestimenta tetigit.

23. Hostis est genus femine
Et incredendum nimium,
Mundi mors ab inicio
Ingressa est in secula.

24. Humiliter se proclinat
Adveniente coniugi,
Ostendit ruptum palleum,
Dum confecit mendacium:

25. 'Hebreus ille servulus,
Cui tradidisti omnia,
Pro meretrice me habuit,
Non pro sua dominica.

26. Ingressus sub especie
Cuiuspiam operarie
Adprehensa mea lacinia
Detrait ad ludibria.'

28. Iram repletus Phutifar
Per falsa verba coniugis
Putatur inculpabilem
Ioseph, recludit carcerem.

27. Ista talis tentatio
Ioseph fuit probacio,
Castitas et oratio
Fuit ei in solacio.

29. Karcere retrusus ductus
Damnatus sine crimine.
. . . ibidem salvatus est,
Quam non consensit femina.

20, 1 Gressu *Duemmler* protinus *add. Duemmler* 20, 2 familiam *Duemmler* 20, 4 suam laciniam *Duemmler* 21, 1 inflamatus *G* est *add. Duemmler* 21, 2 coniugio *G*, *cf. 17, 1*, coniuge *Duemmler* 21, 4 est (÷) *G*, it *Duemmler* 22, 1 Gauiso manna *G*, *corr. Duemmler* 22, 2 carcerem *Duemmler* 22, 3 incurante se *G*, incubare *coni. Duemmler*, *fort.* inquinare 23, 2 nimire *G*, nimium *coni. Duemmler* 23, 3 mundus *G*, *corr. Duemmler* 23, 4 in seculo *Duemmler*, in cla *G* 24, 1 *proclamat *G* 24, 3 ruptum in p. *G*, *corr. Duemmler* 25, 2 onnia *G* 25, 3 mererice *G* 26, 1 Ingressus ⟨est⟩ *Duemmler* *specie *G* 26, 2 quispiam *G*, *corr. Duemmler* *str. 27 post 28 posui* 28, 1 phutiphares *G*, *corr. Duemmler* 28, 2 coniugit *G* 28, 3 putat eum culpabilem *Duemmler* 28, 4 resudit carcerem *G*, claudit in carcerem *Duemmler* 27, 2 futit, *corr.* m_1, *G* 29, 1 Kacere *G*, Karcere trusus ductus est *coni. Duemmler*, *sed graviorem corruptelam latere apparet* 29, 3 Et *add. Duemmler*, *malim* Sed saluatum *G*, *corr. Duemmler* 29, 4 quam *G*, **f.* qui femina *(i. e. feminam) G*, femine *Duemmler*

20, 1 gressum *i. e. gressu.* 20, 4 lacinia *i. e. laciniam suam, aliter gen. l. l. 12* illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret: Dormi mecum. 21, 1 *sq. etiam hic series narrationis tam impedita est, ut duos rhythmos in unum contractos esse credere possis.* 21, 1 *gen. l. l. 19* his auditis dominus et nimium credulus verbis coniugis iratus est valde. 21, 3 pro malificia: *cf. ad rh. XVIII 1, 2.* 21, 4 in suplicia: *cf. ad rh. VII 11, 2.* 22, 1 gavisus m. gaudio: *cf. e. g. Matth. 2, 10.* 23, 2 nímire = nímirum, *an cum Duemmlero scribendum* nimium? 23, 4 *gen. 3, 1 sq.* 24, 3 palleum *sc. suum*, *non Iosephi ut gen. l. l. 16* retentum pallium ostendit marito revertenti, *cf. ad str. 20, 4.* 24, 4 confecit *i. e. conficit.* *str. 25 gen. 39, 17.* 26, 1 especie: *cf. ad rh. V 12, 2.* 26, 2 operarie *i. e. operarii, an pro* operae, operis *cf. gen. l. l. 11* accidit, ut operis quidquam absque arbitris faceret? 28, 1 iram *i. e. ira.* 28, 3 putatur *corruptum esse iudico pro* punivit, multavit; *an* inculpabilem = *noxium et* putatur = *putat (cf. ad rh. VIII 19, 1)?* 29, 4 *Utrum hic finis rhythmi sit necne, vix diiudicaveris.*

LXXXVIII.

1. Quique cupitis audire — ex meo ore carmina,
   De summo deo nunc audite — gloriosa famina
   Et de adventum Antichristi — in extremo tempore.

2. Antichristus est venturus — permitente domino,
   In Babilonia nascetur — conceptus de diabolo,
   Dan de tribu erit ortus — ex Ebreorum populo.

3. Triginta annos tunc latebit — incognitus a populo,
   Duos annos tunc regnabit — et uno et dimidio,
   Fortis potestas ei datur — in presenti seculo.

4. Modo cuncti abscultate — precepta apostolica:
   Nemo vobis iam seducat — per suam epistolam
   Nec per sermonem nec per signa — nec per vana gloria.

5. Enoc namque missus dei — cum Helia pariter
   In illo tempore tunc mortem — venient suscipere;
   Antichristus hos occidet — permitente domino.

LXXXVIII *M* = *cod. Moissiacensis Bibliothecae Rossianae. Descripsit L. Bethmann, Arch. f. ält. d. Gesch. XII 409, Dreves, Anal. hymn. II 8 sq. Saeculi X est, sed f. 71—107 diversis manibus et diversis temporibus exarata sunt; f. 76ª manu X s. rhythmus de Antichristo scriptus est, qui quin priori aevo adscribendus sit dubium non est. Edidit Dreves, An. hymn. II 91, cuius correcturae saepissime falsae sunt, in linguam Germanicam vertit P. de Winterfeld, Arch. f. d. Studium d. neueren Sprachen u. Literaturen CXIV 40. Idem nonnulla correxit N. A. XXV 406 sq. Mihi contulit K. Polheim. Strophis 1 et 2 neumae superpositae sunt. Sine titulo.* 1, 1 Quic que *M* 1, 3 anti xpisti, *prior* t *corr., M* 2, 1 est, e *litterae* o *similis, M* permitente, nt *raso loco, M* 2, 3 *De tribu Dan *M* exe breorum *M* 3, 1 annis *M* 3, 2 tunc regnabit *in rasura M* e dimidio *M* 3, 3 fortis *M,* foras *Dreves* 4, 1 cuncta *Dreves* 4, 2 *ex uobis *M* 4, 3 nec per sermonem *M,* nec *del. Dreves* *a 5, 1 altera manus incipit* 5, 1 iamque *Dreves* 5, 2 mortem venient *Winterfeld,* ueniet mortem *M*

LXXXVIII *Schema* $\dot{8}\ \_\ \smile + 7\ \smile\ \_$ *ter repetitum stropham efficit. Prius hemistichium 9 syllabarum 22ies fere, alterum 8 syllab. 13 fere, 9 syll. 10, 3. 16, 3. Sed multa incerta sunt velut 11, 2. Clausulae: 5, 2 correxit Winterfeld, neque minus 16, 3 corrigendum censeo, 9, 1* diebus, *10, 3* deridunt, *15, 2* coronant. *16, 2* gustaverit. *Passim de synizesi cogitaveris. Hiatus multi. Assonantia rara.* 1, 1 audire: *cf. ad rh. XV 1, 1.* Quique: *cf. rh. XXIII 1, 1 (cod. PB)* 1, 3 de adventum: *cf. ad rh. VII 14, 2. V 4, 2.* 2, 1—3 *cf. Malvenda, De Antichristo I 128. 140. 162. Bousset, Der Antichrist 112 sq. Quamquam poeta multis locis cum Adsonis epistula p. 104 sq. ed. E. Sackur, Sibyllin. Texte u. Forschungen consentit, tamen Adsonem hunc rhythmum non legisse apparet.* 3, 1 *triginta annos Antichristum latere nullo alio loco ni fallor traditur. Nescio an poeta ipse collato Luc. 3, 23 haec finxerit. De iuventute Antichristi iucunde hariolatur Malvenda I 191 sq.* tunc: *cf. 3, 2. 5, 2. 6, 1. 9, 1. 9, 2. 9, 3. 10, 1. 11, 2. 13, 3.* 3, 2 uno et dimidio *i. e. unum et d.: cf. ad rh. V 4, 2.* 4, 1 abscultate: *cf. Traube, Textgesch. d. Regula s. Benedicti² 10 sq. ep. ad Thessalon. II 2, 2 sq.* non cito moveamini a vestro sensu neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tamquam per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo . . . ostendens se tamquam sit deus *(i. e. per vana gloria!)* . . . *v. 9* et signis et prodigiis mendacibus et in omni seductione. vobis: *cf. ad rh. IX 2, 4.* 4, 3 vana gloria: *cf. rh. V 1, 4.* 5, 1 *sq. de duobus testibus cf. Bousset l. c. 134 sq. Quibus ex fontibus poeta hauserit, nescimus; multa quidem ex apocal. Ioh. sunt velut 6, 1 sq. cf. apoc. 11, 8 sq. Immerito autem Dreves 7, 1 scripsit* reclamante domino *(ex apoc. 11, 12* et audierunt vocem magnam de caelo dicentem eis: Ascendite huc). *Quod vero poeta dicit post resurrectionem eos gentes esse admonituros, ne diabolo credant, nonnullaque alia cum nullo alio auctore congruunt.*

6. Tribus diebus tunc iacebunt — eorum sancta corpora,
Die tercia resurgent — domini imperio,
Sicque gentes predicabunt — ne credant diabolo.

7. Et in celum sic ascendunt, — reclamant ante dominum,
Ut eorum fuso sangui — divina fiat ultio,
Et vindicta facta erit — de maligno spiritu.

8. Ihesus Christus deus noster, — qui redemit seculum,
Ipse mitet ex ore suo — gladium fortissimum,
Ipse occidet Antichristum — perdicionis filium.

9. Tunc reddetur pax in terra — quadraginta diebus,
Tunc erit dominus venturus, — vident omnes occuli,
Tunc omnis genus, tribus, lingua — venit ad iudicium.

10. Tunc aparebit crux in cęlo, — signum amirabile,
Iudea nequa et pagana — et eresea dogmata
Absque dubio peribunt, — qui crucem et fidem deridunt.

11. Virtutes celi . . . — movebuntur pariter,
Cum dominus tunc iudicabit — unumquemque secundum sua merita:
Soli iusti salvabuntur — propter sancta opera.

12. Civitas siquidem illa — valde est mirabilis, 16
Portas habet quater ternas, — fundamenta totidem,
Non lumen solis neque lune — nec de ulla sidera,
Set claritas summi dei — semper hanc illuminat.

13. Ierusalem, civitas dei — et paradisi claritas, 12
Ubi regnat Christus deus — cum sanctorum animas,
Sine fine tunc regnabunt — in eterna requie.

6, 1 diebus, di *correctum, M* 7, 1 ascendent *Dreves* 7, 1 reclamante domino *Dreves* 7, 2 fusus sanguis *Dreves* 7, 3 de ma|, *vocabula* ligno spiritu *super* ut eorum *scripta sunt, M* 8, 3 filium uenit ad iudicium *sic M, cf. ad 9, 3* 9, 2 **f.* est d. venturus *cf. 2, 1* 9, 3 genus *M*, gens *Dreves* lingua *Dreves*, lingue *M* venit ad iudicium *hic desunt cf. ad 8, 3* 10, 3 rident *Dreves*, q. cr. e. f. deridunt propt̄ sc̄a opera *M cf. 11, 3* 11, 1 virtutes cœli terraeque *Dreves* 11, 2 cum *del. Vollmer* deus *Dreves* unum quemque *M*, quemque *Winterfeld* sua *om. Dreves* 11, 3 propter sancta opera *hic desunt, cf. ad 10, 3*, p. sua op. *Dreves* 12 *altera pars rhythmi omnino conturbata esse videtur. Quem stropharum verum esse putem ordinem, numeris in dextro margine appositis indicavi. Fortasse post 11, 3 lacuna est str. 12, quae quatuor versus habet, ex duabus conflata esse videtur* 12, 3 nec *Dreves* nec de ullo sidere *Dreves* 12, 4 sumi *M* 13, 2 animis *Dreves*

7, 2 sangui *i. e. sanguini.* 8, 2 ipse: *utrum Christus ipse perditionis filium occisurus esset an archangelum missurus, disceptabant. Bousset p. 152, cf. Thess. II 2, 8.* 9, 1 diebus *in clausula* ◡ ‒: *cf. ad rh. XXXVI.* Tunc *repetitum: cf. Matth. 24, 30 et ad str. 3, 1.* 9, 2 *sq. apoc. 11, 9 de occisis testibus:* et videbunt de tribubus et populis et linguis et gentibus corpora eorum per tres dies et dimidium. 9, 3 omnis genus: *cf. ad rh. V 4, 2.* 10, 1 *Matth. 24, 30* et tunc parebit signum filii hominis in caelo *(Bousset 154)* et tunc plangent omnes tribus terrae. 10, 2 nequa *i. e. nequam: cf. ad rh. V 4, 2.* 10, 3 deridunt: *cf. ad rh. VIII 4, 1.* 11, 1 *Matth. 24, 29* et virtutes caelorum commovebuntur. 12, 1 *sq. de ordine stropharum cf. in app. crit.* illa *12, 1 ad 13, 1* Ierusalem civ. dei *referendum est.* 12, 1–2 *cf. apoc. 21, 12 sq.* 12, 3–4 *cf. ibid. 23* et civitas non eget sole neque luna, ut luceant in ea, nam claritas dei illuminavit eam. 12, 3 de ulla sidera: *cf. ad rh. VII 14, 2.* 13, 1 *sq. cf. apoc. 21, 3* et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis . . . et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. *ibid. 20, 6* in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis.

14. Homicide et criminosi — intus non recipitur, 13
Set caos magnum inter eos; — in atrocis tenebris
Omni ora 'Ve! Ve!' clamant — et mitunt voces lugubras.

15. Nec pavescant firma corda — que, cum hec audierint, 15
Sed virtutes imitentur, — que in celis coronant,
Ut evadant pena dira — et amplectent supera.

16. Nam de pena reproborum — . . . . . .
Quos mors secunda gustaverit, — non erit ulla requies, 14
Cum Satan semper ardebunt — in stagnum ignis et sulphuris.

17. Omnipotentem deprecemur — cuncti devotissime,
Ut a pena infernali — dignet nos eripere
Et ad gaudia superna — sinat introducere.

18. Gloriam Christo canamus, — gloriam paraclito,
Una patri filioque — simul individuo,
Cuius honor et potestas — regnat ante tempora. Amen.

LXXXIX.

HYMNUS DE DIE IUDICII.

1. **A** prophetis inquisivi — 2. **B**eatos martyres deus fecit,
De die illa iudicii, — Quorum passionem dedit,
Aut si longe aut prope esset: — Ut pro illo paterentur
Haec signa dedere mihi. — Et pro nobis intervenirent
In tremendo die. — In tremendo die,

14, 1 *quomodo locus emendandus sit non video,* Homicidae . . . recipiunt *Dreves* 14, 3 lugubres *Dreves* 15, 1 pavescant *Dreves,* pauescat *M* *audierit *M* 15, 3 poenas diras *Dreves* 16, 1^{b} *lacunam Dreves statuit* 16, 2 **f.* quos gustavit mors secunda? 16, 3 **f.* in estagnum sulphuris 17, 2 dignetur *Dreves* 17, 3 **f.* introcedere 18, 2 indi ui// duo *M*

LXXXIX *Hic rhythmus antiquus et incultus exstat in* **Ba** *i. e. Bedae operibus ed. Basileae MDLXIII tom. III 670 (Migne P. L. XCIV 557). Cum obscurum sit, quem codicem editor adhibuerit, editio typis impressa repetenda erat. Quod eo aegrius fero, quia et rhythmus corruptus est et poeta legum artis rhythmicae nimis ignarus fuisse videtur. Certe textus eiusmodi est, ut vix discernas, utrum versus octosyllabi an quindecimsyllabi sint, utrum cadentem an scandentem clausulam esse poeta voluerit: e. g. primus versus deleta voce* illa *iustus quindecimsyllabus est* A prophetis inquisivi de die iudicii. *Sed plurimi versus aliter comparati sunt. Accedit quod haud paucis locis concentu syllabarum exeuntium versus 8 syllabarum indicari videntur velut 7, 1 sq.* apparebit — sedebit. *8, 1* adimplebit — cantabit. *11, 1* medio . . . memoratio *alii.* 1, 5 *fort. ubique scribendum est* In tremendo die iudicii *cf. ad rh. XVII 1, 3* 2, 2 *q. passionem suam d. *Ba* 2, 4 **f.* pro nos

14, 1 *cf. apoc. 21, 8* timidis autem et incredulis et exsecratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et idolatris et omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda. 14, 2 *cf. ev. Luc. 16, 26* inter nos et vos chaos magnum firmatum est. *De tenebris cf. Matth. 8, 12.* atrocis: *cf. rh. IX 12, 2.* lugubras: *cf. rh. XXXV tit. (cod. L).* 14, 3 *cf. Anal. hymn. XXXIII p. 290, 9* in futuro saeculo vae vae vae dicetis. 15, 1 *ev. Ioh. 14, 1.* corda que *(aliqua) coniungendum esse puto, an* que *versus causa?* 15, 3 pena dira: *cf. ad rh. V 4, 2.* amplectant: *cf. ad rh. VIII 19, 1.* 16 *stropha corrupta procul dubio cum str. 14 coniungenda est.* 16, 3 in stagnum: *cf. ad rh. V 4, 2.* 17, 2 dignet: *cf. ad 15, 3* amplectent.

LXXXIX *Abecedarius. De forma cf. in app. crit. Hiatus permulti. Versus intercalaris.* 1, 3 aut si — aut = *utrum . . an.* 1, 4 *poeta de* 'XV signis iudicii' *(Augustin. de civit. dei XVIII 23) non cogitat.*

3. **C**um erit dissolutio
Et magna tribulatio,
[Cessabunt patrocinia]
Et erit consummatio
In tremendo die.

4. **D**eus ab austro apparebit,
Terribilis adveniet
Orbem ponere in desertum
Et vindictam retribuere
In tremendo die.

5. **E**xtinguetur sol et luna,
Stellae cadent in terram,
Coelum movebit se de loco
Et plicabitur ut liber
In tremendo die.

6. **F**undamenta orbis terrae
Corruent cum ira grandi,
Montes liquescent, terra inarescet,
Simul et mare siccabitur
In tremendo die.

7. **G**loriosus apparebit
Christus, in throno sedebit
Iudicare suam plebem,
Cui legem ipse dedit,
In tremendo die.

8. **H**oc, quod dixit, adimplebit:
Angelus tuba cantabit,
In ictu oculi ⟨resurgent⟩,
Cum audierunt vocem . . . .
In tremendo die.

9. **I**bi stabit servus malus,
cum venerit dominus eius;
Hora, qua . . . . non sperat,
Inquirentur acta eius
In tremendo die.

10. **K**alumnia superborum
Et rapina impiorum
Ibi tum ambo occurrent
Cum lacrimis miserorum
In tremendo die.

11. **L**ibri dantur in medio
Et erit memoratio,
Ab angelis recitantur peccata nostra
Initio congregata,
In tremendo die.

12. **M**iser ego quid facio
Aut quid . . . respondebo?
Hoc quod mihi occultum est,
Meis auribus audiam
In tremendo die.

13. **N**on accipitur persona,
Cessabunt patrocinia,
Non se rediment divites,
Qui congregaverunt peccata,
In tremendo die.

14. **O** quales reges potentes,
Quibus obedierunt gentes,
Ibi stabunt ante thronum
Cum magno fletu gementes
In tremendo die!

3, 3 *cf. 13, 2* 4, 4 **f.* et tribuere vindictam 6, 3 **f.* arescet 6, 4 et *fort. glossa est* 8, 3 *resurgent *om. Ba* 8, 4 **f.* vocem eius 9, 2 *expectans cum venerit *Ba*, expectans *cum et sensui et rhythmo refragetur, delevi* 9, 3 **lacuna nulla in Ba, fort.* qua ⟨ipse⟩ non sperat, qua non exspectans est *Vollmer* 10, 4 lachrymis *Ba* 11, 3 *sq. *f.* Angeli recitant peccata Ab initio congregata 12, 1 *ergo *Ba* 12, 2 *in Ba nulla lacuna* 12, 3 **f.* est occultum 13, 2 *patrocinia *scripsi cf. 3, 3,* sacrificia *Ba*

Potius huc rettulerim Marc. 13, 4 interrogabant eum: dic nobis, quando ista fient? et quod signum erit, quando haec omnia incipiunt consummari? 2, 1 *sc. Henoch et Heliam cf. rh. LXXXVIII 5, 3* Antichristus hos occidet permittente domino. 3, 2 *Matth. 24, 21* erit enim tunc tribulatio magna. 3, 4 *cf. Marc. 13, 4* 4, 1 *Habacuc 3, 3 cf. rhythm. XLV 4, 1.* 4, 3 *Ierem. 6, 8.* 5, 1 *Matth. 24, 29. Apoc. Ioh. 6, 12 sq. 5,4 cf. rh. XXIII 5, 4* caelum ut liber plicare. 6, 3 *Petr. II 3, 10* elementa vero calore solventur, terra autem et quae in ipsa sunt exurentur *cf. n. XIII str. 28, 2.* 7, 1 Gloriosus: *cf. rh. XVII 7, 1 (Matth. 25, 31).* 7, 3 iudicare: *cf. rh. XIV 19, 2. XVI 9, 2. XXIII 2, 2.* 8 *Matth. 24, 31. Cor. I 15, 52* in momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti . . . 9 *Matth. 24, 48* si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire . . . . veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat. 11 *apoc. Ioh. 20, 12* et libri aperti sunt . . et iudicati sunt mortui ex his. in medio: *cf. ad rh. V 4, 2 cum str. 11 sq. conferas sequentiam pro defunctis* Dies irae *str. 5 sq.* liber scriptus proferetur . . . 7 Quid sum miser tunc dicturus . . *rh. XXIII 9, 1 sq.* 13, 1 *ep. ad Galat. 2, 6.* 13, 4 *cf. 11, 4.*

15. Principes sublimiores
Ibi anhelabunt prae ardore,
Non est qui faciat ventum illis
Neque qui tergat sudorem
In tremendo die.

16. Quam amara dies illa,
De qua loquitur propheta,
Velox nimis et timenda,
Peccatoribus tremenda
In tremendo die.

17. Rapidus patet infernus
Tenebrosus et horrendus,
Aperiet fauces suas
Nimium insatiandas
In tremendo die.

18. Semper sit solicitudo
Admonente deo nostro,
Non graventur corda nostra
In crapula et vino
In tremendo die.

19. Tanta parantur tormenta,
Quanta non cupit mens nostra,
Sed ipse locus se demonstrat,
Ubi erit fletus frustra
In tremendo die.

20. Unicus filius iudicans orbem,
. . . . . .
Christum qui non confitentur,
Ipsi peribunt in fine
In tremendo die.

21. Χριστοῦ ut compleantur verba
⟨Et⟩ eius fiant praecepta,
Breviantur dies illi
⟨Et⟩ erunt ut una hora
In tremendo die.

22. Υἱέι erunt dies illi,
Quando venit dominus in terram.
Deus, tu libera nos
Ab illa aeterna poena
In tremendo die.

23. Zabulo immittente
Eva peccavit serpente.
Deus tu nos libera
Ab illa ira aeterna
In tremendo die!

XC.

1. Agius atque ingenitus,
eSpiritus sanctissimus,
Antequam fierit mundus
Patri aequalis filius:
Trinum refulgens unicus,
Omousios kyrius.

2. Bene caeli especiem,
Terrae potestas fecerat
Foveas, aquae gurgites,
Tenebras densas repellens.
Collectae aquae miriter,
Arida patent limina.

15, 2 *pro ardore *Ba* 16, 1 *amarus dies ille de quo *Ba* 18, 2 *monente *Ba* 19, 1 *parentur *Ba, fort. pro indicativo accipiendum est* 20, 1–2 **f.* unicus filius ⟨dei⟩ iudicans orbem ⟨sedebit⟩ 21, 2 *et *om. Ba* 21, 4 *et *om. Ba* 22, 1 'Υιέι *Ba*, **f.* foedi *cf. ad rh. XIV 22, 1, Υἱὸν Vollmer* 23, 3–4 *cf. 22, 3–4*

XC ***B*** = *cod. Bernensis 611 saec. VIII/IX f. 80b. Edidit et enarravit W. Meyer, Nachr. d. Gesellsch. d. W. zu Göttingen 1908, 213 sq. Praeterea usus sum exemplari photographo. Tit. deest.* 1, 1 Agius atque

16, 1 *similiter rh. LXVII 11, 1* Dies illa et amara reprobis 16, 2 *Sophonia 1, 14 sq.* 17, 1 *cf. rh. XXIII 8, 3 ubi* apparebit *fort. pro 'aperietur' accipiendum est.* 18 *Luc. 21, 34.* 20, 3 *epist. Ioh. II 7* multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem. 21 *Matth. 24, 22.* 22, 2–3 *cf. versum intercalarem rhythmi LXVII 3, 3.* 23, 3–4 *cf. 22, 3–4.*

XC *Abecedarius* A—T. *Schema 8* ◡ – *sexies repetitum stropham efficit. 5 versus 9 syllabarum (1, 1? 6, 4?). Clausulae: 1, 3* mundus, *2, 4* repellens (repellens tenebras?), *3, 4* diem, *6, 4* gigantum

3. Clara luce in primitus,
Firmamentum in postmodum,
Maris terreque speciem
Tertio fixisti diem,
Sidera quarto incoans,
Quinto iam volatilia.

4. Die sextoque bestias,
Iumenta atque pecora
Regem terraeque hominem
Plasmasti ad imaginem.
Dedisti ei similem:
Eva prodit ex latere.

5. Ecce gustando vetita
De paradysi gaudiis
Eiecti foras tribulant,
eSpinis gignent arida,
Sequitur culpa noxia
In filios et filias.

6. Funera crescent nimium
Usque tempus diluvii.
Mundus sensit naufragium,
Corpora mersa gigantum.
Arca servati spiritos
Intra undarum ictibus.

7. Gentium augent numeros
Fili Noe per partibus.
Turrem superbi aedificant
Nisi caeli cacumina.
Quem summa dei trinitas
Ibi confundens linguas.

---

ingenitus *W. Meyer*, agiusque igneus *B* 1, 2 spiritus *B* 1, 3 *ne transponamus* mundus fieret, *homoeoteleuton obstare videtur; ideo ne aliis quidem locis, ubi fieri potuit, metri causa mutavi velut 3, 4* 1, 6 omousios *W. Meyer*, omosyon *B* 2, 1 *speciem *B* 2, 2 fecerat *W. Meyer*, feceret *B* 2, 3 *aquas *B* 3, 4 tertio *W. Meyer*, tertia *B* fixisti *B*, **f.* fecisti *cf. gen. 1, 7* diem *B*, die *W. Meyer* 5, 4 *spinis *B*, spinas *W. Meyer* gignent *B*, gignunt *W. Meyer* 6, 1 crescent *B*, crescunt *W. Meyer* 6, 3 mundus *W. Meyer*, mundum *B* 6, 4 **f.* gigantium 6, 5 seruati *W. Meyer (idem coni.* arca (arcam?) servasti, Spiritus*)*, seruasti *B* spōs *B*, spiritus *W. Meyer* 7, 1 augent *W. Meyer*, augens *B* 7, 4 nisi *i. e. enitentes ad, W. Meyer; idem pro* nisi *coniecit* usque 7, 5 *versus perquam corruptus; pro* Quem *scribendum videtur* Sed (confundens = *confudit)*

(gigantium?), *de* diebus *16, 2 cf. ad rh. XXXVI 7, 2, 17, 2* lingüis, *18, 2* lingüas. *Hiatus plurimi, assonantia frequens. — Hymnus de trinitate: 1, 1 pater, 1, 2 spiritus, 1, 4 filius. 1, 5—6 trinitas. Eadem str. 7—19. 1, 2* espiritus, *2, 1. 14, 4* especiem, *5, 4* espinis, *10, 4. 12, 3* espiritu, *16, 5* espiritos, *19, 6* eScythae, *sed 3, 3* speciem, *6, 5* spiritos, *18, 5. 9, 3. 13, 3. 19, 1* spiritum: *cf. ad rh. V 12, 2.* 1, 3 fierit: *cf. ad rh. II 6, 1.* 2, 1 *sq. cf. gen. 1, 1 sq. Bene (dei) potestas fecerat caeli speciem et terrae foveas* (abyssi faciem?) *etc. W. Meyer.* speciem: *cf. 3, 3* maris terraeque speciem. 2, 4 *cf. gen. 1, 2—4.* 2, 5—6 *coniungas* limina aquae collectae arida patent *aut* collectae (sunt) aquae. 3, 1 *cf. gen. 1, 3—5, 3, 2 gen. 1, 6—8, 3, 3 gen. 1, 9—13, 3, 4 cf. gen. 1, 14—19, 3, 6 gen. 1, 20—23.* 3, 1 clara luce *i. e. claram lucem cf. ad rh. V 4, 2.* 3, 2 in postmodum: *cf. 9, 4.* 3, 4 diem *i. e. die: cf. ad 3, 1.* 3, 5 incoans: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 3, 5 volatilia: *in vulgata exstare* volatile, *in compluribus versionibus vero* volatilia *monet W. Meyer.* 4, 1 *sq. cf. gen. 1, 24—31.* 4, 5 *gen. 2, 18* adiutorium simile sibi *cf. v. 20.* 4, 6 *cf. ad rh. XLII 1, 3.* 5, 1 *gen. 3, 6 sq.* gustando *i. e. quia gustaverunt.* 5, 2 paradýsi: *cf. ad rh. XIX 20, 1.* 5, 3 *gen. 3, 24.* tribulant *i. e. tribulantur cf. ad rh. XI 1, 4.* 5, 4 *gen. 3, 17 sq.* maledicta terra in opere tuo — spinas et tribulos germinabit tibi. espinis: *cf. 16, 3* replevit cordibus *et ad rh. IX 2, 4.* gignent, *6, 1* crescent: *cf. ad rh. VIII 4, 1.* 6, 1 funera *ad gen. 5, 8. 11. 14. 17. 27. 31 i. e. librum generationis Adam referendum esse W. Meyer intellexit, ubi de singulis apogonis narratur* 'mortuus est.' *(Idem de gen. 4, 23 sq. cogitat.)* 6, 4 *gen. 6, 4* gigantes erant super terram in diebus illis. 6, 5 *cf. gen. 7, 15* ingressae sunt ad Noe in arcam bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitae. *An* spiritus = *animae hominum cf. Petr. I 3, 20?* spiritos: *cf. ad rh. II 14, 1.* 6, 6 intra ictibus: *cf. 7, 2* per partibus, *8, 2* in usui, *16, 2* post quinquaginta diebus. 7, 1 *sq. gen. 9, 1.* 7, 2 *i. e. per partus.* 7, 3 *sq. gen. 11, 4* venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad caelum. 7, 5 *verbis gen. 11, 7* venite igitur descendamus et confundamus ibi linguam eorum *poeta trinitatem Dei indicari putat; inde ab hac stropha hos potissimum locos scripturae attulit, ex quibus dei trinitas clarescit (W. Meyer).* 7, 5 *sq. cf. in app. crit.*

8. Hoc totum figuraliter
In patriarchae usui
Ilex Mambre promeruit:
Trinitas pia claruit,
Quem Abraham ut hospitem
Pedes lavat parapside.

9. In Sodome interitum
Pater direxit filium
Simulque sanctum spiritum
In postmodum signiferum;
Pater in arce resedens
Per ipsos iubens homines.

10. Kalor ardens in herimo
Nusquam consumpsit flammeos.
Moyses vocatus famulus
Ab igneo espiritu,
Ut nuda planta graderet
Terraque sancta tangeret.

11. Lustratus in enigmate,
Ut erat possibilitas,
In holocausti victimas
Consume . . . sacrificia.
Natura eius ignia
Adflatu purgans omnia.

12. Maria princeps virginum
Sacrum audivit nuncium,
Quod de sancto espiritu
Impletum esset uterum,
Virtutemque altissimi
Nascere dei filium.

13. Necnon Esaias placita
Divini iuris cecinit
Spiritum sanctum nuntians
Repletum Christum dominum.
Iesu in templo religens
Inter doctores floruit.

14. Orat ingressus fluvium,
Ut incoaret baptismum.
Pater de caelis loquitur
In columbae especiem.
Ibi patuit trinitas
Divinaque substantia.

15. Promittensque discipulis
Iesus in evangeliis:
'Nisi ego abiero,
Paraclytus non veniet.
Ipse docebit omnia,
Suggeret mirabilia.'

8, 2 usui = usu *oder* visu? *W. Meyer* 9, 1 In, *sed* n *evanida, B* 9, 4 signiferum *B*, igniferum *coni. W. Meyer* 10, 4 *igne et spū *B* 11, 3 victima *coni. W. Meyer* 11, 4 consume *in fine lineae, initio sequentis lineae nonnullae litterae evanidae* 12, 3 *spū *B* 12, 6 nascere *B*, nasceret *(sensu activo) coni. W. Meyer, sed nescio an acc. c. inf. sit* 13, 1 placita *W. Meyer*, placitae *B* 13, 2 divini *W. Meyer*, diuinus *B* 13, 3 spiritu sancto *W. Meyer* 14, 1 *ora *B*, ora = ex ora *vel* orans *W. Meyer* 14, 4 *speciem *B*, specie *W. Meyer*

8 *gen. 18, 1 sq. (Augustin. de Trin. III 25)* visus est autem ei deus ad ilicem Mambre sedenti ad ostium .... *18, 2* et ecce tres viri stabant super eum. 8, 2 usui *pro ablativo* usu *positum.* 8, 3 promeruit = *prompsit? W. Meyer.* 8, 5 quem *sc. deum. Quamquam tres sunt, tamen Abraham 18, 3 dixit:* Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum. *An corrigendum est* quam *sc. trinitatem? str. 9 cf. gen. 19.* 9, 5 resedens ... iubens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 9, 6 iubens: *per filium et spiritum gubernat homines. str. 10 exod. 3, 1 sq.* 10, 2 nusquam *i. e. nunquam.* flammeum? *sc. rubum?* 10, 3 *sq.* famulus: *ep. ad Hebr. 3, 5.* 10, 5 graderet: *cf. ad rh. VIII 19, 1.* 10, 6 terra sancta: *cf. ad rh. V 4, 2. str. 11 quid sibi velit, haud plane perspicio, sed etiam hic de* igneo spiritu *poetam loqui opinor. Suo iure Meyer contulit lev. 9, 12* Aaron immolavit et holocausti victimam ... apparuitque gloria domini omni multitudini et ecce egressus ignis a domino devoravit holocaustum. *In enigmate igitur lustratus est (ist geschaut worden), ut erat possibilitas (unvollkommen), non dei persona, sed ignis devoravit holocaustum.* in aenigmate: *Cor. I 13, 12.* 12, 1 *sq. cf. Luc. 1, 28 sq.* 12, 3 *cf. Matth. 1, 18.* 12, 4 uterum *i. e. uterus.* 12, 5 virtutem *i. e. virtute cf. rh. XL 22, 1 et ad rh. V 4, 2. Luc. 1, 35.* 12, 6 nascere *i. e. nasci.* 13, 1 *sq. Is. 42, 1* ecce puer meus, quem elegi — dedi spiritum meum super eum. 13, 3 spiritum sanctum *i. e. spiritu sancto cf. ad rh. V 4, 2.* 13, 5 *sq. Luc. 2, 47.* 14, 1 *sq. cf. Matth. 3, 13—17 (Marc. 1, 9 sq.).* orat: *petivit a Iohanne, ut incoaret baptismum.* 14, 3—4 *Matth. 3, 16. Marc. 1, 11. Luc. 3, 21. Ioh. 1, 32.* 14, 4 speciem *i. e. specie: cf. ad rh. V 4, 2.* 14, 5 *cf. 8, 4.* 15, 1 Promittens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 15, 3 *Ioh. 16, 7.* 15, 4 *Ioh. 14, 26.*

16. Qui evolutis circulis
Post quinquaginta diebus
Apostolorum cordibus
Replevit abundantius.
Repleti sunt espiritos
Et profetarunt plenius.

17. Resedit super singulis
In bipertitis linguis;
Domum ignis apparuit,
Sonus magnus intonuit,
Loquunturque magnalia:
Gentes reciperunt gratiam.

18. Sancta crescens ecclesia
Multiplicatis linguis.
Ad turrem Babyllonicam
Ira turbavit labia,
Virtutem sancti spiritus
Recipitque humilitas.

19. Tantaque dona spiritus
Miratur cunctus populus,
Arabae, Maedus, Prosylitus,
Iudaeus atque Barbarus,
Romani atque advenae
eScythae et Assyrii.

XCI.

Audite omnis gentes,
Paupires et potentes,
Audite con tremore
De Christo salvatore!
Et tu, crudeles Iuda,
Permanes in ardura.

XCII.

Homnes homo Christianus, qui haccepet baptismo,
In deo devet cogitare, non peccare nemio.
Christi, resuveniad te de mi peccatore.
Tribolantes . . . . . .

16, 1 Qui *W. Meyer*, Quibus *B* 16, 4 *spos *B*, repleti sancto spiritu *W. Meyer cf. act. ap. 2, 4* 17, 6 **f.* recipiunt 18, 2 multiplicatas linguas *B, corr. W. Meyer* 18, 5 *sq. sic B*, virtute . . . recipit quae *(sc.* labia*) W. Meyer* 19, 6 scythae *B*

CXI *In L, codice Lugdunensi 425, olim 351, uncialibus litteris exarato, quem accuratissime descripsit L. Delisle, Mélanges de paléographie p. 11 sq. Fol. 62v in calce aevo Merovingico hi versus additi sunt cf. Delisle p. 34. Usus sum exemplari photographo.* 1 om/nis *L* 2 *paupir *L* 4 *xpi *L*

XCII *Rhythmus in eodem codice Lugdunensi, de quo cf. ad rh. XCI, f. 70v in calce eodem fere tempore scriptus exstat.*

16, 1 circul. evol. *cf. lev. 25, 30.* 16, 2 *act. ap. 2, 1.* 16, 3 cordibus: *cf. ad rh. IX 2, 4.* 16, 5 spiritos: *cf. 6, 5 et ad rh. II 14, 1.* 17, 1 *act. ap. 2, 3* apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis seditque super singulos eorum. 17, 3 domum *i. e. domo = in domo: cf. ad rh. V 4, 2.* 17, 4 *act. ap. 2, 1 sq.* 17, 5 *act. 2, 11* audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. 18, 1 crescens: *cf. ad rh. VII 3, 2.* 18, 3 *sq. superbi turbati sunt (gen. 11, 4 sq.), humiles virtutem spiritus sancti acceperunt.* 19, 1 *sq. act. apost. 2, 7 sq.*

XCI *Schema: 7 _ ◡. Bini versus inter se concinunt (concentu bisyllabo!).* 1 omnis, 2 paupires, 5 crudeles: *cf. ad rh. II 6, 2.* 1 Audite: *cf. ad rh. XV 1, 1.* 3 con: *cf. rh. LIX 3, 4.* 6 ardura: *cf. francogallicum ardure, italicum ardura.*

XCII *Schema v. 1 et 2: 8 _ ◡ + 7 ◡ –, sed v. 2 prior versiculus 9 syll.; v. 3 7 ◡ _ + 6 _ ◡ (Vagantenzeile,* resuveniad *cum synizesi). v. 1 et 2 inter se concinunt.* 'Il y a peu de textes mérovingiens, dans lesquels la dégradation du latin soit plus voisine des formes romanes' *Delisle l. l. p. 35.* homnes, haccepet, Christi, mi: *cf. ad rh. II 6, 2.* 1 baptismo: *cf. ad rh. V 4, 2.* 3 resu(b)veniad te: *cf. se souvenir.*

XCIII.

Dum myhy ambolare
Et bene cogetare,
Audivi avem adcladtire,
Et cessed myhy inde
dolere suspin . . .

XCIV A.

I *(Tabula.)*

+CONSTANTININSISVRBISRECTVRDOMNVSFRODOMVNDVSPONTIFEX
INHONOREALMEMARIAGENETRICISDN̄IHOCTEMPLVMHOC
QVAEALTARECONSTRVXSITFIDILITERADQVAEDIGNEDEDICAVITMENSE
AGVSTOMEDIOETHICFESTVSCELEBRATVSDIESSITPANNVSINGOLVS

II *(Latus adversum.)*

+ANNO''|||IAMREGNANTETHEODORICOREGEINFRANCIAHOCCINVBIVMCHINGXIT
MVR . . . . . .
CITER . . . . . .
⊕ABENSCVRAMPASTVRALEMINAMOREDN̄ISVARVMOVIVM

III *(Latus dextrum.)*

PATRAVITCAVLASQVAMPVLCHERREMENECAMORSEBVSLV.ORVME
VORA . . . . . .
GANT . . . . . .
. . . . . .VR
PASCVAPERPETVACHORONEXASVIRGENALECVMMA

IV *(Latus aversum.)*

RIAALMISSEMACVMIPSAVIVANTETEXVLTENTINETERNASECOLA⊗
DOM . . . . . .
N . . . . . .
. . . . . .ITE
MLOCVMREXCONCESSITADISTVMCENVBIVMIPSIETENEM . .

XCIII *In eodem cod. Lugdunensi (cf. ad rh. XCI) f. 71ᵛ haec verba exstant, quae initium rhythmi efficere Delisle intellexit* 1 *fort. scribendum est* ambolaue — cogitaue *i. e. ambulaui — cogitaui,* ivi ambolare *Vollmer*

XCIV *Versus incisi circum tabulam et lateribus arae s. Petri Hamensis (Dép. Manche). Inscriptiones laterales in columnis continuatas fuisse, quibus tabula arae suffulta erat, nunc deperditis L. Delisle intellexit. Quot vocabula singulis locis intercederint, incertum est. Ara a. 1693 reperta est. Primus publici iuris fecit Mabillon, Annal. Benedict. I 538 et 697 A, cf. Nouveau traité de diplom. II pl. XXV, VI 2 et p. 584.*

XCIII *De forma 7 _ ◡ cf. ad rh. XCI.* adclatire *non inveni, glattire de voce catulorum usurpatur cf. Suetonii Fragmenta ed. Reiffersch. p. 250, 1. P. Albarus, P. A. C. III 128, IV 3, Eugenius Toletanus c. XLI p. 257 Vollmer; Wackernagel, Voces variae animantium 62.*

V *(Latus sinistrum.)*

PRIMVSCIPITSTRVEREHICMONISTIRIVMDEMVMPONTIFEXERE
CTVSR . . . . . .
SEMI . . . . . .
. . . . . PLV
REMVSADQVECITERASPARI . . . EPTINARINOMERO +
+SICB/ . . . . . .

XCIV B.

Constantininsis urbis rectur [domnus] Frodomundus pontifex
In honore alme Maria genetricis domini
Hoc templum hocquae altare construxsit fidiliter
Adquae digne dedicavit mense Agusto medio,
Et hic festus celebratus [dies] sit per annu⟨s⟩ singolus.
Anno sexto iam regnante Theodorico [rege] in Francia
Hoc cinubium chingxit mur⟨is⟩ . . . . . .
. . . . . citer . . . . . .
Abens curam pasturalem in amore domini.
Suarum ovium patravit caulas quam pulcherreme
Nec a morsebus lu⟨p⟩orum e⟨t⟩ vora . . . . . .
. . . . . gant . . . . . .
. . . . . .
. . . . . ur pascua perpetua
Choro nexas virgenale cum Maria almissema.
Cum ipsa vivant et exultent in eterna secola.
Dom . . . . . .
N . . . . . .

Accuratissime descripsit et tabulam pictam addidit Le Blant, Inscriptions chrétiennes de la Gaule antérieures au VIII ième siècle p. 181 et planche n. 61. Versus rhythmicos esse sagacissime intellexit Duchesne. Idem genuinam formam restituere lacunasque explere studuit, sed eius coniecturas maximam partem reiciendas esse arbitror. Denuo ediderunt E. Vacandard, Le poème acrostiche de Saint Ansbert en l'honneur de Saint Ouen. Rouen 1901, 7 et W. Meyer, Der Gelegenheitsdichter Fortunat. Abh. d. k. Gesellsch. d. W. z. Göttingen 1901, 52. Ego Blantii tabula usus primum inscriptionis quae supersunt imprimenda curavi, deinde versus distinxi. 1 *Lapicidam pro Huius, quod posuerit poeta,* Constantininsis *insculpsisse, ut versus verus esset* Huius urbis rectur domnus Frodomundus pontifex, *Duchesne coniecit; Fromundus enim episcopus Constantinensis erat (Gallia Christiana XI 866. XII). Probabilius W. Meyer* domnus *delendum esse iudicavit* 2 Mariae *Duchesne* 5 Dies *a lapicida additum esse coni. Duchesne. Fort. scripsit poeta* et hic dies celebratus 6 *sq.* rege *a lapicida additum esse videtur. Duchesne falso distinxit:* Anno sexto iam regnante Theodorico rege In Francia hoc cinubium chingxit muris validis. *Idem in sequentibus supplevit* Episcopus Frodomundus nunc vivens feliciter 11 et voraci gutture *Duchesne* 17 Dom⟨nus Theodoricus rex⟩ *suppl. Duchesne*

XCIV *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _, *sed de singulis parum constat, cum nonnulla a lapicida interpolata sint. Prius hemistichium 9 syllabarum v. 1. 2. 10. 15, alterum 8 syll. v. 4. 6. 14. Synizesis v. 6. 7. Hiatus multi.* 1 *i. e. Coutances (Dép. Manche).* Constantininsis, fidiliter, minse, morsebus *al.: cf. ad rh. II 6, 2.* 5 annu singolus: *cf. ad rh. II 14, 1. de Theodorici III. tempore cf. B. Krusch, Forsch. z. d. Gesch. XXII 1882 p. 449 sq., Krusch, N. A. XVI 579 n., E. Vacandard, Le règne de Thierry III et la chronologie des moines de Fontenelle. Rev. des Quest. historiques n. s. XV 1896 p. 491 sq. SS. Rer. Merov. V 631 n. 1.* 9 *Gregorius Magnus in proemio Regulae pastoralis:* Pastoralis curae me pondera fugere delitescendo voluisse .. repraehendis. 11 *cf. Venant. Fort. II 9, 39 sq.*

Item locum rex concessit ad istum cenubium,
Ipsi etenem . . . . . primus cipit struere
Hic monistirium, demum pontifex erectus ⟨est⟩
. . . . . semi
. . . . . pluremus
Adque citeras par⟨ari⟩ ⟨s⟩eptinari nomero.
Sic ba . . . . . .

XCV.

INCIPIT PROLOGUS DE PRIVILEGIO.

Felicis patriae ⟨nostrae⟩ praeconanda fertilitas,
In qua Christi mandatorum declaratur profunditas.
Quia nec poterit absque gloria esse civitas,
In qua sensum sapientum veneratur sublimitas,
Per quos temporis praesentis calcatur cupiditas
Et peritura huius vitae evitatur vanitas,
Ac in tabulis scriptitatur cordis vera caritas
Atque valde stabilitur futurae vitae aeternitas.

---

19 R *incerta lectio*, est *add. W. Meyer* 22 parari *Vollmer*, par⟨dinas⟩ *suppl. Le Blant* ⟨s⟩eptinari *suppl. Le Blant*

XCV *In Fortunati codice Mus. Brit. Additional 24193 saec. IX = **Ad** post extremum versum XI 26, 12 fol. 158^{v} haec exstant:*

cui dabit illa uiam quae sibi pugnat aqua. EXPLIT̃
INQVANTV̄ AVCTOR HABVIT SCRIPTV̄; INCIP̄ PROLOGVS.
Felicis patrię *e. q. s.*,

*in codice Parisino lat. 14144 olim Sangermanensi saec. IX (ed. Leo p. V) = **A** fol. 60^{r} haec:*

nat aqua. EXPLIC̃ LIB̄. INQVANTV̄ AVCTOR HABVIT
INCPT̄ PROLOG̃ DE PRIVILEGIO
Felicis patriae *e. q. s.*

Ex utroque codice edidit imaginibus photographicis adhibitis W. Meyer, Nachr. d. k. Gesellsch. d. W. zu Göttingen 1908, 31 sq., idem mihi illas schedas photographicas comiter commodavit. 1 nostrae *(vel* huius*) addidit W. Meyer* 3 Quia *(vel* quare*) W. Meyer*, Quae *A*, Quę *Ad sic W. Meyer*, absq; poterit gloria esse *AAd, malim* poterit esse || absque gloria 4 sensum *Ad*, senum *A* 5 temporis praesentis *W. Meyer*, praesentis temporis *AAd* 6 vanitas. *W. Meyer* 7 **f.* At 8 Atque *A*, Adque / *Ad*

XCV *Dilucidis Meyeri explicationibus non habeo quod addam. Cum in Fortunati codice Parisino 8090 post XI 26, 12 scriptum sit* EXPLICIT LIBER XI PROLOGVS AD AGNEN ET RADEGVNDEM DE VITA SANCTI MARTINI, *haud improbabiliter etiam in AAd* Prologus (ad AG. et Rad.) *subaudiendum esse coniecit v. cl. De privilegio autem poeta scripsisse videtur, quia 'urbs Pictonum ex Fortunato floruit.' Ad illam enim 'praeconandam' rhythmus docte pro illo quidem tempore compositus est. Vix enim erraveris, si carmen Merovingico aevo adscripseris. Eo magis digna est quam mireris inaudita illa ars homoeoteleuti; ex 20 versibus enim 17 in —* itas *exeunt, reliqui in* dilicias, epulas, plateas. *Schema 8* _ ◡ + *7* ◡ _. *Sed nonnulli versus incerti. Prius hemistich. 9 syllabarum sexies fere, 7 syllab. semel (v. 19)?, Alterum 8 syll. undecies, 9 syll. semel. Clausulae: in 8* _ ◡ *v. 19* debiles *(hinc quoque apparet versum corrigendum esse), reliquos W. Meyer emendavit. Hiatus 5 fere. Synizesis v. 16. Tit.* de privilegio: *Über die besondere Stellung, welche die Stadt Poitiers einnimmt. (W. Meyer.)* 4 sublimitas *i. e. sublimes viri cf. Tim. I 2, 2* pro regibus et omnibus, qui in sublimitate sunt. 7 *proverb. 3, 3 et 7, 3* scribe (describe) in tabulis cordis tui. 8 *Marc. 10, 30.*

Per Moysen latorem legis — sic refert antiquitas —
Populum praecepit deus: 'Cum terrae vobis repromissae venerit hereditas,
Mensae vestrae peregrini comedant dilicias,
Ut vobis semper ministretur datae terrae bonitas.'
Per Iesum Christum confirmatur, qui est vita et veritas,
Quanta sit peregrinorum susceptionis qualitas
Et metendi huius fructus caelestis summa dignitas.
Hyronimo Bethlem recepto ecclesiae crevit sanctitas;
Ex Martino Armoricae refulsit magna claritas,
Cuius vita et virtute Toronus multas epulas
Mendici ac debiles dirimunt per plateas:
Ex Fortunato ab Ravenna Pictonum floret civitas.

XCVI.

1. Felices iunguntur ecce benedicto foedere
Sponsus atque sponsa sibi annuente dextera,
Protoplastum quae plasmavit iungens ei coniugem,
Unde totus constat mundus repletus hominibus.

2. Inde tulit aetas prima iustum coram domino
Enoch, qui translatus intra paradisi gaudia

---

v. 9 sq. sic corrigendos esse arbitror

Populo praecepit deus — sic refert antiquitas —
Cum terrae vobis repromissae venerit hereditas,

verba per Moysen latorem legis *a scriba quodam addita esse videntur, ut explicaret versum* Populum praecepit deus *(de eo iam Meyer cogitarat); quamquam in eo haereo, quod verba* Per Moysen ... *iustum versiculum efficiunt.* lator est *(i. e.* latorē*) Ad* populum *AAd,* populo *Meyer* praecipit *Ad* 10 heriditas *Ad* 14 *sic W. Meyer,* peregrinorum quanta sit *AAd* 16 bethlem *A,* bethleem *Ad* 17 Ex *W. Meyer,* Et *AAd* Armorigo fulsit *(*armo rigore fulsit *Ad) AAd, corr. Meyer* 18 uita et uirtute *Ad,* uitae uirtute *A* Toronus *Meyer,* thronus *AAd* 19 a͡c *Ad* 19 debiles *W. Meyer p. 34,* flebilis *Ad,* flebiles *A,* **f.* debiles atque mendici 20 *et Fortunato *AAd* pictonum *Ad,* pictanum *A* EXPLICIT PROLOGVS *exstinctis fere litteris Ad, in margine add. A iuxta vv. 11—20 litteris quadratis maximis*

AS: AM̃
DŌ GRATI
NATI
FORTV
EXPL̃ LIB̃

XCVI *W = fragmentum Wimpfense saec. IX in Gallia scriptum, nunc cod. Darmstadensis 3303, de quo cf. Duemmler N. A. XI 77 sq., Vollmer, Auct. Antiquiss. XIV p. XXIX. Edidit F. X. Kraus, Österr. Vierteljahrsschrift f. kathol. Theologie II, 1863, 57. Ex codice transscripsit et liberaliter mihi misit F. Vollmer. Sine titulo* 1, 1 iunguntur *W,* iungantur *Kraus* 1, 3 quae *Vollmer,* qua *W cf. 7, 1 sq.*

9 *sq. cf. deuter. 26, 1 sq., levit. 25, 2 sq.* 10 populum: *cf. ad rh. V 4, 2.* 13 *Ioh. 14, 6 (rh. XXXIV 1, 1).* 14 *Matth. 10, 40. 25, 35. 40. Ioh. 13, 20.* 15 *Ioh. 4, 36.* 16 *sq. Ut Bethlem oppido Hieronymus receptus, Turonis oppido Martinus gloriae est, sic Pictonum civitati Fortunatus Ravennas.* 18 *i. e. Toronis cf. Parisius = Parisiis.*

XCVI *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _ *quater repetitum singulas strophas efficit. Hiatus 1, 2. 3, 2. 5, 2. Clausulae purae.* 1, 1 ecce: *carmen igitur ad nuptias celebrandas compositum est; cf. etiam str. 6.* 1, 2 dextera: *cf. 7, 1 sq.* 1, 3 *gen. 1, 26 sq. 2, 7. 18 sq.* 2, 1 *cf. rh. XL 3, 1 sq.* 2, 2 *cf. l. c. 6, 1 sq.*

Vivit constans absque mortem, cum foret perpetua
Hominum vita, peccasset nisi primus hominum.

3. Hinc aetas secunda prompsit Noe, demum tertia
Abraham dei amicum Sarrae coniugaverat,
Unde crescit sancta proles, cum florerent saecula
Germinans et pulularet humana propinquitas.

4. Quarta David regni fulsit clarus diademate,
Quinta plevem transmigravit regno Babyllonico,
Ut purgaret penitendo mala, quae commiserant,
Ut parati redemptorem devote susciperent.

5. Sexta Christus virginali processit e thalamo:
Signa multa demonstrando adiit conubia,
Hidriarum undas vertens in saporem vinolum:
Demonstravit execrandas nusquam fore nuptias.

6. Sicut Eva costa viri formatur in coniugem,
Sic ecclesia de Christi conformatur latere.
Quapropter laeti convivae Fescennina debita
Caelebrantes date trino summam deo gloriam,

7. 'Benedicat Christi manus' et devoti dicite
'Sponsum istum atque sponsam detque laeta corpora,
Pacem, natos atque natas, simul habundantia
Atque longeuam aetatem et post finem requiem.' FINIT.

XCVII.

1 + Hoc in signo moriturus pendet patris unicus,
Et dum salus moreretur innocens pro noxiis,
Terra illico turbatur, tremere non desiit.
Foebi radii fuscantur nec splendescit Quintia.

2, 3 *fort.* constans *W, (lectio incerta),* testans *Kraus* foret *Vollmer,* florent *W,* floreret *Winterfeld (cf. 3, 3)* 3, 2 amicum *Vollmer,* amicus *W* 3, 4 pulularet *Kraus,* pulularent *W* 4, 3 Ut p. penitendo *(sic,* poenitenda *Kraus) omissa in margine exstant* 4, 4 Deuote *scripsi, lectio dubia,* Deno. te *legit Vollmer* venientem *Kraus* 5, 3 uinolum *W,* **f.* vinoli?, vinnulum *Kraus* 6, 1 costa *Vollmer,* constat *W* 7, 1 Benedicat, *at lectio dubia, W* Cristi *W* et *incertum* 7, 2 corpora *W,* tempora *Kraus*

XCVII *in W, de quo cf. ad praecedentem rhythmum, nullo spatio intermisso sequitur. Edidit F. X. Kraus l. l. p. 59. Sine titulo* 3 illico *Vollmer,* illica *W* turbatur *W,* uibratur *coni. Vollmer* 4 fuscantur *Vollmer,* funcantur *W* Quintia *W,* Cynthia *Kraus*

2, 3 *gen. 2, 3* in quocumque die comederis ex eo, morte morieris. 3, 1 *cf. rh. XL 7, 1 sq., ubi prima aetas a Noe finit.* 3, 2 *cf. l. c. 9, 2, ubi secunda aetas ab Abraham finit.* 4, 1 *l. c. 16, 1 sq. tertia aetas a David concluditur. Ibidem initium exilii ad quartam aetatem refertur.* 4, 2 plevem *i. e. plebem, pro subiecto accipiendum est, cf. rh. III 4, 1* erat multitudinem *(cod. P).* 5, 1 *cf. l. c. 21, 4* in sexta Christus nascitur ex virgine. thalamo: *cf. rh. VII 2, 2. ps. 18, 6.* 5, 2 *sq. cf. rh. XL 23, 1 sq. Ioh. 2, 7 sq.* 6, 2 *Augustinus de Genesi contra Manich. II 24* formata est ergo ei *(sc. alteri Adae, Christo)* coniux ecclesia de latere eius. 7, 3 habundantia: *cf. ad rh. V 4, 2.*

XCVII *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _. *Clausulae purae, hiatus nullus, assonantia nulla.* 3 *Matth. 27, 51.* 4 *Matth. 27, 45. Luc. 23, 44. Marc. 15, 33.* Quintia *i. e. Cynthia.*

Vela templi dividuntur et frustantur lapides.
Monumenta patuerunt longo clausa tempore,
Sic sanctorum surrexerunt mortua cadavera. Expl.

XCVIII.

INCIPIT VERSUS QUEM SCOLARII COMIATU EXPLICATUM ANTE DIEM PASCHAE FERIA IIII IN SCOLA CANUNT.

Audite pueri, quam sunt dulces litterae.
Bene discuntur, sunt amara tempora;
Cuncti concurrunt nobis laudes dicere,
Multi discunt A, cum studio viderint.
Et nos felices, qui studemus litteras.

5 frustantur *Winterfeld*, frustrantur *W*

XCVIII *C* = *Casselanus Ms. philol. fol. 2 s. VIII ex. f. 147v. Olim Fuldensis fuisse creditur, sed cf. A. Duncker, Zentralbl. f. Bibliotheksw. II 222.* *V* = *Vaticanus lat. 3799 s. IX f. 100v. De egregio codice C egerunt U. F. Kopp, Palaeographia critica, Mannh. 1817 I 294 sq., Sickel, SB. d. Wiener Akad. d. W. Phil. hist. Kl. XXXVIII 1861, 6 sq., W. Schmitz, Beitr. z. lat. Sprach- u. Literaturkunde, Leipzig 1877, 182 sq. Idem edidit codicem in Commentariis notarum Tironianarum, Lipsiae 1893. De Vaticano cf. W. Schmitz, Commentarii n. T. p. 8. 68. L. Traube, N. A. XXV 619. Uterque codex ad eundem archetypum recedit. Ex C rhythmum ediderunt Kopp l. l. 28—31, W. Schmitz, Festgabe für Wilhelm Crecelius, Elberfeld 1881, p. 66—69, ex C et V L. Traube, N. A. XXV 618 sq. Codicis V usus sum exemplari photographo Traubiano.* INCP *V* VERS *C* COMEATV *V* PASCHE *V* FER̃ IIII. *V* *In V in pagina praecedente f. 100r scriptum est* ///// (*fuit* Audi *aut* Audi^{te} puer)i quā dulces sunt litterae quā dulces sunt liter^{t}ę, *paulo inferius* Aaud *et* Audite puererici, *praeterea nonnulla erasa sunt, quae huc spectare non videntur* 1 dulces *C*, dulcis V^1, dulces V^2 4 Multi discunt A cum studio uiderint *C*, Multi discunt cum studio uiderint *V*, Discunt multi A *Kopp Schmitz*, Dicunt multi ʿahʾ *Vollmer*, *mihi verba* multi discunt (A) *ex v. 12 orta esse videntur*

5 *Matth. 27, 51. Luc. 23, 45. Marc. 15, 38.* 6 *sq. Matth. 27, 52 sq.*

XCVIII *Abecedarius mutilatus. Post v. 15 nonnullos versus excidisse verisimile est. Schema* $5 - \smile + 7 \smile -$. *v. 16 corrigendum* adorantur omnibus. *Synizesis v. 1* pueri, *v. 15* consilium. *Hiatus unus v. 8, quem L. Traube non genuinum esse iudicavit. Apte Traube confert Le polyptyque du chanoine Benoit ed. Fabre 1889 p. 26:* Qualiter laudes puerorum fiunt in XL^{a}. In media quadragesima scolares accipiunt lanceas cum vexillis et tintinnabulis; prius faciunt laudes ante ecclesiam, deinde eunt per domos cantando et accipiunt ova pro beneficio illius laudis. Sic antiquitus faciebant. Laudes puerorum in medio XLe. Eya preces de loco. Deus ad bonam horam. Deus in tuo nomine. Sancta Maria dei genitrix columpna bona. Sancti apostoli corona Christi. Exeant pueri de scola ad novum argenzolum, pueri mei, pueri boni. Quam multi estis, multi et boni. In campo Marthis erant belles. Isti sunt septem dies in Gabriheli. Gaudeat domnus noster sanctissimus papa. Gaudeat et Roma, gaudeant magistri, gaudeant discentes, gaudeant et nostri parentes, qui nos ad scolam dederunt et bene nos nutrierunt. *Haud immerito igitur Traube Romae hunc rhythmum ante saeculum septimum ortum et cantatum esse iudicat.* Tit. Explicatum *i. e. explicato.* 1 *sq. cf. Otto, Die Sprichwörter der Römer 195 n. 963.* 4 studio: *cf. ad rh. V 4, 2.*

Fortuna crescit in domo parent(i)um,
Gaudent parentes, qui tales nutrierunt.
Hic est praeceptor, qui nos bene edocet.
. . . . . .
Kantemus bene, placeat hominibus.
. . . . . .
Multi discentes, placeat parentibus.
Multi discedunt nobis laudes dicere,
Et nos felices, qui studemus litteras.
Per forum vadunt, dant consilium civibus.
Quocumque vadunt, adorantur omnibus.
Rectus est deus, qui nos omnes protegit.
. . . . . .

XCIX.

Ante omnes artes inventa est littera melior,
Beata sapienti, quae est amara pusillis.
Cum ducitur ad scola, blanditur, ut conbibat artem.
Dum discit, caeditur. Dum dicerint, et ipsi minores
Erudita loquentur, ut possent placere magistro.

C.

AD PLUVIAM POSTULANDAM.

'Caelum nubilum.' 'Cęlum nubilum.'
Domine deus, te rogamus pluviam.

6 parentum *CV, corr. Traube* 8 bene docet V^1, ebene docet $V^2 m_2$. *Quae Kopp p. 30 supplevit natura abecedarii haud accurate perspecta, falsa sunt* 9 *excidit, sed in codicibus lacuna non est* 10 Cantemus *CV* 11 *excidit cf. v. 9* 12 *sq.* Multi discentes placeat parenti. Multi discedunt nobis laudes dice *C*, Multi discentes placeat parentibus. Multi discedunt nobis laudes dicere m_1, *priorem versum delevit, in altero* edunt nobis laudes dicere *erasit et* entes placeat parentibus *scripsit* $m_2 V$ 12 **f.* Multa discentes *(part. abs.)* 13 *verba* Multi discedunt *ex v. 12*, nobis laudes dicere *ex v. 3 orta esse puto* 14 Et nos felices qui studemus litteras *(litt C) VC, i. e. versus quintus hic per errorem repetitus est,* Nos, ei, felices q. st. l. *coni. Vollmer* 15 vadun *C* ciui *C* 16 quo cumque *C*, quo/cūq; *fuit* quoscūq; *V* adorantur omnibus *Traube,* adorantur ab hominibus *(ho C) VC* 17 prote *C*, protegit V^1, proteget V^2

XCIX *Verba* Ante — pusilli *in C f. 147v, in V* Ante — magistro *f. 100v cf. ad rhythmum praecedentem. Ediderunt ex C Schmitz cum praecedente rhythmo l. l., ex CV L. Traube l. l.* 1 melior *Traube,* meliora *V*, m *C* 2 sapienti *Traube,* sapiens *VC* quae *Traube,* q̄ *C*, qui *V* pusillis *V*, pusilli *C* *Hic desinit C* 3 Cum *Traube,* Dum *V* 4 discit // *V* dum /diceri/nt *i. e.* didicerunt *in* dicerint *corr. V* 5 erudita, a *ex* u *corr., V*

C *Rhythmicos hexametros praecedentes in V oratio excipit prosaica, quam scholarum quidam magister ad discipulos habuit; iam sequitur* ad pluviam postulandam *continuo litteris minusculis scriptum, titulum esse Traube intellexit l. l. 624. Hos versus ex eodem codice addidi, quamquam de forma nihil constat*

XCIX *Abecedarius. Hexametri rhythmici videntur esse, quorum infra exempla afferentur innumera.* 1 *'Littera melior est inventa quam omnes artes.' Traube.* 3 scola: *cf. ad rh. V 4, 2.* blanditur *passive accipiendum est.*

Rogamus, precamus, ut messes metamus, vindemia colligamus.
Exaudi orantes et nos depraecantes,
Populo minuto, et nos innocentes.
Ab oriente usque ad occidente.
Exaudi domine famulos tuos.

CI.

DE YMNO PER RYTHMUM FACTO.

Quisquis videns voluerit hos versus reprehendere,
Cernat prius legitime modos communis syllabae,
Breves ac longas syllabas, pedes, tonos communiter,
Metaplasmos et scemata, tropos, punctos memoriter,
Ac duodena vitia, quę sunt in prosa turpia,
In metro cum peritia absque ulla stultitia.
Sed cum vere invenerit, quod debet reprehendere,
More fraterno corrigat, ut me possit defendere.
Non tumidae superbiae loquor verba audacia,
Sed tantum corde simplici narro iura veracia.
Quisquis es tu, fratercule, ora pro me sępissime,
Ut usum vitae sobriae consumam felicissime.
Gloria patri domino, spiritui ac filio
Hic et semper perpetuo sit in futuro seculo.

CII.

YMNUS PER RYTHMUM FACTUS.

Hoc opus hic tridui modo sic finire cupivi;
Prosa modo finit, rhythmus nunc incipit esse:

Gaudeo transiisse latos in campos prosae
Viam perlustrans plene loquelae spaciosae,
Ut vitulus solutus vinculis obligatus

CI *V* = *cod. Valentianus 386 s. IX f. 78. Ex Dicuili Scotti libro de astronomia annis 814—816 conscripto I 9. Illum librum nuper primus edidit Mario Esposito in Proceedings of the Royal Irish Academy XXVI (1907), 378 sq. Hos versus rhythmicos iam E. Duemmler, N. A. IV 257 apographo, quod Heller confecit, usus publici iuris fecit. Denuo mihi contulit n. CI—CIII J. Lecat bibliothecae Valentianae praefectus. Titulum ex indice rubricarum recepi* 5 uitia *sic V* 8 possit *V*, possim *Vollmer* 9 non *V*, nam *Esposito* audatia *Esposito* 10 iura *V*, uera *Esposito*

CII *V f. 84 (cf. ad rh. CI) f. 84. Dicuil, Lib. de astr. II 7, ed. M. Esposito l. c. p. 405, Duemmler l. c. 258.*

6 *'das kleine Volk' Traube (= populum minutum).*

CI *Schema* $8\,\smile\,-\,+\,8\,\smile\,-$. *Bini versus concentu singularum aut binarum, quin etiam ternarum syllabarum exeuntium colligantur. Passim etiam quaterna hemistichia inter se concinunt cf. vv. 5. 6. 13. 14. Hiatus 6.*

CII *Schema* $7\,-\,\smile\,+\,7\,-\,\smile$. *Hiatus nullus. Titulum ex indice deprompsi. v. 3* vitulus sol.: *cf. Ecbasin captivi v. 66 sq.* obligatus *i. e. qui obligatus erat.*

Metro relicto sanus vagus sum liberatus.
Introibo sed rursum liberum post excessum
Metri quidem conclusum quamvis angustum gressum.

CIII.

DE YMPNO PER RYTHMUM FACTO.

Ceu tesserae in pirgis mutantur ludificis,
Sic hae partes in istis moventur versiculis.
Pulcherrimam auream non habeo aleam;
Aleas quas habeo tibi donare volo.
Domino caeli gloria atque terrae perpetua.

CIV.

IN ANNUNCIATIONE SANCTE MARIE.

1. Missus sacer a supernis ad Mariam angelus
Castitatis pubertatem dictis his affatus est:
'Ave, virgo gloriosa, plena dei gratia.

2. Spiritus divinus tuam implet innocentiam,
Regum rex egrediatur ut de tuo utero
Tanquam sponsus speciosus de cubili proprio.

CIII *V f. 91 (cf. ad rh. CI) f. 91. Dicuil de astronomia II 14. Ex Helleri apographo primus edidit W. Meyer, Ges. Abh. I 216. Esposito l. l. p. 414. Manitius, Gesch. d. lat. Lit. d. M. I 650. Titulum ex indice resumpsi*

CIV *Hunc rhythmum quamvis recentibus codicibus traditum aevo Carolino adscribere legibus quas secutus est rhythmicis cogimur. Toto coelo erravit Chevalier, Repert. hymnol. n. 11637 de XII. saeculo cogitans. In hanc syllogam eum recepi propter similitudinem rhythmorum VI et VII. Edidit Dreves, An. hymn. XII 55 sq. ex octo breviariis recentissimis, mihi H. Lebègue contulit breviarium mscr. Arelatense s. XIV i. e. cod. Parisinum lat. 1040 f. 8 = **B** et breviarium mscr. Arelatense s. XV i. e. cod. Parisinum lat. 1284 f. 86 = **C**. Praeterea adhibui sequentiam* Virginis virginum, *in quam saeculo IX exeunte pars rhythmi intercalata est; quod quo lucidius appareat, eas partes sequentiae in apparatu critico addidi. Sequentiam edidit Dreves, An. hymn. VII 113 sq., v. Winterfeld, Z. f. d. A. XLV 139 sq. Tradita est in cod. bibl. nat. Paris. 1118 saec. X ex. f. 216 = L_2 et 1084 saec. XI in. f. 316 = L_5 Tit. sic B,* In annunciacione beate marie hymnus *C* 1, 2 castitatis *sic BC* pubertatem *ex sequentia (*pubertatit L_2, pubertate L_5*)*, uberalem *BC* hiis *BC* affatitus *C* 1, 3 & ave *C* 2, 3 sponsus *om. C*

CIII *Schema: 5 versiculi 7 ⏑ –, 3 vv. 7 – ⏑, 2 vv. 8 ⏑ –. Concentus binorum versiculorum bisyllabus. 2 hiatus.* 1 pyrgis: *cf. Anth. lat.² 333, 7. Sidon. epist. VIII 12, 5.* 2 Moventur: *cf. Dic. de astron. I 8. II 3.*

CIV *Schema 8 – ⏑ + 7 ⏑ – ter repetitum stropham efficit. Clausulae purae. Hiatus 8 (inter 8 – ⏑ et 7 ⏑ – 3). Concentus monosyllabus ternorum versuum str. 8, binorum passim.* 1, 1 *cf. ad rh. VI 1, 1, VII 1, 1, LXXVIII 1, 1 Luc. 1, 26 sq.* 1, 2 *i. e. virginem puberem et castam.* 2, 2 *sq. cf. A. Salzer, Die Sinnbilder etc. 18, 5 sq. et passim.*

3. En concipies, Maria, pariesque filium,
Radius quem solis atque luna tremit aurea,
Pelagi metuunt aque terreque substancia.'

4. Angelo hec prosequente monitis dulcissimis,
Virgo credidit et dixit: 'En ancilla domini;
Fiat mihi, ut dixisti, et sim genitrix dei.'

5. Modulis nos ergo, fratres, dulcibus et consonis
Hominis deique matrem salutemus virginem,
Ut suam pro nobis prolem deprecetur iugiter.

6. Salve semper benedicta tu in mulieribus,
Que papilla deum nostrum lactavisti carnea,
Quem gestare meruisti inter sacra viscera.

7. O Maria, puellarum omnium sanctissima,
Aufer clades famulorum malaque presentia,
Que pro vita criminosa patimur assidue.

8. Unde supplices rogamus, tua prece subleva
Filioque representa in eterna gloria,
Quos interna reos mortis facit conscientia.

9. Praestit hoc pater eternus atque unigenitus
Procedensque ab utroque spiritus paraclitus,
Est deus qui semper unus per eterna secula.
Amen.

3, 2 *quem solis radiis *(radius Winterfeld,* radii *Dreves)* atque *sequentia,* quem sol iste radiusque *BC* 4, 1 persequente *C* 4, 2 en *B*, ecce *C* 4, 3 *Inter str. 4 et 5 in B exstat quasi novus titulus* In laudibus, *in C* huius in laudibus 5, 1 Modulis *B*, O dulcis *C* dulcisbus *B* 9, 1 Prēt *B*

3ª Missus sacer a supernis ad Mariam angelus
3ᵇ Castitatis pubertatem dictis his affatus est:
4ª 'Ave, virgo gloriosa, plena dei gratia!
4ᵇ Spiritum divinum tua bibet innocentia,
5ª Regum rex egrediatur ut de tuo utero
Tamquam sponsus speciosus de cubili proprio.
6ª En concipies,
Paries filium,
Quem solis radius atque luna tremit aurea,
Pelagi metuunt atque terrae substantia.'
6ᵇ Haec dei angelo prosequente virgo credidit
Et Iesum hominem ac verum deum peperit.
7ª Modulis itaque dulcibus et consonis

3ª ad sup. $L_{2.5}$, a sup. *rhythm.* 3ᵇ *Castitate pubertatis L_2, Castitatis pubertate L_5, Castitatis ubertatem *v. Winterfeld* 4ª ave L_5 *rh.*, Que L_2 4ᵇ bibet L_2, libet L_2 5ª egredietur ut $L_{2.5}$, egredietur et *Dreves* 6ª En L_5, Hen L_2 et paries L_5 quem L_5, que L_2 radius *Winterfeld*, radiis $L_{2.5}$, radii *Dreves* terrae L_5, terra L_2 substantia $L_2L_5^1$, substantiam L_5^2 6ᵇ prosequentis L_2, prosequentes L_5, prosequente *rhythm.*, prosequenti *Dreves* ihesum $L_{2.5}$ hac $L_{2.5}$, atque *Dreves* uerum L_5, uerbum L_2 7ª dulcibus L_5, ducibus L_2

4, 1 *cf. Luc. 1, 38.* 9, 1 Praestit: *cf. ad rh. II 6, 2.*

CV.

RITMUS CUIUSDAM SCOLASTICI DE OCTO PRINCIPALIBUS VITIIS SECUNDUM ORDINEM QUEM POSUIT CASSIANUS.

1. Gastrimargia est primum principale vitium,
Quodque corpori si satum heserit intrinsecus,
Plura prodeunt nefanda de ramorum fructibus.

2. Nostris placuit vocare hanc ventris ingluviem,
Commessationes fluxas atque detestabiles,
Que cum fuerint in nobis, excitant libidines.

3. Fornicatio de gula et de ventris crapula
Propagata male blanda, impudens, turpissima
Membra nostra ne, quod absit, meretricis faciat.

4. Radix omnium malorum extat filargiria,
Amor est pecuniarum, quae est avaritia;
Salvatorem ipsa nostrum vendidit cupiditas.

7b Hominum filii, conlaudate virginem:
8a 'Salve, semper benedicta' dicite 'puerpera,
8b Quę papilla deum nostrum aluisti lactea.'
9a Nos quoque supplices ⟨rogemus⟩,
Ut placetur nostri cantus obsequio,
9b Talibus atque precum verbis
Eius piam ⟨al⟩loquamur clementiam:
10a O Maria puellarum omnium sanctissima,
10b Quę tonantem inter sacra baiulasti viscera,
11a Vide clades famulorum atque contumelias,
11b Quas pro vita criminosa patimur assiduas;
12a Iusta quippe nos forensis iugulamur framea,
12b Quos interna reos mortis facit conscientia *e. q. s.*

7b hominum *Winterfeld,* omnium $L_{2.5}$ filii L_5, filit L_2 conlaudate L_5, conlaudaret L_2 8a benedicta *in marg. add.* L_5 8b quę $L_{2.5}$, tu *Dreves* pupilla $L_{2.5}$ deum L_5, dominum L_2 lactea L_2, lacita L_5 9a suplices L_2 rogemus *suppl. Winterfeld* placetur L_2, placeatur L_5, placeant *Dreves* nostri *Winterfeld,* nostra $L_{2.5}$ cantus L_5, cantens L_2 obsequio *Winterfeld,* obsequia $L_{2.5}$ 9b *sic Winterfeld,* pia (pie L_2) loquamur clementia $L_{2.5}$ 10a omnium *Dreves,* homnium $L_{2.5}$ 10b tonantem *Dreves,* tonantes $L_{2.5}$ sacra *Dreves,* sacras $L_{2.5}$ baiolasti L_2 11a vide *Dreves,* vides $L_{2.5}$ 11b assiduas *Dreves,* assiduis $L_{2.5}$, assidue *Winterfeld* 12a forensis L_2, forens his L_5, *an* *forensi? 12b Quos *Winterfeld,* quas $L_{2.5}$ interaneos L_2 facis conscientias L_5

CV **Ca** = *cod. Casinensis CCXXX, de quo cf. infra ad rhythmos computisticos, praef. n. 4; rhythmus editus est in Florilegio Casinensi IV 361 sq., Dreves, Anal. hymn. XV 266. Mihi contulit Br. Albers* 3, 2 *mala blanda *Ca* 3, 3 obsit *Ca* 4, 2 **f.* que et avaritia?

CV *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _ *ter repetitum singulas strophas efficit. Hiatus multi. Versus singularum stropharum assonare aut consonare solent. Iohannes Cassianus de institutis coenobiorum (ed. Petschenig) lib. V 1* . . . post quattuor libellos, qui super institutis monasteriorum digesti sunt, nunc arripere conluctationem adversus octo principalia vitia vestris orationibus domino confortante disponimus, id est primum gastrimargiae, quae interpretatur gulae concupiscentia, secundum fornicationis, tertium filargyriae, quod intellegitur avaritia vel . . . amor pecuniae, quartum irae, quintum tristitiae, sextum acediae, quod est anxietas sive taedium cordis, septimum cenodoxiae, quod sonat vana seu inanis gloria, octavum superbiae. *Praeterea conferendi sunt libri V—XII.* 2, 1 *Corp. gloss. lat. IV 240, 53* gastrimargia ventris ingluvies. 3, 3 *intellego: ne membra nostra faciat subdita meretrici.* quod absit: *cf. in regula s. Benedicti passim.* 4, 1 *Tim. I 6, 10.*

5. Ire vitium tollendum, quod est menti noxium:
Sol iustitie per iram quem si occiditur,
Hosti nostro ad nos datur facilis introitus.

6. Cui fuerit innixus spiritus tristitie,
Offuscata mente passim per incursus varios
Corde ceco sic discurrit velut sensu ebrius.

7. Sicut enim vestimentum tinea demolitur
Et a vermibus conrosum sepe lignum teritur,
Sicque morsibus vastata tristis mens perhimitur.

8. De iniuriis illatis et de lucro perdito
Equo animo estote, quia pius dominus
Pęnitentum salus ipse est, redemptor omnium.

9. De acidia procedit mentis instabilitas,
Otiositatis telo sauciatur anima,
Cordis tedio et somno semper manet anxia.

10. Cenodoxiae vitemus letale contagium,
Si quid boni operamur, ut a deo praemium
Mereamur et fruamur bonis in perpetuum.

11. Ista quoque Ezechiam post tanta preconia
Regem adit, superavit, fregit vana gloria,
Quemque hostis non prostravit, superavit vanitas.

12. De superbia contemptus, murmur ac invidia,
Hereses, contentiones, inobędientia
Oriuntur, mala cuncta pene cum iactantia.

13. In occulto mens elata prius cum tumuerit,
Velud vipera maternis disruptis lateribus
De baratro sui cordis verba spargit vocibus.

14. Maxime humanum genus per mentis superbiam
Hosti subditur antiquo et carnis luxuriam,
Cuius nos de fauce trahat infinita pietas.

15. Quisquis istis vacuatus fuerit a vitiis,
Mansionem deo parat in suis precordiis,
Regnaturus in ęternum cum electis angelis.

CV 5, 2 *sic Ca, *f.* sol iustitiae super iram quoniam si occiderit *(an poeta* occiditur *scripsit?)*, sol iustitiae per iram quia si occiditur *Dreves* 7, 3 perimitur *Ca* 8, 2 quia *editio Floril.*, quę *Ca* 12, 1 *utrum* ac *an* at *sit, dubium est* 14, 2 luxuria *Ca, corr. Dreves*

5 *Ephes. 4, 26* irascimini, et nolite peccare; Sol non occidat super iracundiam vestram. *Cass. l. c. VIII 9, 15* si noxium est super iracundiam nostram occidere solem iustitiae et irati confestim diabolo locum damus in corde nostro *e. q. s.* 6, 1 *Auf wen der Geist d. T. sich senkt.* 7, 1 *proverb. 25, 20, ex Cassiano IX cap. 2 poeta sumpsit!* demólitur: *cf. ad rh. VIII 4, 1.* 9, 2 *Cass. X c. 21* quod otiositatis vitium *e. q. s.* 9, 3 *Cass. X c. 1 . . .* quod Graeci *ἀχηδίαν* vocant, quam nos taedium sive anxietatem cordis possumus nuncupare. 11 *reg. IV 18, 1 sq., ex Cassiano XI 10.* 13, 2 *Plinius, nat. hist. X 82. Physiologus cf. Cahier, Mél. d'archéol. II 134 sq.*

CVI.

1. Queri solet a quibusdam, cur septuagesima
Sexaginta tres dierum taliter notata sit
Alleluia nec canatur in prefatis diebus.

2. Decem luces sunt create ab ęterno lumine,
Quę in septem sunt distincte dies ut ebdomade,
Quarum una per tumorem versa est in tenebras.

3. Novem, quę aeterne luci adheserunt fortiter,
Pre timore Alleluia non audebant canere,
Quę est 'laus deitatis et immensa gloria.'

4. Homo igitur creatus lucis ad imaginem,
Dei iussa si teneret, in ęternum viveret
Sicut nobem angelorum ordine tunc decimus.

5. Illo morte moriente omnes simul morimur
Mortis vinculo constricti, in quo cuncti nascimur,
Sed renati liberamur mortis a periculo.

6. Ideoque nunc fideles omnes per ęcclesias
Alleluia nec canatur nobem per ebdomadas,
Donec nobis lux resurgat dominus ab inferis.

7. Virga est egressa nobis stirpe de Davitica,
In qua sanctus requievit septiformis spiritus,
Hęc est vera septimana, lux sanctorum omnium.

8. Inmortalis iamque factus visus est in dextera
Continere septem stellas septem pre candelabra,
Septem angelos transmittens septem ad ęcclesias.

9. Hęc ⟨est⟩ enim dei virtus, dei sapientia,
Quę habebat decem dragmas, quarum unam perditam
Perquisitam et inventam reportavit gratulans.

CVI ***Ca*** *(cf. ad rh. CV) f. 12. Edidit Florileg. Casinense IV 364. Mihi denuo contulit Br. Albers. Tit.* Item versi de Septuagesima *Ca* 2, 1 lucem *Ca, corr. Flor.* 3, 1 lucis *Ca, corr. Flor.* 3, 3 divinitatis *Vollmer* 5, 1 morimur *sic Ca* 5, 2 cuncti *Flor.*, cunctis *Ca* 5, 3 liberamur *sic Ca* 6, 3 *nobis *Ca* 7, 1 de davitica *sic Ca* 7, 2 *spiritus septiformis *Ca* 8, 2 precandelabra *Ca* 8, 3 transmittens *sic Ca* 9, 1 est *om. Ca* 9, 2 *septem *Ca*

CVI *Schema* $8\,\_\,\smile + 7\,\smile\,\_$ *ter repetitum; prior versiculus saepe* $4\,\_\,\smile + 4\,\_\,\smile$. *Clausulae 1, 3* diebus *cf. ad rh. XXXVI; 7, 2 correxi, 8, 2* candelabra. *Hiatus permulti, assonantia rara.* 1, 2 tres *i. e. trium.* 1, 3 *Thalhofer, Handb. der kathol. Liturgik I 598.* 3, 3 laüs: *cf. ad rh. IV 15, 1* 4, 1 *gen. 1, 26 sq.* 4, 3 nobem *cf. 6, 2. 12, 3. subaudiendum esse censeo: sicut decimus in novem angelorum ordine viveret, nisi a creatore defecisset; Vollmer stropham excidisse putat.* 5, 1 illo *i. e. protoplasto. gen. 3, 4* morte moriemini. 7, 2 *cf. Is. 11, 2 sq.* 8, 2 *apoc. Ioh. 1, 12 sq.* vidi septem candelabra aurea et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis .... et habebat in dextera sua stellas septem .... *20* sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea: septem stellae angeli sunt septem ecclesiarum et candelabra septem septem ecclesiae sunt. 9, 1 *sq. Luc. 15, 8 sq.* mulier habens drachmas decem.

10. Unde deo laudem dantes angelorum agmina
In excelsis et in terra pacem datam resonant,
Quando angeli pastores Christum natum nuntiant.

11. Quem vidistis, o pastores, nuntiate omnibus:
'Natum vidimus, in choro angelorum dominum
Quem adorant potestates et virtutes supere!'

12. Non legistis, o amici, veritas quę dixerit:
'Quisnam vestrum centum oves habens nunc in montibus,
Nonaginta nobem oves quam ob rem reliquerit'?

13. Nonne hominem requirens, ovem, que perierat,
(Scilicet Adam et Eva, manibus quos fecerat,)
Quam inventam reportavit propriis in humeris?

14. 'Congaudete mecum omnes et congratulamini,
O vicini et vicine cum amicis pariter,
De inventam ovem meam numero centesima.'

15. Hac pro causa rationis, in qua extat veritas,
Non canatur Alleluia novem per ebdomadas,
Donec decima exurgat protoplastos renovans.

16. Ut imago summi nummi circa circumscribitur,
Sic incircumscriptus Iesus inter omnes sanctos est,
Ut sit deus pater eius omnia in omnibus.

CVII.

Pastor o qui Christi oves per amoena pascua
Ad caelestis paradisi sacra ducis gaudia,
Quem dives et pauper amat, civis atque advena,
Cuius amor semper mea possidebit viscera,
Hunc adusque diem tuo supplici gratissima
Clari quae dedisti Bachi perdurarunt munera.
Spes est nulla iam vivendi, mens turbatur anxia,

10, 3 *angelum pastorem *Ca* 12, 1 amicis *Ca* 13, 2 *quas *Ca* 13, 3 *reuocavit *Ca* 15, 1 *Hanc *Ca*

CVII *V* = *cod. Vaticanus-Palatinus 487 s. IX f. 33. Edidit A. Mai, Class. Auct. V 456. Cf. etiam L. Bethmann, Arch. f. ä. d. G. XII 336. Usus sum imagine photographica.* 1 amåena *V*

10, 1 *sq. Luc. 2, 8—20.* *constructio:* agmina laudem dantes. 10, 3 pastores *i. e. pastoribus.* 11, 3 *Coloss. 1, 16.* *str. 12—14 cf. Luc. 15, 4 sq.* 12, 3 *sc. propter unam ovem amissam.* 13, 1 requirens: *cf. 12, 2* habens *et ad rh. VII 3, 1.* 14 *Luc. 15, 6.* 16, 2 incircumscriptus *Prudent. apoth. 863.* 16, 3 *Cor. I 15, 28.*

CVII *Schema* $8 \_ \cup + 7 \cup \_$. $8 \_ \cup$ *plerumque* $= 4 \_ \cup + 4 \_ \cup$. *Clausulae purae. v. 1—8 in* a *exeunt. Etiam v. 11—12 inter se concinunt, 9 et 10 assonant. 3 hiatus.*

Vini quia desunt nobis ad bibendum pocula.
Misimus ad forum nostrum venalem grammaticam:
Nullus est, qui illam emat, sed nec qui aspiciat.
Tolle tibi, pater sancte, dactylos et syllabas,
Tres aut quattuor et meri nobis mitte fialas.

9 * grammaticum *V* 10 *illum *V* 12 aut *sup. lin.* m_1 *V* *ex meri *V*

RHYTHMI COMPUTISTICI.

Sequuntur nonnulli rhythmi ad computandi artem pertinentes. Qui quando compositi sint cum prorsus sit ignotum, tamen propter leges a poetis observatas Carolino fere aevo adscripserim. Quid quod codex Ambrosianus H 150 infer., in quo rhythmus CXIV Annus solis continetur *exstat, nono saeculo exaratus est? De loco quidem unum illud constat complures codices, ex quibus hos rhythmos deprompsimus, coenobii s. Benedicti Casinensis fuisse. Huc quadrat, quod Petrus diaconus, De viris illustribus Casinensibus cap. 26 de Pandulpho presbytero tradit: 'Pandulphus Capuanus presbiter in Casino sub Desiderio abbate monachus factus divina saecularique litteratura eruditus scripsit ad Petrum Salernitanum abbatem librum de calculatione, versus de termino paschae Hebraeorum, de circulo solari ad concurrentes inveniendas, de cyclo lunari, de feria paschae Hebraeorum invenienda, ad annos domini inveniendos, qualiter sint inveniendae indictiones, de luna cuiusque diei invenienda absque embolismorum contrarietate, quomodo fallunt qui se scire putant, quot horis vel punctis luna in unaquaque nocte luceat, quibus modis cursus solis dividatur, quomodo efficiatur bissextus, ad ferias Kalendarum inveniendas, qualiter vel unde regulae ad ferias mensium inveniendas praecedant, quomodo regula terminorum Hebraeorum ex cursu solis inveniatur, ad feriam uniuscuiusque diei inveniendam, de quatuor temporibus, in quibus datariis solstitia veraciter esse debeant, ubi aequinoctia veraciter credantur esse, quomodo adventus domini sit inveniendus, ut litera hebdomadarum per totum annum memoriter inveniatur, quomodo Christus sit passus in tertio Kalendas Aprilis, quomodo anni ab origine mundi omnes fallunt, qualiter luna quintadecima non potest ad illam diem qua facta fuit pertinere, de assumptione s. Mariae, de Agnete imperatrice.' Cum igitur versibus computisticis egregiam operam navasse tradatur doctus presbyter, etiam rhythmos computisticos a diversis poetis factos diligentis viri industria in unam syllogam collatas esse conieci N. A. XXXVI 333 f. Sed iam ante Pandulphum syllogas carminum computisticorum in Monte Casino factas esse aetate nonnullorum codicum Casinensium comprobatur. Primum enumero codices Casinenses, quibus adduntur reliqui.*

1. ***M*** *= codex Matritensis A 16 saec. XII. olim Casinensis. Fuse descripserunt H. F. Knust, Arch. f. ä. d. G. VIII 769 sq., K. Neff, Die Gedichte des Paulus diaconus p. XVIII. Insunt f. 1* Beda de temporibus, *f. 48* Martyrologium Bedae, et aduerte prudens lector, quia hi uersus, quos obelo in capite prenotatos inuenis, ab Erchenperto monacho mon. s. Benedicti de castro Casino editi sunt. *Sequuntur versus*

Septenis binis constat diuisio saecli
Item de anno solari:
Annus solis continetur *(rh. CXIV)*
Versus de sextæ aetate huius seculi:
Prima sexcentum annis

f. 52v Item uersus Pauli diaconi de annis a principio:
A principio seculorum *(K. Neff p. 7 sq.)*
Item uersus de annis a principio:
Deus a quo facta fuit *(rh. CXVIII)*
f. 55 Arati liber de astronomia.

Praeter libros impressos usus sum apographo, quod In. Rodriguez confecit.

2. **F** = *codex Florentinus bibl. Laurent. Strozz. 46. s. XIV 'optime servatus et perspicuo sed non satis emendato charactere exaratus, in cuius calce legitur:* Liber Colucii Pieri de Stagnano Cancellarij Florentini.' *(Catal. Bandini.) Continet haec carmina et metrica et rhythmica ad computum pertinentia, ex quibus nonnulla ab Alexandro Riese et Aemilio Baehrens in anthologias recepta sunt:*

f. 1r 1. Item versus de anno solari seu de regularibus mensium: Nec rota per girum. *(19 v.)*
2. Item versus de singulis mensibus: Primus romanas ordiris. *(12 v.)*
f. 1v 3. Item versi metrici de singulis diebus: Prima dies domini. *(7 v.)*
4. Item versi alij de mensibus. Dira patet iani. *(12 v.)*
f. 2r 5. Item alii versus de signis mensium. Primus adest aries. *(12 v.)*
f. 3r 6. Dedrasticon autenticum de singulis mensibus: Hic iani mensis. *(48 v.)*
7. Item versus de quatuor temporibus anni solaris id est veris, estatis, autumni et hiemis: Ver quia cuncta sibi. *(51 v.)*
f. 4r 8. Versi de spera celi et de cursu planetarum et de ceteris syderibus: Prima tenet spatium. *(17 v.)*
f. 4v 9. Versi de initio quadragesime: Ortum sacre quisque cupis. *(16 v. rh. CX.)*
f. 5r 10. Versi de mensibus duodecim: Fulget honorifico. *(24 v.)*
f. 5v 11. Versi de terminibus septuagesime quadragesime seu pascalis et rogationis et pentecosten: Septua si nosse cupis. *(15 v. rh. CXI.)*
f. 5v 12. Item versi de initio quadragesime: Quadragesime si scire. *(21 v. rh. CXII.)*
f. 6r—9r 13. Anni domini notantur. *(rh. CXIII.)*
f. 9r—10r 14. Annus solis continetur. *(rh. CXIV.)*
f. 10r 15. Versi de sex etatibus huius mundi: Prima sexcentum annis. *(6 v.)*
f. 10v 16. Item versus pauli diaconi de annis a principio: A principio seculorum usque ad diluvium.
f. 11r 17. Deus a quo facta fuit. *(rh. CXVIII.)*
f. 11v 18. Versi cycli anniversalis: Linea Christe tuos. *(8 v.)*
19. Arati Phaenomena. *cf. L. Bethmann, Arch. f. ä. d. G. XII 726. Mihi qua solet liberalitate contulit Hans Dreyer.*

M et F cognati sunt. K. Neff l. c. p. 7 F ex M transscriptum esse contendit, mihi dubium est, an F ex gemello libri M oriundus sit cf. N. A. XXXVI 332. Ad consensum MF indicandum usus sum signo μ.

3. **T** = *codex C 62|282 bibliothecae civitatis Turicensis olim Sangallensis saec. X|XI. Varia continet. In quarta parte, f. 206—36, multa exarata sunt ad computum pertinentia, in his rhythmus CXIII* Anni domini notantur. *Qui cum artissima necessitate cum F coniunctus sit, codicem Sangallensem hic posui. Pro consensu F et T utor signo α. Ipse contuli. Iacob Werner et Hermann Escher me rogante denuo evolverunt.*

4. **Ca** = *codex Casinensis 230, cuius accuratissimam videas descriptionem in Bibliotheca Casinensi IV 235 sq. Rhythmi insunt*

p. 12 Gastrimargia est primum. *(= rh. CV.)*
p. 13 Anni domini notantur. *(= rh. CXIII.)*
p. 15 Queri solet a quibusdam. *(= rh. CVI.)*

Br. Albers Ca brevi post a. 1030 scriptum esse demonstravit. (Revue Bénédictine 1912, 348 sq.) Idem rogatus liberalissime tres rhythmos mihi contulit.

5. **Cv** *= cod. Cavensis 23 saec. VIII ex. Aut in Monte Casino exaratus aut ex codice Casinensi Beneventi transscriptus. De hoc libro egerunt A. Reifferscheid, Bibl. patr. lat. Italica II 305 sq., Gaetani, Cod. diplomaticus Cavensis II Appendix p. 17—65, L. Traube, Textgesch. d. Regula s. Benedicti*[1] *p. 112 sq., E. A. Loew, Die ältesten Kalendarien aus Monte Casino 1 sq. In margine versus 1—7 rhythmi CX,* Ortum sacre quisque cupis *et v. 8—16* Nonus decimus concordat *(Loew p. 36) scripti sunt. Usus sum editionibus Gaetanii et Loewii.*

6. **C** *= cod. Casinensis 3, accuratissime descriptus in Bibliotheca Casinensi I 85 sq., saec. IX. Continet p. 158 rhythmum CVIII cf. Florilegium Casinense I 85.*

7. **Ba** *= Venerabilis Bedae presbyteri Anglo-saxonis viri sua aetate doctissimi opera quotquot reperiri potuerunt omnia hac ultima impressione ornatius in lucem edita. Coloniae Agrippinae 1612 tom. I. Pag. 150 et 229 rh. CVIII* Nonae Aprilis. *p. 401 rh. CXIV* Annus solis continetur. *p. 413 rh. CXIII* Anni domini notantur. *p. 417 rh. CXVII* Mira prorsus paganorum. *Cum codices, ex quibus illi rhythmi editi sunt, lateant, hac editione usus sum. Editio anni 1563 mihi non semper praesto fuit.*

8. **B** *= liber 666 sancti Bertini (St. Omer), saec. X exaratus cf. Catal. général des m. d. b. p. d. d. III p. 291; rhythmum CXIV* Annus solis continetur *exhibet. Benigne mihi contulit U. Rivière, bibliothecae Bertinianae praefectus.*

9. **Au** *= cod. 8 bibliothecae civitatis Augustae Vindelicorum saec. XI et XII exaratus. Descripserunt E. Steinmeyer, Die althochd. Glossen IV 377 et K. Strecker, N. A. f. ält. d. Gesch. XXXVI 319 sq. Fol. 101 s. XII scriptum continet rhythmum CXIV* Annus solaris *(sic)* continetur, *f. 110 s. XII rh. CXVII* Spera cęli duodenis *et rh. CVIII* None aprilis. *Ipse Berolini contuli.*

10. **V** *= cod. Vatic. reg. 1723 s. XII, de quo conferas L. Bethmannum, Arch. f. ä. d. G. XII 325. Inest 1—42:* Hilperici computus. *f. 42 rh. CXIV* Annus solis continetur. *Usus sum imagine photographice expressa.*

11. **Ph** *= cod. Berolinensis Phillipicus 1711 olim Mettensis saec. XI. Val. Rose, Die Meerman-Handschriften p. 226 sq. f. 1—94 continent Pseudo-Alcuinum De divinis officiis, f. 94*[v] *sq. altera manu scripta ad computum pertinent. f. 99*[v] *rhythmus CXIV* Annus solis *(cum neumis suprascriptis) exaratus est. Ipse contuli.*

12. **P** *= cod. Berolinensis Phillipicus 1833 olim Floriacensis saec. X, quem fuse descripsit V. Rose, Die Meerman-Handschriften p. 308 sq.: 'Arithmetisch-chronologische Arbeiten Abbos von Fleury.' Inter excerpta computistica insertus est f. 5*[r]*—5*[v] *rhythmus CXV* Ex novenis, *quem longe ante Abbonis aetatem compositum esse ex tota indole efficitur, f. 5*[v] Tabula angelica *= rhythmus CVIII (idem in schedula post f. 47 addita repetitus). Ipse adhibui.*

13. **Va** *= cod. Vatic. lat. 644 s. X/XI cf. Catal. cod. Vatic. lat. I 495 sq.; f. 76 exstat rh. CXVI* Spera celi. *Usus sum photographo.*

14. **A** *= cod. H 150 infer. bibliothecae Ambrosianae olim Bobbiensis s. IX in. Descripserunt A. Reifferscheid, Bibl. patr. Italica II 91 sq. et accuratius B. Krusch, Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie, Leipzig 1880, p. 206—209. f. 108 sq. computus extat, quem edidit L. A. Muratorius, Anecdota Italica III 208 sq., Migne CXXIX 1274 sq. In fine f. 162*[r] *et 162*[v] *rhythmus CXIV* Annus solis *exaratus est mutilus. Adhibui schedulas photographas, quas Achilles Ratti meum in usum confici iussit.*

15. **Cv**$_1$ *= cod. Cavensis 3 s. XI, de quo cf. infra p. 698. Huius codicis lectiones mihi non praesto fuerunt.*

CVIII.

TERMINI QUARTAE DECIMAE LUNAE REGULARES.

Nonae Aprilis	norunt quinos	v
Octonae kalendae	assim depromunt	i
Idus Aprilis	etiam sexis	vi
Nonae quaternae	namque dipondio	ii
Item undenae	ambiunt quinos	v
Quatuor idus	capiunt ternos	iii
Ternae kalendae	titulant senos	vi
Quatuordenae	cubant in quadris	iv
Septenae idus	septem eligunt	vii
Senae kalendae	sortiunt ternos	iii
Denae septenae	donant assim	i

CVIII *Angelica tabula in codicibus exstat innumeris. Ego adhibui* ***Au****, de quo cf. p. 669, f. 101,* ***Ba****, de quo cf. p. 669, bis (****Ba****$_1$ = p. 150,* ***Ba****$_2$ = p. 229),* ***P****, de quo cf. p. 669, f. 5^v, manu saec. XII repetit. fol. 48,* ***C****, de quo cf. p. 669, p. 158,* ***G*** *= cod. Genevensis 28 s. X—XI cf. Hagen, Carmina med. aevi p. 151, Havet, Romania VI 290,* ***M***$_1$ *= clm. 14221, olim sancti Emmerammi C 40 saec. X f. 14^v. Hrabanus Maurus tabulam in computum, quem conscripsit, recepit:* ***Hr*** *= Hrabani comp. ap. Migne CVII 719. Huius computi usus sum codicibus his:* ***M***$_2$ *= clm. 14221 (cf. supra) f. 55^v.* ***M***$_3$ *= clm. 14523 s. X ex. f. 42^v. Utrumque mihi contulit P. Lehmann.* ***S***$_1$ *= cod. Sangallensis 878 s. XI p. 229.* ***S***$_2$ *= cod. Sangallensis 902 s. IX/X p. 147. Contulit A. Fäh.* $M_2 + M_3 = \mu$, $S_1 + S_2 = \sigma$, *omnes* $= \omega$. *Tit.* Termini XIIII LV̄ REGVLARES M_1, Anglica tabula Dn̄icaī litere *P, om. reliqui. Numeri in dextro margine appositi PBa, in sinistro C, om.* $HrM_1AuG\mu\sigma$ 1 Nonae (ę, e *in sequentibus haec orthographica non adnotantur)* $AuBaGP$, Noū $HrS_2M_1M_2$, Nonas CS_1M_3 aprilis $AuBaGM_1\mu$, apl̄ *P*, apriles S_1, aprelis *hic et infra* S_2HrC, aprilis *reliq.* norunt ω, nouerunt *Havet* 2 Octonae $AuBaGPM_3$, Octenae $CHr\sigma$, o *ex* e M_2, Octaua, *altera* a *ex* e *corr.*, M_1, Octo *coni. Havet* Kalendae (calendae) $AuBaGPM_1M_3$, Kalendas $CHrM_2\sigma$ assim depr. $AuBa_1GP$, assin depr. M_1, affini depr. Ba_2, assi depromunt $Hr\mu\sigma$ (depromant S_1), asside promant C 3 apriles S_1, aprilis (aprelis, apraelis) *reliq.* sextis *C*, sexis *reliq.* 4 Nonae *omnes praeter Au*, Namq; quaternę nāq; dip. *Au* naque *C* quaternae $AuGBaP$, quartanae $CHrM_3\sigma$ *in rasura, corr. in* quaternae M_2, quartę M_1 dipondio $AuBaCGHr\mu\sigma$, dipūdio *P*, dupondio M_1 6 *et* 7 *desunt* σ 6 quarte M_1, quadtuor *C*, quattuor *vel* quatuor *rel.* 7 Ternae kalendae $AuBaGPC$, Tertiae M_1, Ternas kalendas $HrM_3\sigma$, ternos k. M_2 titilant M_1, titulant *reliqui* senos $AuBaP$, senae $GCHrM_1\mu\sigma$ 8 quadtuor *C* deni *G*, denae *reliq.* 9 Septenae id. $AuBa_1$, Septenos id. GPM_1Ba_2, Septenas idus $Hr\mu\sigma$, Septenus id. *C* septem el. $AuBaGM_1CP$, septus el. $HrM_3\sigma$, sept M_2 eligunt $AuBaGM_1M_3PC$, elegunt $Hr\sigma$, elegunt *in* eligunt *corr.* M_2, septenos legunt *Havet* 10 sortiunt $GHr\mu\sigma CPBa_2$, sancciunt M_1, sortiuntur $AuBa_1$ 11 denae septenae $AuBa_1P$, deni septeni *G*, denis septenis $M_1M_2CBa_2$, denas septenas $Hr\sigma M_3$ donant a. $AuPBa_1G$, donantur a. Ba_1, danamassi HrS_1C, danamassis S_2, danā assi μ, donat et assin M_1

CVIII *Schema:* $5 \_ \smile + 5 \_ \smile$ *singulos versus efficiunt. Primum vocabulum prioris et secundi versiculi ab eadem littera incipit. (Allitteratio. Omnes vocales inter se allitterant.) Nonnulli versiculi dubii, velut 1, 2, sed* norunt quinos *i. e.* $4 \_ \smile$ *nusquam non traditum est, 11, 2* donant assim*; pauci sex syllabarum sunt. Clausula* elígunt *9, 2: cf. ad rh. IV 11, 3,* exprímit *15, 2 cf. ibidem, an* exprimit unus? *Hiatus passim. Libellus qui dicitur Bedae* De argumentis lunae *(Op. ed. Colon. 1612 I 151):* Legimus in epistolis Graecorum, quod post passionem apostolorum sanctus Bachumius abbas in Aegypto cum monachis suis in oratione a domino rogavit, ut ostenderet ei, quomodo Pascha deberet celebrare. Et misit dominus per angelum suum ad praefatum sanctum Bachumium cyclum decennovenalem, hoc modo: Nonae Aprilis norunt quinos, octonae calendae assim depromunt *e. q. s. cf. etiam epistolam Pseudo-Cyrilli apud B. Krusch, Studien zur christlich-mittelalterl. Chronologie 1880 p. 346. Ut versus, quos angelus dictavit, bene intellegas, conferas, quaeso, tabulam VI apud H. Grotefend, Taschenbuch der Zeitrechnung*^{2} *p. 102. F. Rühl, Chronol. des Mittelalters u. der Neuzeit 1897 p. 153.* 1 quinos: *sc. regulares paschae.* 4 nonae quat. *sc. a. d. IV non. April.* 5 undenae *sc. a. d. XI cal. April.* 8 quatuord. *a. d. XIV sc. cal. April.* 11 denae sept. *sc. cal. Maias.*

Pridie nonarum	porro quaternis	IV
Novenae kalendae	notantur septenis	VII
Pridie idus	panditur quinis	V
Aprilis kalendas	unus exprimit	I
Duodenae namque	docte quaternis	IV
Speciem quintam	speramus duobus	II
Quaternae kalendae	quinque coniciunt	V
Quindenae tribus	constant adeptis	III

CIX.

TERMINI INITII REGULARES.

Octave Martis	kalandę quinque	V
Ternis Februi	idibus assin	I
Senas Martis	nonas in senis	VI
Undenas Martis	kalandas binis	II
Senis idibus	Februi quini	V
Tertias Martis	kalandas tribus	III
Martis kalande	quartene seni	VI
None Martie	noscuntur quadris	IV
Kalandę sene	Martis in septem	VII
Idus Februi	in tribus constant	III
Quartas Martis	nonas in assin	I
Nonas kalandas	Martias quadris	IV
Quarti Februi	idus septeni	VII
Kalande Martis	etiam quinos	V
Duodenas Martis	kalandas in uno	I
Septena Februi	species quattuor	IV
Quartę kalandę	Martię binis	II
Kalandę Martis	quindene quinis	V
Pridię nonae	Martis in ternis	III

---

12 Pridię *AuBaGHrCP*, Pridias $\mu\sigma M_1$ nonarum *codd.*, nonas *Havet* quaternis *AuBaHrC*$\mu\sigma M_1 PM_2$, quaterni *G*, quaternos *Hagen*, *f. recte* 13 Novenae calendae notantur septenis *AuBaP*, Novenae notantur namque septenis *Hr*$\mu\sigma M_1 C$, Novenae notantur namque septenos *G*, **f.* notant septenos 14 panduntur M_1, panditur *reliq.*, panditer *C* 15 Aprilis (apriles S_1, aprælis CS_2) calendas *Hr*$\mu\sigma CBa_2$, Kalendas aprilis Ba_1G (a *altera ex correctura*) AuM_1, Kalendę aprilis (apł) *P* unus exprimit *AuBa*$_1$*Hr*$\mu\sigma M_1$, unus exprimit. unus *C*, exprimit unus Ba_2, unum exprimunt *GP* 16 Duodene *AuBaGP*, duodenas *Hr*$\mu\sigma C$, dudenas M_1 quaternis *AuBa*$_1$*Hr*$\mu\sigma CPG M_1$, quaternas Ba_2 18 kł quarte M_1, Quaterne kal. *rel.* (Quartane quaterne kalandae S_2, quartane M_3, quartęnę M_2) quina *P*, quinque *reliq.* coiciunt *P* 19 *om. Hr* *sic Havet*, quindenae constant tr. ad. *codd.* adeptis *AuBa*$_1$*GP* (ademptis *coni. Hagen*), adeptae *Hr*$\mu\sigma M_1 Ba_2 C$

CIX M_1 (*cf. ad rh. CVIII*) *f.* 14^v. *Numeros in margine ego apposui.* 2 *Februarii M_1, *cf. v.* 10 13. 16; *scribere debuit poeta* Februi ternis, Februi idus *e. q. s.* 3 *et* 11 *quidni* Martias senas (quartas)? *v.* 8 Martie nonae? 4 *et* 6 kłd M_1 8 Noñ Mār M_1 12 Noñ kłdas M_1 14. 15 kł M_1

17 *a. d. V id. April.* 18 kal. *sc. Apriles.* 19 kal. *sc. Maias.*

CIX *Tabulam quadragesimalium terminorum ad exemplum praecedentis rhythmi compositam esse apertum est, sed deest allitteratio. De his terminis conferas hexametros in Bedae operibus 1612 I 155 sq.* *v.* 7 quartene *i. e. quattuor dene.*

CX.

Ortum sacre quisque cupis nosse quadragesime
Ebreorum seu pasche invenire ferias,
Sic per annos decem novem regulares computa:
Undecimus ac secundus necnon quintus decimus
Unum anni regularem nempe sumunt pariter.
Binos annus quartus tantum, sic septimus decimus,
Ternos portant sextus annus decimusque pariter;
Nonus decimus concordat horum namque ordini.
Quattuor octavus annus atque duodecimus
Sextus decimusque simul gestant atque quattuor.
Primus annus quinque habet ac quintus similiter,
Quartus decimus hos sequens octavusque decimus.
Tertius sex annus sumit cum socio septimo,
Septem quoque nonus annus tertiusque decimus.
Isti quoque et concurrens iuncti monstrant ferias
Ebreorum tam paschales quamque quadragesime.

CXI.

Septua- si nosse cupis gesime nam terminum:
Ubicumque luna dena dies nam post sedecim
Schebath fuerit, predictus ibi erit terminus.
Quadragesime si scire vis per lunam terminum:
Secundam ubique lunam dies post inveneris
Senos Februi, ibidem ipse erit terminus.
Ac si nosse Hebreorum cupis pasche terminum,
Ubicumque post viginti luna quarta decima
Dies fuerit Nisani, ibi erit terminus.

CX ***F*** *f. 4ᵛ, in* ***Cv*** *v. 1—7 in marg. infer. sub mense Martio manu s. X/XI additi sunt, v. 8—16 in marg. inf. sub mensibus Maio et Iunio (*Cv_1 *f. 92). Ex Cv ediderunt Gaetani in Codice diplomatico Cavensi tom. II append. p. 33 et E. A. Loew, Die ältesten Kalendarien aus Monte Cassino p. 36.* Versi de initio quadragesime *F, om. Cv* 2 Ebreorum *Cv*, Hebreorum *F* 3 X et VIIII *Cv* 4 quintus decimus *Cv*, quintodecimus *F* 5 *regulare *CvF* 6 *annos *CvF* 7 decimusque *F*, decimus *Cv* 9 *et* 10 quatuor *F* 9 octabus *Cv* duo decimus *Cv* 10 decimusque *F*, decimus *Cv* atque *om. Cv* 12 *hoc *Cv*, ꝯ *F* octabusque *Cv* 13 sūmit *F* 16 Ebreorum *Cv*, Hebreorum *F* paschales *Cv*, paschale *F*

CXI ***F*** *f. 5ᵛ (*Cv_1 *f. 93).* Versi de terminibus septuagesime, quadragesime seu pascalis et rogationis et pentecosten *(-es)* Cv_1F 1 nosse *in rasura F* *Lunam denam Cv_1F 3 *Sabath *F* ibi fuit erit *F* 7 *Hac *F* 9 *nisi an *F, an praestat scribere* in Nisan?

CX *Schema* $8\ \_\ \smile + 7\ \smile\ \_\ \_$. *Hiatus passim. Assonantia nulla. Carmen suprascriptum quid sibi velit, facile intelleges comparata tabula VI apud Grotefend, Taschenbuch der Zeitrechnung des deutschen Mittelalters*² *1905 p. 102.* 1 quisque *i. e. quisquis.* 2 seü: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 6 binos: *sc. regulares.* 11 simul atque = *simul.*

CXI *Schema:* $8\ \_\ \smile + 7\ \smile\ \_\ \_$. *9 syllabarum v. 12ᵃ. Synizesis* dies *v. 11. Hiatus 4. Rhythmi CXI et CXII nimis obscuri sunt.* 1 *De tmesi cf. indices P. A. C. II 721. III 818.*

Terminum Rogationis scire vis plenissime?
Ubicumque post ter octo dies Ijar vicesimam
Inveneris ibidem lunam, erit ipse terminus.
Terminum Pente- si nosse costes, iam inveneris:
Octo Magii iam dictus erit ibi terminus.

CXII.

Quadragesime si scire semper vis initium,
Ebreorum vide pascha in quo mense veniat
Vel quot dies infra mensem quota vel in feria;
Dies pasche Ebreorum computa, dum venias
Ad nostrum pascha, compertum adde super numerum
Dierum pasche decemseptem annis equalibus,
Adde semper et ter sex in annis bissextilibus.
Quodsi nostrum pascha in Adar erit et ascenderit
Istorum numerus dierum super dies Februi,
Subtrahe Adar quot dies annum per habuerit;
Post Adar subtractos dies quotque superaverint,
In tot dies fiet sacre Marcii initium
Quadragesime. Si nostrum in Nisane venerit
Pascha, tolle ex diebus, quos iunxisti antea,
Super dies pasche decem septem et bis novies
Nisan dies triginta unum, nam et quot remanserint,
Quadragesime tot dies in Adar initium.
Si non super egredietur Adar dies numerus,
Queritur iuxta nam numerum, quid stet per initium
Quadragesime in mense namque Februario.
Laus honor virtusque deo nostro sit et gloria. Amen.

CXIII.

Rhythmus Anni domini notantur *in quattuor codicibus quantum sciam exstat. Ex his duo,* ***F*** *et* ***T****, ex eodem fonte manaverunt; eorum consensum signo* ***a*** *indico. Cod. Casinensis* ***Ca*** *cum a cognatus est, sed nonnullis locis correctus (cf. inprimis str. 4—6. 11. 12) cum Ba consentit. Ubi Ca et a consentiunt, signo* ***ω*** *utor. Saepissime ab eis dissentit* ***Ba*** *i. e. codex, ex quo rhythmus in Venerabilis Bedae Operibus Coloniae Agrippinae 1612 p. 413 sq. impressus est. Quod quo luculentius perspiciatur, in sequenti tabula ordinem stropharum qui in singulis libris est descripsi, capita libri Bedani De temporum ratione, cuius vestigia poeta pressit, adieci. — Codicibus a addas* ***Cv***$_1$ *cf. infra p. 698.*

11 Ijar *Tangl*, thar *F* 12 **f.* lunam, ibidem 13 *Germinum *F*

CXII (***Cv***$_1$ *f. 93*), ***F*** *f. 5*^{v}. *Tit.* Item versi (vero *Cv*$_1$) de initio quadragesime *Cv*$_1$*F* 2 Hebreorum *F* vide *Cv*$_1$, īde *F* *veniet *F* 4 Hebreorum *F* *veniat *F* 5 *cōpta *F* 7 et *in rasura F* 13 *msane *F* 14 *q3 iũxisti *F* 19 *stat *F*

CXII *Schema:* $8 \_\smile + 7 \smile \_$. *Prior versiculus 9 syllabarum 6. 8. 9. 16. 18, sed aliquoties synizesis. v. 19* numerum *bisyllabum. Hiatus haud rari. Assonantia fere nulla. Cf. ad rh. CXI. v. 6 leg.* eq̃alibus. 14 *cf. 5 sq.* 15 et *i. e. vel, sc. annis bissextilibus.*

Haec editio	*Ba*	*Ca*	*F*	*T*	*Bedae cap.*	*Haec editio*	*Ba*	*Ca*	*F*	*T*	*Bedae cap.*	*Haec editio*	*Ba*	*Ca*	*F*	*T*	*Bedae cap.*
1	*1*	*1*	*1*	*1*	*47*	*25*	*24*	*18*	*18*	*18*	*45*	*49*	—	*41*	*41*	*41*	*38*
2	*2*	*2*	*2*	*2*	*49*	*26*	*25*	*19*	*19*	*19*	*46*	*50*	—	*42*	*42*	*42*	*30*
3	*3*	—	—	—	*49*	*27*	*26*	*20*	*20*	*20*	*57*	*51*	*46*	*48*	*43*	*43*	*30*
4	*5*	*45*	—	—	—	*28*	*27*	*21*	*21*	*21*	*57*	*52*	*47*	*49*	*44*	*44*	*30*
5	*4*	*46*	—	—	—	*29*	*42*	*22*	*22*	*22*	*22*	*53*	—	*50*	*45*	*45*	*30*
6	—	*47*	—	—	—	*30*	*43*	*23*	*23*	*23*	*22*	*54*	—	*51*	*46*	*46*	*30*
7	*6*	*3*	*3*	*3*	*52*	*31*	—	*24*	*24*	*24*	*22*	*55*	—	*52*	*47*	*47*	*35*
8	*7*	—	—	—	—	*32*	*44*	*25*	*25*	*25*	*22*	*56*	—	*53*	*48*	*48*	*35*
9	*8*	*4*	*4*	*4*	*54*	*33*	—	*26*	*26*	*26*	*22*	*57*	—	*54*	*49*	*49*	*35*
10	*9*	*5*	*5*	*5*	*53*	*34*	*45*	*27*	*27*	*27*	*22*	*58*	—	*55*	*50*	*50*	*35*
11	*10*	*43*	—	—	—	*35*	*31*	*28*	*28*	*28*	*20*	*59*	—	*56*	*51*	*51*	*16—18*
12	*11*	*44*	—	—	*54*	*36*	*32*	*29*	*29*	*29*	*20*	*59a*	—	—	—	—	*16*
13	*12*	*6*	*6*	*6*	*47. 58*	*37*	*33*	*30*	*30*	*33*	*20*	*60*	—	*57*	*52*	*52*	*16—18*
14	*13*	*7*	*7*	*7*	*47. 58*	*38*	*34*	*31*	*31*	*30*	*20*	*61*	—	*58*	*53*	*53*	*16—18*
15	*14*	*8*	*8*	*8*	*46*	*39*	*35*	*32*	*32*	*31*	*20*	*62*	*28*	*59*	*54*	*54*	*17*
16	*15*	*9*	*9*	*9*	*59. 60*	*40*	*36*	*33*	*33*	*32*	*20*	*63*	*29*	*60*	*55*	*55*	*16*
17	*16*	*10*	*10*	*10*	*60*	*41*	*37*	*34*	*34*	*34*	*20*	*64*	*30*	—	—	—	*16*
18	*17*	*11*	*11*	*11*	*60*	*42*	*38*	*35*	*35*	*35*	*20. 42*	*65*	—	*61*	*56*	*56*	*16*
19	*18*	*12*	*12*	*12*	*60*	*43*	*39*	—	—	—	*42*	*66*	—	*62*	*57*	*57*	*24*
20	*19*	*13*	*13*	*13*	*59 sq.*	*44*	*40*	*36*	*36*	*36*	*42*	*67*	—	*63*	*58*	*58*	*24*
21	*21*	*14*	*14*	*14*	*59 sq.*	*45*	—	*37*	*37*	*37*	*42*	*68*	—	*64*	*59*	*59*	*24*
22	*20*	*15*	*15*	*15*	*63*	*46*	*41*	*38*	*38*	*38*	*38. 42*	*69*	—	*65*	*60*	*60*	*24*
23	*22*	*16*	*16*	*16*	*45*	*47*	—	*39*	*39*	*39*	*38*	*70*	—	*66*	*61*	*61*	—
24	*23*	*17*	*17*	*17*	*45. 50*	*48*	—	*40*	*40*	*40*	*38*	*71*	—	*67*	*62*	*62*	—

Hanc tabulam qui accuratius perspexerit, non nisi miseras lacinias totius rhythmi ad nostram aetatem pervenisse intelleget. Accedit quod una stropha, 59a, quae in rhythmo CXVII tradita est, in nostris codicibus deest. Quae cum ita sint, dubitari posse facile concedo, quis iustus stropharum ordo sit; unum certe constat ordinem ad seriem capitum libri Bedani institui non posse. — Orthographica minora neglexi.

1. Anni domini notantur — in praesenti linea,
   Cum misertus mundi deus — ad tollenda crimina
   Natus homo hic processit — nostra ferens viscera.

2. Tres appone annis Christi — pro indictionibus
   Regulares et partire — per quindenum numerum:
   Absque mora tunc videbis, — quis sit eius numerus.

CXIII ***Ba*** *413,* ***Ca*** *f. 13,* ***F*** *f. 6,* ***T*** *f. 218, (****Cv*****1** *f. 93). Tit.* DIONYSIVS DE ANNIS *Ba,* Incipit versus ad inveniendum *(—*os *Cv*1*)* annos domini seu indictiones et tota argumenta quae currunt per librum de temporibus *Cv*1*F, om. CaT str. 1 Ba 1, ω 1* 1, 2 deus *ω*, dominus *Ba* 1, 3 homo hic *BaCaF*, hic homo *T* nostra *ω*, natura *Ba str. 2 Ba 2, ω 2 tit.* Ad indictionem inveniendam *Ba, om. ω* 2, 1 annis *BaCaT*, annos *F* 2, 3 quis *BaCaT*, qd *F*

CXIII *Schema 8* ⏑ – ⏑ + *7* ⏑ – *ter repetitum. Prior versiculus passim 9 syll., alter 8. Clausulae in 7* ⏑ – *12, 3* invenitur, *13, 3* repperitur, *23, 1. 3. 25, 1. 3. 49, 2. 64, 1* dierum *vel* diebus. *In 8* – ⏑ *v. 58, 3* occidunt, *an legendum* occidunt et oriuntur? *49, 3. 59, 1 legendum* zodiácum, *52, 1* itáque, *29, 3* ípsius, *52, 2* únius, *63, 3* adíce. *Synizesis 60, 1. 66, 3* quatuor, *65, 3* invenies. *Hiatus multi. Assonantia vel concentus frequens.* 1, 1 *Beda, De temp. ratione (ed. Giles) cap. 47* Dionysius venerabilis abbas Romanae urbis . . . paschales scribens circulos . . . elegit ab incarnatione domini nostri Iesu Christi annorum tempora praenotare. *Locos Bedae, ut spatio parcerem, raro exscripsi.* 2, 1—3 *Beda 49.* 2, 3 eius *sc. indictionis.*

3. Quarta est indictione natus Christus dominus,
Ideo tres apponuntur pro indictionibus
De denis duobus Christi de annorum numero.

4. Calculum qui lector scire studes mente strenua,
Ordines indictionum alta stent memoria;
Quae si absint, annos Christi amittes ignavia.

5. Ordines indictionum divide per quindecim,
Ipsis autem regulares adice duodecim,
Praesens anni apponatur ibidem indictio.

6. Hoc peracto annos Christi facili industria
Inventos adnuntiabis aliis, inscitia
Quibus erit, unde tibi magna erit gloria.

7. Per novenos atque denos annos Christi divide,
Et quod his superhabundat, extende per undecim,
Per triginta partiendo epactas repperies.

8. Decennovenalem paschae unum tantum subtrahe,
Per undenos ampliabis, per triginta divide,
Epactam ipsius anni protinus invenies.

9. Pro epactis namque solis sume annos domini,
Horum quartam his appone annorum qui fuerint,
Regulares adde quater, per septenos divide.

10. Tene item nono semper kalendas Aprilium
Feriam, quae esse constat locus concurrentium,
Crescunt quibus in diebus per septenum numerum.

---

str. 3 Ba 3, om. ω *tit.* Quando Christus natus sit *Ba* *str. 4 Ba 5, Ca 45, om. a* *tit.* Ad exhortandum lectorem *Ba* 4, 2 alta st. memoria *Ca*, altae st. memoriae *Ba* 4, 3 annos *Ca*, anni *Ba* *str. 5 Ba 4, Ca 46, om. a* *tit.* Ad probandam incarnationem *Ba*, *om. Ca* 5, 1 diuide *BaCa*, *potius* *extende *sive* amplia 5, 2 Ipsis *Ca*, In his *Ba* adice duodecim *Ca*, adde denos et duos *Ba* 5, 3 apponatur *Ca*, et ponatur *Ba* ibidem indictio *Ca*, indictio ibidem *Ba* *str. 6 Ca 47, om. Baa* 6, 3 *unde *scripsi*, propter quod *Ca* *str. 7 Ba 6, ω 3* *tit.* Ad epactas lunae inveniendas *Ba*, *om. ω* 7, 1 nonenos *F* 7, 2 quod *Baa*, quot *Ca* his *BaCaT*, hic *F* superhabundat *a*, superabundat *Ba*, superabundant *Ca* *str. 8 Ba 7, om. ω* *tit.* Item ut supra *Ba* 9 *Ba 8, ω 4* *tit.* Ad epactas solis inveniendas *Ba*, *om. ω* 9, 1 epactis *BaCaT*, epacta *F* namque *BaCaF*, autem *T* sum̃e *F* 9, 2 quartam *BaCaT*, quarta *F* qui fuerint *Ba*, quae (que) fuerit *ω* 9, 3 adde quater *Ba*, quater *(quatuor a)* adde *ω* *str. 10 Ba 9, ω 5* *tit.* Item ut supra *Ba*, *om. ω* 10, 1 item *ω*, autem *Ba* nono *BaCaF*, VIIII, *similiter plerumque*, *T* kalendas *(calendas, sic semper Ba)*, kal̃ *Baa*, kalendarum *Ca* 10, 2 feria quae *Ba*, feriam qua *T*, feriam quam *Ca*, fieri aq̃ *F* locus *Baa*, locum *Ca* 10, 3 *sic BaCa*, c. q. i. d. per septenarium n. *T*, Concordare hos probabis ipsi apto numero *F*

4, 3 quae *sc. indictiones.* *str. 5 Haec apud Bedam desunt, sed cf. computum quem dicunt Helperici XXIII (Migne P. L. CXXXVII p. 37)* annos igitur ab incarnatione domini quot sint inventurus sume ordines indictionum quae fluxerunt ab ipsa incarnatione usque nunc id est LXXI, quia singulae indictiones quindecimorum currunt revolutione annorum; praedictum numerum multiplica per XV et fiunt mille LXV: his adde XII, quia quando ipsa incarnatio facta est, III anni de illa indictione praecesserant et XII restabant. Hos ergo qui remanserant praefato iunge numero et fiunt mille LXXVII. *str. 7 Beda 52.* *str. 8, 1 non intellego, 8, 2—3 cf. 7, 2—3.* *str. 9 Beda 54.* *str. 10 Beda 53.* 10, 2 esse constat *i. e. constanter est.*

11. Octo annos subtrahendo pro solari circulo
Per vigenos et octonos reliquos diviseris:
Invenisse te gaudebis sic solarem circulum.

12. Circulum et hunc solarem divide per quattuor,
Tandem quartam eius partem eidem adicito,
Per septenos dividendo concurrens invenitur.

13. Cyclus lunae quotus extat si scire desideras,
Duos annos semper deme de supremo numero,
Per novenos simul denos divisus repperitur.

14. Annis Christi unum tantum rite si addideris,
Per novenos atque denos pariter diviseris,
Decennovenalem cyclum ultimum repperies.

15. Epactarum locus patet facilis et commodus,
In undecimo kalendas positus Aprilium,
In quo luna cum epacta coaequatur numero.

16. Quartadecima epacta cum tenetur circulo,
Quartam decimam undeno kalendas Aprilium
Computare lunam cogit lege patrum sancitum.

17. Nam epactae cum excrescunt ad quindenum numerum,
Duodeno kalendarum itemque Aprilium
Quartamdecimam tenebis lunam sine dubio.

18. Pauciores iam epactas observata regula
Crescere per dies sine usque quartam decimam:
Ipsa erit quam quaerebas legalis legitima.

19. Porro plures si dicuntur ultra quindenarium,
Ipso numero ascende usque trigenarium,
Sic a nova inchoando ad paschalem terminum.

---

str. 11 Ba 10, Ca 43, om. α *tit.* De cyclo solis quem gradum teneat *Ba, om. Ca* 11, 2 reliquos diviseris *Ba*, diuidendo reliquos *Ca* *str. 12 Ba 10, Ca 44, om. α* *tit.* Ad probandam concurrentem *Ba, om. Ca* 12, 1 et *om. Ca* *str. 13 Ba 12, ω 6* *tit.* Ad cyclum lunae inveniendum *Ba, om. ω* 13, 2 annos semper *Ba*, semper annos *ω* supremo *Ba*, superno *ω* 13, 3 divisus *Baα*, diuisis *Ca* *str. 14 Ba 13, ω 7* *tit.* Ad cyclum decimum nonum inveniendum *Ba, om. ω* 14, 1 tantum *BaCa*, annum *α* 14, 3 ultimum repperies *BaCaT*, legalem invenies *F* *str. 15 Ba 14, ω 8* *tit.* De loco epactarum *Ba, om. ω* 15, 2 in undecimo kalendas *Baα*, in undeno kalendarum *Ca* 15, 3 epacta *BaCaT*, epactis *F* coequantur *F* numero *ω*, numerus *Ba* *str. 16 Ba 15, ω 9* *tit.* Item de quatuordecim epactis *Ba, om. ω* 16, 1 cum tenetur *BaCa*, continetur *T*, Quartam decimam epactam cum tenet in circulo *F* 16, 2 *sic BaCaT (*kalendarum *Ca)*, quarta decima undene k. A. *F* 16, 3 computare *Baα*, computari *Ca* lunam *BaCaT*, luna *F* sanccitum *F* *str. 17 Ba 16, ω 10* *tit.* Quando epactae crescunt *Ba, om. ω* 17, 1 excrescunt *CaT*, accrescunt *F*, crescunt *Ba* 17, 2 *duodenarum *Ba et ω* calendarumque *Ba* itemque *BaCaT*, isdemque *F* 17, 3 quartamdecimam *Baα*, quartadecima *Ca* *str. 18 Ba 17, ω 11* *tit.* De paucioribus epactis *Ba, om. ω* 18, 1 epactas *CaT*, epactis *Ba*, epacte *F* 18, 2 quartam decimam *ω*, decimam quartam *Ba* 18, 3 legiptima *F* legalis *vox corrupta esse videtur, f.* paschalis? *str. 19 Ba 18, ω 12* *tit.* De pluribus epactis *Ba, om. ω* 19, 1 dicuntur *Baα*, dicantur *Ca* 19, 2 trigenarium *BaT*, tricenarium *CaF* 19, 3 a noua *ω*, ad novam *Ba*

str. 11 haec ratio solaris circuli inveniendi apud Bedam videtur deesse. 11, 1 *potius novem anni addendi videntur.* *str. 12 cf. str. 9;* 4 *addendos esse poeta neglexit.* *str. 13 Beda 47 p. 241 G., ibid. c. 58.* 13, 2 de supremo *i. e. novissimo.* *str. 14 Beda 47 et 58.* *str. 15 ibid. 50.* *str. 16—19 ibid. 59. 60.*

20. Pascha nostrum: primi mensis est tenenda regula
Christianis post peractam lunam quartam decimam
Aequinoctio transcenso in die dominico.

21. Luna paschae variatur in septeno numero
Die quo surrexit Christus ac salvator omnium,
A quo iure nomen sumpsit 'sanctus et dominicus'.

22. Inter azyma et pascha haec est differentia:
Paschae dies est tenenda luna quarta decima,
Azymorum qui sequuntur septena solemnitas.

23. Quatuor et trecentorum quinquaginta dierum
Recipit communis annus duodenis mensibus
Undecim de solis cursu remanendo diebus.

24. Numerus iam undenorum hic per annos singulos
Ad quaerendam semper lunam annuatim ponitur,
Greco namque sortiuntur epactae vocabulo.

25. Embolismus vero decem atque novem diebus
Cursum solis transcendendo longior efficitur,
Constans quater octoginta et trecentis diebus.

26. Est et alia praefati circuli divisio,
In qua ogdoas annorum endecasque quaeritur,
Que aequare cursum solis atque lunae dicitur.

27. In kalendis si requiris lunam Ianuarii,
Cyclum semper tantum lunae extende per undecim,
Regularem adde unum, per triginta divide.

28. Cycli namque memorati tribus annis ultimis
Regularem non apponas unum ut in ceteris,
Quia duo sunt ponendi his cura pervigili.

---

str. 20 Ba 19, ω 13 *tit.* Regula primi mensis *Ba, om. ω* 20, 1 *sic distinxi, sed fort. corrigendum est* tenendum *cf.* 22, 2 paschae dies est tenenda 20, 2 *sic CaT,* Christianis post pacta luna q. decima *F,* Christiani post peracta luna decimaquarta *Ba* 20, 3 transcenso *BaCaF,* transacto *T* *str. 21 Ba 21, ω 14* *tit.* Quomodo variatur per septem dies *Ba, om. ω* 21, 2 qua *F* 21, 3 iure *BaCaT,* uite *(cf. Joh. 11, 25; an* rite?*) F* *str. 22 Ba 20, ω 15* *tit.* Quid inter azyma et pascha distet *Ba, om. ω* 22, 1 azimas *T* 22, 2 quarta d. *ω,* decima q. *Ba* 22, 3 septima *Ba* *str. 23 Ba 22, ω 16* *tit.* De communi anno *Ba, om. ω* 23, 1 tricentorum *T* *supple:* numerum quinquaginta *Ca* 23, 2 duodenis *ω,* duodecim *Ba* 23, 3 remanente *BaF,* remanendo *T,* remando *Ca, supplendum videtur*: numero *str. 24 Ba 23, ω 17* *tit.* Item *Ba, om. ω* 24, 1 undenarum *Ca* 24, 2 ad quaerendam s. lunam *BaCa,* a. quaerendas s. lunas *(*l. s. *F) α* *str. 25 Ba 24, ω 18* *tit.* De embolismo *Ba, om. ω* 25, 1 uero decem *Ba,* d. u. *ω* 25, 3 *sic CaT (*quatuor . . tricentis *T),* habens quater o. et trecentenos dies *Ba,* habens quatuor o. et trecentis diebus *F* *str. 26 Ba 25, ω 19* *tit.* De ogdoade et hendecade *Ba, om. ω* 26, 2 *sic BaCaT (*ogdoas *ex* octoas *corr. T,* hendecasque *Ba),* in ogdoadas annorum endecas requiritur *F* 26, 3 que *Ca,* qui *Baα* *str. 27 Ba 26, ω 20* *tit.* De luna Ianuarii *Ba, om. ω* 27, 1 calendas *F* requiris *BaCaF,* requiras *T* 27, 2 tantum *om. T* 27, 3 *sic BaCaF,* regularem semper apponens unum exceptis *e. q. s. T cf. str. 28* *str. 28 Ba 27, ω 21* *tit.* Item ut supra *Ba, om. ω* 28, 1 *sic CaF,* Cyclus . . memoratus *Ba,* . . exceptis tribus annis in quibus regularem non apponas unum ut in caeteris quia duo sunt apponendi his c. p. *T cf. ad str. 27, 3* 28, 3 *sic Baα,* quando sunt p. *e. q. s. Ca*

str. 20 sq. Beda cap. 59 sq. 21, 3 sanctus et d. *sc. dies.* *str. 22 ibid. 63.* 22, 3 qui sequuntur *sc. septem dierum.* *str. 23—25 ibid. 45.* 23, 1 *supple: numerum.* 23, 3 undecim diebus *i. e. um 11 Tage.* *str. 26 ibid. 46.* Est et alia praefati circuli divisio, qua in ogdoadem et hendecadem id est in VIII et XI distinguitur annos . . . vel certe quia antiquis visum est VIII annos solares totidem lunaribus annis dierum numero aequari . . . . *str. 27—28 ibid. 57.*

29. Si vis ergo scire lunam — hoc vel illo tempore,
Sume dies Ianuari — a mensis principio,
Adde aetatem kalendarum — lunae mensis ipsius.

30. Per novenos quinquagenos — primo si partieris,
Nihilominus secundo — triginta diviseris,
Vere lunam quam quaerebas — facile invenies.

31. Anno lunam bissextili — tum in Februario,
Ne paschalis vacillare — videatur statio,
Dierum triginta cogit — computare ratio.

32. Item sume dies anni, — divide per septies,
Et quot ultra septem crescunt, — habeto memoria,
His dictarum kalendarum — feriam annectere.

33. Anno quoque bissextili — pro quadrantis cumulo
Unum tantum semper adde — suprascripto numero,
Postquam rite dies ille — in bissexto ponitur.

34. His in unum adunatis — summam cum colligeris
Et septenis item suis — partibus diviseris,
Argumento quam quaerebas — feriam invenies.

35. Porro octavus et undenus — atque nonus decimus
Generale argumentum — conservare nequeunt,
Faciente embolismo, — dum in his inseritur.

36. Primo igitur de tribus — anno, de quo diximus,
In Maiarum kalendarum — consueta regula
Tunc octava demonstratur — esse et vigesima:

37. Embolismus quia sane — Martio inseritur
Dumque unius diei — fuerit ablatio,
In vigeno remanebit — et septeno numero.

---

str. 29 Ba 42, ω 22 *tit.* Ad probandam lunam *Ba, om. ω* 29, 1 uis ergo *BaCaF*, ergo uis *T* scire lunam *ω*, lunam scire *Ba* 29, 2 sum̃e *F* ianuarii *BaCaT* i̇̃a *F* 29, 3 Adde ad etatem harum lune mensis ipsius *F* *str. 30 Ba 43, ω 23* *tit.* Item *Ba, om. ω* 30, 1 partieris *BaCaF*, diuiseris *T* 30, 2 *sic Ba*, nih. triginta secundo *CaT*, nih. trig. secundum *F* per triginta *Ba*, per *om. ω* diuiseris *BaF*, diuideris *Ca*, partieris *T* *str. 31 ω 24, om. Ba* *tit. om. ω* 31, 1 lunam *F*, luna *Ca*, luñ *T* in *CaF*, mense *T* 31, 2 statio *T*, sanctio *Ca*, sancio *F* 31, 3 cogit comp. *CaF*, comp. cogit *T;* computare ratio *a*, computari numero *Ca* *str. 32 Ba 44, ω 25* *tit.* Ad probandam feriam *Ba, om. ω* 32, 1 per *om. T* sum̃e *F* 32, 2 quot *om. T* memoria *Ba*, memoriae (memorie, memorię) *ω* 32, 3 feriam *ω*, feriae *Ba* *str. 33 ω 26, om. Ba* 33, 1 cumulo *CaF*, tumulo *T* 33, 2 semper *om. T* supra scripto *CaF*, supra dicto *T* 33, 3 rite *CaF*, recte *T* ille *CaT*, illa *F* *str. 34 Ba 45, ω 27* *tit.* Item *Ba, om. ω* 34, 1 adunatis *BaCaT*, adunati *F* cum *BaT*, tu *F*, si *Ca* colligeris *CaF*, collegeris *BaT* 34, 2 diuiseris *in ras. F* 34, 3 argumento quam *F*, argumento quo *CaT*, argumentum quod *Ba* *str. 35 Ba 31, ω 28* *tit.* De tribus annis, qui non observentur *Ba, om. ω* 35, 1 undenus *BaCaF*, undecimus *T* 35, 3 inferitur *(ut videtur) F* *str. 36 Ba 32, ω 29* *tit.* De Maio mense *Ba, om. ω* 36, 1 tribus *BaCaT*, terno *F* annis *Ba*, anno *ω* 36, 2 consueta *ω*, hac consueta *Ba, sed legendum est* consuëta *str. 37 Ba 33, Ca 30, F 30, T 33* *tit.* Item *Ba, om. ω* 37, 1 q. sane *Baa*, sane q. *Ca* quia *BaCaF*, qui *T* martio *Baa*, mense martio *Ca* 37, 2 dumque *BaCa*, dum *a* diei *T*, unius tunc diei *F*, dies *BaCa* fuerit *T*, celebratur *BaCaF* 37, 3 remanebit *BaCaT*, manebit *F*

str. 29—34 ibid. 22. 30, 2 diviseris *i. e. sustuleris.* *ad str. 32 sq. cf. Beda cap. 22* .. si enim vis scire verbi gratia anno quo Calendae Ianuariae quinta feria celebrantur, octavo Calendarum Octobrium die quota feria sit, dicito: October in Calendas CCLXXIIII, tolle VIII Cal. Octobr., remanent CCLXVI, adde quintam feriam quae fuit in Calendis Ianuariis, fiunt CCLXXI, partire per VII ... remanent V, quinta est feria octavo Cal. Octobris ... *poeta doctrinam Bedae hoc loco haud mediocriter perturbavit.* 33, 3 postquam transierit *Beda cap. 22.* *str. 35—41 cf. ibid. 20* Sunt autem anni tres *e. q. s.* 36, 3 *sc.* octavo.

38. Simili itemque modo — in kalendas Iulias
Sic contractam de triginta — in nonam vigesimam
Remanere embolismi — facit superfluitas.

39. Anno undeno embolismi — quia luna pridie
Nonas solet in Decembris — solito accendere,
Facit eam tunc redire — sic mutato ordine.

40. Ratio namque lunaris — in kalendis Martii
Cum vigenam simul nonam — computare soleat,
Embolismus tantum tenet — octavam vigesimam.

41. Anno decimo et nono, — qui est horum ultimus,
Tertio quia nonarum — Martiarum ponitur,
Facit Maias in kalendas — hunc supernum numerum.

42. In vigesima secunda — die mensis Martii
Saltus lune est tenendus — regulari ordine,
Qui per denos et novenos — solet annos crescere.

43. Hora singulos per annos — uno puncto addito
Nonadena parte puncti — constat semper auctio,
Fit per decem novem annos — diei ablatio.

44. Cunctis retro annis semper — apponuntur undecim,
Hic epactae pro cremento — numero duodecim;
Trigenario completo — nullam dici placuit.

45. Decennovenalis primo — anno, quo ponendus est,
Non, in ceteris ut solet, — fit luna trigesima
Mensis huius sed contenta — nona et vigesima.

46. De vigesima et nona — die quippe alteram
Computare cogit primam — hanc eius velocitas,
Transilire diem facit — sic a nova inchoans.

---

str. 38 Ba 34, Ca 31, F 31, T 30 *tit.* De Iulio mense *Ba, om. ω* 38, 1 Simili itemque *BaCaT,* Similis isdemque modo *F* in calendas iulii *(*iulias *F) ω,* calendis Iulii *Ba (i. e. Iŭlii)* 38, 2 *sic contracta *T,* Si contempta *F,* Sis contentus *BaCa,* contractam *sc. lunam* in nonam uicesimam *Ba,* in nona uicesima (uicessima, uigesima) *ω* *str. 39 Ba 35, Ca 32, F 32, T 31* *tit.* De embolismis undecimi anni *Ba, om. ω* 39, 1 Anno *BaCaT,* In *F* embolismi *ω,* embolismo *Ba* quia *CaF,* in quo *BaT* luna *om. Ba* 39, 2 noñ *in ras. T* decembris *BaF,* decembri *CaT* 39, 3 recidere *Ba* *str. 40 Ba 36, Ca 33, F 33, T 32* *tit.* Item *Ba, om. ω* 40, 1 martii *BaCaF,* martiis *T* 40, 2 uigenam . . nonam *Ca,* uicena . . nona *Baa* computari *T* soleat *BaCaT,* faciat *F* 40, 3 embolismus *BaCaT,* embolismi *F* octena vicessima *F* *str. 41 Ba 37, ω 34* *tit.* De decimo nono anno *Ba, om. ω* 41, 1 Nam anno d. *T* 41, 3 *sic F,* f. Maias *(*Mai *Ca)* in calendis h. s. n. *BaCa,* facit maīs in kał fieri hunc supradictum numerum *T* *str. 42 Ba 38, ω 35* *tit.* De saltu lunae *Ba, om. ω* 42, 1 *sic ω,* Iulii denique mensis in die trigesima *Ba* 42, 2 lunae est *BaCaF,* est lunae *T* regulari *ω,* generali *Ba* *str. 43 Ba 39, om. ω* *tit.* Unde saltus conficiatur *Ba* 43, 1—2 *Horae singulae per annum uno puncto addito nonadecima pars puncti constat haec ablatio *Ba* *str. 44 Ba 40, ω 36* *tit.* Item *Ba, om. ω* 44, 1 annis semper *Ba,* semper annis *CaT,* seperamus *F* 44, 2 epactae *BaCaT,* epactis *F* duodecim *CaF,* duodecimo *BaT* 44, 3 nullam dici *Ba,* dici nullam *CaT,* dici nulle *F* *str. 45 ω 37, om. Ba* 45, 1 *decennovenali *ω, sed supplendum est:* cycli 45, 2 in ceteris *α,* incertis *Ca* fit *T,* sit *Ca et F ut videtur* 45, 3 sed *CaT,* sic *F* *str. 46 Ba 41, ω 38* *tit.* Item *Ba, om. ω* 46, 1 alteram *CaT,* altera *BaF* 46, 2 cogit primam *Baa,* primam cogit *Ca* 46, 3 diem facit *BaCaT,* dies fecit *F* a noua *α,* a nona *Ca,* ad nonam *Ba* inchoans *ω,* inchoas *Ba*

39, 2 accendere *i. e. accendi.* *str. 42 ibid. 42.* *str. 43 ibid. 42 (p. 228 G.)* . . constat enim *(sc.* anticipationis mensura*)*, quia diminutio illa atque ablatio diei unius, quae quoquo modo agitur, per denos et novenos annos tota conficitur, hora per annos singulos et uno puncto et nonadecima parte unius puncti augetur; Hora *ablativus est.* *str. 44 sq. ibid. 42.*

47. Annum rite bissextilem — si scire volueris
Dumque quater dividendo — annos Christi tuleris,
Facile investigabis, — an bissextus fuerit.

48. Unus quippe post quaternos — si forte remanserit,
Primus erit post bissextum — pro quadrantis nomine,
Tertius secundum sequens — occurrit similiter.

49. Tarditas solaris cursus — hunc bissextum generat,
quinque quia sexaginta — et trecentis diebus
Adimplere senis horis — zodiacum dicitur.

50. Quater senis horis dies — cum nocte perficitur:
Quarta pars quia diei — in anno colligitur,
Quarto anno dies unus — in bissexto ponitur.

51. Aequinoctium vernale — in prima vigesima
Martius tenere debet, — quia patrum regula
Observare valde monet — ratione sedula.

52. Sic itaque et September — coaequato numero,
Quia esse duo anni — comprobantur unius,
Autumnale suum alter — servat aequinoctium.

53. Duodecimo kalendas — mensis Ianuarii
Eodem tenente modo — ad kalendas Iulias
Solistitia ponuntur — eiusdemque numeri.

54. Haec si forte argumento — quis scire desiderat,
Horologii intentus — perquirat bene lineas:
Certa horum comprobabit — ac vera confinia.

55. Tempora unius anni — computantur quattuor:
Hiemps sicut in Novembris — intrat idus septimo,
Sic initium et veris — tenet Februarius.

---

str. 47—50 ω 39—42, om. Ba 47, 3 bisextus, *sic semper fere T* 48, 2 quadrantis *CaT*, quadrandis *F* nomine *α*, cumulo *Ca* 48, 3 tertius secundum *Ca*, tertius et primum *(primus F) α* occurrit *CaT*, occurrunt *F* 50, 1 horis dies *CaT*, dies horis *F* 50, 2 quia *CaF*, quę *T* diei *CaT*, die *F* 50, 3 dies u. i. b. *CaF*, i. b. d. unus *T* ponitur *CaT*, seritur *F* *str. 51 Ba 46, Ca 48, α 43* *tit.* De aequinoctio *Ba*, *om. ω* 51, 1 At qui noctium *Ca* 51, 2 martius *CaT*, martii *BaF* debet *ω*, debes *Ba* quia *BaCaF*, quod *T claudicante versu*, **f.* quod paterna regula *str. 52 Ba 47, Ca 49, α 44* *tit.* Aliud *Ba* 52, 1 ita/ *T* 52, 2 esse duo *BaCaF*, duo esse *T* 52, 3 alterum *CaT*, alter *BaF*, *quod versu commendatur. Intellegendum videtur esse 'hat als zweiter Monat des Jahres, sc. neben dem März, sein Aequinoctium.'* *str. 53 Ca 50, α 45, om. Ba* 53, 1 XII kł *T*, Duodenarum kalendarum *Ca*, Oktenarum kalendarnm *F* 53, 2 Iulias *CaT*, Iulii *F* 53, 3 solistitia *F*, solstitia *CaT* que *om. F* *str. 54 Ca 51, α 46, om. Ba* 54, 1 Haec *T*, Et *F*, Hoc forte argumentum qui scire desiderat *Ca*, qui *etiam F* 54, 2 perquirat *Ca*, pq; *T*, pq̄ *F* bene lineas *CaT*, uenit linea *F* 54, 3 ac uera confinia *CaT*, atque ueracissima *F* *str. 55 Ca 52, α 47, om. Ba* 55, 1 computantur *α*, comprobantur *Ca* 55, 2 nouembris *TF*, nouembre *Ca* septimo *CaT*, septimus *F* 55, 3 tenet *TF*, mense *Ca* februarius *F*, Februario *CaT* .

str. 47—50 Beda 38 (p. 222 G.). *str. 51—54 cf. ibid. 30* De aequinoctiis et solstitiis *(p. 206 sq. G.).* 53, 1 *lectio codicis F* octenarum kał *ad sententiam eorum pertinet, qui aequinoctium atque solstitium VIII Kal. Apriles (Iulias, Oct., Ian.) notandum esse contenderunt cf. Bedam cap. 30.* 52, 2 duo *sc. aequinoctia.* 54, 2 horologii lineis *etiam exstat Beda cap. 38.* *str. 55—58 cf. ibid. 35.*

56. Septimo in Maias idus item aestas oritur,
Nihilominus Augusti septimo idus ponitur
Tempus, quod autumnus tenet tam praefixo numero.

57. Ante vero solis ortum matutino tempore
Aestas rite inchoatur, cum parent Virgiliae,
Hiemps, mane in occasu ut abscondi ceperint.

58. Item veris et autumni habentur initia
Fere die sive nocte, cum Pliades, media,
Oriuntur vel occidunt per distincta tempora.

59. Solem semper zodiacum peragrare dicitur
Una sane tantum parte in diei circulo,
Lunam vero plus a sole duodecim partibus.

60. Quatuor punctis semper luna a sole digreditur,
Sole eunte unam partem signiferi circuli
Luna ambiens percurrit tredecim in partibus.

61. Unus punctus quia tribus partibus colligitur,
Tres aetates nempe lunae insimul nectentibus
Signum unum reddunt plenum atque senis partibus.

62. Forte luna quo versetur signo si quaesieris,
Quater ducta eius aetas per partes cum creverit,
Per triginta partiendo tunc signa repperies.

63. Est in media vel prima prompta computatio,
Namque alio in signo quot partes habuerit,
Tot sequentibus adice vel detrahe pariter.

64. Unumquodque signum luna tantum binis diebus
Senis horis atque besse illustrare dicitur;
Sic per omnia percurrens ad ipsum revertitur.

---

str. 56 *Ca 53, α 48, om. Ba* 56, 1 item *α*, sic et *Ca* 56, 2 nilominus *T* *aūg *T*, Augusto *CaF* septimo *CaT*, septus *F* 56, 3 tam *CaF, om. T* **f.* in praefixo numero 57 *Ca 54, α 49, om. Ba* 57, 2 virgiliae *T*, uergiliae *Ca*, uergelie *corr. ex* uergilie *F* 57, 3 ut *CaT*, cum *F* absondi *T* 58 *Ca 55, α 50, om. Ba* 58, 2 die siue nocte *CaT*, dies siue noctes *F* 58, 3 distincta *CaF*, destinata *T* 59 *Ca 56, α 51, om. Ba* 59, 1 *Solent *F*, sol *CaT* peragrarare *CaF*, peragere *T* 59, 2 una . . parte *CaF*, unam . . partem *T* tantum p. *CaT*, p. tantum *F* 59, 3 lunam *F*, luna *CaT*

59ª *Post str. 59 fere (an ante sive post 64?) locus videtur esse strophae in rhythmo CXVII traditae, quam ex hoc carmine sumptam esse mihi persuasi cf. str. 64 et N. A. XXXVI 322 sq., 329*

59ª Unumquodque tamen signum sol tricenis diebus
Denis horis atque semis illustrare dicitur,
Unius sic anni complens zodiaci circulum

59ª, 1 quoque *Au* tam̄ *Au* 59ª, 2 denis *om. in marg. scripsit* m_1 *Au* 60 *Ca 57, α 52, om. Ba* 60, 1 Quatuor *α*, Quater *Ca* punctis *CaT*, punctos *F* 60, 2 *sic CaT, sed* circula *T*, sol euntem unam in partem signiferi circulum *F* 60, 3 tredecim in p. *CaF*, XII partibus *T cf. 59, 3* 61 *Ca 58, α 53, om. Ba* 61, 1 quia *Ca*, qui a *F*, qui (q) *T* tribus //// *Ca* 61, 3 senis *CaF*, quinque *T* 62 *Ba 28, Ca 59, α 54* *tit.* In quo signo luna versetur *Ba, om. ω* 62, 1 luna *BaCaT*, lunam *F* 62, 2 Quater *BaCaT*, atque *F* quater (atque) ducta *ω*, d. quater *Ba* cum creuerit *ω*, concreverit *Ba* 62, 3 partiendo *BaT*, dividendo *CaF* (triginta *Baω*, decem *Beda)* 63 *Ba 29, Ca 60, α 55* *tit.* Item *Ba, om. ω* 63, 2 in *om., ss.* m_1 *T* 63, 3 detrahe *Ba*, retrahe *ω* pariter *CaF*, similiter *T*, omnibus *Ba* 64 *Ba 30, Au cf. rhythm. CXVII str. 20, om. ω* *tit.* Quamdiu in signo moretur *Ba, om. Au* 64, 1 unumquodque signum *Au*, unoquoque signo *Ba* 64, 2 bisse *BaAu* illustrare dicitur *Ba*, peragrare greditur *Au* 64, 3 *sic Ba*, sic per singula discurrens ad primum r. *Au*

59—61 *Beda cap. 16—18.* 59, 1 *cf. 49, 3.* 59, 3 plus a sole *i. e. a sole progreditur cf. 60, 1, Beda 18.* 61, 2 *sq. = 12 puncti = 36 partes = 1 signum + 6 partes.* *str. 62 Beda 17.* *Mirum in modum poeta a Beda dissentit, cum per triginta, non ut Beda per decem partiendum esse contendat.* *str. 63 sq. ibid. 16.*

65. Omnium tamen signorum nomina per ordinem
Retinere non omittas, quae fiunt duodecim,
Sine quibus non invenies computandi seriem.

66. Lunae quoque plenam horam quinque puncti faciunt;
Ipsa igitur a sole prima cum accenditur,
Quatuor punctis semper lucet suo in exordio.

67. Ducta quater eius aetas quaelibet cum fuerit,
Summam item partiendo per quinos si tuleris,
Totque horis luna candet, quot quinos habueris.

68. Hancque regulam teneto usque plenilunium,
Namque dena et vigena semper apto numero
Aequae partes comprobantur in horarum spatio.

69. Tempus quoque aestivale et brumale noctibus:
Horae ipsae sunt tenendae quantitatis modulo,
Plenae tantum sunt habendae circa aequinoctium.

70. Sensu semper cautus esto, computator optime,
Assiduitas legendi te magistrum exhibet,
Cum priscorum dicta patrum perscrutaris sedule.

71. Mentem cuius si depascit torpor et desidia,
Labare a corde solet sicut manu dammula,
Cum putatur plena esse, sicque restat vacua.

CXIV.

DE RATIONE TEMPORUM.

1. Annus solis continetur quatuor temporibus
Ac deinde adimpletur duodecim mensibus;

---

65 *Ca 61, α 56, om. Ba* 65, 2 retinere *CaF*, recinere *T* omittas *CaT*, obmittas *F* quae fiunt *Ca*, q̃ sunt *T*, quia sunt *F* 65, 3 inuenies *α*, inuenis *Ca* 66 *Ca 62, α 57, om. Ba* 66, 1 plenam horam *CaF*, plenum ortum *T* 66, 2 **f.* primum? 66, 3 quatuor *T*, quater *CaF* punctis *CaT*, punctos *F* semper *Ca*, tantum *F*, *om. T* suo *CaT*, sui *F* punctis suo lucet in exordio *T* 67 *Ca 63, α 58, om. Ba* 67, 1 *sic* (Quater ducta *F*) *α*, Ducta quoque quater luna *Ca* 67, 2 *sic CaT*, per quos si ius tuleris *F* 67, 3 que *om. T* horis *CaT*, horas *F* habueris *Ca*, habuerit *α* 68 *Ca 64, α 59, om. Ba* 68, 2 dena *CaT*, decet *F* 69 *Ca 65, α 60, om. Ba* 69, 3 tantum *CaF*, tamen *T* 70 *Ca 66, α 61, om. Ba* 70, 1 *sic CaF*, Sensus est percautus esto *T* 70, 3 dicta patrum *CaT*, patruum d. *F* 71 *Ca 67, α 62, om. Ba* 71, 1 cuius *α*, quoque *Ca* 71, 2 labare *Ca*, labere *α* sic̄ m_1, sic m_2 *T* dammula *α*, daminula *Ca* 71, 3 *sic CaT*, Cum repleta esse putat *F* sicque *CaF*, sic/ *T*

CXIV *Rhythmus celeberrimus de anno solari, qui multis libris traditus est. Ex quibus in ordine stropharum prorsus consentiunt* ***Au*** *f. 101,* ***B*** *(quo folio, nescio),* ***Ba*** *p. 401 (Migne XCIV 606),* ***F*** *f. 9,* ***M*** *f. 52,* ***Ph*** *f. 99ᵛ,* ***V*** *f. 42ʳ, (****Cv*** *₁ f. 96 cf. infra p. 698). Hunc consensum signo* ***ω*** *indico, consensum codd. MF signo* ***μ****.*

66—69 *ibid. 24.* 68, 1 *sq. Beda 24 init.* 69, 1 tempus aestivale et br. *absolutus casus esse videtur.* 69, 2 *Beda 24 in fine.* 71, 2 *sicut e manu venatoris incauti dama effugit, a corde desidis labitur, sc. doctrina perscrutando invenienda, et sic mens quae plena esse putatur vacua est.*

CXIV *Schema 8 – ◡ + 7 ◡ – bis repetitum stropham efficit. Clausulae in 8 – ◡* zodiáci *3, 2,* exígit *19, 1. 22, 1 corrigendus videtur, 39, 1* reciprocis; *in 7 ◡ –* diebus *3, 1. 10, 1. 12, 2. 15, 1 cf. ad rh. XXXVI,* diei *4, 1,* seriei *4, 2,* bissextum *5, 2,* communes *8, 2,* communi *29, 2,* quaterno *13, 2,* priores *34, 1,* subtili *18, 1. Synizesis 20, 1* du͡odenae?, *21, 2* du͡odenorum, *28, 2* magi͡i, *31, 1* aegypti͡i, *35, 1* du͡odecies? *Bini versus*

2. Quinquaginta et duabus currit ebdomadibus,
[Una die superducta et sex horis paribus:]
3. Trecentenis sexaginta atque quinque diebus
[Sic ambitum zodiaci sol lustrat discursibus,]
4. Sed excepta quarta parte noctis atque diei,
Quae dierum superesse cernitur seriei.
5. De quadrante post annorum bis binorum terminum
Calculantes colligendum decreverunt bissextum.
6. [Tantus ei honor datus a regali culmine,
Quod sic fuit nominatus a Iulio Cesare.
7. † Quem ponendum anni fine decrevente Gaius
Dies quinque iterante quam brevis Februarius.]
8. Hinc annorum diversantur lunae longitudines,
Quorum quidam embolismi, quidam fiunt communes.
9. Brevis quippe, qui vocatur communis, lunaribus
Solis semper duodenis terminatur mensibus.
10. [Tricentenis quinquagenis bisque binis diebus
Hic undenis annum solis percurrit discursibus.]

At ex ***A*** *= codice Ambrosiano H 150 infer. L. A. Muratorius, Anecd. Italica III 208 sq. Migne, P. L. CXXIX 1274 librum de computo edidit, cuius in fine, fol. 162r, idem rhythmus exstans ab illo ordine longe recedit. En ordo stropharum in ω: 1. 2[1]. 3[1]. 4. 5. 8. 9. 11—19. 26. 33—45. In A: 1—11. 13. 15. 12. 14. 16. 17—36. Post 36 pars strophae scripta est, quam cum dubium sit quo pertineat in apparatu critico posui. Eas strophas, quae in ω desunt, ab altero quodam poeta sed aequali fere additas esse iudico, sed cum reliquis coniunxi; quo facilius discerni possent, illas uncis quadratis inclusi. Codicum V et A usus sum schedis photographis, cod. Au, Ph, Ba ipse contuli, B comiter mihi contulit U. Rivière, Matritensem In. Rodriguez, Laurentianum H. Dreyer. Tit.* De ratione temporum *Ba,* INCIPIT YMNVS BEDĘ PRESPITERI DE RACIONE TEMPORVM PER RITHMVM *Au,* Item versus de anno solaris et communis et embolismorum seu et de saltum Lune *M,* Item versus de anno solari et communi et embolissmorum et de saltu lunae *F,* INCIPIT VERSUS *A, om. VBPh* 1, 1 solar̄ *Au* 1, 2 duod. mens. *AuBBaPhV,* mens. duod. *μ,* duodenis mens. *A* 2, 1 ebdomad. *VAμAu,* ebtomadibus *Ph,* hebdomad. *BaB,* edom. *F* 2, 2 *A, om. ω* 3, 1 trecentenis *BaBAuVPhF,* tricentenis *A,* trecenti *M* sexaginta *ABaBμFAu,* et sexaginta *V,* sexagenis *Ph* quinque *ABaBAuPhμ,* quinis *V* 3, 2 *A, om. ω* zozyaci *A* 4, 1 quarta parte *VBBaPh,* parte quarta *AAuμ* noctis atque diei *AAuBaBPhV,* dierumque noctium *μ* 4, 2 seperesse *M (Rodr.),* superesse *reliqui* seriei *AAuBVPh,* serie *Ba,* in ordine *μ* 5, 2 colligendum *BaBPhAu,* collegendum *A,* colligendo *μ,* colligentes *V* decr. bissextum *AAuBaBPhV (*bisextum *Ph,* bissexum *A),* bis sextum decreverat *(*-aut *F) μ* *str. 6. 7 om. ω* 6, 1 regalo *corr. in* regali *A* *str. 7 corrupta est, haec fere fuisse coniecerim:* Hunc ponendum anni fine decernente Gaio diem quintum iterante brevi Februario *cf. Bedam de temp. rat. 39* restant autem V dies et quadrans diei . . quatuor quadrantes faciunt unum diem, quem necesse est intercalare . . *40* bissexti diem in mense Februario placuit intercalare Romanis, quia hic brevior ceteris et extremus anni mensis erat. 7, 2 irtante *A, corr. Muratori* 8, 1 Hinc *ABaBAuPhV,* Hic *μ* disuersantur *Au* *lunę longitudinis *M,* lunae longitudine *F,* luna longitudinis *A,* longe *(*longę *Au)* longitudines *BAuPh,* longae latitudines *Ba,* longe / latitudines *V* 8, 2 quidam . . quidam *BaBAuVPh,* quidē . . . quidē *A* sunt communes alii *M,* sunt communes sunt alii *F* 9, 2 Solis *BaBVPhAuF,* Soli *M,* // sic, *fuisse videtur* Sic sic, *A* duodenis term. m. *BaB,* terminatur duodecim m. *M,* terminatur mensibus duodecim *F,* terminetur *(ss.* ł duodenis*)* duodecim *(ss.* ł t̄minat˜*) V,* duodecim term. m. *AAuPh* *str. 10 om. ω* 10, 1 ericentenis *A* quinquageni *A*

concentu singularum vel binarum, passim etiam ternarum syllabarum inter se coniuncti sunt. Hiatus passim. *str. 1—7 cf. Beda, de temporum ratione cap. 36.* *str. 8 intellegas: ab his (sc. annis solaribus) longe diversae sunt longitudines annorum lunarium. Beda c. 36.* 9, 2 solis *a* solus, *non a* sol *!* 10 *sq. Beda c. 45.* 10, 1 *idem exstat 12, 2.* 10, 2 *non intellego; dicendum ni fallor erat ad rationem solaris anni undecim dies lunae deesse. An dicit annum lunae undenis mensibus solaribus, duodecimo nondum expleto, annum solis percurrere? cf. Dionys. Exig. Migne P. L. LXVII 24 B.*

11. Longus autem, qui omnino embolismus dicitur,
Lunae tribus atque decem cursibus colligitur.

12. Brevioris anni totus terminatur circulus
Trecentenis quinquaginta atque quater diebus.

13. Longus vero lunae annus in dierum termino
Continetur trecenteno octogeno quaterno.

14. Uno nempe atque decem diebus in ordine
Brevis annus anni solis superatur agmine.

15. Novem vero embolismus atque decem diebus
Pervidetur anni solis eminere cursibus.

16. Ac per istam sui semper incrementi copiam
Breviorum longiores compensant inopiam.

17. Dehinc decem atque novem annorum statuitur
Tempus certum, quo lunaris terminus porrigitur,

18. In quo lunae replicantur cursu quodam subtili
Bis centeni terque deni semel quini circuli.

19. Huic quippe, ut exigit perscrutanda ratio,
Se per partes dies saltus interserit spatio.

20. [In duodenae horae fine percurrit incensio,
Sic momento quater ducto cursu semper menstruo

21. Et momenti duodena addita particula
Per mensuum duodenorum singula curricula

---

11 L. a. qui omnino emb. dic. *BaBVPhAu*, longus au. qui sequetur *M*, l. a. qs equatur *F*, Longus annus embolismi supercrescens dicitur *A* 11, 2 cursibus *ss.* ł m̃sib' *V* decim .. collegitur *A*, decem .. colligitur *reliqui str. 12 post 11 ω, post 15 A* 12, 1 anni *BaBVPhAu*, annus *μA* tot/us *Au* terminetur *ss.* ł a *V* circulos *A* 12, 2 Trecentenis *BaBVPhAu*, in trecentis *μ*, in ccc *A* quinquaginta *ABaBVAμ*, quinquagenis *Ph* atque quater diebus *A*, atque (ac *Ba)* quatuor *ABaBAu*, & quatuor *Ph*, atque septem *ss.* ł quatuor *V*, et diebus quatuor *μ str. 13 post 11 A, post 12 ω (om. et in marg. post 12 add. V)* 13, 1 *sic BaBPhVAu*, Longus iste annus lunae i. d. termino *A*, L. u. l. annus his finitur diebus *μ* 13, 2 *sic BaBVPhAuA* (tricenteno *A)*, trecenteni octogeni quaternique numero *μ str. 14 post 13 ω, post 12 A* 14, 1 decem *BaBPhAuμ*, /decim *A*, septem *V* in ordine *om. V cf. 14, 2* 14, 2 Et in ordine breuis *V* anni solis (annis *ex* anni *V*, soli *F*, soli/s *V) ω*, anno solis *A* agmine *BaBVPhAuA*, agmina *μ str. 15 post 14 ω, post 13 A* 15, 1 uero *ω*, idem *A* embolismus *BaBVPh*, embolismis *AAu*, embolismi *μ* 15, 2 peruidetur *ABaBPh*, Preuidetur *ss.* ł Per *V*, preuidetur *Au*, prouidetur *μ* anni *ω* (anni *ss.* ł us *V)*, annum *A*, soli *F*, solis *reliq.* eminere *ω*, superatur ē *A str. 16 post 15 BaBVPhAuμ, post 14 A* 16, 1 *sic ω* (copia *μ)*, embolismo incremento magna larga copia *A* 16, 2 Breviorum *BaPh*, breuiores *corr.* in breuiorum m_1*Au*, Breviorē *ss.* ł v *V*, Breviores *Bμ* conpessant *F* anni lunae breui ord̃ suppletur inopia *A str. 17 post 16 ω et A* 17, 1 decim *A* 17, 2 lunaris *BaBPhVAuA*, lunari *μ* quo *BaBVPhAuMA*, q̃ *corr. in* dc *(?) F* terminus *BaBVPhAu*, terminum *M*, termino *F*, terminos *A* porregitur *A str. 18 post 17 ω et A* 18, 1 lunę (ae, e) *BaBMVAuPh*, luna *AF* replicatur *F*, replicantur *reliqui* subtili *BaBPhAuA*, utili *μ*, sub cuius *V* 18, 2 B. c. terque deni *BaBVPhAuμ* (terdeceni *μ)*, decies quini quinquies noni simul quinis circuli *A str. 19 post 18 ω et A* 19, 1 Huic quippe *μ*, Hinc et inde *BBaBVPhAu*, Huic cyclus *A* perscrutanda *VAuPh*, perscrutando *A*, perscrutata *μ*, perseueranda *BaB(B?)* 19, 2 Se per *BaBPh*, Semper *VF (M(?)*, Se per *Rodrig.) A* spacia *V*, spatio *reliq. str. 20—25 om. ω* 20, 1 *In *fort. delendum est* duodene hore *A* 20, 2 *menstruos *A* 21, 1 *duodene *A* 21, 2 per *A*

16 *Dionys. Exig. Migne P. L. LXVII 24 D. str. 19 sq. Beda 42.* 19, 1 exígit: *cf. ad rh. IV 11, 3.* 20—26 *nonnulla corrupta esse puto aut obscura, sed quid poeta dicere velit, apparet: singulis mensibus adduntur quatuor momenta et duodecima pars momenti (una uncia) et unus atomus. 235 menses igitur efficiunt: 940 momenta + 235 uncias + 235 atomos. 235 atomi = 5 unciae, 240 unciae = 20 momenta, 960 momenta = 1 dies.*

22. † Athomi superadditis ducenteno numero
Triginta et quinque ducto eorundem cumulo,

23. Saltus lunae supercrescit cursu subtilissimo
Ducenteno mense quino necnon et trigesimo.

24. Qui si fiant quater ducti, efficiunt cumulum
Momentorum nongentorum quadraginta numerum.

25. Quibus puncti fiunt cuncti sex et novem decies
Momentorum nongentorum atque decem sexies.]

26. Intra quoque supradictum habent semper spatium
Dies solis atque lunae aequum pondus partium.

27. [Dionisius attentus cyclum nobis tradidit
Communis et embolismi, ius paschale reddidit.

28. Sanctissimus ipse abbas diem saltus memorat,
Quinis denis kalendarum Magii demonstraverat.

29. Calculavit unum diem † bis obtimini termini,
Ne deesset idem unus primo anno communi.

30. Hoc augmentum si⟨c⟩ concrescit mensibus plurissimis,
Ducentenis atque quinis necnon et trigesimis.

31. Greci dicunt et Aegyptii de saltu certissima
In undenis kalendarum epacta trigesima.

32. In Latinis diem saltus _ ⏑ – ⏑ memorant
In quindecim kalendarum Decembris concelebrant.]

33. Huius cycli pars vocatur ogdoas anterior
Ac deinde appellatur endecas ulterior.

34. Ogdoadi deputantur octo anni priores,
Endecadi reliquorum destinatur series.

35. In hoc cursu fiunt anni communes duodecies,
Anni vero embolismi supputantur septies.

22, 1 *sic A, *f.* superadditis athomis 22, 2 XXX & V *A*, trigesies et quinquies *Muratori* eorundam *A* 24, 1 *sic A* 24, 2 *quadranta ad numerum *A*, quadraginta ad cumulum *Muratori* *str. 26 post 19 ω, post 25 A* 26, 1 *sic ω* (Intra quęque *V*) habent *BaPhVAu*, habet *μ*, hunc *B* denis nonis annis ductis habent suum spacium *A* 26, 2 *sic Aω* (ęque *V*), (spacium *V*, parciunt *M*, paráũt *F*) *str. 27—32 om. ω* 27, 1 attentus *Murat.*, antentus *A* ciclum (cicli *33, 1*) *A* 27, 2 embolissimus *A* 29, 2 idem munus *Mur.* 30 *si *A* 32 **in codice lacuna non est* decemb̃ *A* *str. 33 post 32 A, post 26 ω* 33, 1 pars *ω*, pras *A* egdoas *F*, ocdoas *Ph* 33, 2 apellatur *A* endecas *AuPhVμ*, hendecas *BaB*, inditas *A* alterior *V*, ulterior *reliq.* *str. 34 post 33 ω et A* 34, 1 *sic BaBVPhA*, Priores anni deputantur octo in ogdoade *μ*, ocdoadi *Ph* 34, 2 *sic ω* (Endecadi *VPhμ*, Hendecade *BaB*, endecani *Au* destinatur *BaAuVPhμ*, destinantur *B*, designatur *V*), endecadis unadena conprobãtur series *A* *str. 35 post 34 ω et A* 35, 1 *sic A (sed* In occursu *A*, In hoc c. *ω)*, I. h. c. f. anni breuiores duodecies *BaBPhVAu* (doiode ·i· XII *V*, duodecim *Ph)*, Hoc in cursu breves anni consistunt duodecim *μ*, *an scribendum est* anni breves duodecies? commumunes *A* 35, 2 *embolissimi *A*, longiores *ω* supputantur *A* septeni *Ph*

26, 1 supradictum spatium *cf. 19, 2, str. 20—25 interpolatas esse apparet.* 27—32 *multa obscura sunt.* Dionysius abbas: *cf. Beda, De temp. rat. c. 47. De saltu lunae cf. c. 42.* 33 *sq. cf. Beda 45 et 46.*

36. Talis quippe cum annorum — calculus extenditur,
In eundem lunae cursum — circulus revertitur.

37. Solis vero in id ipsum — non recurrit series,
Donec anni revolvantur — octies et vigies.

38. Adimpleto sane solis — suprascripto tempore
Reclinatur absque ullo — resistenti rancore.

39. His itaque reciprocis — alternata cursibus
Solis lunae diversantur — tempora temporibus.

40. Sed ad prima post annorum — recurrent initia
Quingentorum ac triginta — atque duum spatia.

41. In hoc cyclo per concursum — caeli luminarium
Manifesta fiunt festa — dierum paschalium;

42. Qui porrectus per extensam — annorum vertiginem
In eandem, ut praedixi, — recurrit originem.

43. Paschae vero longos, breves, — intellectu varios
Hoc excepto multi plures — conscripserunt circulos.

44. Quos dispono praeterire — brevitatis gratia,
Quorum nobis necnon nota — numeri peritia.

45. Altum caelum qui creavit, — terras atque aequora,
Doxa regi per aeterna — deo soli saecula.
Amen.

---

str. 36 post 35 ω et A 36, 1 Ali/s *V* cū, u *scr.* m_2, *F* calculus expenditur μ, circulus extenditur *BaBAuPh, pro* extenditur *omisso v. 36, 2* reuertitur *V* per decim et noñ annos hic calculus tenditur *A* 36, 2 *sic BaBPhAu, om. V,* I. e. lunę cursus cirulum r. μ, I. e. lune cursu ciclum r. *A* *Post str. 36 A addit* Sex milia nongentorum triennarum biennium bisque trinis supramissis . . *reliqua desiderantur* *str. 37—45 om. A* 37, 2 uigies *BaBVAu,* uicies μ*Ph* 38, 1 *sic BaBVAu* adimpl. sane supra scripto solis t. μ, Ad. solis sane supradicto *Ph* 38, 2 reclinatur *BaBμPhAu,* reclinantur *V* resistenti *BaBVAu,* resistendi μ*Ph* rancore *BaBVPhAu,* scrupulo μ 39, 1 reciprocis *BaBAuVPh,* reuolutis μ 39, 2 tempora temporibus *BaBAuVμ,* temporibus tempora *Ph* 40, 1 Sed *corr. ex* Set *F* a prima *F* recurrent *BaBVAu,* recurrunt *Phμ* 40, 2 Quingentorum *BaBMAuPh,* Qui centorum/ *V,* Quinquagentorum *F* atque duum *BaBAu,* atque dirum *ss.* e ī diruantur *V,* atque duo spatio μ, et duorum *Ph* 41, 1 ciclo *ex correctura Au* concursu *M* 41, 2 *hic finit V* 42, 1 extensa *Au* 42, 2 recurrit *BaPh,* decurrit *AuBμ* 43, 1 longos *BaBPh (os ex correctura Au),* longum μ breues *BaPhAuA, om. B,* breuis μ int. uarios *BaBPhAuA,* intellectuarius μ 43, 2 conscribserunt *Ph* 44, 2 nec non *BaBPhAu,* non est μ 45, 2 *Δόξα et* AMHN *Ph* Amen *om. B*

str. 36 Beda c. 44 luna . . post tantum temporis spatium ad eundem redeat anni solaris diem. *str. 37 Beda c. 53.* 40, 1 recurrent *sc. tempora.*

CXV.

1. Ex novenis atque denis volo annis canere,
Per quos luna circumflexas vagatur in orbitas
Patiturque in vagando vices quoque varias;

2. Quod depinxi coloratim de fuco dissimili,
Ut, quod agis, o Selina, in sublimi aethere,
In membrana foret palam, quam dat ovis mortua.

3. Primum annum et secundum communes agnominant,
Qui decurrunt ex trecentis quinquais dieculis
Cum quaternis supra iunctis, ut sit annus integer.

4. Hoc in omni fit communi, quotquot sunt in ordine,
Si non sit bissextus tamen, in quo quinque iungimus,
Aut si lunę non sit saltus, in quo tres apponimus.

5. Quos communes vocitamus, sunt tantum duodecim
Omni anno duodenis acti lunae cursibus,
Non in uno semper loco sumentes exordium.

6. Horum quoque certi menses currunt uniformiter
Modo tries ex diebus modo vies novies,
Neque ullus calculando error eis obripit.

7. Embolismos Greci vocant, auctos vero Latii,
Qui sunt septem in noveno atque deno circulo,
Non eisdem, quis communes, incedentes passibus.

8. Ex trecentis nam diebus octoginta pariter
Cum quaternis constant simul, in exortu dispares,
Si non sit bissextus tamen, in quo unus superat.

9. Omnis ergo embolismus uno mense quolibet
In quocumque suo anno certum locum adnotat,
Ubi luna supercrescens tendit in tricesimam.

CXV *P, de quo cf. p. 669, f. 5. Primus edo.* 1, 2 *quas *P* *circumflexos *P* 4, 1 q̃dq̃t̃ *P* 6, 1 currē *P* 6, 3 *obrupit *P*

CXV *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _ *ter repetitum stropham efficit. Prior versiculus paucis exceptis* 4 _ ◡ + 4 _ ◡, *19, 1. 27, 1. 44, 2 elisio esse videtur. Hiatus multi. Clausulae purae, (6, 3* obripit *scribendum est). Assonantia fere nulla.* 1, 2 *cf. Verg. Aen. III 430 (V 131)* longos et circumflectere cursus. 2, 1 *sq. cf. Wattenbach, D. Schriftwesen i. M.*[3] *p. 121. Cum in codice tabula cycli decennovenalis non exstet, ex alio descriptum esse carmen apparet.* 3, 1 *hic quoque poeta Bedae vestigiis insistit (str. 48, 2) cf. de temporum ratione c. 45* Dividitur autem circulus idem in embolismos annosque communes . . . primus namque et secundus communes. 4, 2 *cf. 8, 3.* 4, 3 *cf. Rühl, Chronologie d. Mittelalters u. d. Neuzeit 134.* 5, 3 *Beda c. 45* . . . unde fit, ut ab octavo Iduum Martiarum usque in Nonarum Aprilium diem lunaris anni sint quaerenda primordia *cf. str. 8, 2.* 6, 3 obripit: *cf. st. 36, 3.* 8, 2 *cf. ad 5, 3.* 8, 3 *cf. 4, 2.* 9, 1 *sq. Beda 45:* . . Romani qui dispares habent menses non unoquolibet in loco embolismos computando interponere voluerunt, sed potius ubilibet mediis anni temporibus vacuum congruumque inter Calendas locum invenire potuissent.

10. In quaterno namque die nonarum Decembrium
Prima luna embolismi adnotata cernitur,
Quę a prima sese trahit usque in tricesimam.

11. Hoc in anno nullus error computandi incidit,
Quin in uno mense semper luna sit tricesima
Ac vicissim in sequenti nona et vicesima.

12. Ita recta petit norma embolismum alium,
Qui nonarum quarto die Septembris prefigitur,
In octavum surgens annum sine ullo scrupulo.

13. Huius anni minus certum lunarem circuitum
Non informat argumenti usitata regula
Nec hoc anno puerili calculatur scedula;

14. Vigil erit huius anni sollersque dissertio,
Quae errores vagę lunę noverit adtendere,
Per quos ipsa se convertit callida insidiis.

15. Dabo pauca signa, quibus agnoscatur eminus,
Ut se, quamvis mille verset circumducta callibus,
Inprovisa non recedat nostris clam obtutibus.

16. Uno sane die ante quam sint nonę Marcii,
Incipit lucere flammis embolismi tercii
Per triginta servans dies pleni mensis lumina.

17. Lege quidem argumenti in hoc anno Madius
In kalendis habet lunam bis quaternam decimam:
Sic fit propter embolismum septima vicesima.

18. Hic notandum computandi vigilanti oculo,
Hanc non esse lunam Mai nec esse tricesimam,
Quamvis sit determinata die Mai tertia.

19. Prima est hęc post embolismum Aprilis lunatio,
Tumque suam Mai finit quarto nonas Iunii
More suo definito exhibens tricesimam.

13, 1 *nimis *P (hoc anno facilius error computandi incidit cf. 11, 1)* 17, 2 kł *P* 18, 1 *coniungendum esse videtur* oculo uigilanti computandi, *an praestat corrigere* computanti *pro* computatori? 19, 1 *elisio cf. 27, 1 an* hec *delendum?* 19, 2 **f.* Maius (Madius) 19, 3 $\overline{\text{XXX}}$ *P*

10 *cf. Beda 45* primam igitur embolismorum lunam quarto Nonas Decembris . . . nasci dixerunt. 10, 3 *i. e. luna prima embolismi triginta dierum est, pridie kal. Ian. finitur.* 11 *de embolismo cf. Sickel, Die Lunarbuchstaben in den Kalendarien des Mittelalters. S. B. d. Wiener Akad. d. W. XXXVIII 1862, 174 sq. Conferas etiam tabulam apud M. Lersch, Einl. in die Chronologie*[2] *II p. 27.* 12 *Beda 45* secundam quarto Nonas Septembris. 12, 3 *octavus annus enim tertius embolismus est.* 16 *Beda 45* tertiam pridie Nonas Martias. 17—23 *Beda 20* sunt autem anni tres circuli decennovenalis, in quibus idem argumentum stabilitatem sui tenoris conservare nequeat: octavus videlicet, undecimus et nonusdecimus, cui causam notandi varia facit ac dispersa per annum embolismorum insertio. Siquidem anno octavo luna Calendarum Maiarum iuxta rationem quidem argumenti XXVIII computatur, sed propter embolismum, qui in Martio mense inseritur, XXVII probatur existere. Item in Calendas Iulias iuxta argumentum XXX fieri potuit luna, sed propter adiectionem dici, quem superfluitas embolismi attulerat, fit XXIX *cf. Sickel l. l. 187.*

20. Item docet argumentum in kalendis Iulii
Computari et vocari debere trigesimam,
Sed fit dicta ratione nona et vicesima.

21. Non est tamen ista luna deputata Iulio,
Sed respectat ad prefatum mensem quoque Iunium,
Finem ponens suis flammis in undetricesimam.

22. In nonarum sexto die huius mensis Iulii
Suos ignes luna primo representat lumine
Per triginta dies lucens, quia hęc est Iulii.

23. Ast Augusti in kalendis luna prima denuo
Tot quot solet in diebus sua profert lumina
Reliquosque menses dein plana regit linea.

24. Hinc ad quartum embolismum claro itur tramite,
Pridie nonas Decembris quem signat antiquitas
Cicli decennovenalis in anno undecimo.

25. Igitur hic embolismus quarto nonas Ianui
Lumen suę complens lunę pleni mensis numero
Iuxta se tricenam habet in kalendis Februi.

26. Quare porro duę simul lunę sint tricesimę,
Cum non ea quantitate soleant procedere,
A prudenti et sagaci merito requiritur.

27. Hęc luna est embolismaris in Decembre inchoans
In iano determinata novi mensis Ianui,
Sed fit propter embolismum de more tricesima.

28. Hęc lex omni embolismo servatur perpetuo,
Ut quam longe protendatur sit luna tricesima
Nec amittat ipse tamen sua mensis lumina.

29. Quod servatum in hoc anno conprobatur facile,
Nam hic luna bisquindena fit kalendis Februi,
Ubi Iani suas flammas complevit lunatio.

30. En hic mensis profert lunam in sequentem Martium
Martiusque in sequenti Aprili perrutilat,
Post hęc plano cursu annus iste fit rotatilis.

31. Quintus ergo embolismus anni quarti decimi
Quarto nonas fit Novembris prima luna splendidus,
Quę se trahit in Decembrem ad complendum lumina.

32. Sextus vero embolismus, anni deni septimi,
In Augusto quarto nonas novo lucens lumine
Infra ipsum se Augustum certo claudit limite.

20, 1 kł iuł *P* 21, 3 unde $\bar{\text{a}}\bar{\text{XXX}}$ *P* 23, 2 *ter qd̃ *P* 24, 3 clicli *P* 25, 3 iuxtat *P* 27, 2 *noni *P* 28, 3 amittit *(ss. m_1) P* 30, 1 *mensis *scripsi*, lunam *P* 31, 1 *post* anni *rasura sex fere litterarum* 31, 3 trabit *P*

23, 2 tot, quot solet, *sc. XXIX in diebus ut assolet.* 25, 1 *Beda 45* quartam pridie Nonas Decembris. 25, 3 tricenam *sc. lunam.* 27, 1 *i. e. embolismalis.* 28, 2 *non plene intellego.* 31 *Beda 45* . . . quintam quarto Nonas Novembris. 31, 3 *sc. usque ad Calendas Decembres.* 32 *Beda 45* sextam quarto Nonas Augusti. 32, 3 infra: *cf. ad rh. VII 7, 1.*

33. Et hic annus recte vadit cum uno qui sequitur
Argumentis utens suis sine ullo scrupulo,
Donec tandem veniatur ad annum novissimum.

34. In hoctava atque dena parte signi piscium
Hoc in anno tuas flammas, o Selina, renovas
Per triginta dies lucens, ut sit mensis integer.

35. Decen- autem novenalis anno cicli ultimo
Ogdoade iam transacta sequitur hic endecas,
Quo in anno saltum facis, o Luna, mirabilem.

36. In kalendis Mai canit argumenti ratio
Fieri debere lunam nonam et vicesimam:
Calculator, si hoc credis, error tibi subripit.

37. Non est nona et vicena, argumentum fallitur,
Embolismus supercrescens unam diem abstulit,
Licet tamen in kalendis, non tamen in reliquis.

38. Hic adtende, lector prudens, huc converte animum,
Qualiter per novem annos atque denos pariter
Una dies adunata saltum lunę faciat.

39. In novenis atque denis annum primum respice
Ipsiusque anni primum tu diem considera,
Ubi luna prima suas claras flammas colligit.

40. Si in prima parte signi utpote arietis
Vel in parte quavis astri aut signi cuiuslibet
Hora prima suas flammas luna prima cęperit,

35, 1 Decem *P* *nouenali *P* 35, 2 *transacto *P* 36, 1 māi *P* 37, 3 licet tam̄ *P* 40, 2 *quis *P*

35, 1 *tmesis, cf. ad rh. CXI 1.* 36 *Beda 20* anno XI quia luna embolismi pridie Non. Dec. accenditur, facit lunam in Calendas Martias vigesimam esse et octavam, cum hanc ratio argumenti XXIX tunc existere doceat. Item anno XIX quia luna embolismi tertio die Nonarum Martiarum incipit, cogit lunam in Calendas Maias XXVIII computari, cum XXIX secundum argumenti calculationem canatur. 37, 3 *non intellego.* 38—49 *Beda 43* de quo tamen saltu verisimile apparet, quod eum citior quam vulgo putatur lunaris incensionis locus et hora procreet. Nam quomodo fieri posset, ut per annos denos et novenos unum necesse esset solito dierum lunae numero auferri, si non hoc velocitas aliqua lunaris gyri paulatim toto circuli decennovenalis tempore procuraret? Quomodo econtra tarditate cursus solaris agi probatum est, ut unus per quadriennium eius cursui dies augeatur? Huius autem velocitatis et ut ita dicam anticipationis tametsi ordo non facile patet, mensura nequaquam latet. Constat enim, quia diminutio illa atque ablatio diei unius, quae, quoquo modo agitur, per denos et novenos annos tota conficitur, hora per annos singulos et uno puncto et nonadecima parte unius puncti augetur. Dies namque XXIIII habet horas, e quibus cum XIX totidem annis circuli decennovenalis distribueris, remanent V, has per IIII multiplica, quia videlicet hora quatuor punctis constat, fiunt XX, da singulos annis singulis et remanet unus. Hunc divide per XIX et videbis, quod ad saltum lunae complendum, ut diximus, annuatim, hora et punctus et nonadecima pars puncti unius adcrescit. Non ergo unis iisdemque vel articulis temporum vel caeli climatibus lunae celebratur accensio, sed semper aliquanto citius quam praecedenti mense provenerat, ut sit unde unus anno nonodecimo transiliatur dies. *Poeta igitur quamvis studiosus Bedae lector sit, quid ille doceat haud plane perspexit, quippe qui id tarditati lunae tribuat, quod secundum illum velocitati eius debetur cf. ad str. 47.*

41. Post trecentos quinquaginta atque dies quattuor
In eadem cęli parte eiusdem zodiaci
Suas debet item flammas luna recolligere.

42. Sed sic quamvis velox nimis longum iter persequens
In eundo fatigata, cum iam annus transiit
Duodenis mox expletis toto anno mensibus,

43. Ad eandem partem signi in plaga zodiaci,
Qua lucere primo mense tauro cepit transito,
Fessa facta longa via non valet pertingere;

44. Longe abest separata quantum potest currere
Una hora uno puncto nona et parte decima
Unius divisi puncti; res est hęc mirabilis.

45. Per novenos atque denos hoc annos attenditur
Una hora uno puncto lectis annis singulis
Partibus divisi puncti recollectis iterum.

46. Studioso patet palam temporis his spaciis
Unam posse diem plenam perfectamque fieri
Ex vicenis et quaternis adunatis horulis.

47. Non ut adsit, sed ut absit, computata liquitur,
Nusquam paret procreata, antequam sic deficit,
Nec dierum quantitatem suo supplet numero.

48. Repperitur, quamvis absit, locum habet proprium,
Nam magistri scuto Bede sui mensis pingitur,
Predicatur proventura resque numquam cernitur.

49. O stupenda dies ista annis lecta plurimis,
Congregata non ut constet vel presens appareat,
Sed liquescat sicut fumus, qui in auras pervolat!

50. Iulius suis kalendis primam lunam exhibens
Suo more debet lunam habere tricesimam,
Sed coartat unam diem in undetricesimam.

51. Terno Augusti kalendas saltus lunę pingitur,
Ubi esse cum deberet Selina tricesima,
De tricena prima facta unam diem transilit.

42, 3 *annus *P* 46, 1 *studiose *P* 47, 1 cōputata *P* 47, 3 *quantitate *P* 48, 2 suis *P* 51, 1 *ternis augusti kalendis *P* 51, 2 ēē *ss.* m_1 *P*

47, 1 *sq. digne miratur calculator. Si enim tardioribus passibus quam debet luna procedit, diem computari, ut addatur, non ut liquescat sicut fumus oportet. Qua de re conferas Rühl, Chronol. p. 134. 141.* 48, 2 scuto '*auf die Autorität*'; pingitur *sc.* '*fuco dissimili*' *in tabula.* sui mensis: *intellego* '*pingitur ut in tabula dies sui mensis sit, locum proprium habeat, quamvis absit.*' 50 *sq. Beda 20:* . . . si enim ipsum argumentum iuxta Aegyptios a Septembri mense, ubi principium est anni eorum, inchoaveris, necesse est, ut luna Iulii mensis eo anno XXIX dies ut nunquam alias habeat, uno videlicet ratione saltus amisso, et ob id luna Calendarum Augustarum tertia reddatur, quae iuxta argumenti regulam secunda computabatur. *Hic conferendus est Beda 42* qui profecto saltus non alibi aptius quam XII Calendarum Aprilium die videtur anno reddendus. 51, 1 pingitur: *cf. str. 2 et 48.*

52. Porro simul terni menses, Iunius et Iulius
Augustusque lunam habent hic undetricesimam.
Hec de saltu mihi lune dixere Castalides.

CXVI.

1. Spera caeli quater senis horis dum revolvitur,
Omnes stellę fixę cęlo, quae cum ea ambiunt,
Circa axem breviores circulos efficiunt.

2. Illa igitur, quae polo apparet vicinior,
Inter omnes tamen ei splendor est precipuus,
Ipsa noccium horarum computatrix dicitur.

3. Argumentum en inventum: cardini oppositum
Recta linea si serves luminum intuitu,
Horas noctis nosse potes galli sine vocibus.

4. O quam pulchrum stemma tenet clavorum positio
Crucis Christi rotę fixę hoc in orologio,
In qua ipse carne pendens pro salute hominum!

5. Dextra, leva et profunda, quę tendit ad aethera,
Servat semper computatrix per distincta tempora
Equinoctia designans atque solestitia.

6. Ante axem siquis volvens curiosus steterit,
Aequinoctium vernale a sinistra noverit,
Cernere ad dextram sui autumnale poterit.

7. Solistitia duobus indita temporibus:
Estivalis, qui erectus ad superna ducitur,
Radius, ad ima mersus hiemalis dicitur.

CXVI *Va* = *cod. Vaticanus latinus 644 s. X/XI f. 76 cf. catal. cod. Vaticanorum latinorum I 495 sq.* 3, 2 Rectę̊ *Va* 3, 3 *Hora *Va* 4, 1 stema *Va* 4, 2 *fixi *Va* 5, 1 ad *ss. m_2 Va* 5, 2 *servat *scripsi*, serua *Va* compŏtatrix *Va* 6, 1 axē/ *Va* 7, 1 **f.* indicta? 7, 3 *imam *Va* *gemmalis deducitur *Va* *Nescio an nonnulla desint*

52 *Beda 42* sed sive hic sive illic sive alibi feceris, necesse est ibidem ni fallor tres pariter menses undetricenorum computare dierum.

CXVI *Schema* $8\ \_\smile + 7\ \smile\_$ *ter repetitum stropham efficit.* $8\ \_\smile$ *13ies (15ies?)* $= 4\ \_\smile + 4\ \_\smile$. *Clausulae purae. 9 hiatus. Assonantia sive concentus syllabarum exeuntium. De obscuro carmine Guilelmum Foerster virum caeli ac siderum peritissimum consului.* 1 *Isid. Etym. III 33, 2* .. his duobus polis moveri sphaeram caeli dicunt, et cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente usque ad occidentem circuire, septentrionibus breviores gyros iuxta cardinem peragentibus. *34* sphaera caeli .. vertitur viginti quattuor horarum spatiis .. 2 *quam ad stellam pertineat dubium est; nam stella polaris quae dicitur neque splendorę praecipua est neque pro 'computatrice' adhiberi solet.* 3, 1 cardini oppositum *'der Achse entgegengesetzt' i. e. 'Scheitelpunkt'. Foerster.* 4, 1 *quae insequuntur, ad priores tres strophas non pertinent.* 4, 2 *i. e. clavorum crucis Christi, quae rotae imposita sit, ut haec fere evadat figura* vern. aest. ⊕ aut. hiem. 4, 3 pendens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 5, 2 *haec computatrix alia est atque v. 3, 3.* distincta tempora *i. e. 'Jahreszeiten.'* 6, 1 volvens *i. e. 'drehend'.*

CXVII.

DE RATIONE DUODECIM SIGNORUM.

1. Spera cęli duodenis signis circumvolvitur,
Exornata mire tantis candidis sideribus,
Quibus nomina dedere fabulę gentilium.

2. Unumquodque tamen signum sol tricenis diebus
Denis horis atque semis illustrare dicitur,
Unius sic anni complens zodiaci circulum.

3. Mira prorsus paganorum et seva dementia,
Qui in cęlo transtulerunt tam diversas bestias,
Cum Olimpo constet esse angelorum agmina.

4. Illi Taurum radiare dicunt inter sidera,
Qui in bovem versum Iovem fabulis adseverant;
Ad Italiam transvexit Agenoris filiam.

5. Habet fides Christiana signorum memoriam,
Primum agni, qui in cęlo maiestate fulgida
Regnat unicus cum patre per immensa secula.

6. Igitur non torvus fronte vel cervice tumidus
Noster taurus est putandus, non minax, sed optimus,
Dulcis, blandus atque mitis atque suavis vitulus.

CXVII *str. 1—21* ***Au*** *(cf. p. 669) f. 110r, str. 3—19* ***Ba*** *(cf. p. 669) p. 41. Edidi et explicavi N. A. XXXVI 321 sq. Tit. deest Au str. 1 om. Ba* 1, 2 *candidi *Au str. 2, quam Ba omisit, ad rhythmum CXIII pertinet; ibi post str. 59 fere ponendam esse censeo* 2, 1 *quoque *Au* 2, 2 denis *om. in margine initio versus add. m1 Au* 3, 1 ꝑorsus *Au* 3, 2 celo *Au,* caelum *Ba* 3, 3 olimpo *Au,* olympo *Ba* constet esse *Au,* esse constent *Ba* 4, 1 Illi *Ba,* Illic *Au* 4, 2 fabulis *Au,* fabulose *Ba* adseuerant *Au,* assev. *Ba,* **f.* fabulose adserunt 4, 3 transvexit *Ba,* cumq; vexit *Au,* **fort.* cum vexit 5, 2 in cęlo *Au,* in caelum *Ba* 6, 1 uel *Au,* nec *Ba* 6, 2 non minax sed o. *Au,* nominatus optimus *Ba* 6, 3 atque mitis *om. Au, sed super alterum* atque *signum omissionis positum est.*

CXVII *Schema* 8 _ ◡ + 7 ◡ _ *ter repetitum singulas strophas efficit. Prior versiculus* 4 _ ◡ + 4 _ ◡ *46ies. (2, 3* únius sic, *16, 3* baptismátis.*)* *Clausulae 2, 1 et 20, 1* diebus *cf. ad rh. XXXVI; 4, 2* adseverant. *Hiatus 11. Assonantia frequens. str. 1 Isid. Etym. III 71 § 22* Iam vero illa, quae ab ipsis gentilibus signa dicuntur, in quibus et animantium imago de stellis formatur ut Arctos, Aries, Taurus, Libra et huiusmodi alia; hi qui sidera perviderunt, in numerum stellarum speciem corporis superstitiosa vanitate permoti finxerunt, ex causis quibusdam deorum suorum et imagines et nomina conformantes. *str. 2 Beda, de temp. ratione 16. str. 3 Isid. l. c. § 32* . . et miranda gentilium dementia, qui non solum pisces, sed etiam arietes et hircos . . . cancros et scorpiones in caelum transtulerunt. *§ 38* . . cetera superstitiosa . . fidei nostrae sine dubitatione contraria sunt; sic ignorari debent a Christianis, ut nec scripta esse videantur. 4, 1 illi *sc. gentiles amentes, quibus* fides Christiana *opponitur.* 4, 1 *Isid. l. c. § 24* . . . et taurum inter sidera collocant et ipsum in honorem Iovis, eo quod in bovem sit fabulose conversus, quando Europam transvexit. 4, 3 Agenoris filiam *cf. rh. XXXIX 15, 1, ubi* duxitque in Grecia. 5, 2 primum agni *i. e. Christi, quia aries in zodiaco agmen bestiarum ducit. (Beda, c. 16.) Isid. l. c. § 23* . . . Arietem primum signum. maiestate fulgida: *cf. rh. XVII 4, 1* maiestate fulgidus, *sed* fulgidus *non correxerim propter assonantiam.* 6, 1 *cf. Ovidii Met. II 80* per tamen adversi gradieris cornua Tauri. *Anthol. lat. ed. A. Riese II 619* frons Tauri metuenda minacis.

7. Ipse ergo est credendus saginatus vitulus,
Cuius caro immolata in crucis patibulo
Nos cruore suo tulit de mortis periculo.

8. Hic non cessat nos hortari pietate sedula,
Iugo Christi nos submitti, exarare vicia,
Divinorum preceptorum reportare semina.

9. Prosequentibus hortatur testamentum Geminis
Idolatriam calcare, deum solum colere,
Avaritiam vitare, Cancrum incurabilem.

10. Leo noster obdormivit, ut in morte vinceret,
Ideo evigilavit, ut possemus surgere
Et, quas iuste merebamur, a penis eriperet.

11. Virginis hoc sextum signum competenter sequitur:
Sexta mundi iam aetate venit dei filius,
Equitatis Libram tenens, deus iure dicitur.

12. Huic puro si quis corde bene ministraverit,
Iam securus non timebit venenum pestiferi,
Conculcare tuta planta Scorpionem poterit.

13. Scuto fidei protectus sevum Sagittarium
Deformatum non pavebit cum equinis cruribus,
Ipsum quoque superabit nefandum diabolum.

14. Capricornus ac deformis, vultu despicabilis,
Alios amentes facit, alios sacrilegos,
Homicidas furiosos, alios adulteros.

15. Sed his omnibus conversis atque bene flentibus
Tergere de fronte solet candidus Aquarius
Crimina, quę sponte fiunt vel instinctu demonum.

7, 1 ergo est *Au*, est ergo *Ba* credendus *Au*, tenendus *Ba* 7, 3 nos *Au*, Hos *Ba* *crure *Ba*, nitore *Au* 8, 2 nos submitti *Au*, summittenti *Ba* 9, 1 **f.* Pro sequentibus hortatur *Ba*, ortatur *Au* testam̃ *Au* 9, 2 idolatriam *Ba*, idolatria *Au* deum solum c. *Au*, solum dominum quaerere *Ba* 9, 3 **f.* avaritiae incurabilem *Ba*, insanabile *Au* 10, 1 ut in *Ba*, uti morte *Au* 10, 2 *possimus *BaAu* 10, 3 *sic Au*, Per quem iuste merebamur a poenis eripi *Ba* 11, 3 tenens *Au*, tenet *Ba* deus iure *Au*, iure deus *Ba* 12, 1 huiŏ *(sine littera initiali) Au* 12, 2 pestiferi *Au*, pestiferum *Ba* 12, 3 tuta *Au*, iam cum *Ba* scorpionem *Ba*, scorpionis *Au (non venenum, sed ipsum scorpionem conculcabit.)* 13, 2 pauebit *Au*, timebit *Ba cf. 12, 2* 13, 3 ipsum *Au*, ipse *Ba* superabit *Ba*, sup aut *Au* 14, 2 am̃tes *(s ex correctura) Au* 14, 3 homicidas, furiosos *Ba* 15, 2 candidus *Ba*, cadidus *Au* 15, 3 fiunt *Ba*, sunt *Au* vel i. dem. *Ba*, uł commota instinctia demonum *Au*

7, 1 saginatus vitulus *Luc. 15, 23.* Christus saginatus vitulus *etiam cod. s. Bertini (St. Omer) 351 f. 16ª Mone, Anz. f. Kunde d. teutschen Vorzeit VII 1838 p. 106.* 7, 3 de mortis periculo: *cf. rh. LIII 8, 2.* 8, 3 *pro exaratis zizaniis nova semina spargere.* 10, 1 Leo noster: *Christus cf. Physiologus cap. 1 (Cahier, Mél. d'arch. II 107 sq.). Mone, Schausp. d. Mittelalt. I 19* Surgit Christus cum trophaeo, iam ex agno factus leo. 11, 1 hoc *sc. signum leonis.* 11, 2 *de sexta aetate mundi cf. rh. XL 21.* 11, 3 Libram *sc. septimum signum.* 12, 2 pestiferi *sc. scorpionis i. e. diaboli.* 12, 3 *cf. gen. 3, 15.* 13, 1 *Eph. 6, 16* in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. 13, 2 *Isid. l. c. 30* Sagittarius vir equinis cruribus deformatus. 14, 1 *i. e.* ac Capricornus.

16. Duo Pisces, qui sequuntur, uno signo editi,
Duos populos figurant vocatos per gratiam
Baptismatis unda lotos soli deo credere.

17. Insanire iam illorum desinat dementia,
Qui in cęlo esse credunt aliqua mortalia,
Cassa spernat, illa credat, que dei ecclesia.

18. Animalia pusilla magna et reptilia
Carnis pondere gravata non petunt celestia,
Sed cum carne horum credant interire animas.

19. Ubi hominum et dei mediator fuerit,
Esse ibi electorum credimus et animas.
Hęc daturum se promisit infinita bonitas.

20. Unumquodque signum luna tantum binis diebus
Senis horis atque besse peragrare creditur.
Sic per singula discurrens ad primum revertitur.

21. Post novenos atque denos annos luna circuli
Ad priorem redit cursum: totidem versiculos
Humilis levita Christi edidit Hirenicus.

CXVIII.

ITEM VERSUS DE ANNIS A PRINCIPIO.

1. Deus, a quo facta fuit huius mundi machina,
Intra prima, quę precepit, perfecit exordia.

16, 1 signo *Au*, sinu *Ba* editi formati *Au (glossam esse apparet cf. 15, 3)* 16, 3 soli *Ba*, uni *Au* 17, 1 iam d. i. *Au* 17, 3 spernat ... credat *sc. dementia Au*, spernant . . credant *Ba* 18, 3 cum horum credant *(carne om.) Au* credant *Au*, credunt *Ba* *str. 20 om. Ba, ex rhythmo CXIII str. 64 huc translata est* 20, 1 *cf. rhythm. CXIII 64, 1* unoquoque signo 20, 2 bisse *AuBa (rh. CXIII 64, 2)* peragr. greditur *Au, Ba rh. CXIII 64,* 2 illustrare dicitur 20, 3 *ibid. 64, 3* Sic per omnia percurrens ad ipsum r. *Ba* 21 *om. Ba* 21, 1 *lunę *Au* 21, 3 leuat leuita *Au*

CXVIII ***M*** *(cf. p. 667) f. 52,* ***F*** *(cf. p. 668) f. 11r, (****Cv***$_1$ *f. 96 cf. infra p. 698), consensus MF = μ. Ex M edidit Duemmler, Zs. f. d. A. XXII 426. Tit. M et F* uersus *M*, uersi *F* 1, 2 perfecit *M*, perfixit *F*

16, 2 *sq. coniungas:* vocatos credere *sc. Iudaeos et gentiles.* 17, 1 *sq. Isid. l. c. 32 cf. ad str. 3.* 17, 3 *sc. quae ecclesia credit.* 21, 1 *de circulo decennovenali cf. Bedam de temp. rat. cap. 16. coniungo:* post XIX annos circuli (decennovenalis). 21, 2 versiculos *i. e. strophas cf. rh. LXXXXI 46,* 2. 21, 3 *de* Hirenico humili levita *nihil constat cf. N. A. l. c. 330 sq.*

CXVIII *Schema 8* _ ∪ + *7* ∪ _ *bis repetitum stropham efficit. Prior versiculus 4* _ ∪ + *4* _ ∪ *(5* _ ∪ + *4* _ ∪. *4* _ ∪ + *5* _ ∪, *15, 1 legendum* ócto décem*); alter versiculus 8* ∪ *syllab. 3, 2 cod. M, 12, 1* Darii *syniz., 12, 2* reperies *syniz., 13, 1 et 14, 1* Tyberii *syniz. Clausulae 5, 1* structura, *6, 1* ruina, *12, 2* reperies*? Concentus exeuntium syllabarum praeter str. 3. 5. 10. 16. Str. 10 et 16 correxi, fort. str. 3, 2* quater et quadraginta *cum clausula impura, str. 5, 2* quater centena *c. cl. impur.? Hiatus permulti.* 1—16 *Karolus Neff, Die Gedichte des Paulus diaconus p. 8, cum Pauli rhythmus chronologicus* A principio saeculorum *in eodem codice Matritensi A 16 hoc carmen antecedat, utroque rhythmo comparato Paulum poetae Hibernici opus adhibuisse suspicatus est. Sed argumenta, quibus usus est, haud satis idonea*

2. Ducenteni quadraginta	simul duo milia	IICCXL
Inde erant, donec fuit	archa Noę fabrica.	
3. Ex quo usque ad nascentis	Abrahę primordia	
Numerantur nungentena	et quadraginta quattuor.	DCCCCXLIIII
4. Ac deinde Moysis usque	tempora legalia	
Sunt annorum quingentena	atque quina spacia.	DV
5. Et a Moysi donec erat	prima templi structura	
Denadena quinquaginta	novem quater centies.	CCCCLXXVIIII
6. A quo donec eius erat	et erecta ruina	
Quingentena duodena	colliguntur tempora.	DXII
7. Fiunt inde vocem usque	prędicantis domini	
Quingenteni quater deni	et octoni circuli.	DXLVIII
8. A prędicto patriarcha	usque Christi famina	
Quadraginta quattuor anni	fiunt duo milia.	IIXLIIII
9. Supputantur et a Nino	atque Semiramide	
Anni quinque et quingenti	usque regnum Attice.	DV

2, 1 *simul atque duo m. μ *et* Cv_1, simul *del. W. Meyer* 2, 2 archa *M*, arca *F* noę *(Duemmler,* noae *Rodrig.) M*, nohe *F* *numeri in F non in margine adpicti sunt* 3, 1 abrahę *M (Duemml.,* abrahae *Rodr.),* abrae *F* 3, 2 et *M, om. F* 4, 1 deindi *M (Rodr.)* *moysi *(*moisi *F) μ* 5, 1 *sic M,* Et amoy donec prima templi structura *F* 5, 2 Denadena *M,* Aenadena *F* quater *M (Duemmler) F,* quatuor *M (Rodr.)* 7, 1 *sic M,* Fiunt iñ nocesmis (nocesinis?) si praedicantis domini *F* 9, 1 et a nino μ *(F in ras., fuit fort.* et animo*)* *usque sem. μ semiramide *M,* seni iramide *F* 9, 2 attice *M,* atace *F*

esse arbitror ad illam coniecturam comprobandam. Nullius enim momenti est, quod in aetatibus mundi computandis ab Isidoro dissonant, cum Eusebium sequantur, qui tempora sic divisit cf. Eusebii Chronicorum canonum ed. Schöne II p. 8 sq.

1 a nativitate Abraham usque ad totius orbis diluvium invenies retrorsum annos DCCCCXLII
2 a diluvio usque ad Adam annos IICCXLII
3 a nativitate Abraham usque ad Moysen . . . conputantur anni DV
4 a Moyse autem usque ad Salomonem et primam aedificationem templi anni CCCCLXXVIIII
5 a Salomone vero usque ad instaurationem templi, quae sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXII
6 porro a Dario usque ad praedicationem domini Jesu Christi et usque ad XV annum Tiberii imperatoris Romanorum explentur anni DXLVIII
itaque fiunt simul ab Abraham usque ad XV Tiberii annum anni IIXLIIII

Cum autem poeta Scottus pro IICCXLII *et* DCCCCXLII *ponat* IICCXL *et* DCCCCXLIIII, *Paulus Eusebii calculum stricte sequatur, hunc ex illo hausisse vix mihi persuaserim. Quid quod Paulus 4, 3* CCCCLXXX *habet neque non 6, 1 sextam aetatem ab incarnatione, non praedicatione terminat? Ac ne in eo quidem Neffio adsentior, quod Pauli str. 6, 1—2* quo salutem virgo mundi peperit, quem prophetae praedixerunt *et nostri poetae str. 14, 2* salus mundi praedicatur *comparat, nam hic de Christo ipso salutem mundi (quindecimo anno Tiberii i. e. post baptismum) praedicante agitur, illic de prophetis. Quod vero uterque poeta extremo carmine Matth. 24, 36* de die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum *affert, haud magni fecerim, siquidem hic versus scripturae hoc loco usitatus erat cf. Isidori chronic. 122, Migne LXXXIII 1056, N. A. XXXVI 338.* 1, 2 *cf. gen. 1, 1.* 4, 1 tempora legalia *i. e. t. quibus lex Iudaeis lata est.* 6, 1 et *metri causa posuit.* ruina erecta *i. e. instaurata erat, an corrigendum.* correcta *(Vollmer)?* 8, 1 patriarcha: *Abraham.* famina *i. e. praedicationem, Luc. 3, 1. 4, 1. Matth. 4, 1. str. 9—14 haec quoque ex Eusebio (i. e. Hieronymo) hausit poeta cf. Schoene II p. 9.*

10. Sunt viginti et trecenti	a Moysi et Cecrope	CCCXX
Novem usque ad ruinam	expugnatae Troiae.	VIIII
11. Inde anni numerantur	exatetracosia,	CCCCVI
Donec agon quinquennalis	factus est in Helida.	
12. Cum deinde ad secundum	Darii annum venies,	
Quinquaginta sex et annos	ducentos reperies.	CCLVI
13. Ex quibus annis usque annum	Tyberii quindecimum	
Quadraginta et quingenti	sunt et octo iterum.	DXLVIII
14. Et in anno supradicto	Tyberii quindecimo	
Salus mundi prędicatur	veniente domino.	
15. Sunt octo decem et sexcenti	a baptismo domini	DCXVIII
Anni usque ad Scottorum	mortem regis Domnali.	
16. A quo centum in futurum	est annorum spacium	C
Finem usque quinquaginta	quino ad sex milium.	$\overline{VI}$ LV
17. Ac retrorsum sunt octingenti	a⟨d⟩ prima principia	DCCC
Quadraginta quinque anni	atque quinque milia.	$\overline{V}$XLV
18. Horam autem atque diem	finis huius seculi	
Nec ut puto certum sciunt	et celorum angeli.	

10, 2 *et *(om. F)* troiae *(troie F)* expugnatio *μ* 11, 1 exatetra cosia *μ*, exatetra *corr. ex* exatretra *F*, **f.* exketetracosia 11, 2 quinquenalis *F* 12, 1 ad *M*, ac *F* anum *F (sic passim)* 12, 2 ducentos *F*, ducentenos *M* 14, 2 **f.* mundo 15, 1 et *om. F* baptissmo *F* domini *F*, domino *M* 15, 2 scottorum *M (Rodr.*, scotorum *Duemmler)*, scoctorum *F* 16, 1 *spatia *μ* 16, 2 Finem *M*, Ainem *F* *ad *scripsi*, ac *μ* 17, 1 sunt *del. W. Meyer, Ges. Abh. I 209* ottingenti *F* a prima *μ*, *corr. Duemmler* 18, 1 Horarum *M*, Horam *F* finis *Duemmler*, finem *μ*

9 *sq.* 1 similiter a Nino et Semiramide usque ad Moysen et Cecropem anni DV
2 a Cecrope usque ad captivitatem Troiae anni CCCXXVIIII
3 et a captivitate Troiae usque ad primam Olympiadem anni CCCCVI
4 a prima Olympiade usque ad secundum Darii annum et instaurationem templi anni CCLVI
5 a secundo Darii anno usque ad XV Tiberii Caesaris annum anni DXLVIII

9, 2 *i. e. regnum Cecropis in Attica.* 10, 2 Troïae: *cf. ad rh. IV 15, 1.* 11, 2 Helida: *cf.* Persida *rh. XXXIX 9, 2.* 15, 1 *sq. Hieron. l. l. p. 9* A Tiberii autem XV anno usque ad XIIII annum Valentis quo interiit numerantur anni CCCLI. *Similiter poeta Scottus. Qui cum Hieronymi vestigiis instet, cui XV annus Tiberii annus 29 p. Chr. esse videtur, Domnalum regem a 647 vel 646 (N. A. XXXVI 340 me falso 648 dixisse Hofmeister monet) obiisse tradit. Hunc Domnalum regem Dalriadae esse conieci cf. N. A. l. c. p. 342. Domnall mac Aedo praefert Mac Neill professor Dublinensis historiae Scottorum peritissimus, qui scripsit:* The only possible competitor is Domnall Brecc, who might conceivable be Domnall rex Scottorum to the mind of a native of northern Britain. But the centre of North-British thought in the seventh century was Jona, and Jona was closely enough attached to Irish tradition to regard the king of Ireland as rex Scottorum in preference of the king of Dal Riada; especially in the case of Domnal mac Aedo, whose kinsmen included the founder and many of the abbots of Jona. *Unde E. Duemmler N. A. IV 102 aliique carmen anno 718 factum esse contendant nescio. Certe non multo post a. 647 poetam floruisse manifestum est.* 16, 1 *sq. cf. N. A. XXXVI 340 sq. Si in futurum calculaveris, centum quinquaginta quinque annis numerus sex milium annorum expletur (coniungo:* in futurum est spatium CLV annorum usque ad finem VI milium*), nam usque ad Tiberii annum quintum decimum sunt $\overline{V}$CCXXVIII, inde usque ad Domnali mortem DCXVIII, inde CLV.* 18, 1 *Matth. 24, 36.* 18, 2 nec .. et *i. e. ne — quidem.*

ADDENDA.

*Cum sero in codice Cavensi 3 (**Cv**$_1$) saeculo XI litteris Langobardicis exarato rhythmos computisticos exstare vidissem, neque lectiones huius libri ad recensenda carmina adhibere potui neque codicem ipsum iusto loco supra p. 668 inserere. Ut vero de indole eius vere iudicari possit, repeto hic descriptionem ex Codice diplomatico Cavensi ed. B. Gaetani V append. p. 17 sq.*

f. 1—90 Beda, De ratione temporum *et tabulae,*

f. 90^r 1. Item versus de anno solari seu de regularibus mensium: Hec rota per girum. *(19 v.)*

f. 90^v 2. Item versus de singulis mensibus: Primus romanas ordiris. *(12 v.)*

3. Item alii versus: Principium iani sancit. *(12 v.)*

4. Item versus metricos de singulis diebus: Prima dies domini. *(7 v.)*

5. Item aliud versus de mensibus: Dira patet iani. *(12 v.)*

f. 91^r 6. Item alios versus de signis mensium: Primus adest aries. *(12 v.)*

7. Detrasticon autenticum de singulis mensibus: Hic iani mensis. *(19 + 29 v.)*

f. 91^v 8. Item versus de quattuor temporibus anni solaris id est vernum, estatem, autumnum et hiemps: Ver quia cuncta. *(8 + 18 + 9 + 13 v.)*

f. 92^v 9. Versus de sphera coeli et de cursu planetarum et de ceteris syderibus: Prima tenet spatio. *(17 v.)*

10. Versus de initio quadragesime: Ortum sacre quisque cupis. *rh. CX (16 v.)*

11. Versus de terminibus septuagesimae seu paschalis et rogationis et pentecostes: Septua si nosse cupis. *rh. CXI (15 v.)*

f. 93^r 12. Item vero de initio quadragesimae: Quadragesime si scire. *rh. CXII (21 v.)*

13. Versus de mensibus XII.: Fulget honorifico. *(3 + 21 v.)*

f. 93—95 14. Incipit versus ad inveniendos annos domini seu indictiones et tota argumenta que currunt per librum de temporibus: Anni domini notantur. *rh. CXIII*

f. 96 15. Item versus de anno solari et communis et embolismorum seu et de saltu lunae. *Pertinere videtur ad:* Annus solis continetur. *rh. CXIV*

f. 96^v Item versus de annis in principio: Deus a quo facta fuit. *rh. CXVIII (37 v. sic Gaetani!)*

f. 97 Versus cycli anniversalis: Linea $\overline{\text{xpe}}$ tuos. *(8 v.).*

Arctissimam necessitatem inter F et Cv$_1$ *intercedere nemo non videt, sed F non ex Cv*$_1$ *transcriptus est. Rhythmus Pauli diaconi deesse videtur.*

---

*Postquam rhythmum CXIII prelo dedi, a Iacobo Werner certior factus sum in codice C 180 bibliothecae cantonalis Turicensis (**T**$_1$) saec. XII (partim rescripto) tractatum computisticum exaratum esse (annus praesens 1120), cui auctor f. 49 sq. strophas rhythmi CXIII inseruerit ordine permutato nonnullis strophis additis. Hunc tractatum a Pandulpho, de quo conferas N. A. XXXVI 333 sq. originem duxisse Werner suspicatur. Quod eo probabilius est, quod f. 53*^{v} *scriptum est* Modo sunt anni dn̄i ĪLXVIIII (= 1069), *i. e. tempus Pandulphi! Cum igitur annus praesens 1120 sit, opusculum Pandulphi ab altero retractatum esse conicere licet. Iam exhibeo lectiones codicis T*$_1$*, quas Werneri debeo insigni liberalitati.*

Ordo stropharum in T$_1$ *f. 49 sq. hic est: 1. 1*^{a}*. 2. 9. 9*^{a}*. 10. 7. 13. 13*^{a}*. 14. 28. 15—42. 44. 45. 46. 43. 47—58. 65. 59. 66. 68. 61. 62. 67. 68 init. 69. 69*^{a}*. 69*^{b}*. 69*^{c}*. 64. 59*^{a}*. 59*^{b}*. 71. 70. 13*^{a} *(init.) 11. 12. 50 (init.) f. 40—41 stroph. 65. 59. 60—62. 64. fol. 84*^{v}*. 85 str. 1*^{a}*, 11 strophae additae cf. p. 700, 7. 11. 12 (init.), 2 strophae additae, 13. 14.*

Tit. Versiculos de anni domini 1, 2 deus 1, 3 homo hic nostra

1^a. A principio sunt anni usque partum virginis
Quinque milia et ducenti, ex his VII subtrahe;
Per XV denos nam partiti tres ex ipsis remanent.

2, 1 annis 2, 2 regularibus, *sed in marg.* res 7, 2 quod his superhabundant 7, 3 epacta reperies.
9, 1 epactis namque summe 9, 2 quarta qui fuerint 9, 3 quater adde

9^a. Si vis scire unde procedunt regulares IIII,
Communem annum apprehende et per VII divide
Et divisione facta ilico reperies.

10, 1 ⟨T⟩ene autem k̄ 10, 2 in fr̄ que locus 10, 3 *sic* T_1 11, 2 diuidendendo rel. 12, 1 per V̇ IIII 12, 2 tandēq; eius quartam eisdem addicito 12, 3 p VII concurrens inuenies 13, 2 semper annos superno 13, 3 P. n. atque simul denos d. rep.

13ª. Cyclus solis quotus extat si scire volueris,
Regulares adde VIIII suprascripto numero,
Per vigenos et octenos divisus reperitur.

14, 1 tantum 14, 3 decemnouenalis reperies 15, 2 in undeno kalendarum 15, 3 epac̄ numero 16, 1 cum tenetur in circulo 16, 2 quarto decimo undeno 16, 3 computare lunam legem p. sanctitum 17, 1 adcrescunt 17, 2 duodenarum k. idemque 17, 3 quartam decimam 18, 1 epactas 18, 2 usque a XIIII 18, 3 legalis *etiam* T_1 legi^{ti}ma 19, 1 dicuntur 19, 2 ipsum numerum tricenarium 19, 3 a noua incoando 20, 2 Christianis post peractam lunam XIIII 20, 3 transcendo dominico *(in tractatu ipso:* transcenso in die dominico*)* 21 *tit.* De luna ipsius diei 21, 2 quo sal | sauator 21, 3 iure 22 *tit.* Quod inter azima et pascha distat 22, 1 azima 22, 2 tenendus lunam XIIII 22, 3 azimorum quę secuntur septena sollempnitas 23 *tit.* De emb. et com. 23, 1 tres centorum 23, 2 com munus annus duodenis 23, 3 remanendo 24 *tit.* De ortu epactarum 24, 1 umdenorum 24, 2 ad quęrendas lunas semper 24, 3 epacta 25, 1 decem uero 25, 3 constat q. o. et tres centis d. 26 *tit.* De ogdoade et endecade 26, 2 endecas requiritur 26, 3 Coequare luna 27, 1 si requiris 27, 2 Clyclum 27, 3 *sic* T_1 28, 1 *sic* T_1 28, 3 *sic* T_1 29, 1 uis ergo lunam scire 29, 2 summe iañ a mense 29, 3 luñ 30, 1 q^{i}unquagenos primum si parcieris 30, 2 nichilhominus secundo per XXX diuise seris 31, 1 luna tam in febr̄. 31, 2 sanctio 31, 3 cogit *om.* computari racio 32, 1 summe 32, 2 memorię 32, 3 datarum feria ad nenc tere 33, 1 ⟨A⟩nno cumulo 33, 2 supra scripto 33, 3 rite ille 34, 1 adunatis summa cum colligeris 34, 3 argumentum quod q. facile inu. 35, 1 undenus 36, 1 Porro g̲ de tribus annis de quibus dixi 36, 2 consueta 37, 1 quia sane in mar̄ 37, 2 dumque diei fuerit obblacio 37, 3 in uicena r. et septenum numerum 38, 1 Simili itemque in kalendis iulii 38, 2 sit contenta de XXX in nona XX 39, 1 Anno XI quia 39, 2 decemb̄ 39, 3 mutatur ordinem 40, 1 in k̄ mar̄ 40, 2 uicenam computari soleat 40, 3 embolismū XXVIII 41, 1 Anno X et VIIII ultimis 41, 3 f. madias in kl̄ hunc supernum numerum 42, 1 *sic* T_1 mar̄ 42, 2 lunę est regulari 42, 3 currere, *in marg.* v. cresce⟨re⟩ 43, 1 Horas singulas per annum unum punctum 43, 2 XVIIII pars constat hec oblacio 43, 3 sit per diei obalatio 44, 1 semper annis XI 44, 2 epacta XII 44, 3 tricinario dicit nullam pl., *in tractatu ipso:* pl. nullam dici 45, 1 Decem nou. 45, 2 ñ in in c. sit luna XXX 45, 3 sit contenta 46, 1 altera 46, 2 prima 46, 3 transire sic anonoua 48, 2 quadrantis nomine 48, 3 tercius et primus seq. occurrunt s. 49, 3 adinpleri 50, 1 horis dies 50, 2 quia 50, 3 diem unum ponitur 51, 2 mar̄. debet quia 51, 3 rationem sedulam 52, 2 essent 52, 3 auttunnalem alter 53, 1 Duodenarum kl̄rum 53, 2 tene a k̄ iul̄ 53, 3 solsticia eius denique 54, 1 Hoc si forte argumentum 54, 2 aurologii perquirat bene linea 54, 3 hora vera cūfecerit 55, 1 computantur 55, 2 noub̄ septimo 55, 3 tenet febr̄io 56, 1 madias item 56, 2 Sichilhominus *(falsa littera initialis!)* Augusto septimo 56, 3 autunnus tam profixo 57, 2 comparent *(cum deest)* uirgiliae 57, 3 hyemps manet in occasum cum absc. 58, 1 autunni 58, 2 diem siue noctem 58, 3 distincta 59, 1 peragrare 59, 2 una . . tantum parte 59, 3 luna 59ª complet zodiacum circulo

59ᵇ. Ori cęlum cunctus fuit primus ab inicio
Duodenis sunt septenis sui in exordio *(cf. 66, 3)*,
Antequam sol factus esset totus mundus tenebrę.

f. 41ʳ 60 *tit.* Quantum currat sol uel luna per em 60, 1 Quater punctos *(-os ex* us *corr.)* 60, 2 solem euntem unam partem in diei circulo 60, 3 XII partibus 61, 1 quia collig^{i}tur 61, 3 reddẽnt senis 62, 1 luna 62, 2 quater ducta 62, 3 per XXX diuidendo tunc signum reperies 64, 1 Unum quoque signum lunę 64, 2 peragrare dicitur 64, 3 Sic per singulas discurrit ad primum reuertitur 65, 1 signorum tamen 65, 2 retirere non obmittas quia sunt XII 65, 3 inuenis 66, 1 Luna quoque plena hora 66, 3 quater punctos tantum lucet sui in exordio 67, 1 Quater ducta qualibet 67, 2 *sic* T_1 67, 3 totque horas habuerit 68 *nil nisi* Hancque regulam teneto usque 69, 3 tantum

69ª. Fecit deus lumen verum inter cęlos medium
Prima hora quę lucebat venit ad mercurium
Totum mundum clara luce (lu^{c}ę *cod.*), erat magnum gaudium.

69ᵇ. Fecit deus lunam plenam inter cęlos lunium *(i. e. luminum, caeli lumina?)*,
Prima nocte quę (qua?) lucebat nichil erant tenebrę.

69ᶜ. Anni VIIII. nonaginta centum quinque milia
Usque diem, in quo venit, qui creauit omnia
Peccatores liberare vincla mundi solvere.

70, 1 Sensus semper c. e. 70, 2 assiditas (vi) 70, 3 priorum perscrutari 71, 1 Memento quoque sic depascit 71, 2 manu leue damula *Sequitur initium strophae* Ciclus solis *str. 13ª (cetera desunt), deinde post str. 11 et 12 initium* Quater senis horis *(cetera desunt). Praeterea str. 65. 59. 60—62. 64 etiam f. 40ᵛ. 41 exaratae sunt. Hae sunt lectiones:* 65 *tit.* Quot nomina signorum memoria sint retinenda. 65, 2 non obmittas quia sunt XII 65, 3 inuenis 59 *tit.* Quod plus currat luñ quam sol per diem. 59, 1 peragrare una .. tantum parte 59, 3 luñ plus quam a sole trāc 60, 3 XII partibus 62 *tit.* Argumentum in quo signo sit luna 62, 3 per XXX diuidendendo tunc signa reperies. *f. 43ᵛ str. 64 tit.* De lunę cursu per signa. 64, 1 Unum quoque 64, 2 peragrare dicitur 64, 3 sic per singula discurrens ad primum reuertitur. *Sequitur str. 64ª*

Octo horis et XX atque VII diebus
⟨Luna *suppl. Werner*⟩ semper zodiacum peragrare dicitur.
Ex quo signo est egressa ad ipsum revertitur.

Iam exhibeo lectiones stropharum 1ª. 7. 11. 12. 13, quae f. 84ᵛ sq. exstant: 1ª, 1 Ab initio 1ª, 2 duos subtrahe 1ª, 3 per septenos diuidendi IIII ex ipsis remanent. *f. 85ʳ* 7, 1 Per denos atque nouenos annis istis 7, 2 Et *om.* quod his superhabundat 7, 3 epacta 11, 1 Undecim annis subtractis 11, 2 per uicenos et octenos diuide ab exordio *f. 86ʳ str. 12 nil nisi* Circulum et hunc solarem 13, 1 Quotus extat cyclus lunaris scisire desideras 13, 2 regulares adde quaī supra scīpto numero 13, 3 per denos atque simul nouenos 14, 1 Aannis VII tantum 14, 2 per atque nouenos 14, 3 decemnouenalis *om.* cyclum reperies ultimum. *In f. 17ᵛ sq. hae strophae inveniuntur:*

f. 17ᵛ Regulares quotti estant primorum de clavium
Unum semper diem deme de annis solarium.
Per vicenos simul senos divisos invenies.

f. 18ʳ Terminos si nosse cupis computator optime
Claves terminorum semper *(sub. lin.)* commenda memorię,
Ipse tibi reperiri demonstrabunt facile.

Et infra

Ultimum hanc pentecosten sequiturque terminum,
Quia tercio k⟨alendas⟩ māī computa⟨bi⟩tur.
Si hęc planę observabis, n̄ deerunt termini.

Gradatim per VII autem calculando per //// curras *(cur eras.)*
f. 18ᵛ Donec venias illuc, qui iuxta sunt regulam,
Deinde red[d]i retrorsum ad prefixum numerum.

Predictos enim datares bene cum perduxeris,
Et dominicis diebus quod vide occurrerint.
Venies lętus sic demum ad refatum circulum.

Tantum memor esto fili// amator huius artis,
Regulares non obmittas eorumdem clavium,
Qui per decemnovenalem cyclum recte discurrunt.

f. 19ᵛ Decimo et nono anno omnibus inferior
XXXVIII semper comitantur cum illo.
His finitis devertendum in primo est circulo.

E⟨t⟩ hoc sane est cavendum annis *(annus cod.)* quoque singulis
In communibus subtractis reg⟨ulares⟩ undecim,
Decem et novem augmentans in annis emb⟨olismi⟩.

f. 84ᵛ str. 1ª.

Si vis scire unde procedunt reg⟨ulares⟩ quattuor,
Annum tunc tolle communem et per VII divide
Et divisione facta ilico reperies.

Anni novem nonaginta centum quinque milia
Usque in quo deus venit ex his decem subtrahe,
Per vigenos et octenos dividendi novem ex ipsis remanent.

Ergo si uis scire de novem regularibus,
Embolismi annum rite tunc debes dividere
Per vicenos et octenos undecimque [ex his] subtrahe.

Dies V. LX CCC notabitur
Anni solari hī computa debeat
f. 85ʳ Per septe|nos diuidendi unus nempe remanet.

Anni solaris CCC sexageni quini diebus
Restant in illis memoriter teneat.
Per quaternos dividendi supra unnum remanet.

Per denos atque novenos solaris anni divide
Et quod superhabundet duc per quattuordecim.
Per septenos dividendi septimum invenies.

Anni ab exordio in linea presenti
Quod quando habet computati ex his VII subtrahe.
Dividendi per quindenos indc̃onem invenies.

Ab exordio annorum in presenti linea.
Computantur quanti essent ex his VII subtrahe.
Dividendi per VII. tenos concurrens invenies.

f. 85v Anno quod est bissextili non VII. receđ.
VI nempe reliquis sicut supra divide.
Ẹpactarum autem solis invenietis nempe.

Ab exordio sunt anni usque ad partum virginis
Quinque milia ducenti VII ex his subtrahe.
p̄ XVIIII dividendi VII ex ipsis remanent.

Sex appone annis (Christi) pro epacta lunarum̄.
Regulares et p̄tire per X nonum numerum.
Absque mora tunc videbis quis sit eius numerus.

str. 7.

str. 11.

str. 12.

Qaurto *(sic)* anno post bissextum unum tolle quartanum.
Quantum habet dies alter iunge supra numerum.
Concurrentes apud grecos invenire possumus.

Ab exordio (annorum) usque anni presentis.
Notantur quanti essent pro solari circulo
Per vigenos et octenos divisos reperies. *cf. str. 11.*

str. 13.

str. 14.

---

f. 20r CXIX.

(Ad inveniendum terminum Septuagesimae)[1].

	Kł feb̃r.	quinis en regularibus[2]	v
	Duodene[3]	uidelicet assim[4]	i
	Quintoque id̃	sexies adibe	vi
	Quaterno[5]	dipondio gaudent	ii
5	Quindene k̃	fluuntque quinos	v
	Octene id̃	optinent ternos	iii
	Septene quoque	capiunt senos	vi
	Sexisque dene [k̃]	quaternos amant [mār]	iiii
	Ter noñ	uindicant septenos [feb̃r]	vii
10	Dene k̃	suscitant ternos	iii
	Tercio id̃	demoritur unus	i
	Pridie k̃	cumulant quattuor	iiii
	Terdene necnon [etiam k̃]	VII profer̄[6]	vii
	Sexisque id̃	concinit quinos	v
15	Quinę k̃	adibent assim	i

1) *Versus corruptos passim in prosam solutos esse manifestum est. Spatia inter versiculos hic et infra in codice desunt.* 2) *Post versum repetitum est* k̃ febr *similiterque post reliquos versus. Haec omisi.* 3) *Supple* k̃. 4) k̃ iubilant XII k̃ feb̃ *add. T*i 5) *supplendum* k̃, *sequitur* IIII k̃ febr. 6) *fort.:* proferunt septem.

Sexisque denę	quippe *(quattuor?)* eligunt [ƙ sibi]	IIII
Noñ quoque	dipondio lętantur [febr]	II
Octenę vero	dirigunt [ƙ] quinos [socios]	V
Idus nam tribus	lęcius complentur regularibus	III

f. 21v Octaue martis *cf. rh. CIX, sed novus fere rhythmus est. Variae lectiones hae sunt:* 1 ƙ *sic semper* quinę *(post versum repetitum est* VIII ƙ mār, *similiter deinceps)* 2 Ternę id demoritur unus *(cf. rh. CXIX 11)* 4 Undene ƙ adibent duos 5 Sextus idus producunt quinos 6 Ternę ƙ suscitant ternos 7 Dene quaternę discurrunt senis 8 Mār noñ gestant quaternos 9 Sexto martis ƙ septem 10 Febr id 11 Quaternę noñ mār propinant assim 12 Nonę ƙ iungunt quaternos 13 Quattuor id prouocant septenos 14 Mār ƙ procedunt quinos 15 Dūdenis namque additur unus 16 Septimo id mittit quaternos *f. 22v* 17 Quaternę kł exortantur binos 18 Quindenę ƙ excipiunt quinos 19 Pridie nonarum ponitur tribus *f. 23v rh. CVIII* 9 eligunt septem 15 kł Aprili eprimitur unus 19 constant tribus

---

f. 24v

CXX.

(Terminus rogacionis.)

Sexto idus [maī]	accomodant quinos	V
Terne kł	adduntque assim	I
Quindenę namque	fluuntque senos	VI
Nonasque *(Nonosque T_1)* maī	conduntque bini	II
Senę kł	apponunt quinos	V
Maie idus	assumunt ternos	III
Quarto nonarum	accubant senę	VI
Denę ƙ	currunt quaternos	IIII
Quattuor idus	proponunt septenos	VII
Maie kł	assistunt *(assistant T_1)* ternos	III
Terdenę quippe	prebentque assim	I
Idus septenę	producunt quaternos	IIII
Quaternę ƙ	adiciunt septem	VII
Sexisque denę	proficiunt quinos	V
II *(= pridie)* nonas	oritur unus	I
Septenę kł	amant quaternos	IIII
Pridie idus	conspiciunt duos	II
Quinto noñ	auferunt quinos	V
Undenę ergo	excitant ternos	III

---

f. 26r

CXXI.

(Terminus Pentecostes)

[Quippe] noñ ƙ [iunii]	afferunt quinos	V
Ternę id [maie]	gaudent assim	I
ƙ iuñ	constant senis	VI
Duodenę kł	iuñ dipondio [duo]	II
Sexto idus [maī]	lętantur quinos	V
Quaternę ƙ	iuñ tribus	III
Quindene kł	iunii sexis	VI
Octenę idus	iuñ quaternos	IIII
Septenę iunii	ƙ septenis	VII
Idus maię	optinent ternos	III
Ternę nonę	iunii assim	I
Denę kł	iuñ quaternos	IIII
Quarto id [mādii *ex* māi]	capiunt septenos	VII
Pridie ƙ	iuñ quinos	V
Terdenę kł	iuñ assim	I
Septenę id [maię]	amant quaternos	IV
Quinę kł	iuñi duos	II
Sexis dene	kł [iunii] quinos	V
Nonę iuñ	explentur tribus	III

RHYTHMI EX LIBRO MANUALI DHUODANAE DEPROMPTI.

Dhuoda[1] *genere nunc quidem ignoto sed nobili*[2] *orta anno 824 Aquisgrani Bernardo comiti Barcinonensi nupsit*[3]. *A. 826 filium peperit, cui nomen Wilhelmus datum est*[4]. *Bernardus immodica ambitione aestuans et ipse uxore neglecta nunquam non regia versabatur in aula et filium secum esse, matrem a marito et filio seiunctam in urbe Uzecia maerentem tempus transigere iussit. Quam inhumanitatem vir omnibus crudelior ita auxit, ut, cum a. 841 alter filius in lucem editus esset, eundem priusquam baptisma accepisset matri eriperet*[5]. *Infelix matrona cum desiderio utriusque prolis angeretur atque marcesceret, ad maiorem filium libellum manualem conscribere consilium cepit, ut ille cotidiana maternarum adhortationum lectione ad deum diligendum et vitam probe agendam incitaretur*[6]. *A. 841 scribere coepit, a. 843 opus absolvit*[7].

---

1) *Hanc genuinam nominis formam esse acrosticho primi carminis probatur; flectitur hunc in modum: gen. et. dat.* Dhuodane, (Duodane, Dodanae, Dodane), *acc.* Dodanam, *abl.* Duodana, Duodane *cf. E. Bondurand, L'éducation Carolingienne. Le Manuel de Dhuoda (843), p. 251.* 2) *cf. Dhuod. cap. 5. Bondurand p. 67* ... aliquos ex parentibus meis tuisque, fili V(uillelme), qui fuerunt in seculo quasi potentes. *Patriam eius Septimaniam fuisse Bond. p. 16 haud improbabiliter coniecit, qui ex testamento Dadilae viri nobilis qui prope Nemausum incolebat a. 813 scripto hunc locum affert (Histoire générale de Languedoc, anc. édit. t. I preuves p. 38; nouv. édit. II preuves col. 81):* In locum vero Salignacio et Salignanello, quod ponitur in territorio Magdalonensi, dono atque concedo partibus beati Petri apostoli monasterii Psalmodiensis, quidquid in praedicta loca habere videor vel possideo, de luctuosa quondam filia mea Dadana. *Idem huc refert nomen* Deda *cf. Hist. de Languedoc, nouv. édit. II preuves col. 84* uxor mea Deda. 3) *Dhuod. Praefatio, Bond. p. 52:* Anno feliciter Christo propitio XI domino nostro Ludoico quondam fulgente in imperio concurrente VIII Kalendarum Iulii die in Aquisgrani palatio ad meum dominum tuumque genitorem B(ernardum) legalis in coniugio accessi uxor. 4) *ibid.* Et iterum in XIII anno regni eius III Kalendarum Decembrium ... tua ex me, desideratissime fili primogenite, in saeculo processit nativitas. 5) *ibid.* Post mortem quoque eius *(sc. Ludoici)* in anno sequente nativitas fratris tui, qui ex meo post te secundus egressus est utero, XI Kalendas Aprilis in Uzecia urbe deo miserante exorta est. Etenim parvulum illum, antequam baptismatis accepisset gratiam, dominus et genitor utrique vestrum B(ernardus) una cum Elefanto praedictae civitatis episcopo et cum caeteris fidelibus suis in Aquitaniae partibus ad suam fecit adduci praesentiam. 6) *ibid.* Sed cum diu ob absentiam praesentiae vestrae sub iussione senioris mei in praedicta cum agone illius iam gaudens residerem urbe, ex desiderio utrorumque vestrum hunc codicillum secundum parvitatis meae intelligentiam tibi transcribi et dirigere curavi. 7) *Subscriptio Bond. p. 249 (N):* Incoatio huius libelli $\overset{o}{\text{II}}$ anno obitus Ludovici condam imperatori(s) $\overset{o}{\text{II}}$ Kalendas Decembri(s) sancti Andreae missa incoante sanctum domini adventum. Finitus est autem auxiliante deo ... $\overset{o}{\text{IIII}}$ Nonas Februarii, Purificationis sancte semperque virginis Mariae *cf. Bond. p. 39, Becker, Zs. f. rom. Philol. XXI 73 sq.*

Nobilis femina haud mediocri floruit doctrina, quippe quae et sacros[1] *et profanos libros*[2] *in suum usum verterit; at sermone utitur rudi et paene barbaro, ut haud raro dubius haereas, utrum quae in codicibus tradita sunt corrigere liceat an Dhuoda ipsa tantopere lapsa sit. Quae quaestio quamquam persaepe diiudicari nequit, tamen multis locis ipsam gravissima menda admisisse ex carminibus rhythmicis cognoscimus, quae a se confecta libro inseruit.*

Hos versus adonios rhythmicos esse liberius quidem compositos[3] *L. Traube sibi persuasit, sed de Dhuodanae arte aliter iudicandum esse W. Meyer nos docuit. Qui cum fusius de hac re exposuerit*[4]*, satis sit gravissima attulisse: 1. singuli versiculi 5, 6, 7, raro 4 et 8 syllabarum sunt. 2. In singulis versiculis binae syllabae cum accentu pronuntiantur, i. e. bina vocabula iusti ponderis (2, 3 aut 4 syllabarum) versiculum efficiunt; non igitur numerus syllabarum, sed vocabulorum graviorum computatur. 3. Raro voces bisyllabae accentu carent velut CXXII 1, 1* Deus summe lucis. *Bini versiculi versum efficiunt. Ultima syllaba semper sublatione caret. Ceterum conferas tabulam sollertissime compositam apud W. Meyer 1908 p. 67.*

Praeter hos rhythmos femina docta passim particulas rhythmorum operi inseruit nunc corruptissimas, quorum de auctore nihil constat[5]*. Horum ad exemplum poetriam versus suos condidisse L. Traube cum haud improbabiliter coniecisset, vir sagacissimus hic quoque corrigendo adonios rhythmicos efficere studuit (p. 138* 'die folgenden Verse, die ich aus cap. XXI zurecht mache.'*) Ei suo iure obloquutus est J. Huemer, Eranos Vindobonensis 1893, 113 sq., quae vero ipse de versibus posuit constituendis, accipi non possunt*[6]*.*

Traditus est liber manualis codice **P** *i. e. n. 12293 Bibliothecae nationalis Parisiensis saec. VXII exarato. In primo folio scriptum exstat Rés(idu S.) Germ(ain) paq. 82 num. 5. Fuit igitur Sancti Germani Pratensis. Descriptus est ex vetere autographo abbatiae Grassensis, quod Petrum de Marca quondam Acherio Maurino celeberrimo concessisse J. Mabillon testatur. Pretiosissimus ille codex nescio quo pacto nunc latet. — Artissima cognatione cum eo coniunctus erat liber quidam optimae notae saec. decimo aut excunte*

---

1) *Quae ex vetere et novo testamento allegantur, a vulgata editione saepissime dissentiunt.* 2) *De libris quos affert cf. Bond. p. 27 sq.* 3) *Karol. Dichtungen 136 sq.* 'Da Dhuoda Silbenzusatz zugelassen hat, so daß wir 1) ⏑ – ⏑ – ⏑ oder – ⏑ ⏑ – ⏑ und 2. – ⏑ – ⏑ – ⏑ oder ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ zu unterscheiden haben, ferner der Schluß nicht selten unrein gebildet ist und eine Reihe Siebensilber untergelaufen sind' *e. q. s.* 4) *Ein Merowinger Rythmus über Fortunatus und Altdeutsche Rythmik in lateinischen Versen. Nachr. d. K. Gesellsch. d. Wissenschaften zu Göttingen 1908, 58 sq. 61.* 'Nach meiner Ansicht lassen die Verse der Dhuoda sich begreifen, wenn man annimmt, dass sie die Freiheiten der germanischen Rythmik ihrer Zeit (*sc.* 2 Hebungen mit vielen Senkungen) gekannt und in ihren Versen angewendet hat.' — *p. 65.* 'Anderseits hat Dhuoda der Wucherung der Senkungen Schranken gesetzt. Nach den obigen Erörterungen wären zweihebige Zeilen mit bis 10 Silben möglich, z. B. genitóribus famulántium, genitóribus famulántum, genitóri famulántum etc. Allein Dhuoda gebraucht nur Zeilen zu 5 – ⏑, zu 6 u. 7 Silben; dazu nur als Ausnahmen ganz wenige zu 4 – ⏑, 5 ⏑ – oder zu 8 Silben. Wenn Dhuoda vom Adonius ausging und nur diesen verzieren wollte, so ist eine solche Beschränkung in der Silbenzahl verständlich. Hätte sie einfach germanische Hebungsverse nachahmen wollen, so wäre, da ihre Zeilen nicht zum Gesang bestimmt waren, eine solche Beschränkung der Silbenzahl nicht verständlich.' *De adoniis versibus omnino non cogitandum esse idem 1913: Spanisches zur Geschichte der ältesten mittellateinischen Rythmik. Nachr. d. Königl. Gesellsch. d. W. z. Göttingen 104 sq. p. 121 (De prologo antiphonarii Leonensis)* 'Meiner Ansicht nach sind hier die vollbetonten Wörter gezählt und je zu 4 gereiht. Je 2 vollbetonte Wörter bilden eine Kurzzeile, je 2 Kurzzeilen eine Langzeile und je 2 Langzeilen bilden eine Gruppe oder Strophe.' *Easdem fere leges Dhuoda adhibuit, ibid. p. 155.* 5) *Dhuod. p. 95* Sicut quidam orator in suis carminibus aiebat. *p. 114* Secundum quendam poetam dictum est. *p. 136* Ut quidam doctor . . ait *etc.* 6) *cf. ad singula fragmenta.*

nono exaratus, cuius fragmenta **N** *(32 folia, continent rh. CXXIII, CXXIV, CXXV, CXXVI, CXXVIII, CXXIX, CXXX, CXXXII) ex bibliotheca E. Germer-Durand in bibliothecam Nemausensem translata nunc numero 393 signata sunt. (Catal. général d. m. t. XLII p. 427.) Utrum P ex N an ex gemello codicis N transcriptus sit, viri docti dissentiunt. L. Delisle, Comptes-rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres 1885, 236—240 alterum codicem ab altero dependere negat, P. de Winterfeld N. A. XXV p. 403 P ex N descriptum esse, iniuria n. f., suspicatur.*

Primus ex P Mabillon praefationem, tabulam, tredecim capita edidit AA. SS. Ord. Ben. IV 1, 750 sq. eumque secutus Migne, Patr. Lat. CVI col. 109 sq. Baluzius a. 1688 in Marca Hispanica col. 777—78 praefationem et subscriptionem imprimi iussit. Eduardus Bondurand demum codicibus N et P usus totum librum in lucem protulit: L'éducation Carolingienne. Le Manuel de Dhuoda. Paris 1887. — Codicis N usus sum chartis photographis (praeter rh. CXXV), P mihi Henricus Lebègue contulit.

1. RHYTHMI DHUODANAE.

CXXII.

(DHUODA DILECTO FILIO VVILHELMO SALUTEM. LEGE)

1. **D**eus, summe lucis conditor, poli
   Siderumque ductor, rex aeterne agius:
2. **H**oc a me ceptum tu perfice clemens;
   Quanquam ignara a te perquiro sensum,
3. **U**t tua capax placita perquiram,
   Praesens et futurum tempus curram aptum.
4. **O**mnia per cuncta trinus et unus
   Tuis per saecula prospera largiris.
5. **D**igna dignis semper meritis ad singula
   Tribuis celsam tibi famulantes.
6. **A**d te, ut valeo, poplite flexu
   Gratias refero conditori largas.
7. **D**e tua mihi, obsecro, largire
   Opem, ad dextram sublevans axem.
8. Illic namque credo tuis sine fine
   Manere posse quiesci in regno.

CXXII *P f. 1, Bond. p. 47, Traube l. c. p. 141. De his rhythmis recensendis conferas, quae supra p. 704 exposui.* *Tit.* Epigramma operis subsequentis *P* 2, 1 cẽptum, oe *ss.* m_2, *P* 2, 2 a te *Traube*, ad te *P* 4, 2 saecla *Traube* 5, 2 celsam *P cf. 13, 2. 21, 1,* celsa *(das Himmelreich) Traube* 7, 1 largire *scripsi*, largiri *P* 7, 2 opem *P*, ope *Traube*

CXXII 1, 1 *De hoc versu schemati repugnante (cf. 3, 2* tempus curram aptum, *5, 1* digna d. s., *16, 1* lesus n. i., *CXXIV 2, 1* Est vivus s. d., *5, 1* in primis d. m., *10, 1* iudex v. a.*) cf. W. Meyer l. c. 1908 p. 65.* 1, 2 syderum *P* agius *cf. Dhuod. rh. CXXV 4, 3.* 2, 1 tu perf. clemens: *cf. Eugen. Tolet. ed. Vollmer c. 1, 2 Auct. Ant. XIV 232.* 3, 1 placita perq. *cf. 31, 1* 4, 1 *de trinitate cf. Dhuod. p. 72 sq. coniungas* omnia prospera per cuncta saecula. 4, 2 prospera largiris: *cf. 12, 2.* 6, 1 flexu *i. e. flexo.* 6, 2 gratias largas: *cf. 20, 1.* 7, 1 *sq. cf. Dhuod. p. 248* ad dexteram merear sublevari axem; *at 23, 2* cui sublevet opem, *rhythm. CXXIV 9, 1* viduis et pupillis subleva. *Legendum esse videtur* obsécro *cf. 34, 2,* sublévans *7, 2; 23, 2* erígat *38, 1,* protégat *CXXIV 3, 3 et ad rh. IV 11, 3.* 8, 2 quiesci *(ewige*

9. Licet sim indigna, fragilis et exul,
Limo revoluta, trahens ad yma:
10. Est tamen mihi consors ac amica,
Fideque de cuius relaxant discrimina.
11. Centrum qui poli continens giro
Pontum et arva concludis palmo,
12. Tibi commendo filium VVillelmum:
Prosperum largiri iubeas in cunctis.
13. Oris atque semper ⟨suc⟩curras momentis:
Te super omnem diligat factorem.
14. Filiis cum tuis mereatur felici
Concito gradu scandere culmen.
15. In te suus semper vigilet sensus,
Pandens per saecula vivat feliciter.
16. Lesus nunquam ille incidat in iram
Neque separatus aberret a tuis.
17. Iubilet iocundus cursu felici,
Pergat cum virtute fulgens ad supera.
18. Omnia semper a te apta petat:
Qui das sine fastu, dona illi sensum,
19. Ut te intelligat credere, amare,
Laudare gratiis duplicatis. Amen.
20. Veniat in eum larga tua gratia,
Pax et securitas corporis et mentis,
21. In quam in seculo vigeat cum prole,
Ita tenens ista, careat ne illa.

9, 2 yma *sic P cf. CXXV 2, 2* 10, 2 fideque *Traube*, fidaque *P* relaxant *P*, relaxa *Traube* 11, 1 contines *Traube* giro *Traube*, girum *P, cf. ad 5, 2* 13, 1 Horis *P, corr. Bond.* currat *P, corr. Traube, coll. Dhuod. 78* tibi deus succurrat semper diebus et noctibus, horis atque momentis 14, 1 felici *P*, felix *Traube* 15, 2 saecla *Traube cf. 4, 2* 17, 1 iocundus *sic P* 17, 2 supera *W. Meyer*, supra *P* 19, 2 gratiis *Bond.*, gratis *P* Amen *Bond.*, agmen *ex* agimen *corr.* m_1 *P* 21, 1 seclo *Traube* 21, 2 ita tenens *sic P* careatne *P*

Ruhe) pro quiescere, *sic saepe apud Dhuod. deponens pro activo ponitur velut str. 36* valebis cognosci quae sim conscripta, *CXXIV 3, 2* nutriri, *CXXIV 12, 1* compensor, *p. 155* solvi corrigiis, *172* flagrari *al. Intellegas: quiesci tuis manere potest.* sine fine manere: *Dhuod. p. 58* sine fine mansurum. 9, 1 *cf. Dhuod. p. 78* ego autem tepida et desidiosa D. fragilisque et declinans semper ad yma. 9, 2 *cf. Dhuod. p. 114* limoque obvolutus. trahens *intransitive accipias oportet, aliter p. 100* ira et — invidia — trahit ad yma. 10, 1 consors et amica *Dhuoda deprompsit ex fragmento infra n. CXXIX 5.* relaxant *i. e. relaxantur Vollmer, qui de Maria virgine cogitat.* 11 *cf. Is. 40, 12* quis mensus est pugillo aquas et caelos palmo ponderavit? *Fortunat. carm. III 9, 69. Spur. I 141 (Auct. Antiquiss. IV 374, 141 sq.), VIII 15 (l. l. 385). Hrotsvit, Maria 873* Quique vales proprio mundum concludere palmo *(corr. Winterfeld,* conducere palma *cod.), P. A. C. II 118, 1, 3. 246, 8, 2.* 11, 1 continens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 12, 2 largiri *passive accipiendum.* in cunctis: *cf. 29, 2. 31, 2. 33, 1. rh. CXXIV 5, 4.* 13, 1 *cf. ad 27, 1 sq.* 13, 2 *i. e.* super omne = *s. omnia cf. 5, 2. 21, 1.* 14 *Dhuod. 58* ubi cum dignis et aptis dominumque diligentibus ad certum possis scandere culmen. 14, 2 concito gradu: *cf. 36, 1.* 15, 2 pandens = *se pandens?* potens *coni. Vollmer*, pandens *sc. manus ad deum. Lehmann.* 17, 1 cursu felici: *cf. str. 14, 1 sq., Dhuod. 129, 21.* 18 *sq. cf. Dhuod. p. 78, 18* da *(*de *cod.)* mihi memoriam et sensum, ut te intelligam credere, amare, timere, laudare, gratias agere. 21, 1 in quam *i. e. in qua cf. 13, 2* omnem. 21, 2 ista *i. e. quae in antecedentibus exposita sunt.*

22. Legensque revolvat volumen ad tempus,
Dicta sanctorum obtemperet sensu.

23. Habeat acceptum a te intellectum,
Quid quando cui sublevet opem.

24. Et tibi iugiter quaternas percurrat
Virtutes multorum, teneat capax:

25. Largus atque prudens, pius et fortis,
Temperantiam neve deserat unquam.

26. Mis mis similem non habebit unquam,
Quamquam indigna genitrixque sua,

27. Omnibus semper momentis et horis
Rogans te obnixe: miserere illi.

28. Sunt mihi multae anxiarum turmae,
Flagitans per illum fragili labore.

29. Ad te largitorem omnium bonorum
Eum in cunctis commendo gratanter.

30. Licet sim dissors regni et patriae,
Tu tamen manes solus immutabilis.

31. Utrum digne apta placita perquiram,
In tuo nutu continentur cuncta.

32. Tuum est regnum tuaque potestas:
Plenitudo terrae diffusa per orbem:

33. Et tibi soli famulantur cuncta,
Qui regnas semper: miserere prolis.

24, 2 multorum *vox corrupta est,* iustorum *Traube* 25, 2 nec ne *P, corr. Traube* 26, 1 mismi *P, corr. Traube, sed sic quoque versus claudicat cf. W. Meyer l. c. 1908 p. 66* 28, 2 **f.* pro illo 30, 1 sim dissors *Traube,* sit discors *P* 31, 1 *perquirant *P* 33, 2 proli *Vollmer*

22, 1 *sq. Dhuod. p. 92, 7* lege vitas vel dicta sanctorum praecedentium patrum ..... studeas iussa illius *(sc. senioris tui)* complere fideliter. *ibid. 65, 20* dicta sanctorum evangeliorum cum aliorum documenta patrum in tua semper revolvas mente. *ibid. 84, 20.* dicta obtemperet: *cf. 89, 6* obtemperantes iussa. 23, 2 *Dhuod. 93, 30* tracta prudenter, quid, quando, cui vel quomodo dignum et aptum possis exhibere sermonem. 24 *de quatuor virtutibus cf. Dhuod. 65, 5* quatuor virtutes, videlicet iustitiam, fortitudinem, prudentiam et temperantiam. *In str. 25 quatuor virtutibus prudentiae* (prudens), *iustitiae* (pius), *fortitudini* (fortis) *temperantiae largitatem* (largus) *addidit, ut acrostichon conficeret.* 26, 1 *de forma* mis *pro* mei *cf. Dhuod. p. 112* scriptum est in arte Donati .. Ego, mei vel mis, mihi *etc. cf. Traubium ad st. 26, 1 et Hauptii Opusc. III 587.* *Dhuod. p. 71, 6* fili, habebis doctores, qui te plura et ampliora utilitatis doceant documenta, sed non aequali conditione, animo ardenti *(*ardentis *cod.)* in pectore sicut ego genitrix tua. 26, 2 *cf. Dhuod. p. 50, 27* quamquam in fragili sensu, inter dignas vivens indigne, tamen genitrix tua, fili, ad te nunc meus sermo dirigitur manualis. *59, 19. 69, 14. 97, 6.* omnibus semper m. et h.: *cf. 13, 1. Dhuod. p. 78. CXXIV 3, 4.* 27, 2 rogans *i. e. rogo cf. ad 11, 1.* 28, 1 *Dhuod. 87, 21* pressurarum angustiis ereptus, *88, 23* angustiarum turmis *(*termis *cod.)* ereptus est, *rh. CXXIII 3, 3* aegritudo angustiarum. 28, 2 flagitans: *cf. 11, 1. 27, 2. rh. CXXIII 2, 2. CXXIV 15, 2.* 31, 1 *cf. 3, 1.* 31, 2 *cf. 11, 1sq.* 32, 1 *Daniel 3, 100.* 32, 2 *ps. 23, 1.*

34. Mis duo nati ostensi in seculo
Vivant obsecro teque semper diligant.

---

35. Lector, qui cupis formulam hanc nosse,
Capita perquiras apta versorum;
36. Exin valebis concito gradu
Sensu cognosci, que sim conscripta.
37. Genitrix duorum masculini sexus
Rogo, ut ores conditori almo.
38. Erigat ad summum genitorem prolis
Meque cum illis iungat in regnum.
39. A littera Delta incipe legendo
Moida hac tenus conclusa sunt(o.)

CXXIII.

1. Quadrans in quatuor iam habes annos
Usque perductos. Si proles secundus
Tot tempus haberet, in sui personam
Illi alium transcriberem libellum.
2. Et si tantum et aliud tantum et medium
Dimidii tantum in annis volvens,
Ut speciem cernerem tuam, fortiora
Tibi in verbis prolixis copularem.
3. Sed quia tempus resolutionis
Non tardat me meum et aegritudo
angustiarum corpus undique conterit istum,
Tibi et fratri quod prosit collegi,

34, 1 seclo *Traube* 39, 2 sunto *Traube*, sunt *P*

CXXIII ***P*** *f. 81, a str. 4,* 2 Velut *usque in finem etiam* ***N*** *f. 21r. Bondurand p. 225. Tit. in tabula* De temposibus tuis *P. In P neque versus distincti sunt neque strophae, in N litterae initiales* Velut, In, Tempus, Vel, Kalendis, Ex, Usque, Cuncta, Et, Ut, Hos, Supra, Ad, Et. *Edidit W. Meyer, Nachr. d. K. Gesellsch. d. W. z. Göttingen 1908, 69. Quamvis dubitans strophas quaternorum versuum effeci* 1, 4 álium álli *coni. W. Meyer* 2, 2 uoluens ut *P*, volventem *W. Meyer* 2, 4 copularem *sic P* 3, 2 aegrit. angust. *P*, angust. aegrit. *W. Meyer* 3, 4 *ut prosit quod collegi *P*, istum tibi e. fr. ut prosit collegi *W. Meyer*

34, 1 mis: *cf. ad 26, 1.* 34, 2 obsécro: *cf. ad 7, 2.* 35, 2 *cf. CXXIII 7, 3.* versorum: *cf. ad CXXIII 7, 3. 7, 4 et acrostichon CXXIV* VERSI. 36, 1 valebis *i. e. poteris cf. CXXIII 7, 4.* concito gr.: *cf. 14, 2.* 36, 2 *cognoscere quae conscripserim: cf. ad str. 8, 2.* 38, 2 *i. e. in regno cf. 13, 2. 21, 1.* 39, 2 *formam* moida *pro M* (*μῦ*) *Dhuoda adhibet cf. Bond. p. 218* alfa .. delta .. iterum alfa .. moida = *Adam. Intellegas igitur:* a D(huoda) *usque ad ultimam litteram acrostichi* (salute)m. hac *i. e. ac.*

CXXIII 1, 1 'quadrans *pour* quadrantes' *Bond., sed vox* quadrans *pro* quater *accipienda est cf. CXXIV 14, 2* quadrans quaternis computaris in annis. *CXXIV 18, 2* annis praeteritis octo binis *(*bis *Traube)* deductis. *Intellego:* habes annos perductos in quater quatuor. 2, 1 *sq. i. e. 36 annos; aliter rh. XLVII 6* si tantum vixeras, fili mi, vixisti quantum, dulcissime, iterum tantum et medium *etc.* 2, 2 = *volvens esses cf. ad rh. VII 3, 1.*

4. Festinans, sciens me ad tempus praedictum
Pervenire non posse; velut mellifluum
Potum favisque permixtum in cibum
Oris ut degustes, semper adortor.

5. Tempus namque ex quo ad genitorem
Tuum perveni vel tuus ex nobis
In saeculo processit status kalendis
† mensarum, cuncta feruntur in nobis.

6. Ex primo namque huius versu libelli
Usque ad ultimam eiusdem sillabam
Cuncta tibi . . ad pensum salutis
Scripta cognosce . . . . . .

7. . . . .
Et quid ibidem geratur, lege
Capita versorum, ut ad ea, quae subtus
Secuntur, facilius valeas ingredi.

Item eiusdem.

8. Hos versiculos supra, infra et subtus
Ad mentem corpusque tuum ipsa dictavi
† cum cunctis, et ut legas ore,
Teneas corde, admonere non cesso.

4, 2 *hic incipit N* Uelut *N*, uel ut *P* 4, 3 fauisque *N*, fauumque *P Bond. Meyer* 4, 4 oris *NP*, ore *coni. W. Meyer*, *malim* cordis ut degustes *N*, utile gustes *P* 5, 4 *corruptus esse videtur, neque rem absolvit Mabillon pro* mensarum *scribens* decembrium, *cf. etiam in adnotatione* adortor *N*, adhortor *P* 6, 2 syllabam *P* 6, 3 cuncta tibi ⟨a me⟩ *coni. W. Meyer* 6, 4 *post* cognosce *lacunam indicavit W. Meyer. Tres versiculos deesse manifestum est* 7, 2 geratur *P*, gerant̃ *N* 7, 3 uersorum *P*, uersuum *N*, *cf. rh. CXXII 35, 2 et acrostichon rh. CXXIV* VERSI ad W. 7, 4 secuntur *N*, sequuntur *P* 8, 2 tuum *NP*, tibi *coni. W. Meyer* 8, 3 cum ⟨ceteris⟩ cunctis *W. Meyer*

4, 1 *se morituram esse scit, priusquam filius ad aetatem 36 annorum pervenerit.* 4, 4 *intellego:* adhortor ut hunc libellum velut potum mellifluum favisque permixtum semper degustes in cibum cordis *cf. 8, 3 sq.* legas ore, teneas corde. 5, 1 *sq. cf. Dhuod. p. 52* in Aquisgrani palatio ad meum dominum tuumque genitorem B. legalis in coniugio accessi uxor; et iterum in XIII anno regni eius *(sc. Ludoici)* III kalendarum Decembrium . . . tua ex me . . . in saeculo processit nativitas. *ibid. p. 86* ex illo tuus in saeculo processit status. 5, 4 in nobis: *Bond. 'pour: in isto libello'; potius 'bewege ich alle diese Gedanken in meinem Herzen'.* 7, 3 *sq. sequitur rh. CXXIV cum acrosticho.* 8, 4 *cf. 4, 4.*

CXXIV.

(VERSI AD VVILHELMUM.)

1. Vt valeas, vigeas, optime prolis,
Dicta conscripta a me tibi directa
Legere ne pigeat: invenias facile
Placida tibi.

2. Est vivus sermo dei: illum perquire;
Diligentius sacram disce doctrinam:
Mens etenim tua repletur gaudiis
Magnis per saecla.

3. Rex immensus et fortis, clarus et pius,
Dignetur per cuncta tuam nutriri mentem,
Iuvenilis puer, protegat, defendat
Omnibus horis.

4. Sis namque tu humilis mente et castus
Corpore, pronus in servitiis abtis,
Magnis et minimis omnibus, ut vales,
Flectere frequens:

5. In primis dominum deum ex toto corde
Et mente, totis viribus pansis
Time et dilige, genitorem tuum
Inde per cuncta.

6. † Almificum genitum prole exortum
Genus adcrescens parentum prosapie
Refulgens ex magnis, illi adsidue
Servire ne pigeat.

7. Dilige obtimates magnos in aulam,
Conspice primos, coequa te humilibus,

CXXIV *Exstat in* **P** *f. 81 et* **N** *f. 21r strophis, non versiculis distinctis. Bond. p. 228, Traube p. 145. In archetypo strophae in formam Sapphicae scriptae erant, unde factum est, ut ultimi versiculi in P saepe de loco suo deferrentur cf. W. Meyer 1908 p. 68.* Item alia, *at in tabula* De versis et litteris compositis tuis *P*, IT̄ NIA *N* 1, 1 optimę *P* 1, 2 dicta *om. N*, dicta conscripta [amen] *Traube* 1, 3 **f.* pigeas 1, 4 tuis *NP (corr. Bond.) cf.* sibi *pro* sui *infra rh. CXXVII B 2* placida tuis gaudiis magnis per saecula. Est *P (cf. 2, 4)* 2, 1 *cf. ad CXXII 1, 1* perquire diligentius *Bond., dist. Traube* 2, 4 saecla *Traube,* saecula *NP* gaudiis magnis p. s. *hoc loco desunt P cf. 1, 4* 3, 2 nutrire *P*, *cf. ad CXXII 8,* 2 3, 3 te protegat *Bond. post* horis *P addit* ut uales, plectere frequens *cf. 4, 3 sq.* 4, 1 castus, corpore pronus *Traube* 4, 2 abtis *N*, aptis *P* 4, 4 *plectere *NP*, placere *Traube*, placare *(sei friedfertig) coni. Vollmer* ut uales pl. fr. *hic desunt P* 5, 1 inprimis *P* deum *fort. delendum est* 5, 3 dirige *NP, corr. Bond.* 6 *hanc stropham depravatam esse apparet* prosapie *Bond.*, prosapiem *N*, pro sapientia *P* 6, 4 seruire *P*, serui *N* pigeat inprobis caue ne flectas *P* 7, 1 dilige *Bond.*, dirige *NP* obtimates *N*, optimates *P* aula *Bond.* 7, 2 primos *NP*, primus *Traube* coaequa *P* te *del. Traube*

CXXIV 1, 1 *cf. rh. CXXVI 2.* optime: *cf. CXXIII 1, 2* proles secundus. *allitteratio 2, 2 sq.* diligentius disce doctrinam, *10, 2 al. cf. Dhuod. p. 71* fili V. primogenite, haec verba a me tibi directa lege, intellige et opere comple. 3, 2 *cf. ad rh. CXXII 8, 2.* 4, 4 flectere *conieci = beuge dich.* 5, 1 *Marc. 12, 33* diligatur (deus) ex toto corde et ex toto intellectu . . . et ex tota fortitudine. 5, 3 genitorem tuum: *cf. rh. CXXII 38, 1* genitorem prolis. 7, 1 *i. e. in aula cf. rh. CXXII 5, 2. 13, 2. 21, 1.*

Iunge benivolis, superbis et improbis
Cave ne flectas.

8. Veros sacrorum digni iuris ministros,
Praesules dignos honora semper,
Altarium custodibus tensas manus ubique
Simplex comenda.

9. Viduis et pupillis subleva frequens,
Et peregrinis victum potumque largire,
Para hospitia, nudis namque vestitum
Porrige manum.

10. Iustus in causas iudex valens adesto,
Munus a manu non accipias umquam,
Nec opprimas quemquam; retribuet enim
Tibi largitor.

11. Largus in donis, semper vigil et prudens,
Omnium onus amabili nisu
Adimere gaudens: sacies etenim
Haec manebit tibi.

12. Huc et illuc compensor: unus est dator,
Meritis reddens singulorum prae factis,
Verbis et operi tribuens obtima:
Caelorum sidus.

13. En ut curas habeas, nobilis nate,
Solers perquire; pigeat ne tibi tantarum

7, 3 beniuolis *N*, beneuolis *P* superbis *N*, superbos *P* et *del. Traube* improbis caue ne flectas *hoc loco desunt P* 8, 1 sacrarum *N* iuris *N*, uiris *P* digni *NP*, **fort.* divini, *an* digni *delendum est?* 8, 2 praesuli *NP*, *corr. Bond.* (*'oder* quaeso?' *Traube) Hanc stropham difficilem intellectu Traube sic mutavit*

1 Viros sacrorum gnaros
Ministros praesules
3 Dignus honora,
Semper altarium
5 Custodibus tensas
Manus ubique
7 Simplex comenda.

9 *Traube:* Viduis et pupillis
Subleva frequens
3 Et peregrinis
Victum potumque,
5 [Largire para]
Propitia nudis:
7 Namque vestitum
Porrige manum.

9, 2 Et *f. delendum* 10, 1 iustus *N*, iudex *P*, iustas *Vollmer* causas *sic etiam P* iudex *N*, iustus *P* 10, 2 umquam *N*, unquam *P* 10, 4 largitor. Etenim hoc manebit tibi *P cf. 11, 4* 11, 1 largus in donis semper, *Traube* 11, 2 *sq. Traubii coniecturas sagacissimas, licet audacissimae sint, in textum recepi* 11, 2 onus *Traube*, concors *NP* 11, 3 ad ima regaudens *N*, ad ima recondens *P*, *corr. Traube* sacies *Traube*, facies *NP* 11, 4 *P nihil habet nisi* et *cf. 10, 4* 12, 2 prae factis *N*, defactis *P* 12, 3 *sq.* optima cęlorum sydus. Esto mitis, despice piras *P cf. 13, 4* 13, 2 *sic N*, p. n. t. tantorum praemia *P;* pige tenebrarum *Traube*, pigeat tenebrarum *W. Meyer; potius* praemia tantarum *(*tantorum? tanta?*) ad str. 12, 2 sq. rettulerim, *f.* ne pigeat tanta?

7, 4 flectas *cf. ad 16, 3* iungas. 9, 1 frequens *cf. 4, 4.* subleva *c. dat.: cf. rh. CXXII 23, 2* cui sublevet opem; *manum sublevare alicui Dhuod. p. 153* et peregrinis hospitium ut tribuas libenter admoneo atque etiam viduis orphanisque necnon et pupillis minusve agentibus sive illis *(*illos *cod.)*, quos in egestate conspexeris esse positos, manum ad opus sublevare frequens. *p. 164* admoneo te ut victum potumque etiam et nudis vestimentum indigentibus ministreris ipse. 9, 4 manum *i. e. manu cf. ad rh. CXXII 13, 2. 21, 1. an scribendum est* nudis vestitu porrige manum? 11, 1 *cf. CXXII 25, 1.* 12, 1 compensor: *cf. ad rh. CXXII 8, 2.*

Praemia accipere et picei fomitis
Despice piras.

14. Licet iuventus tua florida viret,
Quadrans quaternis computaris in annis,
Senioribus teneris membris gradiens
Cursu peragrans.

15. Multum a me videtur longior esse,
Cernere volens tuae speciei tenorem,
Si daretur virtus; attamen ad haec merita
Non mea vigent.

16. Utinam illi vivas, qui te plasmavit,
Placida mente, famulantium dignis
Iungas consortiis, post expletis cursibus
Felix adsurgas.

17. Mens namque mea certe volvitur antris,
Hoc tamen ortor, ut paginas istius
Iam supra exaratas adsidue legas,
Fixas ad mentem.

---

18. Finiunt versiculi deo iuvante
Annis praeteritis octo bis deductis,
Incohans Decembris Andree sancti festa
Adventus verbi.

13, 3 picei fomitis d. p. *om. P hoc loco cf. 12, 4* 14, 1 viret *Traube*, uirgis *NP* 14, 2 computans *Traube* in *N*, et *P* 14, 3 senior bis tueris *Traube* *gradans *NP*, grandescens *Traube* 14, 4 peragrans non mea vigent *P cf. 15, 4* 15, 1 uidetur *NP*, videris *Traube* 15, 2 speciei *NP*, specie *Traube* 15, 3 uirtus *N*, uultus *P* ast [amen] *Traube sed cf. W. Meyer p. 67* 15, 4 *om. P cf. ad 14, 4* 16, 3 consortiis *N*, consors *P* p. expletos cursus *Traube* 16, 4 adsurgas fixas ad mentem *P cf. 17, 4* 17, 1 mea certe *N*, certe mea *P* 17, 2 hortor *P* paginas *P*, pagindas *N*, *Huemer confert* perendis *pro* perennis *ap. Iuvenc. III 14 adn.* istius iam *NP*, stilo *coni. T*, **fort.* istas, *sed quid sibi vult* iam? 17, 3 assidue *P* 17, 4 fixas a. m. *om. P cf. 16, 4* 18, 2 *sic Traube*, octo binis deductos *NP* 18, 3 incohans *N*, inchoans *P* decembris *P*, december *N* Andreae *P* 18, 3 festa *NP*, *fort.* festo 18, 4 adventus verbi. expliciunt versi *NP*

14, 2 *cf. ad rh. CXXIII 1, 1 sq.* 15, 1 *cf. Dhuod. p. 53 sq.* licet ex multis sim occupata angustiis, ut tuum aliquando intuerer aspectum ... volueram quidem, si daretur mihi virtus de deo. Sed quia longe est a me peccatrice salus, .. marcescit animus. 15, 2 cernere volens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 15, 3 *si valerem.* 16, 3 iungas *i. e. iungaris, te iungas cf. 7, 3. Dhuod. p. 71* post expletum huius vitae cursum polum faciat cum sanctis introire laetantes. 17, 2 *si* istius *rectum est, suppleas* libelli. 18, 3 incohans *i. e. incohavit, sc. libellus cf. Dhuod. 249* Incoatio huius libelli II anno obitus Ludovici condam imperatori(s) (*N*, quondam mei fratris *P*) II kalendas Decembri(s) sancti Andreae missa incoante sanctum domini adventum. Finitus est .. nonas februarii *e. q. s.*

CXXV.

(DHUODANE.)

D. M.

1. **D**e terra formatum — hoc in tumulo
Duodane corpus — iacet humatum.
Rex immense, — suscipe illam.

2. **H**ęc namque fragile — tellus undique
Suum suscepit — cęnum ad yma.
Rex, benignus — illi veniam da.

3. **U**lceris rigata — . . . . . solum
Illi superrestat — densa sepulchri.
Tu, rex, eius — solve delicta.

4. **O**mnis aetas — ⟨et⟩ sexus vadensque
Et revertens hic, rogo, — dicite ita:
Agyos magne, — eius dilue vincla.

5. **D**iri vulneris — antro defixa
Septa † fullis vitam — finivit cęnosam.
Tu, rex, suis — parce peccatis.

6. **A**nguis ne ille — suam obscurus
Animam captet, — orantes dicite ita:
Deus clemens, — illi succurre.

7. **N**e hinc pertranseat quis, — usque dum legat;
Coniuro omnes, — ut orent ita dicentes:
Requiem illi — tribue, alme,

8. **E**t lucem perpetuam — ei cum sanctis
Iube benignus — in finem largiri. T ⊢ O ⊣ A † Ω
† Amen recipiat post — funeris ipsa.

CXXVI.

Ad istum tamen — semper recurre libellum.
Vale et vige, — nobilis puer, semper in Christo. ✝

CXXV *Exstat in* **N** *et* **P** *f. 86; codicis N Bond. exemplar photographum libro addidit. Bond. p. 240, Traube l. c. p. 148* HIC LEGE LECTOR VERSICULOS EPITAPHII ✝ + D + M + *sic N*, Hic lector v. ep. lege *P* D. M. *om. P* 1, 2 Duodanae *P* 2, 1 haec *P* 2, 2 ymma *N*, ima *P cf. rh. CXXII 9*, 2 2, 3 rex benignus, *Bond., corr. Traube* 3, 1 antra iam *speciose supplevit Traube cf. 5, 1* 3, 2 super restat *P* 4, 1 ⟨et⟩ aetas *suppl. Traube* 4, 2 et *del. Traube* dicite. Ita m_1, dicite ita m_2 *P* 4, 3 agyos m. *N*, agios m. *P*, (agy͞os *legas*), agyos [magne] *Traube, fort. recte* uincula *P* 5, 2 fl̄lis *N*, fluminis *P*, fellis *Bond.*, fusco *Traube* finiuit *N*, finiunt *P* 6, 2 orantes *del. Traube (cf. 4, 2)* orantes ita dicite *coni. W. Meyer* 7, 1 De hinc *N* 7, 2 ita *del. Traube* 8, 3 AM̄ *N*, Amen *P*, *del. Traube* recipiat *NP*, recipias *Traube* ipsa *NP*, ipsam *Traube* *post* ipsa *spatium vacuum in P*

CXXVI *Hexametri rhythmici, extant in* **N** *et* **P**, *Bond. p. 248. Signum crucis in fine deest in P.*

CXXV 1, 1 hoc in tumulo _ ◡ _ ◡ _ *cf. 2, 1. 5, 1 al.; de his versibus cf. W. Meyer 1908 p. 60.* 3, 1 *i. e. ulceribus.* 5, 2 fellis '*pour* felle *ou* fellibus' *Bond. Immo* fellis *nominativus esse potest.*

2. FRAGMENTA RHYTHMORUM A DHUODANA ALLATA.

CXXVII.

Dhuoda p. 114. ***P*** *f. 33.* Est etenim unus creator atque reformator. Tamen omnium hic vel his pertinentium (his vel hic pertinentibus *Huemer p. 114*, vel his *del. Traube*) formis hominem pracesse secundum quendam poetam dictum est. (Eum *add. Traube*) eligere dignatus est ad summa (sc. deus). Ait etiam (etenim *Traube*) in suis carminibus ita: Virgo creavit arva, virginem virgo, ex virgine factus homo heu, proh dolor! corruptus virgo; proh dolor heu, corrupta virgo, omniumque reptis utrisque cedens. Item eiusdem: Relinque ob rem patrem matremque et adhaerebit sibi uxorem, eruntque una in carne duo, cuncta domantes sibi subiecta, ratio capax, scandentes almi. Item ipse: Ipse homini qui cuncta dedit, quae polus humusque aut pelagus aere, gurgite, rure creans, quae visu cernens manuque palpans haec illis subdens et eos sibi.

Adonios rhythmice compositos L. Traube credidit, qui versus desperatos l. l. 139 sic restituere conatus est:

A.

Traube:
1 ⟨Hominem⟩[1] virgo
creavit arva,
3 virginem virgo,
ex virgine factus
5 ⟨post deus⟩ homo.
heu[2] pro dolor:
7 corruptus virgo,
⟨p⟩omumque serpentis
9 uterque c⟨om⟩edens.

Haud immerito J. Huemer, Eranos Vindobonensis 114 sq. Traubium nimis violenter egisse monuit ('mit Vergewaltigung der Überlieferung'); quod vero ipse versus 9 syllabarum restituit ('dadurch haben wir gereimte neunsilbige Zeilen gewonnen'), haud probabilius videtur esse. Idem etiam in eo a vero aberravisse putandus est, quod tres strophas A. B. C ex eodem carmine desumptas esse negavit. Sed ut suo cuique iudicio uti liceat, etiam stropham ab illo constitutam affero:

Huemer:
1 Virgo creavit arvam virginem,
Virgo ex virgine[3] factus homo;
3 Heu proh dolor, corruptus virgo,
Heu proh dolor, corrupta virgo,
5 Demono repti utrique cedens[4].

Ego cum nulla spes sit veras lectiones inveniendi, novas coniecturas afferre supersedi. Unum quidem verisimile esse mihi videtur versiculos huius rhythmi similibus legibus compositos esse atque Dhuodanae, quamquam quid inter hos et illos intersit me non fugit. — Fragmentum ad gen. 2, 3 referendum est.

---

1) '*Die Jungfrau Erde bildete den ersten Menschen, insofern Gott ihn aus einem Kloss der unbebauten Erde schuf.*' *Traube.* 2) *i. e. heü.* 3) '*Hier wie in dem Folgenden ist mit Elision zu lesen* virg(i)nem, virg(i)ne, *Z. 5* dem(o)no.' *Huemer.* 4) '*indem sie beide der teuflischen Schlange folgten.*' *Huemer.*

B.

Relinque⟨t⟩ ob rem patrem matremque
Et adhaerebit sui uxorem
Eruntque una in carne duo,
Cuncta domantes sibi subiecta,
Rationis capax, scandentes almi.

C.

Ipse homini qui cuncta dedit, quae pōlus humusque
Aut pelagus aëre, gurgite, rure creant,
Quae visu cernens manuque palpans,
Haec illis subdens et eos sibi.

CXXVIII.

Dhuoda p. 146 (N f. 4ᵛ et P f. 49) de ira: . . quidam affatus in carmine ait suo: Stultus carens cor loqui non valet: vocum in strepitu rumpens[a] tacere unquam nec potest prestus ad iram, tardus ad pacem, flectitur in peius. *Traube sic scripsit:*

stultus . . .
⟨ius⟩ta ⟨ran⟩cor⟨e⟩
loqui non valet,
vocem in strepitu
penitus tacere
unquam nec potest:
prestus ad iram
tardus ad pacem
flectit in peius.

Huemer l. l. p. 117 'Während in den bisher behandelten Versen das Princip der Silbenzählung vorherrschend erschien, werden wir in den folgenden das Princip der Wortzählung ausgebildet finden. Vor der letzten Hebung stehen gewöhnlich 2 Senkungen'. Scribit igitur:

B *Traube hic quoque et infra adonios rhythmicos κατὰ στίχον compositos esse iudicavit, Huemer versus 10 syllabarum restituit.* 1 Relinquet *Bond.*, Relinque *P* **fort.* ⟨Quam⟩ ob rém relínquet? *Sed potius versum ex vulgata gen. 2, 24 corruptum esse putaverim* 2 sui *Huemer*, sibi *P* 5 S⟨p⟩atio p⟨ost⟩ ax⟨em⟩ *Traube*, rationis capaxs *(= capaces, cf. Dhuod. 110* ut inferiores cum firmis capax vigorum ad alta valeant scandere promissa maiorum*) Huemer* scandentes *P*, candentes *Huemer, sed cf. Dhuodanae locum allatum. v. Winterfeld, N. A. XXV 404. Fort. scribendum est* alma (alta?)

C 1 *v. 1—2 non adonios esse (Traube), sed distichon metricum nescio unde allatum Vollmer mihi persuasit. Versuum 3—4 eaedem leges videntur esse atque in A et B* 2 *sq.* creans *P Huemer decasyllabos esse putat.*

CXXVIII [a]) *sic N*, in strepiturum penitus *P*

B 1 *sq. gen. 2, 24* quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una. 2 adhaerebit uxorem: *cf. Dhuod. 100* adherere pios, *101* adherere bonos. 4 *gen. 1, 28* replete terram et subicite eam et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli et universis animantibus. 5 capax *pluralis est; cf. Boeth. περ. ἑρμ. ed. Meiser II 108, 19* animal rationale mortale, mentis et disciplinae capax. *Dracont. De laud. dei I 329* animal rationis amicum.

C 1 *sq. Conferendus videtur locus gen. 1, 28 sq., sed singula incerta sunt.* 4 cernens . . palpans: *cf. ad rh. VII 3, 1.*

CXXVIII *Stultus igitur praeceptum Iacobi apostoli 1, 19 transgreditur:* Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram.

Stultus carens cor loqui non valet,
Vocum in strepitu tamen *(vel* tum*)* penitus tacere
Unquam nec potest; prestus ad iram,
Tardus ad pacem, flectit in peius.

6 vocabula igitur apud eum singulos versus efficiunt. Ego in his versiculis easdem leges esse atque in fr. CXXVII mihi persuasi, e. g. vócum in strépitu | rúmpens tacére | únquam nec pótest | *e. q. s., sed de singulis nihil constat.*

CXXIX.

Dhuoda p. 147 (N f. 5ʳ, P f. 49). De qua pace ait quidam in carmine suo: Pax comprimit iram; litis metuit pacem; Pax secura per ampla quiescit; consors amica ad alta transcurrit.

Traube:
Pax comprimit iram,
Lis metuit pacem.
Pax ⟨semper⟩ secura
Per ampla quiescit,
Consors amica
Ad alta transcurrit.

Huemer 118 assentiri videtur. — v. 3—6 = 4 versiculi binorum vocabulorum, sed v. 1 et 2 schemati repugnant.

CXXX.

Dhuoda p. 161 (N f. 12ᵛ, P f. 57). Esto et mitis. In omni etenim negotio utilitatis formam ⟨observa⟩, mitis semper incede nec *(Vollmer,* incedere *codd.)* festina. Ait quidam in carmine: Mitis corpus conteret suum, manus illustris animis *(amis N)* fultor. Condix agitatur aulę.

Traube:
. . . mitis corpus
Conteret suum,
Manus illustris
Animi fultor,
Ce(u sa)ndix glutino
Levigatur aulae[1].

Huemer 119 hic quoque non syllabas sed vocabula computari, binos versiculos 2 vocabulorum assonantia inter se coniunctos esse opinatur:

Mitis corpus
Conteret suum,
Manus illustris
Animi fultor;
Cordax[2] glutinum
Agitat aulae.

CXXIX 2 litis *formam retinendam esse Huemer recte notat* 5 et consors a. *Huemer*

CXXIX 5 consors amica: *cf. rh. CXXII 10, 1.*

CXXX 1) '*Ich beziehe die Worte auf den Firnis der Töpferware, mit* mitis *ist die Liebenswürdigkeit der Erscheinung gemeint.*' *Traube.* 2) '*Dem* mitis *wird der* cordax, der Stolze, Ungestüme *(rgl. Diefenbach im Glossarium s. v.) entgegengesetzt.*' *Huemer.* Agitatur *intellego 'gleitet aus' sc. 'qui non mitis incedit', sed quid in* condix *latet?*

Potius scribendum videtur:

Mitis corpus conteret (non teret?) suum,
Manus illustris animi fultor,
† Condix glutino agitatur aulae.

CXXXI.

Dhuoda p. 154 (P f. 52). Est dives invidens pauperi, et est pauper cupiens effici dives, sicut indoctus litteratus effici malens vult omnino nec valet. De talibus dicit quidam: Dives et pauper simul peribunt simulque in egestate torquescunt, dives non largiens, pauper non habens spiritum humilitatis.

Huemer 119 versiculos rhythmicos restituit, ego versus efficio:

1 Dives et pauper simul peribunt,
In egestate simul torpescunt:
3 Dives non largiens, pauper non habens
Spiritum humilitatis.

De versu 2 in egestate *dubitaverim, sed similiter Dhuoda rh. CXXIII 5, 1* ad genitorem. *Quartus versus fort.* spiritum humilem. *Traube et hos et insequentes versus — si versus sunt! — omisit.*

CXXXII.

Dhuoda p. 156 (N f. 8ᵛ et P f. 56). Ama munditiam et sociaveris claro fulgentique prelucido (p̄lucido *N*, perlucido *P*) cunctis. Dicit quidam: Ama puer castitatem, mundus eris a peccato *(= rh. XLVIII.)*. Et item alius eiusdem: Ama, iuvenis, castitatem: nam gratia[a] nitens magnum[b] tenebis hodorem mundusque a peccato nubila poli velox per alta transibis cursim[c].

Hos versus Huemer 120 sic refecit:

1 Ama iuvenis castitatem, 5 Qui a peccato,
Nam gratia nitens Nubila poli
3 Magnum tenebis 7 Velox per alta
Odorem. Mundus Transibit cursim.

Sed ne hi quidem versiculi certe restitui possunt, v. 1 et 4 sq. quidem procul dubio ad rhythmum XLVIII referendi sunt.

CXXXI 2 in eg. simul torq. *Huemer*, simulque in egestate torquescunt *P*, torpescunt *scripsi*

CXXXII [a]) nam gratia *P*, flagram *N* [b]) magnum *P*, magnā *N* [c]) transibis cursim *N*, transibilis cursum *P*

Dhuoda p. 95 Tu ergo, fili, ora, pete, sicut quidam orator in suis carminibus aiebat, dicque cum illo: 'Te decet laus, honorque potestas, qui es dives in omnibus, da mihi sapientiam.' *Haec verba in rhythmorum numerum recipere non ausus sum. Neque magis huc pertinent, quae p. 95 (Huemer p. 120) exstant:* Dicit quidam: Quae non congregasti in iuventa, quomodo invenies in senecta?, *cum Dhuoda ecclesiasticum 25, 5 spectet. Ne Paulus de Winterfeld quidem N. A. XXV 403 apud Dhuod. 98* Ait scriptura: abundat iniquitas et inter multos refrigescit charitas *rhythmicum carmen significari mihi persuasit, cum verba ipsa Scripturae sacrae (Matth. 24, 12) liberius quidem ut sescentis locis afferantur.*

RHYTHMI LANGOBARDICI.

Codex Vaticanus Palatinus 833 olim monasterii Laureshamensis s. Nazarii (V) a f. 27 ad f. 82 magnum corpus inscriptionum continet saec. IX confectum, quippe cuius iam s. IX mentio fiat in indice bibliothecae Laureshamensis (cod. Vat. Pal. 1877 f. 32). Qui librum diligentissime examinavit et descripsit de Rossi, Inscriptiones Christianae urbis Romae II p. 36 sq., in hoc corpore quattuor syllogas intellexit esse separandas: 1. f. 26—35 sylloge urbana sacculo IX composita, de Rossi p. 142—153. 2. f. 35—41 epitaphia apostolicorum in ecclesia beati Petri addito epitaphio Elpidis quae dicitur uxoris Boethii. Haec sylloge ad s. VII vel VIII recedit, de Rossi p. 124—131. 3. f. 41—54 sylloge Italica circumpadana et subalpina collecta exeunte fere saeculo octavo, de Rossi p. 159—173. 4. f. 55—82 sylloge carminum epigraphicorum urbis Romae admixtis Spoletinis et Ravennate, composita ex syllogis saeculi fere VII, de Rossi p. 95—118.

Vir doctus, qui tertiam syllogam confecit, rei metricae ut videtur ratione habita (cf. de Rossi p. 159) in numerum titulorum metricorum nonnullos hexametros rhythmicos recepit[1] *duobus locis adscripto* RITM, RITHM, MKTR *cf. n. CXXXIII, CXXXIV. Hos rhythmos post Gruteri (Ianus Gruterus, Inscriptiones antiquae totius orbis Romani 1616) et Fleetwoodii, (Sylloge inscriptionum antiquarum, Lond. 1691) curam a Rossio l. c. 159 sq. denuo editos huc rettuli exemplaribus photographis adhibitis, quae meum in usum confecta sunt. Gruteri falsas lectiones sprevi, veras emendationes annotavi.*

De hexametrorum rhythmicorum[2] *indole disputavit W. Meyer, Ges. Abh. zur mittellat. Rythmik I 229 sq., II 11 sq. (cf. etiam Nachr. d. K. Gesellsch. d. Wissensch. z. Götting. 1913, 110). Versus saepissime 15 syllabarum sunt, passim 14 sive 16, raro 13 sive 17 syllabarum. Singuli versus caesura in duos versiculos distinguuntur. Prioris versiculi has esse formas W. Meyer docuit: 6 _ ◡, 7 ◡ _, passim 7 _ ◡, raro 6 ◡ _, 8 ◡ _, 8 _ ◡; alterius 8 _ ◡ et 9 _ ◡, raro 7 _ ◡. Contra leges igitur, quae in poesi rhythmica esse solent, numerus syllabarum numquam constat. Inde dubito an de singulis aliter iudicandum sit.*

---

1) *Locorum saepe ignarus codicem potius aliquem videtur expilasse quam monumenta a se visa descripsisse. Vixisse videtur octavo saeculo exeunte vel eius aetatis libellum compilavit. (De Rossi l. c. 160.) Ordo syllogae ita dispositus est, ut agmen ducant decem epigrammata Mediolanensia, 11—23 Ticinensis civitatis sint, 24—25 Placentiae civitatis, 30—35 civitatis Vercellensis. In promptu igitur est epitaphia rhythmica 26—29 (infra rh. CXXXIV—CXXXVII) Placentiae civitati adscribere. At cum et Damianus episcopus Ticinensis fuerit (cf. p. 730, 15, 4) et Thomam diaconum Ticinensem fuisse constet — utriusque saltem sepulchrum Ticini fuisse Ticinensis historiae auctores existimant, — cum Rossio ordine codicis perturbato quattuor illos rhythmos ad ecclesiam Ticinensem referendos esse credo.* 2) *De Rossi p. 165 n. 13* IN INTROITV ECCL SCI MICHAELIS *disticha pessime composita, sed non rhythmica sunt. — De Rossi p. 36 n.: 'carmen rhythmicum nondum fortasse editum ad fidem codicis exhibeo:* In laude summi verbi' *e. q. s. Sed non carmen rhythmicum est, immo prosa concentu distincta.*

Si e. g. in epitaphio Damiani rh. CXXXIV v. 11 post maluit, *v. 14 post* fuit, *v. 15 post* mente *etc. caesura statuatur, caesurae semiseptenariae hexametri metrici similis existat. Quod si admittitur, hexametri rhythmici multo propius ad exemplum hexametri metrici accedunt. Ceterum ne singula quidem carmina easdem leges sequuntur, nam e. g. rhythmus CXXXVII de Thoma longe aliter se habet atque n. CXXXIV de Damiano. (W. Meyer l. l. II p. 11 'So ist es nicht zu verwundern, daß fast jeder dieser Dichter seine besondern Eigentümlichkeiten hat, je nachdem er mehr die Silbenzahl oder den Tonfall oder wie einige gar noch die Quantität im Auge behielt.') Quae res cum dubia esse videatur, ut suo cuique iudicio uti liceat, in imprimendis his rhythmis versiculos non distinxi.*

CXXXIII.

EPY̅T̅ CIU⟨ITATIS⟩ PLACENT⟨IAE IN⟩ ECCL⟨ESIA⟩ BEATI ANTONINI.

RITM̅ 1 .... pontifex quiesco ecce sorte debita
Lege quam de protoplasti contraho naufragia.

MKTR̅ O deus altipotens, de caelis profluе rorem,
Ut animam satiet gutta beata meam.
5 Efflue astrigeros de caeli conclave nimbos
Et recrea cineres protinus inde meos,
Ut, iudex veniens cum tu discusseris omnes,
Dextram optineam effugiamque levam.

CXXXIV.

EPY̅T̅

RITHM̅ Si meritis iacentum piis laus datur sepulchris,
Hic tumulus laudandus manet, quem funere tanto
Inclitus confessor dei Damianus beavit,
Civium qui lumen extitit et gloria vatum,
5 Industria et cuius martyr Nazarius aulam
Meruit, quam ambit claritas, egregius istam.
Gaudeat namque specus munus mirabile nanctus,
Reboans et laeta sibimet tripudia cantet,

CXXXIII *V f. 49ᵛ. Ediderunt Gruterus p. 1169, 1, Fleetwood p. 526, de Rossi p. 169 n. 24, Bücheler, Carmina latina epigraphica n. 1562. De hoc carmine duobus octonariis rhythmicis — rhythmici saltem ei esse visi sunt, qui syllogam confecit et* RITM̅ *adpinxit — et tribus distichis metricis composito cf. W. Meyer, Ges. Abh. I 230.* RITM̅ *et* MKTR̅ *(sic; graecis litteris scriptum fuisse, pro* H *(= η) male intellecta* Ĥ, *inde* K *positam esse P. Lehmann putat) prima manus in margine adscripsisse videtur.* 1 *Lacunam indicavit W. Meyer l. c., pontificis nomen excidisse Rossius coniecit, initium epitaphii, 3—4 versus, intercidisse Vollmer iudicat.* 2 quā *V,* quum = cum *Vollmer.* 4 meam *Grut.,* mea *V*

CXXXIV *V f. 50. Edd. Gruter. 1169, 3 (ex Gruteri editione Fleetwood p. 390), G. Robolini, Notizie di Pavia I 178 cf. eundem I 82. C. Troya, Storia d'Italia del Medio-Evo vol. IV parte III p. 111, de Rossi l. l. p. 170 n. 26.* RITHM̅ *prima manus adscripsisse videtur cf. ad CXXXIII.* 1 *sepulchri *V* 2 man&q. *V, corr. Fleetwood* 4 civium qui *W. Meyer,* ciuiumq. *V*

CXXXIII 2 'naufragia *neutrum plur. abiit in fem. sing. ut saepe evenit aut* de *accusativum duxit' Bücheler; probabilius Vollmer: 'cum lege protoplasti contraho naufragia, i. e. lege mortali morior'.*

CXXXIV *De Damiano episcopo Ticinensi cf. N. A. III 244. De forma W. Meyer, Ges. Abh. I 231.* 6 istam: *cf. Robolini l. l. p. 82.*

Quod teneat angusto magni sinuamine membra
Praesulis, quem dono sapientiae Christus abunde
Cluere pre omnibus maluit, quos sinus enutrit
Ligurie et gignunt quosquos Athenea rura,
Quam praerogativa vatis divino munere data.
Non ullo supercilio fuit, non typho perusus,
Sed humili gestabat mente caelestia dona
Nec ⟨est⟩ se, cum posset, ceteris preponere nisus
Ecclesiae in arce. Fugiens attamen coactus
Sumpsit sacerdotium et verba mistica plebi,
Ut bonus pastor erogans Ticinensem cathedram
Decoravit moribus; cuius et studium ingens
Fundamenta erecta usque ad fastigia fantur
Domus episcopiae thermarumque vapores,
Ut geminas dilueret cultu proprio sordes,
Corporum per aquas, animae † placabilia sacra.
Hinc digressus abiit superis iungendus ad astra
Coetibus et regno fruitur cum domino Christo.

CXXXV.

EPYT

Qui mare gradiens undas planavit tumentes,
Dextram qui salutis labenti Petro porrexit
Ad superos Lazarum nec non redire coegit,
Et pleraque inferos qui post miracula nempe
Abegit tartari valbulasque inpessum;

---

9 quod *de Rossi*, quo *V* 10 sapientiae Christus *de Rossi*, sapientia expers *V* 12 Athenea *V*, *de* Athesinia *W. Meyer cogitat* 13 qua . . vates *coni. Fleetwood*, *sed explicuit W. Meyer;* rura. Qua praerogativa divino munere data non ullo supercilio fuit, non typho perusus *Patetta*, *Studi storici p. 322* 16 Nec est se, cum *W. Meyer*, Nec secū *V*, Nec se, cum *Fleetw.* 22 *sic Rossius*, episcopia et hermarum *V* 24 per placabilia *coni. de Rossi*, per biblia sacra *W. Meyer*, *an* *per labia sacra = *durch seine Predigt cf. CXXXVII 9* ?, per lavacra sacra *Lehmann*

CXXXV *V f. 51. Gruter. 1169, 4 (inde Fleetwood p. 527), de Rossi p. 170 n. 27, qui auctorem huius rhythmi epitaphium Damasi papae (de Rossi p. 252, Damasi epigrammata rec. M. Ihm n. 13) imitatum esse monet. Quae cum ita sint ut adiumenta praesto sint ad poema prorsus corruptum emendandum, illos versus adscripsi:*

Qui gradiens pelagi fluctus compressit amaros,
Vivere qui praestat morientia semina terrae,
Solvere qui potuit letalia vincula mortis
Post tenebras fratrem post tertia lumina solis
Ad superos iterum Marthae donare sorori,
Post cineres Damasum faciet quia surgere credo.

2 *dextraq. *V*, dextramque *Grut.* 3 redire *Grut.*, rediere *V* 4 *Ut *V* ualbulaeq. *V*, *Fleetw.* *emendavit* valvulasque in pessum *i. e. retrorsum. Rossius: 'sensus est:* abegit tartari valvas in pessum'. *Immo crediderim: et qui post pleraque miracula inferos, i. e. qui in inferno sunt, abegit ad superos (cf. v. 3 et rh. XLII 11, 1 sq.) et tartari valvulas (infregit?) cf. Evang. Nicodemi ed. Tischend.² p. 397 sq. Vollmer scr.* valvulas qui *et intellegit:* et (alios) inferos *(redire coegit) nempe post pl. miracula; qui abegit t. valvulas in pessum = pessum dedit.*

CXXXV *Hoc quoque epitaphium non Placentiae, sed Ticino adsignandum esse de Rossi p. 160 iudicavit.* 1 *cf. epitaphium Damasi. Matth. 14, 24 sq. 31.* 3 *Ioh. 11, 43* ad superos *i. e. ex tartaro. Similiter Hrotsvit, Theophilus 318, ubi v. Winterfeld erravit (in indice.)* 4 *sq. cf. in app. crit.*

Hominem qui valuit, quem suum ad instar
† Quantopere finxit, ex aditu liberare ęęque;
Hinc aethram penetrans patrisque dextra consedens,
Omnia veniens iterum iudicare per ignem.
Ipse rediviva pro quia surgere credo
Post cineres, dum examinaverit cuncta,
Sua pro miseratione mea faciet causa.

CXXXVI.

EPŸT.

(SINODUS DIA. . . .)

Species venusta, mens cui aderat prisca,
Iacis inde flebilis adtumulata ecce,
Nardei qui sedulo et ambaris odorem
Ore spirabas, dogmata philosophorum more.
Diaconati gratia ipsaque inter omnes
Virgulta precellebas admiranda valde.
Splendida de sorte Romuleęque inclite fontis
Derivatus, nempe de quacumque parentum patris
Indolis, hic mori maluit quam vivere fallax.
Animo elegit totumque propositum fixit . . .

---

6 *homineq. *V*, hominemque *Fleetw.* *suam ad i. *V*, suam ⟨formam⟩ ad instar *Fleetw.* 7 quantopere *corruptum*, *f.* *ex pulvere *cf. gen. 2, 7* et finxit deus hominem pulverem de terra *(versio antiqua, cf. varias lectiones innumeras Sabatier I 13)* *pinxit *V* ęęque *V*, gehennae *de Rossi* 8 aethram *de Rossi*, aethra *V*, *an* *aethera? *patriq. *V* 9 *f.* *veniet 10 *sq.* Ipse redivivum faciet quia surgere credo Post cineres . . . , dum *probabiliter emendavit de Rossi*, *cf. epit. Damasi*, *v. 11 nomen proprium excidisse ratus* 12 Sua promiserat ione *V* meam faciet causam *de Rossi. Sed totus versus dubius est. V addit* Tabella en heroicum triligat (designat *Vollmer)* exametrum, *quae a margine in textum irrepsisse videntur. Rossius tentat* Tabella (haec?) heroicum relegit *(vel* religit*)* hexametrum, *sed quo sensu? W. Meyer duos octosyllabos concentu monosyllabo coniunctos esse opinatur, pro* triligat *vocabulum 4 syllabarum ponendum esse iudicat*

CXXXVI *V f. 51. Ediderunt Gruter. 1169, 5 (inde Fleetw. p. 527), de Rossi l. c. p. 171 n. 28, F. Bücheler, Carmina latina epigraphica n. 796, qui addit: 'recepi ritmos propter acrostichon, quod mihi videtur* Sinodus dia[conus.' *Item Vollmer, Lehmann. Malim cum W. Meyer, Ges. Abh. I 233* Sinodus dia[cono. *Dubium est, num poeta hexametros rhythmicos facere voluerit* 2 ad tumulatam *V, corr. de Rossi; idem in litteris* mecce *defuncti nomen corruptum latere vix cuiquam persuaserit* 3 nardini et ambrae *interpretatur Bücheler* 4 philosophorum dogmata more *male coni. de Rossi; intellegas:* odorem ore, dogmata more spirabas 6 admiranda *de Rossi*, admirandā *V* 9 Innox hic mori *coni. de Rossi* 10 *fort. quattuor aut quinque versus interciderunt*

7 aditu *i. e. adyto = gehenna* ęęque = *aeque sc. atque eum finxit (Vollmer)* 8 penetrans . . consedens: *cf. ad rh. VII 3, 1*

CXXXVI *Rossius Ticino, non Placentiae tribuit cf. p. 718 n. De hoc diacono nihil constat.* 6 virgulta *i. e. stirpe, propagine. Bücheler.* 7 'fons *femininum ut frons et fontana.' Bücheler.*

CXXXVII.

EPYT.

Quis mihi tribuat, ut fletus cessent inmensi
Et luctus animae det locum vera dicenti?
Licet in lacrimis singultus verba erumpant,
De te certissime tuus discipulus loquar:
Te generositas, minister Christi, parentum,
Te munda actio, Thomas, monstrabat honestum,
Tecum virginitas ab incunabulis vixit,
Tecumque veritas ad vitae metam permansit.
Tu casto labio pudica verba promebas,
Tu patientiam patiendo pie docebas,
Te semper sobrium, te cernebamus modestum,
Tu tribulantium vera consolatio verax.
Errore veteri diu Aquilegia caeca
Diffusam cęlitus rectam dum rennueret fidem,
Aspera viarum ninguidosque montium calles
Calcans indefessus glutinasti prudentia scissos.

Iām sequuntur, n. CXXXVIII—CXLIV, nonnulli tituli ipsi quoque hexametris rhythmicis compositi, quos a diversis viris doctis de lapidibus transscriptos saepiusque editos C. Troya in Codice diplomatico Longobardo (Storia d'Italia del medio evo IV parte III) coniunxit; nr. CXXXVIII Achille Ratti comiter intercedente v. rev. Monsignore Cesare Bobbi, vicarius generalis curiae episcopatus Bobiensis, mihi photographice depingi iussit, tituli CXXXIX v. cl. Giulio Bariola, Musei lapidarii Mutinensis director, photographon mihi misit, titulorum n. CXL—CXLIII Adolfo Hofmeister sodali rogante v. cl. Girolamo Dell' Acqua bibliothecae universitatis Papiensis bibliothecarius imagines photographicas meum in usum fieri iussit, idem n. CXLIV, cum lapis lateat, ex Bossii apographo (cod. manuscr. n. 190 bibliothecae universitatis Papiensis) egregia cum liberalitate descripsit.

CXXXVII *V f. 51, primus edidit Gruter. 1169, 6, inde multi repetiverunt velut Muratori, Ant. med. aevi III 681, Oltrocchi, Eccles. Mediolan. hist. Lig. 653, Robolini, Notizie d. P. I 164; Troya l. c. p. 44, denuo edidit de Rossi l. c. 171 n. 29. Formam carminis explicuit emendationesque adiecit W. Meyer l. c. I 229 sq., 233* 8 tecumque *Gruter.*, tecum *V* ad vitae metam *Grut.*, aduitarine tam *V* 10 patientiam patiendo *W. Meyer*, patiens iam parcendo *V* 12 tribulantium *W. Meyer*, tribulantum *V* verax *V*, sis consolatio vera *coni. W. Meyer* 14 **f.* rennuit 15 ninguidosque *Grut.*, ninquidosq. *V* 16 prudentia *W. Meyer*, prudens *V* *v. 13—16 cum aliter compositi sint ac 1—12 (1—12 6 ◡ – + 8 – ◡, bini versus inter se assonant praeter 11—12, at 13 et 14 6 ◡ – + 9 – ◡, 15 6 – ◡ + 9 – ◡, 16 6 – ◡ + 10 – ◡ (?), praeterea 13—16 allitteratio deest), ab altero poeta additos esse, genuinum autem carmen sic exisse*

Te semper sobrium, te cernebamus modestum
Tu tribulantium sis consolatio vera

W. Meyer suspicatur, sed res nimis dubia est, praesertim cum in v. 11. 12 assonantia desit, v. 12 corruptus sit; certe 13—16 a reliquis seiungere non ausus sum.

CXXXVII *De forma W. Meyer l. l. 229 sq. 233. Allitteratio frequens.* 6 *de Thoma cf. rh. CXLV 14, 3, Paul. diac., Hist. Lang. V 38.* 13 *cf. rh. CXLV et W. Meyer, Die Spaltung des Patriarchats Aquileja p. 9.*

Poet. IV p. 723 sq.

A

CXL

B



CXLII

CXLI



CXLIII

CXXXVIII



CXXXIX



CXXXVIII.

+ HIC SACRA BEATI MEMBRA CVMIANI SOLVVNTVR,
CVIVS CAELVM PENETRANS ANIMA CVM ANGELIS GAVDET.
ISTE FVIT MAGNVS DIGNITATE, GENERE, FORMA.
HVNC MISIT SCOTHIA FINES AD ITALICOS SENEM,
LOCATVR EBOVIO DOMINI CONSTRICTVS AMORE;
VBI VENERANDI DOGMA COLVMBANI SERVANDO
VIGILANS, IEIVNANS INDEFESSVS, SIDVLE ORANS
OLIMPIADIS QVATTVOR VNIVSQVE CIRCOLO ANNI
SIC VIXIT FELICITER, VT FELIX MODO CREDATVR;
MITIS, PRVDENS, PIVS, FRATRIBVS PACEFICVS CVNCTIS.
HVIC AETATIS ANNI FVERVNT NOVIES DENI
LVSTRVN QVOQVE VNVM MENSESQVE QVATTVOR SIMVL.
AT PATER EGREGIE, POTENS INTERCESSOR EXSISTE
PRO GLORIOSISSIMO LIVTPRANDO REGE, QVI TVVM
PRAETIOSO LAPIDE TYMBVM DECORAVIT DEVOTVS,
SIT VT MANIFESTVM, ALMVM VBI TEGITVR CORPVS.

DEPOSITVS EST HIC DOMINVS CVMIANVS
EPISCOPVS XIIII KALENDAS SEPTEMBRES. FECIT
+ IOHANNES MAGISTER.

CXXXIX.

+ HAEC $\overline{\text{XPS}}$ FVNDAMINA POSVIT FVNDATOR
REGE FELICISSIMO LIVTPRAND PER EVM CE
HIC VBI INSIDIAE PRIVS PARABANTVR P
FACTA EST SECVRITAS, VT PAX SERVETV
SIC VIRTUS ALTISSIMI FECIT LONGIBARDO
TEMPORE TRANQUILLI ET FLORENTISSI
OMNES VT VNANIMES INPLENTES PRINC

CXXXVIII *Lapis in crypta ecclesiae inferioris Bobiensis s. Columbano dedicatae exstat. Ediderunt Blancus, nota 246 ad libr. VI Pauli diaconi hist. Langobardorum 1723, Muratori, Antiq. III 680. Rossetti, Bobbio illustrato 1795. III 58 cf. Troya l. l. 628. Marcello Remondini, Memoria intorno alle iscrizioni antiche di Bobbio. Genova 1886 p. 34—40 et tav. IX (Librum non vidi). Margaret Stokes, Six months in the Apennines or a pilgrimage in search of vestiges of the irish saints in Italy, London 1892, 170 sq. — Cum mihi egregium photographon praesto sit, falsas lectiones editorum sprevi.* 2 G *(versu exeunte)* ANGELIS *lapis* 5 CONSTRICTVS, *post priorem* S *in fine lineae aliquid exculptum videtur* 12 LVSTRVN *sic lapis* 17 $\overline{\text{DP}}$ $\overline{\text{EST}}$ $\overline{\text{HIC}}$ $\overline{\text{DMS}}$ CVMIANVS *lapis* 18 $\overline{\text{EPS}}$ $\overline{\text{KL}}$ $\overline{\text{SPTBS}}$ *lapis*

CXXXIX *Lapis mutilus a. 1559 in campo Civitatis novae (Cittanuova) repertus post varias fortunae vicissitudines in Museum lapidarium Mutinense translatus est, ubi sub n. LIX asservatur. Ediderunt Muratori,*

CXXXVIII *De tempore cf. N. A. III 256 (ad a. 736), de forma W. Meyer l. l. p. 232. Rossetti l. l. p. 57 nonnulla ex 'chronico Bobiensi' affert, quae ex hoc epitaphio excerpta esse apparet. Hunc Cumianum in Scotia episcopum fuisse verisimile est; de voce 'episcopus' apud Scottos cf. H. Zimmer, SB. d. K. P. Akad. d. W. z. Berlin 1909, 445. Wasserschleben, Die Bussordnungen der abendländischen Kirche, Halle 1851, p. 61 sq. hunc Cumianum poenitentiale conscripsisse, ex quo nonnulli auctores 'iudicia Cumiani' excerpserint, putat, quae opinio nimis incerta esse videtur.*

CXXXIX *N. A. III 255 (ca. a. 734.). W. Meyer l. l. 232, Patetta et Bertoni l. l.* 2 *De Liutprando cf. rh. CXXXVIII 14 et CXLII 8.*

CXL.

A.

1 . . . . POSSIM THEO . . . . . .
2 CAELICVLAE SIC DEMVM EIUS PROSAPIAM TEXAM.
3 MATER VIXIT VIRGINVM PER ANNOS NIMIVM PLVRES
4 IN GREGE DOMINICO PASCENS OVICVLAS CHRISTI.
5 QVAS FOVENS DOCVIT, ARGVIT, CORREXIT, AMAVIT.
6 INVIDVS NEC PERDERIT EIVS EX OVIBVS QVENQVAM,
7 FRONTEM RVGATAM TENENS ERAT QVIBVS PECTORE PVRA.
8 CVIVS ABSTINEBANT A FLAGELLIS PLACIDAE MANVS,
9 IN TRIBVENDO DAPES AEGINIS DAPSILES ERANT,
10 MORIBVS ORNATA PRODIENS FAVTRIX ATQVE HONESTA,
11 PATIENS MAGNANIMIS CORDE DEXTRAQVE PIA,
12 DECEBAT SIC DENIQVE TALI CVM EX STIRPE VENIRET,
13 . . . . . EX NOVILI CRESCENS VT FLVVIVS FONTE.
14 . . . . EXTRA SA . Ā GENITORVM EXTITIT MAGNA.

C.

. . DENOS DVOQVE CIRCITER ANNOS DEGENS

Antiq. italicae medii aevi II 195, Tiraboschi, Memorie storiche Moden. I 52. A. Mai, Scriptorum veterum nova coll. V 328. C. Troya l. c. p. 599. Versus mutilati hunc in modum supplebantur: 1 fundator(e), *2* ce(lebre), *3* p(lena), *4* servetu(r), *5* Longibardo(rum), *6* florentissi(mi), *7* princ(ipis). *F. Patetta, Note sopra alcune iscrizioni medievali 1905 p. 6 sq. cum versus rhythmicos esse non intellegeret, sic mendum sanare sibi visus est: 1* fundator(e . . . qui mandante DN. N), *2* per eum ce(pit et perfecit feliciter. Ita), *3* parabantur p(lurimae viatoribus plenissima), *4* servetu(r et unusquisque quo vult libere pergat), *5* Longibardo(rum deo dilectae et catholicae genti), *6* florentissimi regni DN. N. Liutprand ann . . . . per ind . . .), *7* princ(ipis iussiones quiete vivere valeant.) *Quo haud leviter vellicato G. Bertoni, Sull' iscrizione di Cittanova, (Atti e memorie della R. Deputazione di Storia Patria per le Provincie Modenesi. Serie V vol. VI) p. 129, haec supplementa proponit: v. 1* fundator (excelsus), *2* per eum ce(lebre), *3* parabantur p(ersonis), *4* servetu(r et via), *5* Longibardo(rum et pietas), *6* florentissi(mi regni), *7* inplentes princ(ipis ius sint.) *Sed ne in illis quidem acquiescere licere Patetta, Studi storici e note supra alcune iscrizioni medievali, Modena 1907 p. 315 sq. exposuit, sed erravit, cum p. 330 adderet:* 'credo invece, che sia un argomento contro l'ipotesi del Meyer la difficoltà di compire alcuni versi in modo regolare'. — *De forma rhythmica dubitare non licet, quid supplendum sit, non constat, sed adscribo, quae Vollmer tentavit: 1* fundator aeternus, *2* cerente *cf. CXL B 8* recum., *3* per agros, *4* servetur ubique, *5* Longibardorum regis, *6* florentissimi regni, *7* principis iussa. *Facsimile apud Bortolotti, Di un antico ambone Modenese (Mem. della R. Accademia di Modena vol. I 1883, III tav. II n. 22). Fregni, Della celebre iscrizione sulle origini di Cittanova. Modena 1895. (Habet alterum facsimile,* 'ma inesatissimo'. *Patetta.) Usus sum photographo.* 1 POSVIT FVNDATOR, T *et* F *litterae ligatae* 2 CE, *post* E *una hasta* 3 P, *sequitur superior pars hastae* 4 SERVETV, V *mutila* 5 LONGIBARDO, *altera* O *mutila* 6 FLORENTISSI, *altera* I *mutila*

CXL *Titulus pretiosus quas fati procellas sustinuerit, Oltrocchi, Ecclesiae Mediolanensis hist. Lig. p. 580 sq., Troya l. l. p. 67 sq. fusius exposuerunt. Insculptus erat Papiae characteribus in geminas columnas distinctis lapidi in antiquo S. Mariae delubro intra septa monasterii Theodotae (Monastero della Pusterla)*

CXL *De tempore (a. 705, 720, 735?) N. A. III 249, de forma W. Meyer, Ges. Abh. I 232. Fusius de titulo disputavit Oltrocchius 578—600.*

A 1 *Paul. diac. Hist. Langob. V 37* . . . . Theodotem puellam ex nobilissimo Romanorum genere ortam . . (Cuninepertus) ad se Theodotem puellam venire faciens cum ea concubuit. Quam tamen postea in monasterium, quod de illius nomine intra Ticinum appellatum est, misit. 6 invidus *i. e. diabolus.* 7 fr r. tenens *sc. Theodota.* QVIBVS: ŌNIBVS, *'gegen alle', fuisse Vollmer coniecit.* 13 nobili ex fonte: *cf. CXLI 1.*

B.

. . . . . REGALI LINEA SPLENDET.
SI AD CVRSVS RERVM ET PRAESENTIS STVDIA SAECLI
TENDATVR ORATIO, MVLTA SVNT QVE POSSOMVS DICI.
PER TE SEMPER VIRGINIS NITISCIT PVLCRVM DILVBRVM;
AVFERENS VETVSTA INSTAVRAS VILIA CVNCTA.
NAMQVE DOMICILIA SITA CAENVBIO RIDVNT
VVLTV INTVENTIVM PRAECELLENTES MOENIA PRISCA,
NEC SVNT IN ORBE TALES PRAETER PALATIA RECVM
NEC SS. ECCLESIAS, QVAE VIBRANT FVNDAMINE CLARO
ET PIIS EXEQVANTVR QVONIAM A CVNCTIS COLVNTVR.
HOC ERGO THEODOTA, ALVMNIS TVA, THEODOTAE,
CVI RELINQVISTI NOMEN, DIGNITATEM, CATHETRAM,
NIMIS CVM LACRIMIS AFFLICTO PECTORE DOMNA
LAPIDIBVS SARCOPHAGO ORNANS EXCOLVI PVLCRIS.

C.

EGREGIA VITAE SPIRACVLA CLAVSIT D. P. S. II MENSIS APRILIS IND. TERTIA.

---

sito. Illic a. 1604 eum transcripsit vir doctus G. Bossius, sed non sine mendis officio functus est, cum et primum utriusque columnae versum aliaque omitteret, nonnulla interpolaret. Ex illo apographo, quod nimis mutilum erat atque detritum, lapide ipso n. f. non viso primus carmen edidit Romualdus a. S. Maria, Flavia Papia sacra I 1699 p. 131; inde H. Blancus in nota ad Pauli diac. hist. Langob. 157 ad libr. V 37 et Muratorius in Italiae annalibus ad a. 700. Insequenti deinde tempore monumentum illud infelix gravissimis casibus subiectum a fabris decurtatum commeantiumque pedibus protritum procul dubio omnino interiisset, nisi I. Bertolasius canonicus, post archipresbyter Ticinensis, a. 1791 lapidem e latibulo protractum loco digno collocandum curasset. Necnon Romualdi quamvis mendosa editione nisus Oltrocchius p. 582 epitaphium verius ac correctius in lucem protulit. Sed ne is quidem rem penitus absolvit; fratres sane D. et G. Sacchi, Antichità Romantiche d'Italia 1828. Saggio I. Append. 258 sq. apographo Bossii cum ipso lapide comparato nonnullis locis Oltrocchii lectiones emendaverunt. Oltrocchium et Sacchios Troya 66 sq. secutus est; cf. etiam Robolini, Notiz. I 164. II 275 n. Ex monasterio marmor in palatium Malaspina, inde a. 1897 in Museum civicum historiae patriae Papiense translatum est.

Titulum photographo usus ita edidi, ut altera columna B, *quae in lapide iuxta* A *posita est, priorem sequatur,* C *sicut in lapide quintamdecimam lineam efficiat. Quae in photographo legi — eadem fere Sacchii legerunt — litteris maioribus impressa sunt, reliqua, quae Romualdus et Oltrocchius ex Bossii apographo suppleverunt, minoribus litteris. Caesura in hoc titulo foliis insculptis indicatur. Distinctiones addidi. Lectiones editorum, quae procul dubio falsae essent, omnino sprevi.*

A 1 *om. Bossius, Rom.* THEO, O *mutila* Cum describere non possim Theodotae terrenae *coni. Oltrocchi, Troyae coniectura* Th. faciem *non magis placet* 4 OMINICO, *prior* O *mutila* 6 EIVS, VS *mutilae* 7 *forte legendum* ‘pectore cura’ *aut* ‘erant *(an* eis?*)*, quibus pectora pura’ *coni. Oltrocchi, dubito num recte* 8 DAPES AEGINIS *Sacchii, nunc marmore fracto et restaurato* ES AE *discerni nequeunt* 10 ORNATA, T *periit cf. ad 8* PRO, O *mutila* 11 NI *perierunt* 12 DENIQVE, V *periit* 13 NOVILI, *prior* I *intercidit cf. ad 8; litterae* X *parvam particulam recognoscere mihi videor* 14 SA . Ā *lapis, ligatura* TA *est,* SAGGA *Sacchii*

B 1 *deest apud Bossium, Romualdum, al., primus verba legit Bertolasius* 5 VETVSTA, A *mutila* 9 QVAE, QV *mutilae* 10 QN̄M *lapis* 11 *totus fere versus periit cf. ad A 8, legi nil nisi* ALVMN *et* DOTAE 12 DIGNITATEM, EM *perierunt; ante* DIGN. *folium insculptum distinguere mihi visus sum* 13 AFFLICTO, T *periit* DOMNA, A *tota fere periit* 14 ORNANS, OR *periit*

B 7 praecellentes, 8 tales *ad* domicilia *referendum videtur.* 9 vibrant *glänzen.*

CXLI.

\+ \+ \+
AVREO EX FONTE QVIESCVNT IN ORDINE REGES,
AVVS, PATER, HIC FILIVS HEIVLANDVS TENETVR,
CVNINGPERT FLORENTISSIMVS AC ROBVSTISSIMVS REX,
QVEM DOMINVM ITALIA, PATREM ATQVE PASTOREM,
INDE FLEBILE MARITVM IAM VIDVATA GEMET.
ALIA DE PARTE SI ORIGINE QVAERAS,
REX FVIT AVVS, MATER GVBERNACVLA TENVIT REGNI.
MIRANDVS ERAT FORMA, PIVS, MENS, SI REQVIRAS, MIRANDA.
. . . . . .

CXLII.

ANSPRANDVS HONESTVS MORIBVS, PRVDENTIA POLLENS,
SAPIENS, MODESTVS, PATIENS, SERMONE FACVNDVS,
ADSTANTIBVS QVI DVLCIA FAVI MELLIS AD INSTAR
SINGVLIS . . . PROMEBAT DE PECTORE VERBA.
CVIVS AD AETHEREVM SPIRITVS DVM PERGERET AXEM,
POST QVINOS VNDECIES VITAE SVAE CIRCITER ANNOS,
APICEM RELIQVIT REGNI PRAESTANTISSIMO NATO
LIVTPRANDO INCLYTO ET GVBERNACVLA GENTIS.
D. P. DIE IDVVM IVNII INDICTIONE DECIMA.

CXLI *Muratorius epitaphium a. 1714 in basilica S. Salvatoris apud monachos Cassinenses prope Ticinum de lapide transcripsit cf. Muratorius, Antiquit. Estens. I 73 Inde sumpsit Blancus, nota 76 ad Pauli diaconi lib. VI c. 17. Lapidem etiam suis temporibus parieti infixum licet prae vetustate et temporum iniuria mutilum cerni dextrorsum ingredientibus portam monasterii Oltrocchius, Ecclesiae Mediolanensis hist. Lig. 1795 p. 661 testatur. Idem addit p. 662:* 'Mutilo huic monumento compactum visitur frustulum non dissimili marmoris specie et characterum forma, ubi sic insculptum legitur

Ā ECLE S ////
POTENS ERAT ⅂E B

cf. C. Troya, l. l. p. 50. Ex monasterio lapis in palatium Malaspina, inde in Museum civicum Papiense translatus est'. Adhibui photographon 6 ORIGINE *sic lapis* 7 GVBERNACVLA, B *corr. ex V v. 8 capita tantum litterarum cernuntur*

CXLII *Transcripsit de lapide sacelli Adriani Ticinensis P. Romualdus a. S. Maria, Flavia Papia sacra pars IV p. 50. Cum lapis lateret, inde transsumpserunt Muratorius, Ant. Est. I 74, Annali a. 712, Blanchus, not. 142 ad Paul. diacon. VI 35, Oltrocchi, Eccl. Mediol. hist. Lig. p. 687 sq., Robolini, Notizie d. P. I 83, Troya p. 122. Fragmentum aliquod* ⟍ NSPRAN
APIENS MODE

in basi cuiusdam cenotaphii erecti saeculo XVI in honorem Chiliarchae Caesarei Christophori Waltpurgii in basilica S. Petri in Caelo Aureo huc pertinere Bertolasius vidit cf. Oltrocch. p. 688, nota. Anno 1895, cum illa basilica restauraretur, Rodolfo Majocchi alterum fragmentum repperit

VS MORIBVS PRVDE
T. A POLLENS
ATIENS SERMO

cf. R. Majocchi, Di alcune iscrizioni Romane, Cristiane e Langobardiche scoperte in S. Pietro in Ciel d'oro di Pavia, 1896, p. 21 sq. Fragmentum in Museum civicum historiae patriae Papiense translatum est. 4 singulis promebat ⟨casto⟩ de p. v. *Muratori*, singulis ⟨benigno⟩ promebat de p. v. *W. Meyer* 9 D. P. *(i. e.* DEPOSITVS*) scripsi cum Muratorio,* DATVM PAPIAE *Romualdi*

CXLI *N. A. III 241, de forma W. Meyer, Ges. Abh. I 231.* 2 avus: *Aripertus rex, ob. a. 661.* pater: *Perctarit rex, ob. a. 688.* 3 *Cuningpertus rex, ob. a. 700.* 7 mater: *Rodelinda, quam filiam alicuius regis Langobardorum fuisse ex hoc loco A. Hofmeister coniecit.*

CXLII *Paulus diac. VI 35. N. A. III 245, de forma W. Meyer, Ges. Abh. I 232. II 13. Ansprandus rex ob. a. 712.*

CXLIII.

✝ SVB REGIBVS LIGVRIAE DVCATVM TENVIT AVDAX
AVDOALD ARMIPOTENS, CLARIS NATALIBVS ORTVS,
VICTRIX CVIVS DEXTERA SVBEGIT NAVITER HOSTES
FINITIMOS ET CVNCTOS LONGE LATEQVAE DEGENTES.
BELLIGERAS DOMAVIT ACIES ET HOSTILIA CASTRA
MAXIMA CVM LAVDE PROSTRAVIT DIDYMVS ISTE.
CVIVS LICET CORPVS HVIVS SVB TEGMINE CAVTIS
LATEAT, NON FAMA SILET VVLGATIS PLENA TRIVMPHIS,
QVAE VIRVM, QVALIS FVERIT QVANTVSQAVE PER VRBEM,
INNOTVIT LAVRIGERVM ET VIRTVS BELLICA DVCEM.
SEXIES QVI DENIS PERACTIS CIRCITER ANNIS
SPIRITVM AD AETHERA MISIT ET MEMBRA SEPVLCRO
HVMANDA DEDIT, PRIMA CVM INDICTIO ESSET
DIE NONARVM IVLIARVM FERIA QVINTA.

CXLIV.

A.

DISCE QVI VELLIS NOSSE, QVID TEGIT TOMVLVS ISTE,
QVALIS ET IMAGO PRETIOSO CLAVDITVR SAXO:
HIC AD INSTAR NIVIS MEMBRA SOLVVNTVR HONESTA
CVNINCPERGAE MATRIS DEI ANCILLARVM SVAVIS.
HAEC FVIT SPECIE PVLCRAS INTER FEMINAS PVLCRA,
FACIE SERENA, OCVLIS VERNANTIBVS QVIDEM,
FRONTE NVBIS INSCIA, LABIIS FLVENTIBVS MELLA.
VERE PATRIS NATA CVNICPERTI OPTIMI REGIS,
CVIVS IN SE TOTVM GESTAVIT FILIA VVLTVM
ET IN QVA PATERNAE DVLCIDO VICVIT MENTIS,
QVOD TESTATVR MODO VIRGINVM COLLEGIVM SACRVM.

B.

VERNA
ERGA QVOS IM
QVIQE EIVS
ISTA FVIT RLA
VIDVIS PVP
HVIVS LVCI
PRAEFVIT VIR
HVNC HVIC
QVAE AB HA
ET DICAT
XPO S. V. F. P.

CXLIII *Epitaphium Muratorius Papiae in basilica S. Mariae ad Perticas descripsit Antiq. Est. I 74, inde lapis destructa ecclesia in Palatium Malaspina translatus est cf. Robolini, Notizie I 84 not. 2, nunc in Museo civico di storia patria Papiensi asservatur. Troya p. 269 v. 8 sq. mediocri spatio intermisso sub 1—7 insculpti sunt* 12 SPM 13 *ad annum 718 referunt collato Muratori, Ant. Ital. VI 383 sq. = Pasqui, Documenti per la storia della città di Arezzo I 22 sq.*

CXLIV *'Cuniperga, .. quam profero ex eiusdem Ellogio in aedium quondam Monasterii S. Agathae (sc. Ticinensis) limine sinistrorsum adhuc exstante, quod hic ... ex .. Bertolasii diligentia in geminas columnas divisum apte distincteque legimus; licet perperam, imo etiam mendose alicubi Romualdus (Papia sacra I 95) et Hor. Blancus (nota 144 ad Paul. diac. V 34) continenti utriusque columnae lectione eius sensum omnino perturbaverint' Oltrocchi p. 600. G. Robolini, Notizie etc. I 172 sq. Lapis latet, mihi ex apographo Hieronimi Bossii, cod. bibliothecae universitatis Papiensis 190, Girolamo Dell' Acqua rhythmum transcripsit. In Bossii apographo eadem continens lectio est utriusque columnae quae apud Romualdum. Lectiones aperte falsas editorum sprevi*

A 1 vellis *edit. et Bossius*, vis *coni. W. Meyer* 3 solvuntur membra honesta *coni. W. Meyer* 4 CVNINCPERGAE *Bossius*, CVNICP. *Oltr.*, CVNIPERGAE *Robolini* ANCILLARVM *scripsi cum editoribus*, ANCILIAR *sic Boss.* 8 *sic* CVNICPERTI *Bossius, Oltr.*

B 1 ac verna *Oltr.*, ac *om. Bossius* 3 quique *edit.* 4 RLA *(fort.* PLA*) Boss., om. edit.* 11 S. V. F. P. *Boss.*, SVF *edit.*

CXLIII *N. A. III 247, Troya l. c. 269 sq. De forma W. Meyer l. c. I 232. II 13.* 6 *Didymus quid sibi velit, cum de Audoaldo nihil sciamus, dubium est.* 7 *cf. Verg. ecl. 1, 1.* 10 innotuit *transitive.*

CXLIV *Troya l. l. 78 sq. N. A. III 260. W. Meyer l. l. 232.* 2 pretioso: *cf. rh. CXXXVIII 15.* 3 m. solvuntur: *cf. rh. CXXXVIII 1.* 8 Cunicperti: *cf. rh. CXLI.*

CXLV.

(STEFANUS MG.)

1. Sublimes ortus — in finibus Europe
Langibardorum — regale prosapia,
Rex Haribertus — pius et catholicus
Arrianorum — abolevit heresem
Et christianam — fidem fecit crescere. +

2. Subolis item — Bertharith in solium
Regni suffectus, — imitatus protinus
Exempla patris, — ad fidem convertere
Iudaeos fecit — baptizandos, credere
Qui rennuerunt, — gladium peremere. +

CXLV *Postquam synodo Ticinensi a. 698 schisma illud Aquileiense intercedente Cuninceperto feliciter diremptum est, rex Stefanum quendam (magistrum?) rem iussit versibus celebrare. Quod carmen* 'per prosa ut oratiuncula' *sc. trimetris iambicis rhythmicis compositum duobus codicibus Bobiensibus nunc Ambrosianis traditum est. 1.* B_1 *= cod. Ambrosianus E 147 sup., saec. VII, rescriptus, quem accurate descripsit post L. Bethmannum, MG. SS. Rer. Lang. ed. G. Waitz p. 189 A. Reifferscheid, Bibl. patr. lat. Italica I 466 et II 22 sq. Conciliorum acta continet. Post concilium Chalcedonense manus altera s. VII ex. in foliis 57b et 58b carmen Stefani inseruit. Facsimile: Oltrocchi 536. 2.* B_2 *= cod. Ambrosianus C 105 inf., cuius singulae partes saeculis VI, VII, VIII, IX scriptae sunt cf. L. Bethmannum l. c., A. Reiffersch. l. c. p. 9 sq. Inest Hegesippus. Post librum IV in infimo fol. 121a sq. in fine quaternionis alia manu saec. VII ex. vel VIII in. carmen exaratum est. Fol. 121v apud F. Steffens, Latein. Palaeographie tab. 27; facsimile Oltrocchi, Eccl. Mediol. hist. Lig. I 624. Uterque codex Muratorii diligentiam effugit. Primus invenit et carmen ex cod. C 105 inf. variis lectionibus codicis E 147 adiunctis edidit B. Oltrocchi, Ecclesiae Mediolanensis historia Ligustica, Mediolani 1795 p. 536 et 624. Oltrocchium secuti sunt Bofisius, Concilia Papiensia 1852 p. 1 sq. Troya, Cod. dipl. n. 330. 353. 363 carmen in tres discidit particulas. Ex eodem codice C 105 inf. denuo collato A. Reifferscheid carmen* 'non sine mendis' *edidit, varias lectiones codicis E 147 adscripsit l. c. II 9 sq. L. Bethmann in editione M. G. SS. R. Langob. p. 189 sq. eodicem E 147 sup. pluris fecit, apographi C 105 inf. varias lectiones sub contextu annotavit. Ego utroque codice usus rhythmum Stefani hic repetivi, ut cum titulis Langobardicis coniunctus esset. Codices poetae ipsi fere aequales alterum ab altero non pendere stropha 8, 3 efficitur. Uter praeferendus sit, saepe dubium est, ego cum Bethmanno plerumque codicem* B_1 *secutus sum. Adhibui utriusque codicis schedulas photographas, quas Ach. Ratti v. cl. mihi misit. De carmine commentando optime meritus est W. Meyer, Die Spaltung des Patriarchats Aquileja, 1898, 3 sq.; cf. etiam F. Piper, Über den kirchengeschichtlichen Gewinn aus Inschriften, 1876, p. 100 sq. Tit. deest,* Carmen de Synodo Ticinensi *inscribere solent. Ex acrosticho duplici nomen poetae intellegi Holder-Egger docuit* 1, 1 sublimes B_1, sublimis B_2 europae B_2 1, 3 haribertus B_1, aribertus B_2 1, 4 heresim B_2 *(cf. 9, 4)* 1, 5 + *in utroque codice in fine singularum stropharum* 2, 1 bertharith B_2 2, 4 Iudeos B_2

CXLV *Schema* $5\ \_\ \cup + 7\ \cup\ \_$ *quinquies repetitum singulas strophas efficit. Clausulae in* $5\ \_\ \cup$: *5, 4* semidirúta, *11, 5* eucharistíam, *14, 1* resédens *cf. ad rh. IV 11, 3, at 8, 3* résedet, *5, 5 fort.* urbe decóre? *In* $7\ \cup\ \_$: *1, 1 in promptu est corrigere* Europe in finibus, *sed dubitationem iniciunt 6, 3* propheta, *6, 5* elegit, *8, 2* praecepit *(an* = praecipit?*), 9, 5* Theodoriti?, *14, 3* ministrum, *16, 4* convertet, *17, 3* auctores. *8 syllabarum 14, 5. Hiatus in* $5\ \_\ \cup$ *10, in* $7\ \cup\ \_$ *14, inter* $5\ \_\ \cup$ *et* $7\ \cup\ \_$ *15. Assonantia rarissima. N. A. III 240.* 1, 1 sublimes: *cf. 1, 2* regale, *2, 1* subolis, *5, 1* elictus, *10, 3 et 10, 5* recepere, *7, 4* qui, *11, 5* concordis, *13, 1* utreque . . elegere, *13, 2* diregere, *13, 5* archeclavio, *14, 1* resedens, *16, 3* recolet *et ad rh. II 6, 2.* 1, 3 Haribertus; 2, 1 Bertharit: *(cf. ad rh. CXLI 2).* 2, 5 gladium *i. e. gladio cf. 3, 4* sua germana, *5, 1* gente, *5, 3* Alexo nequissimo, *5, 4* semidiruta n. Motina urbe, *6, 4* vaticinandum, *7, 1* labacro, *7, 4* synodum quinta, *7, 5* una, *11, 1* ecclesia, *11, 2* iureiurandum, *11, 3* vincolum, *11, 4* dominum, *14, 4* Theodoaldo, *15, 5* dictata, *16, 4* peccatore, *16, 5* anima, *18, 5* per prosa, *19, 3* Cuninceperto *et ad rh. V 4, 2.*

3. Tutor et rector, amator ecclesiae,
A fundamentis constructor coenubii,
Ubi et Christi conlocavit famolas,
Sua praefecit germana egregia,
Ipsas materno amore ut regeret. +

4. Tertius immo nepus adque filius
Rex Cuninceperctus sublimatus tempore
Moderno rector fortis et piissimus,
Devotus fidem christianam colere,
Ecclesiarum ditator et opifex. +

5. Elictus gente a deo ut regeret
Langibardorum, rebelles conpescuit,
Bello prostravit Alexo nequissimo,
Semidiruta nuncupata Motina
Urbe pristino decore restituit. +

6. Exorta scisma iam prisco de tempore
Ab aquilone parte, unde pandere
Malum in terra universum propheta
Vaticinandum Isaias cecenet,
Ubi superbus thronum cadens elegit. +

7. Fontis labacro recepere simile,
Nobiscum simul trinitatem credere
Aquiligenses dissedentes synodum
Quinta, qui totus concordat cum quattuor,
Una tempnentes rei facti omnium. +

8. Fides ut esset in tota Hesperia
Coaduṇata, advocari praecepit
Rex Cuninceperctus urbi, ubi resedet,
Ticino dicta ab amne, qui confluet,
Proprium gerens Papia vocabolum. +

9. Aulam ingressi ortodoxi pariter
Adversus prabos coeperunt contendere,
Libros legentes sancitos a patribus,

3, 2 coenubii *sic* B_1B_2 4, 1 naepus B_2 atq: B_2 4, 2 cuningperctus B_1, cuninebertus B_2 5, 2 langobardorum B_2 5, 3 alex iniquissimo B_2 5, 5 urbi B_2, **f.* Urbe decore pr. 6, 3 **f.* universa *cf. Ierem. 1, 14* 6, 4 cecenit B_2 7, 1 lauachrum r. similem B_2 7, 3 dissidentes B_2 7, 4 IIII B_1B_2 *et editores,* quarta *Bethmann* 7, 5 temnentes B_2 8, 2 praecipit B_2 8, 3 rex cuninceperctus B_2, aquiligenses B_1 *cf. 7, 3* 9, 1 orthodoxi B_2 9, 2 prauos ceperunt B_2

3, 2 coenubii, *3, 3* famolas, *4, 1* nepus, *8, 5* vocabolum, *11, 3* vincolum, *13, 3* presole, *17, 4* pulluerent, *18, 1* quaesu *et ad rh. II 14, 1.* 3, 3 *Paul. diac. V 34.* 5, 3 *Paul. diac. V 36 sq.* 5, 4 *De hac re historici silent.* 6, 1 exorta scisma: *cf. rh. XLII 11, 1* agmina. 6, 2—5 *Is. 14, 12 sq.* Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer? ... qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, *sed 6, 2 ad Ierem. 1, 14 spectat:* Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terrae; *ibid. 4, 6.* 6, 5 superbus *sc. Lucifer.* 7, 1 labacro: *cf. 9, 2* prabos, *16, 5* liberavit, *11, 1* obantes. 7, 3 *cf. W. Meyer l. c. p. 4.* 7, 5 una *i. e. unam. str. 9 cf. W. Meyer l. l. p. 4 'Das Ende des Dreikapitelstreites in Venetien'.*

Pauli et Pyrri detegentes heresem,
Theodori, Hibae simulque Theodoriti. +

10. **A**st se iam victos cognoscentes, ilico
Petunt a rege, ut iurent catholici
Melius quintam recepere synodum,
Et se promittunt consensuros postea
Ac iuraturos credendum recepere. +

11. **N**amque ovantes ingressi ecclesia
Iureiurandum adfirmant concordiam
Adque uniti karitatis vincolum,
Ostias simul offerentes dominum,
Eucharistiam concordis participant. +

12. **N**ullus de tanto gaudio potuerat
Se temperare a fletu et lacrimis,
Catholicique sive de scismaticis,
Omnibus tanta supplevit conpunctio,
Cernerent Christum ibi acsi patule. +

13. **U**treque parti rex pius elegere
Cuninceperet iubet legatos diregere
Sedem ad sanctam, ubi Christo presule
Data potestas nectere et solvere
Petro piscanti caeli archeclavio. +

14. **U**bi resedens papa pius Sergius,
Suos qui iussit adesse episcopos;
Gaudens recepit Thomam Christi ministrum,
Theodoaldo simul legum peritissimum;
Aderant quoque Aquiligenses pariter. +

15. **S**edenti pape ante ora omnium
Scedula datur continens praeterita,
Quae acta erant praedicto de scismate;
Quam vir excellens Dammianus pontifex
Pio direxit dictata effamine. +

16. **S**ergius papa regi est pollicitus
Sua a Deo adempta facinora;
Illud prophetae, ubi inquid, recolet:
'Qui peccatore ab errore convertet,
Sua a morte liberavit anima.' +

9, 5 ibae B_2 *f. simul 10, 3 sinodum B_2 10, 5 credendos B_2 11, 1 obantes i. eccliam B_2 11, 3 caritatis uinculum B_2 11, 4 *om.* B_2 11, 5 eucharistiam *sic* B_1B_2 concordes B_2 12, 2 *sq. sic* B_1, potuerat cathol. s. de scism. se temp. a fleto et lacrimis B_2 13, 2 iubet B_1, iuuit B_2 13, 3 p̄sole B_2 13, 5 arceclauio B_2 14, 1 resedet B_2 14, 5 aquilienses B_2 p er *(folio perforato), in marg.* pariter m_1B_2 15, 3 *om.* B_2 15, 4 damianus B_2 16, 2 ademta B_2 16, 3 recolit B_2 16, 4 conuertit B_2

12, 2 *Manitius confert Verg. Aen. II 8.* 12, 4 omnibus: *cf. ad rh. IX 2, 4* 14, 1 resedens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 14, 4 *de Thoma cf. rh. CXXXVII.* 15, 4 *de Damiano pontifice Ticinensi cf. supra rh. CXXXIV.* 16, 4 *ep. Iacobi 5, 20.* liberavit *i. e. liberabit: cf. ad 7, 1.*

17. **M**erito iuste pastor apostolicus,
Digni quod erant, sectae pravae codices,
Quos antefati conscripserunt auctores,
Iussit conburi, ultra ne pulluerent
Pravorum mentes, qui erant de scismate. +

18. **M**ihi ignosce, rex, quaesu, piissime,
Tua qui iussa nequivi, ut condecet,
Pangere ore styloque contexere,
Recte ut valent edissere medrici,
Scripsi per prosa ut oratiunculam. +

19. **G**loria regi regum in perpetuum
Canamus omnes, oremus et pariter,
Sua ut regem Cunincpercto dextera
Protecat Christus hic multa per tempora
Vitam aeternam deinceps et tribuat. +

---

post 17, 2 rasura unius fere versus in B_1, *fuit ni fallor v. 17, 4* 17, 2 secte praue B_2 17, 4 polluerint B_2 18, 3 stiloque B_2 18, 5 oratiuncula B_2 19, 3 cuninepto B_2

18, 5 per prosa: *cf. P. A. C. I 79* alfabetum . . prosa conpositum.

CXLVI.

AENIGMATA HEXASTICHA.

Ineunte saeculo IX in bibliotheca monasterii Augiensis Aenigmata Tullii cuiusdam[1] *lectitata fuisse ex catalogo anno VIII. Hludovici (Pii) imperatoris confecto evincitur cf. G. Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui 6, 332 p. 10* notarum[2] liber et Bedae de computo lib. et Eucherii lib. III quos supra descripsimus et metrum M. Porci Catonis et aenigmata Tullii in codice I. *Eadem aenigmata etiam nunc habemus, nam in codice Berolinensi Phillippico 1825 s. IX f. 37° sylloga quaedam aenigmatum sic incipit*: ENIGMATA IN DĪ NOMINE TULLII.

Quae sylloga a quo, ubi, quando composita sit nescitur[3]. *Ex codicibus quidem nil colligi potest, quippe qui variis temporibus exarati et per Austriam Germaniam Helvetiam Galliam dispersi sint. Habemus tres Austriacos, Bernensem, Augiensem deperditum*[4], *Lipsiensem (Traubio iudice Aurelianensem), Andecavensem nunc Berolinensem, duos Parisinos, de quibus vide infra. Ab ipsis igitur aenigmatibus proficiscendum est.*

Atque unum quidem in eis satis est memorabile: hexametris rhythmicis[5] *compositi sunt. Quod genus versuum ceteroquin rarissimum*[6] *cum in titulis Langobardicis cf. rh. CXXXIV – CXLIV perquam usitatum sit, W. Meyer haud improbabiliter haec aenigmata eidem regioni adscribere videtur*[7]. *Qua ab sententia non abhorret, quod quae in his aenigmatibus tractantur meridionalis regionis esse apparet cf. W. Meyer, Ges. Abh. II 159 sq.; agitur de vite aen. 13, 50, de oliva 14, de castanea 47, de sirico 28, de papyro 27 al. Quid quod aen. 16 in titulo vocabulum Italicum* cedria, *i. e. pomum citri, quod Italici* cedro *vocant, usurpatur?*

---

1) *Nomen Tullii ficticium esse arbitrandum est cf. M. Manitius, Mus. Rhen. XLVII suppl. p. 75, Gesch. d. lat. Litt. d. M. I 192. Idem Aldhelmi verba (ad Acircium c. VI ed. R. Ehwald, M. G. Auct. antiquiss. XV p. 76)* Sed et Aristoteles philosophorum acerrimus perplexa nihilominus enigmata prosae locutionis facundia fretus argumentatur *ad haec aenigmata suspicatur esse referenda, cum pro rhythmica poesi vox* prosa *in usu fuerit, sed conferas Ehwaldum ad illum locum.* 2) Rotarum *G. Becker coniecit, sed* Notarum liber *est cf. Isid. Etym. I 22* De notis vulgaribus. *Idem* liber notarum *in codice Bernensi 611 f. 72b una cum hac sylloga aenigmatum occurrit, sed hunc librum cum Augiensi cognatum fuisse propter reliqua quae in utroque exstant verisimile non est.* 3) *Male* Aenigmata Bernensia *dici solent, quia ex solo codice Bernensi publici iuris facta sunt ab A. Riese, Anth. lat. I 296 sq.* 4) *Inter Augienses codices, quos Karoliruham translatos esse constat, non reperitur. A. Holder, Augiensium sollertissimus custos, a Paulo de Winterfeld per litteras interrogatus, num illic codex extaret, eum ante 1805 crematum esse videri respondit.* 5) *De his cf. W. Meyer, Ges. Abh. I 229 sq., II 11 sq.* 6) *Sed cf. W. Meyer, Nachr. d. k. Gesellsch. d. Wissensch. z. Göttingen 1913, 110 sq. et infra Exhortationem poenitendi.* 7) *Sed quo iure Manitius, Littg. p. 193 eos a monacho Scotto in monasterio Bobiensi factos esse contendat, nescio.*

Si de loco vere iudicatur, etiam de tempore actum est: eodem fere tempore, quo inter Alpes et sinum Ligusticum tituli hexametris rhythmicis componebantur, i. e. saec. septimo octavove[1] *etiam his aenigmatibus poetam quendam lusisse credere debemus. Quae cum ita sint meum esse putavi hanc aenigmatum syllogam cum titulis Langobardicis coniungere.*

Restat ut de fontibus, quibus usus est poeta, paucis disputemus. Atque aenigmatum poesim a Symphosio inauguratam primis medii aevi saeculis ad illius inprimis exemplum factitatam esse constat. Quid mirum igitur, quod in hac quoque sylloga vestigia imitationis Symphosianae deprehendimus: cf. quae ad aen. 11 de nave, *30* de piscibus, *37* de pipere, *46* de malleo *annotavimus. Sed etiam inter Aldhelmiana et haec aenigmata necessitas quaedam intercedere videtur cf. ad aen. 6, 6* de calice, *13, 6* de vite, *25* de litteris, *41* de vento *al. Sed hi loci sic comparati sunt, ut uter ab utro pendeat nequeat discerni; et quod Brandt (de quo vide infra) p. 109 Tatvinum quoque huius sylloges habuisse notitiam ponit, dubium est. — Iam transeo ad libros manuscriptos, quibus sylloga tradita est, enumerandos.*

1. C = codex Berolinensis 167, Phillippicus 1825 olim Cheltenhamensis, saec. IX. Fuit sancti Albini Andecavensis. Accuratissime descripsit Val. Rose, Verzeichnis d. lat. Handschr. d. Königl. Biblioth. zu Berlin I 374—80. Continet

f. 1—24 Commodiani instructiones,

f. 25—28 Prudentii tetrasticha,

f. 29—37 Aldhelmi carmina ecclesiastica, cf. Aldhelmi opera ed. R. Ehwald, M. G. Auct. antiquissimi XV p. 9,

f. 37^b—45 Aenigmata rhythmica: ENIGMATA IN DĪ NOMINE TULLII *hoc ordine: 1—20, 21 deest, 22, 24—41, 43, 49, 55, 57—62. Hinc nova series incipit 23, 42, 44—48, 50, 50 A, 51—54, 56, aenigmata Symphosii n. 59* de penna, *63* de spongea, *69* de speculo,

f. 45^b et 46 nonnulla carmina Eugenii Toletani aliaque adhuc ignota. — Singulis aenigmatibus a rubricatore titulus inscriptus est, (aen. 16, 27, 42 nil nisi de . . . .*), sed in altera serie inde a 44 nihil addidit. Duobus locis bina carmina in unum conflata sunt, 45 et 46, 48 et 50. Tribus aenigmatibus Symphosianis denuo titulum adscripsit librarius. Contulerunt P. de Winterfeld Philol. LVIII 289 sq. et W. Meyer ad alteram editionem conficiendam Ges. Abh. II 155 sq. Quos viros praeclarissimos rem confecisse quamquam praesciebam, tamen cum codex in bibliotheca nostra regia praesto mihi esset, denuo excussi. — Singuli versus in hoc codice in binos versiculos distincti esse solent; has distinctiones (!) hic adscripsi:*

1. 1 duos! 2 manet! 3 mater! 5 uictum! 2. 6 lucis! 3. 2 defectum! 3 solue! 4 solutā! 5 uiuis! 6 sinē! 4. 1 orresco! 2 mh̄! 3 agens! 4 libens! 5 mh̄! 6 senē! 5. 1 ego! 2 libens! 3 mh̄! 5 mh̄! 6. 1 meā! 2 uili! 3 nascens! 5 defunctis! 6 libens! 7. 1 liquentē! 2 cursu! 3 domus! 4 ciuē! 5 fertur! 6 nullū! 8. 1 ego! 2 sŏm! 3 manens! 4 mea! 5 uenter! 6 uiuentē! 9. 1 abeuo! 2 grauē! 3 cunctis! 4 prosterno! 5 uictū! 6 uacantes! 10. 1 uiuens! 2 roganti! 3 soror! 4 iter! 5 mh̄ 6 cubit! 11. 1 maiore! 2 multos! 3 mh̄! 4 cunctis! 5 defuncta! 6 currens! 12. 1 pater! 2 simul! 3 cuncti! 4 nullus! 5 supterreno! 6 possum! 13. 1 loco! 2 secat! 3 inflecta! 4 dānandos! 5 solent! 6 fuso! 14. 1 tempus! 2 superbos! 3 quisquis! 4 marinus! 5 lenes! 15. 1 cymis! 2 mh̄! 3 petenti! 4 ramis! 5 seret! 6 cunctis! 16. 1 uiuā! 2 dulcem! 3 formā! 4 nullā! 5 mh̄! 6 eructuant! 17. 1 semper! 2 cursū! 3 nullā! 4 currens! 5 cunctis! 6 bonis! 18. 1 comas! 2 uiuio! 3 turpius! 4 uili! 5 horrende! 6 domus! 19. 1 sibi! 2 uirili! 3 nascor! 4 mater! 5 manens! 20. 1 demo! 2 dimissus! 3 inde! 4 nascor! 5–6 una! 22. 1 uirtus! 2 nullis! 3 oberrans! 4 sepe! 5 meo! 6 multū! 23. 1 pater! 2 multo! 3 prolatus! 4 mh̄! 5 patrē! 6 cunctis! 24. 1 aneus! 2 mirū! 3 exuta! 4 mihi! 5 pquā! 6 porto! 25. 1 albenti! 2 simul! 3 nobis! 4 dispar! 5 nrā! 6 re-

---

1) *Cum hoc tempore concordant, quae de poetae usu dicendi hic illic annotavimus; cf. W. Meyer, Ges. Abh. II 160.*

sponsū! 26. 1 queras! 2 maiorum! 3 sublimi! 4 ignari! 5 correptus! 6 occultū! 27. 1 delector! 2 leui! 3 meis! 4 tectus! 5 profundi! 6 dedit! · 28. 1 mh! 2 paruus! 3 conlapsa! 4 effecta! 5 forma! 6 reges! 29. 1 mihi! 2 uolenti! 3 mater! 4 uanas! 5 licet! 6 suas! 30. 1 loco! 2 uiuens! 3 mors ē! 4 domu! 5 lecto! 6 mh! 31. 1 nullā! 2 ullū! 3 datur! 4 uentri! 5 defuso! 6 rursum! 32. 1 sibi! 2 mh! 3 possū! 4 concepit! 5 leuis! 6 libens! 33. 1 nascor! 2 p̄cedo! 3 abrume! 4 cunctis! 5 iniustrē! 6 docet! 34. 1 angusto! 2 barbis! 3 parentū! 4 mh! 5 nascor! 6 parturienti! 35. 1 occultus! 2 onusta! 3 umquā! 4 tactos! 5 nobis! 6 candentes! 36. 1 aestiuas! 2 mh! 3 autumni! 4 propinqua! 5 manet! 6 forma! 37. 1 externas! 2 tactus! 3 uirtus! 4 cessus! 5 mordentē! 38. 1 formata! 2 feror! 3 ego! 5 pendens! 6 rursus! 39. 1 pater! 2 mollis! 3 ulla! 4 unus! 5 erecta! 6 alta! 40. 1 extensa! 2 nullū! 3 nullus! 4 mēbris! 5 sunt! 6 mh! 41. 1 nascens! 2 fortes! 3 nullū! 4 cunctos! 5 quisquā! 6 liber! 42. 1 ulla! 2 dura! 3 solutam! 4 constricta! 5 pulchra! 6 ira! 43. 1 concepta! 2 immensū! 3 plumis! 4 sonū! 5 meo! 6 excusā! 44. 1 corpus! 2 modis! 3 concepta! 4 lucem! 5 frigus! 6 semper! 45. 1 patens! 2 om̄s! 3 famis! 5 affectus! 46. 1 tot! 2 libenter! 3 pedum! 4 uias! 5 comā! 6 nitentē! 47. 1 nascor! 2 crescens! 3 intacta! 4 tacens! 5 amore! 6 tangat! 48. 1 ego! 2 paucis! 3 sicca! 4 amara! 5 possum! 6 amaro! 49. 1 cunctis! 2 statim! 3 nullus! 4 cuncti! 5 amara! 6 quanti! 50. 2 nullum! 3 nascente! 4 mors ē! 5 possum! 6 reddo! 50A. 1 matris! 2 multum! 3 intacta! 4 nullius! 5 disiungor! 6 meis! 51. 1 ueste! 2 corpus! 3 nascor! 4 sepultus! 5 eductus! 6 caput! 52. 1 durus! 2 numquam! 3 meis! 4 quisq;! nascen! 5 decorato! 6 diligati! 53, 1 nullus! 2 ero! 3 escas! 4 uno! 5 tantū! 6 gerunt! 54. 1 generantur! 3 diues! 5 nullā! 6 stantes! 55. 1 ullo! 2 matris! 4 figens! 5 caro! 56. 1 soror! 2 mh! 3 simul! 4 meā! 5 suos! 6 reddo! 57. 1 solus! 2 ducor! 3 velox! 4 nullas! 5 p̄dam! 58. 1 multas! 2 defecta! 3 rerū! 4 reduxit! 5 paruum! 6 parē! 59. 1 gressum! 2 uultus! 3 currens! 4 iterato! 5 bruina! 6 uentum! 60. 1 diē! 2 sepered! 3 ego! 4 magno! 5 dorsum! 6 bonis! 61. 1 delector! 3 agens! 4 uiae! 5 uidenti! 6 iuxta! 62. 1 concluse! 2 crescit! 3 patrē! 4 moderato! 5 turpentē! 6 lucē!

2. ***B*** *= cod. Bernensis 611 saec. VIII—IX, descripsit H. Hagen, Catal. cod. Bernensium p. 479 sq. Misere mutilatus, cum ante 73ª quaterniones V et VI et septimi folium primum, post 78ᵛ extremum interciderint. Continet cum alia tum*

f. 20—26 fragmentum Isidori Etym. V 39,

f. 26—40 fragm. Isid. Etym. IX 2, 2 sq.,

f. 42—70 artem Asperi grammatici,

f. 72ᵛ fragm. Isidori Etym. I 22 de notis vulgaribus[1]*,*

f. 73ʳ—80ᵛ aenigmatum syllogen a voce osten]dire *2, 3 incipiens,*

f. 80ᵛ—81ʳ rhythmum n. XC supra p. 648.

Quae inter 72ᵛ et 73ʳ exciderint, ex indice antiquo in fol. 93, quod ultimum veteris codicis fuisse apertum est, scripto (edidit H. Hagen, Jahrb. f. Philologie u. Paedagogik 1869, 732) cognoscimus; ibi exstat XVIII de olla, de lucerna, de sale, de mensa, de calice, de litteris. *B continebat igitur haec aenigmata: 1—3 (sed 1 et 2 usque ad* osten]dire *interciderunt). 5—6. 8—9. 12—13. 11. 14—15. 17—27. 29. 30. 32. 34—36. Post f. 78ᵛ deest unum folium (ultimum septimi quaternionis), ut quattuor aenigmata et priores versus quinquagesimi sexti usque ad vocem* reddo *deperisse appareat (an fuit quinio?). Fol. 79ʳ exstant 56 a voce* reddo, *57—60. 62. 61. Aetate hunc librum manuscriptum reliquis praestare orthographia quam dicunt Merovingica omnibus locis clamat:* e *et* i, o *et* u *saepissime confunduntur cf. 2, 3* osten]dire, *3, 3* constringire, *6, 5* suspis (sospes), *8, 3* concipire, *8, 6* fundire, *12, 5* tumolor, *13, 4* simeli, *18, 5* puluire *al. Contulerunt H. Hagen apud Riesium, H. Usener apud Brandtium (cf. infra), W. Meyer. Ego usus sum schedis photographis.*

3. ***L*** *= codex bibliothecae civitatis Lipsiensis Rep. I 4. 74 saec. IX (Tangl, IX—X Baehrens, Poet. l. m. IV 9, R. Ehwald, Aldhelmi opera, Auct. antiq. XV 48). Accuratissime descripsit M. Haupt (Ber. d. Kgl. Sächs. Gesellsch. d. W. phil.-hist. Klasse 1850 p. 1—14. Opusc. I 286—300). Continet*

f. 1—13 Aldhelmi aenigmata,

---

1) *cf. supra p. 732 not. 2.*

f. 13 sq. Nunc tibi, Christe *cf. supra n. LXXV,* Terra marique *cf. P. A. C I 578 et* Versus in laude solis,

f. 15^{v}—24^{r} aenigmata rhythmica: QUESTIONES ENIGMATŪ RETHORICAE APRTIS *(sic)*,

f. 24—63 carmina miscellanea, Ovidii Prosperi Pauli diaconi aliorum. — Aenigmata rhythmica hoc ordine se excipiunt 1. 3. 2. 4—62. Sequitur aenigma prosaicum Item de ove *(de quo vide infra), deinde alterum hexastichum rhythmicis hexametris compositum cum acrosticho* Paulus; *sed ab eodem poeta hoc conditum esse ne credamus impedimento est diversitas rhythmi. — Titulus deest aen. 48. 51—54. Contulerunt C. Schenkl, H. Zimmern Brandtii in usum, W. Meyer. Ego denuo evolvi.*

4. ***V*** *= cod. Vindobonensis 67 saec. XII olim monasterii Gottwicensis, cf. Endlicher, Cat. cod. manuscr. bibl. Vindobon. 1 p. 289. Continet*

f. 1—168 Isidori Etym. lib. I—XX,

f. 168 INCIPIUNT QUESTIONES ENIGMATUM ARTIS RHETORICĘ CLARO ORDINE DICTATĘ,

f. 171—173 tractatum de computo,

f. 174 sphaeram Pythagorae.

Aenigmatum ordo hic est: 1. 3. 2. 4—28. 30. 29. 31—62. Sequitur aenigma prosaicum 'Item de ove', *deinde alterum prosaicum sine titulo* 'Est res aliqua'. *Desunt tituli aenigmatum 44. 46. 48. 51. 53. 54. tit. aen. 8 ante v. 2 positus est. Primus edidit cum duobus prosaicis F. Mone, Anz. f. Kunde der teutschen Vorzeit 1839, 219 sq. Denuo contulerunt C. Schenkl, C. Wessely Brandtio, I. Huemer Wilhelmo Meyer. Ipse contuli.*

5. ***v*** *= cod. Vindobonensis 2285 saec. XIV ex., olim monasterii s. Dorotheae Vindobonensis. Contulerunt C. Wessely et I. Huemer. Quem codicem cum V prorsus fere convenientem — sed ex V descriptum esse negat Brandt — raro in usum vocavimus.*

6. ***A*** *= cod. 277 monasterii Admontensis, saec. XII.*

f. 1 sq. Incipiunt questiones enigmatum rhetoricę artis claro ordine dictante.

f. 8 sq. extant Isidori Etymologiae.

Ordo aenigmatum et rhythmicorum et prosaicorum idem est qui in V, sed titulus prioris prosaici est De ove. *Deest titulus n. 9. 10. 44. 46. 48. 51. 53. 54; tit. ante v. 2 positus est aen. 8. Contulerunt C. Schenkl, W. Meyer, qui qua est benignitate apographum a se a. 1883 strenue confectum mihi commodavit.*

7. ***P***$_1$ *= cod. Parisinus latinus 5596 (Colbertinus 5432) saec. IX. Continet f. 164 aenigmata prosaica, f. 165 aenigmata rhythmica 25. 50. 13. 6. 1. 5. 35. Sequuntur aenigmata Symphosii. Contulit mihi H. Lebègue.*

8. ***P***$_2$ *= cod. Parisinus 8071 (Colbertinus 1346) saec. X. Continet f. 57^{r} aenigm. 3 et 6. Contulit H. Lebègue.*

Codicum suprascriptorum ad aenigmata recensenda quae esset auctoritas luculenter exposuerunt P. Brandt et W. Meyer. Quae cum ita essent cum onus haec aenigmata denuo edendi — invitus, fateor — subissem, facere non potui, quin in arte critica exercenda maximam partem eorum, inprimis Wilhelmi Meyer vestigia legerem.

Atque primum quidem moneo, id quod iam ex codicum descriptione intellegitur, Vindobonenses et Admontensem inter se arctissime cohaerere. In archetypo ***γ*** *ordo aenigmatum duobus locis perturbatus erat, sex locis titulus deerat, extremum aenigma rhythmicum duo sequebantur prosaica, lectiones corruptae haud raro admissae erant velut 7, 4* civem: cibum *AV, 9, 2* senectam: senecta *AV, 12, 2* et tormenta: et hor *A* et teror *V, 35,5* amoris: amori *AV, 38, 1* formata: formatam *AV, 40, 4* formantur: firmantur *AV al. Quibus mendis cum archetypus AV scateret, in singulos codices nova irrepserunt vitia haud mediocria; in A e. g. occurrit aen. 12 tit.* De grano: De urbano *A, 12, 4* nullus: nullis *A, 12, 5* urna: urita A, 15, 6 amata: amita *A, 18, 1* maneo *om., al.; at corrector*

sive scriba archetypi Vv id maxime studuerat, ut vero verborum ordine temere permutato hexametros metricis legibus compositos aut efficeret aut efficere sibi videretur. Idem cum nonnullis locis bonas lectiones praebeat cum libris melioris notae concinentes velut 35, 1 commendat *CBV,* commendet *LA, 35, 2* honesta *BV,* onusta *CLA, 19, 4* aduror *CBV,* adustor *LA, dubium est, utrum corrector has lectiones perbonas sane ipse coniciendo invenerit, id quod Wilhelmo Meyer verisimilius videtur esse quam mihi, an ex altero codice receperit. Etiam de duplicibus lectionibus cogitaveris.*

Archetypum AV (γ) cum codice Lipsiensi L ad idem exemplar, β, fortasse nonnullis libris intercedentibus recedere multis argumentis comprobatur: aen. 2 post 3 habet β. 4, 1 mollior *β,* mollibus *C, 12, 4* simultum *β,* sepultum *CB, 12, 5* tumor *L,* timor *γ,* tumulor *CB, 19, 3* vale *(*valde *V) β,* gladio *CB, 21, 6* dulce *B,* divitiarum *β, 34, 5* doctorem *β,* docorem *C,* decorem *B, 34, 6* parturientem *β,* parturienti *CB, 35, 5* donentur *β,* figantur *CB al. Neque desunt in L gravissima menda. aen. 3 tit.* De sale: De lucerna *L, 24, 3* tensa: falsa *L, 29, 1* uterum: utur *L, 29, 1* praelucens: praelucem *L, 29, 6* de vero: diverso *L. Utrum L alterum aenigma prosaicum omiserit an archet. γ adiecerit, vix diiudicaveris. Cum igitur neque L neque γ gravibus mendis liber sit, ubi dubitatio exsistit, a reliquis libris auxilium repetendum est.*

Aliter atque β sylloga codicis Bernensis B comparata est. Erat ut videtur quadraginta aenigmatum, duo et viginti scriba reiecisse videtur. Ac ne ordo quidem idem est, aen. 11 tertium decimum sequitur, aen. 61 sexagesimum alterum; prosaica desunt. Neque tamen fieri potest, quin Wilhelmo Meyer assentiamur B ad eundem archetypum **α**, *unde β emanavit; referenti. Licet haut ita magni momenti sint, quae ille affert Ges. Abh. II 157, sed alia praesto sunt idonea ad hanc sententiam comprobandam: 5, 2* cunctis trado quicquid libens *BLA (corr. V.),* trado libens quicquid *C, 9, 6* locum *α,* loco *C, 24, 1* uita *LV,* uitam *BA,* uiua *C, 25, 1* albentibus locis *α,* albenti loco *C, 32, 2* uacua *α,* caua *C, 57 titulus falsus α, 58 titulus falsus(?) α.*

Iam de C paucis agendum est. Qui codex licet permultis erratis eisque gravissimis sit foedatus, ut 20, 4 in conceptu talis *om. C, 20, 5* me *α,* mus *C,* inuenit *α,* inueni *C, 22, 1* constat *add. C, 22, 2* nulli *α,* a nullis *C, 38, 4 om. C, 39, 3* frigora *β,* frigore *C, 39, 5* uetor *β,* uector *C aut errore natis aut interpolatione, tamen insignis pretii lectiones eius sunt, quia nulla necessitas inter C et α intercedit*[1]. *At consentiunt nonnullis locis CB in lectionibus procul dubio falsis: 19, 2* creta *β,* creata *CB (sed 20, 3* cretus *B,* creatus *C), 5, 4* turpi *β,* turpiter *CB, 32, 5* gravis sum *β,* gravissimum *CB, 19, 6* plurem fero lucrum *β,* plurimum f. lucrum *CB (*plurimum sed lucrum *coni. W. Meyer), reliqua quae afferre possum mere orthographica sunt, perquam rara et, si conferas diversitates, levia.*

Quae igitur leges in constituendo textu sequendae sint, ex hoc stemmate facile appareat[2].



1) *Aliter iudicat P. v. Winterfeld, Philologus LVIII 289.* 2) *Parisini ad classem α pertinere videntur, sed nihil certius de eis statui potest.*

Primus haec aenigmata hexasticha ex codice Vindobonensi V edidit F. Mone, Anz. f. Kunde der teutschen Vorzeit VIII, 1839, 219—29, ex codice Bernensi B A. Riese, Anthol. lat. I 296, 1869, ab Hermanno Hagen transcripta et emendata. Idem in altero volumine 1870 p. LXVI sq. quae in B desunt ex Monii editione repetivit et lectiones Parisinorum addidit, codicis Lipsiensis L a Mauricio Haupt (Ber. d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. 1850 p. 3, Opusc. I 286) edoctus mentionem fecit. Quattuor libros BLVv primus adhibuit, textum diligentissime recensuit P. Brandt in Tirocinio philologo Bonnensi 1883, 101 sq. Admontensem addidit W. Meyer, Abh. der baier. Akad. d. W. XVII 412 sq. Iterum edidit A. Riese, Anthol. I² p. 351, 1894 et Brandtii et Meyeri editionibus neglectis. In Anthologiae altero fasciculo p. 376—82 inter Addenda et Corrigenda Meyeri editionem tandem aliquando attulit, codicis C collationem subiunxit, sed etiam tum ei accidit, ut quae maximi pretii essent omitteret Wilhelmum Meyer interim codicis C subsidio usum novam recensionem eamque multis locis emendatiorem in lucem protulisse nesciens Ges. Abh. II 155. Egit de aenigmatum codicibus LAV C. Schenkl, Wiener Stud. I 66 sq., de C P. de Winterfeld, Philol. LVIII 289 sq.

Quaeritur quid de forma horum versuum iudicandum sit. Hexametri sunt rhythmici, singuli versus 14 syllabis compositi. F. Bücheler (apud Brandt p. 104) et W. Meyer, Ges. Abh. II 13 sq. in his hexametris eam valere legem consentiunt, ut sex syllabae ante, octo post caesuram eamque trochaicam sint. Contra quos J. Cornu, Zu dem 14silbigen Hexameter der 6zeiligen Rätsel. Sitzungsber. d. Kais. Akad. d. Wiss. in Wien, phil. hist. Kl. CLIX 69 sq. poetam leges hexametri metrici in eo quidem servasse contendit, ut caesuram eamque trochaicam et post syllabam sextam (penthem.) et post syll. octavam (hephthem.) et post syll. nonam (caes. bucol.) admitteret. 'Ein Schimmer der klassischen Verskunst ist bis zu dem Dichter gedrungen, also die Kunsttradition war noch nicht abhanden gekommen.' Quae quamquam sagacissime disputata sunt, tamen scrupulus haeret haud mediocris[1]: artem hexametros metricos componendi usque ad illa tempora propagatam fuisse ex titulis aliisque versibus constat, poeta aenigmatum ab illis legibus longe recedit, aliam adhibuisse videtur normam eamque poesis rhythmicae. Sed nescio an in eo leges metricas et rhythmicas conflaverit, ut varias admitteret caesuras. Ceterum ut hic suo cuique liceret uti iudicio, commata non distinxi.

1. DE OLLA.

Ego nata duos patres habere dinoscor;
Prior semper manet, alter, qui vita finitur.

1 ENIGMATA IN D̄I NOMINE TVLLII *C*, QUESTIONES ENIGMATŪ RHETORICAE APRTIS *L*, Incipiunt questiones enigmatū rethoricę artis claro ordine dictante *A*, INCIPIUNT QUESTIONES ENIGMATŪ ARTIS RETHORICĘ CLARO ORDINE DICTATĘ *V*, INCIPIUNT QUESTIONES ENIGMATŪ ARTIS RETHORICE CLARO ORDINE DC̄ATE *v* *tit. excidit in B, deest in* P_1P_2

1 $CP_1\beta$ *tit.* OLLA *L*, DE OLLA *reliq.* 1 denus cor P_1 2 Prior s. m. $C\beta$, Prior qui semper

1 2 manet: *cf. 18, 1. 36, 5. Symphos. 81.*

1) *Minime adsentior A. Riesio, Anthol. lat. II² 377: 'poeta . . hexametri latini leges normamque vel noverat vel saltem sentiebat; at idem usu dicendi populari valde trahebatur. Ex hac coniunctione factum est, ut vim positionis, prosodiam syllabarum elisionemque saepissime neglegeret, idem autem primam omnium versuum syllabam cum accentu efferret, (nam initia* 'Me páter', 'Florígeras', *quae Meyeri leges admittunt, a quovis hexametro abhorrent), accentumque verborum vix aliter tractaret atque poetae priores: nam in media parte versuum consulto eum neglexit, in ultima servavit, in prima secundum normas usitatas vel neglexit vel servavit.' etc. Legit igitur Riese 47, 5* amoré, *54, 5* pruiná, *7, 6* pátefactá, *14, 2* ánnisque, *19, 2* Ét nullo, *25, 1* álbentibús, *sed hunc 'usum dicendi popularem' fuisse non comprobavit.*

Tertia me mater duram mollescere cogit
Et tenera giro formam adsumo decoram.
Nullum dare victum frigenti corpore possum,
Calida sed cunctis salubres porrego pastos.

2. DE LUCERNA.

Me mater novellam vetus de germine finxit
Et in nullo patris formata sumo figuram.
Oculi non mei lumen ostendere possunt,
Patulo sed flammas ore produco coruscas.
Nolo me contingat imber nec flamina venti,
Sum amica lucis, domi delector in umbras.

3. DE SALE.

Me pater ignitus, ut nascar, creat urendo
Et pia defectu me mater donat ubique.
Is, qui dura solvit, hic me constringere cogit.
Nullus me solutam, ligatam cuncti requirunt.
Opem fero vivis opemque reddo defunctis;
Patria me sine mundi nec ulla valebit.

---

m. P_1 alter qui CP_1LA, *(intellego:* alter pater est qui *e. q. s.)*, alterq̄ *V* uita *C (‘ignis vivendo exhauritur’ W. Meyer)*, morte *β*, mortem P_1 3 duram *Endlicher (in catal. codd. Vindob.)*, durū *C*, dura βP_1 molescere P_1, molescere *C* cogit βP_1, coget *C* 4 formam *Cγ*, formam *ex* formata *corr. L*, formata summo figura P_1 *(cf. 2, 2)* adsumo *L*, assumo *γ*, adsum̃o, *sic 28, 4. 43, 2. 51, 2 C* 5 Nullum *Cβ*, Nulli P_1 frigenti *Cβ*, frigente P_1 6 Calida sed c. *CL (sed* ca/lida *L)*, Calidas et c. *A*, Calidos et c. *V*, Calida cunctis P_1 salubres *Cβ*, salubris P_1 porrego P_1, poniego *C*, porrigo *β* pastos *CLA*, pastus P_1V

2 *Cβ et B a versu 3* (osten)dire. *In C aen. 2 post 1, in β 2 post 3; index cod. B exhibet f. 93:* XVIII de olla de lucerna de sale 2 formata *Cγ*, formã *L (ex 1, 4)* 3 mei *C*, mihi *(*michi *semper A) β* |dire *B* possunt *Bβ*, possũ *C* 4 Patulo sed *CBL*, Patulos et *A*, Patulas et *V cf. 1, 6* co/ruscas *L* 5 Nolo me contingat *Cβ*, nullum me continget *B* hymber *C* flamina *CB*, flamine *γ*, flamma *L* 6 Sum *A. Riese*, Dum *codd.* amio alucis *C* delector *BLA*, d *ex correctura, C*, delectī *V*, delegor *coni. H. Hagen* umbras *CBAL*, umbris *V*, *fuitne* umbra?

3 CaP_2 *aen. 2 ante 3 CB, 3 ante 2 β tit.* De lucerna *L cf. ad aen. 2*, De sale *reliq.* 1 Me pater $B\gamma P_2$, Me mater *CL* ignitus $CB\gamma P_3$, ingenitū *(m_1 in loco raso) L* 2 Et pia d. aP_2, Epia defectum *C* me mater *BL*, mi m. CP_2, mater me *γ; lectionem* defectum *recepta deteriorem esse negat Winterfeld, sed: pater me creat urendo, mater donat deficiendo* ubiqu/e *L* 3 His quid uram P_2 dura *α*, durat *C* soluit $BVLP_2$, soluet *A*, solue *C* constringire *B* cogit *α*, coget CP_2 4 Nullus aP_2, Noli *C* solutam $B\gamma P_2$, solatam m_1, solutam m_2CL ligatam *Cβ*, legatam BP_2 solutum, ligatum *Riese, Meyer* cuncti, n *ex corr., L*, cunctique *A* reqr̄ cuncti ligatam *V* 6 Patria me sine *(*fine P_2, sinē *C) CBP₂L*, Sine me patria *γ* mundi $CB\gamma P_2$, mundus *L*

1 4 giro: *cf. 26, 5.* 6 porrego: *cf. 6, 6. 29, 2. 35, 2. 61, 2.*

2 1 vetus *pro ablativo, ital.* vieto, *francogall.* viez *accipit Cornu l. l. 74, 1.* novellam: *cf. 6, 2* lapillos, *12, 5* pusillus, *26, 1. 33, 1. 36, 1. 38, 1.* mater: *de coniugio in his aenigmatibus plurimae similitudines sumptae sunt, e. g. mater 8, 4. 19, 1. 32, 4. 34, 1. 38, 4; pater 21, 2. 23, 1. 35, 1. 39, 1 e. q. s.* 4 patulo ore: *cf. 17, 1.*

3 3 constringere: *cf. 16, 3. 42, 4.* 6 nec ulla = *nulla cf. ad 55, 1.*

4. DE SCAMNO.

Mollibus horresco semper consistere locis,
Ungula nam mihi firma, si caute ponatur.
Nullum, iter agens, sessorem dorso requiro,
Plures fero libens, meo dum stabulo versor.
Nulla frena mihi mansueto iuveni pendas,
Calcibus et senem nolo me verberes ullis.

5. DE MENSA.

Pulchra mater ego natos dum collego multos,
Cunctis trado libens, quicquid in pectore gesto.
Oscula nam mihi prius qui cara dederunt,
Vestibus exutam turpi me modo relinquunt.
Nulli sicut mihi pro bonis mala redduntur;
Quos lactavi, nudam pede per angula versant.

6. DE CALICE.

Nullius ut meam lux solam penetrat umbram
Et natura vili miros postpono lapillos.
Ignem fero nascens, natus ab igne fatigor;
Nulla me putrido tangit nec funera turbant.
55 *Cβ* 1 Semine *CLV*, Nemine *A* ne/c *C* creata r. *AL (altera* a *ex* u *corr. L)*, concreta ren. *V*, crēatoris nascor *C* 2 possem *β*, possum *C* 3 Uberibus *Cβ*, Verberibus *Bücheler*, Uberibusque meis ego sepe reficio *V* ego *CLV*, egro *A* 4 *sic β*, figens multas perambulo *C cf. 59, 3* 5 anima *β*, animas *C* mihi *om. C* cetera *β*, ceterā *C* Non caro nec anima mihi s̄ te nec *(te del.) V* 6 Attamen aligeras *V* reddo, *prior* d *correcta, V*

56 *β, in appendice C, a verbo* reddo *v. 4 etiam B. Tit. sic β, om. C (B)*, De anno *coni. Hagen*, De sole *(anno)* et luna *(mensibus) Bücheler*, De caelo et terra *Brandt*, *sed* 'De verbo' *defendit W. Meyer: 'verbum nominis soror et maritus est et connectit singulas voces sententiarum (substantiva, adiectiva, pronomina etc.)' v. 1 primus versus in C aenigma 54 claudit, ut aen. 56 a voce* Coniux *incipiat* soror est *V* 2 huius *CLA*, cuius *V* 3 Numquā uno simul thoro *C*, Nam numquam *(non nunquam A)* uno sed multorum *β* coniungimur *β*, coniungitur *C* ambo *β*, umquā *C* 4 Sed *β*, Et *C* a longe *CLA*, de longe *V* 5 suos *CBV*, suus *LA*, suo *Hagen* gignit *LA*, gygnet *C*, gingit *B*, genuit *V* partus *Cβ*, partos *B* 6 uno *Bβ*, una *C*, meo *coni. W. Meyer* peblo *L*

55 1 nec ullo *i. e. nullo cf. 3, 6. 39, 3. 42, 1, 43, 4*, nec umquam = *numquam 35, 3. 51, 5.* 4 *cf. ad 37, 1. 59, 3.* 5 *cf. 41, 6.*

56 4 a longe: *cf. 61, 5.*

57. DE SOLE.

Prohibeor solus noctis videre tenebras
Et absconse ducor longa per ávia fugiens.
Nulla mihi velox avis inventa volatu,
Cum videar nullas gestare corpore pennas.
Vix auferre praedam me coram latro valebit,
Publica per diem dum semper competa curro.

58. DE LUNA.

Assiduo multas vias itinere currens
Corpore defecta velox conprendo senectam.
Versa vice rerum conpellor ire deorsum
Et ab ima redux trahor conscendere sursum.
Sed cum mei parvum cursus complevero tempus,
Infantia par est simul et curva senectus.

59. DE LUNA.

Quo movear gressum, nullus cognoscere temptat,
Cernere nec vultus per diem signa valebit.
Cottidie currens vias perambulo multas
Et bis iterato cunctas recurro per annum.
Imber, nix, pruina, glacies nec fulgora nocent,
Timeo nec ventum forti testudine tecta.

---

57 *Cα* DE SOLE *C*, DE IGNE *BA*, ITEM DE IGNE *V*, De igni *L* 1 t/enebras *L* 2 longa *codd.*, longe *Brandt* per auia *Bγ*, peruia *CL* fugiens *CBγ*, fugens *L*, fulgens *Brandt* 3 nulla *α*, nulli *C* uolatu *α*, uoluta *C* 4 uidar *L* nullas gestare *α*, nullus gesture *C* corpori *B*, in corpore *V* pennas *β*, penas *C*, pinnas *B* 5 auferre *α*, auferem *C* ualebit *α*, ualebat *C* 6 puplica *C* competa *γ*, conpeta *B*, competo *L*, conpleta *C*

58 *Cα* DE LUNA *C*, DE ROTA *α* 1 itenere *B* Assiduoq; uias *(q;uias ex* multas *corr.)* currens itinere multas *V* 2 uelux *B* conprendo *V*, conprehendo *CBLA* 3 rerum *Cβ*, rursum *B* copellor *C* inre *L* 4 redux *BLV*, reduxi *A*, reduxit *C* trahor conscendere *α (*conscendire *B)*, traor concedere *C* 5 meiu *L* cursus *CB*, cursum *β* conpleuero tempus *super lin.* m_1 *B* Cumque mei paruum tempus compleuero cursum *V* 6 infantiã parẽ *C*, pars est *(*est *om. B*, pars simul est et *V) α*

59 *Cα tit. α*, DE L *C* 1 Quomodo uear *L*, meuear *C*, mouẽar *B* gressum *CBA*, gẽssum *L*, gressu *V (Meyer)*, movear, gressum *Brandt* cognoscere *V*, cognuscere *C*, cognuscire *B*, agnoscere *LA* 2 cernire *B* uelebit *L* 3 Quotidie *L* multos *C* Cottidieque uias percurrens *(per supra lineam)* ambulo multas *V* 4 iteratum *V* percurro *V* 5 Ymber *CA* bruina *C* glacies *om. C* fulgora *CBLV*, frigora *A* Imber nix glacies nec umquam fulgora nocent *V* 6 Nec timeo *V* forte *B* tecta *BV*, tectus *CLA* magna fortitudine tectus *C*

57 2 fugiens: *cf. ad 14, 5.* 3 mihi velox: *cf. 26, 1.* 6 per diem: *cf. 59, 2. 60, 1.*

58 *3/4: cf. 31, 3/4* versa vice *et* ab imã.

59 2 per diem: *cf. ad 57, 6.* 3 perambulo: *cf. ad 37, 1. 55, 4.* 5 glacies *bisyllabum cf. ad 14, 5.*

60. DE CAELO.

Promiscuo per diem vultu dum reddor amictus,
Pulchrum saepe reddo, turpis qui semper habetur.
Innumeras ego res cunctis fero mirandas,
Pondere sub magno rerum nec gravor onustus.
Nullus mihi dorsum, faciem sed cuncti mirantur,
Et meo cum bonis malos recipio tecto.

61. DE UMBRA.

Humidis delector semper consistere locis
Et sine radice inmensos porrego ramos.
Mecum iter agens nulla sub arte tenebit,
Comitem sed viae ego conprendere possum.
Certum me videnti demonstro corpus a longe,
Positus et iuxta totam me nunquam videbit.

62. DE STELLIS.

Milia conclusae domo sub una sorores,
Minima non crescit, maior nec aevo senescit,
Et cum nulla parem conetur adloqui verbis,
Suos moderato servant in ordine cursus.
Pulchrior turpentem vultu non dispicit ulla
Odiuntque lucem, noctis secreta mirantur.

---

60 *Cα* *tit.* DE CAELO *α*, DE GELU *C* 1 Promiscuo *CB*, promiscuos *β* uultu *C*, uulto *B*, uultus *β*, dum reddor a. *α*, dureddo racmittus *C* 2 reddo, turpis *Brandt*, r&d. d& urpis *C*, reddet amictus *L*, sed turpis *B*, sepe qui semper h. *(reddo turpis om.) V* semper *α*, sē *C* 3 inn^{o}meras *B* mirandas *CB*, mirantibus *β (mirantibus fero V)* 6 meo *Cβ*, me *B* malos *CBγ*, malis *L* tecto *β*, tectu *B*, tectus *C*, Atque meo malos cum bonis capio tecto *V*

61 *Cα, in B post 62* 1 Umedis *B* Humili .... loco *coni. W. Meyer* Delector humidis *V* consistire *B* 2 *om. C* radice *β*, radices *B Brandt* porrego *B*, porrigo *β* inmensos quoque porrigo *V* 3 tenebit *α*, tenebitur *C* agens *CBγ*, cogens *(?, prima litt. corr.) L* Iter agens mecum non ulla s. a. t. *V* 4 uiae ego *codd.*, ego viae *Brandt* cō̄ndere *V*, conprehendere *CLA*, conpraehendire *B* Neque uię comitem ego *V* 5 d^{ui}enti *A* a longe *α*, ad longe *C* 6 numquam *CBLA*, neque *V*, nemo *Brandt*

62 *Cα, ante 61 B* DE STILLIS *B* 1 domo *α*, domu *C* 2 seniscit *B* 3 parem *Bγ*, patrem *C*, partem *L* conetur *CBL*, paretur *A*, parem p queat *V* aloqui *C* 4 moderato *CB*, moderatos *β*, Seruant ipse suos moderatos ord. curs. *V* 5 Pulchior *CL* turpentem *CLA*, turpem *V*, torpentem *B* uultu *B*, uultum *Cβ* dispicit *B*, displicit *L*, discipit *ex* discipat *C*, despicit *γ* ulla *CB*, ullam *LA* Pulchrior et uultum turpem non despicit ullum *V* 6 noctis s. *Cβ*, noctesecreta *B* mirantur *CBLA*, secuntur *V*

60 1 per diem: *cf. 57, 6. 59, 2.* promiscuo, *v. 5* faciem: *cf. ad 14, 5.*
61 2 *de hiatu cf. ad 9, 1.* 3 nulla sub arte: *cf. ad 7, 4.*
62 1 milia: *cf. ad 20, 5.* 5 turpentem: *cf. ad 42, 6.*

ITEM DE VINO.

Pulchrior me nullus versatur in poculis umquam,
Ast ego primatum in omnibus teneo solus,
Viribus atque meis possum decipere multos;
Leges atque iura per me virtutes amittunt.
Vario me si quis haurire voluerit usu,
Stupebit ingenti mea percussus virtute.

---

63 *Aenigma 62 in β aenigma prosaicum sequitur* DE OUE *A*, ITEM DE OUE *LV*, *deinde in γ alterum prosaicum sine titulo, (utrumque edidit Mone, Anz. f. K. d. t. Vorz. 1839, 228), in L rhythmicum cum acrosticho* Paulus, *quod quamvis propter rhythmi diversitatem a praecedentibus segregandum sit, tamen hic afferre libet; cf. W. Meyer l. l. p. 179, Brandt p. 133* 5 hauri *L*

CXLVII.

EXHORTATIO POENITENDI.

In Isidori Hispalensis operibus 'omnibus quae extant' Parisiis 1601 p. 334 sq. primus Du Breul tria opuscula ab eodem homine condita[1]*, 1. Exhortationem poenitendi hexametris rhythmicis compositam, (sed apud Breulium p. 334 continuato textu ut pedestrem impressam), 2. Lamentum poenitentiae quindecimsyllabis rhythmicis compositum, 3. Orationem pro correptione vitae pedestrem, ex codice bibliothecae s. Mauri Fossatensis in lucem protulit. Tres illi libelli poenitentiales cum in nonnullis codicibus e. g. in Fossatensi Breulii (et Sangallensi 269) post Isidori Synonyma extent et auctor eiusdem libri Isidoriani indolem imitari studeat*[2]*, a viris doctis*[3] *post Breulium Isidoro ipsi adscribebantur, quamquam non deerant qui dubitarent cf. Arevalum, Isidoriana Cap. LXXXI 20 (Migne P. L. LXXXI 583 sq.)*[4]*. Controversiam a Wilhelmo Meyer diremptam esse censeo: cum poeta non nisi singulis locis legem illam, quae est in Isidori Synonymis, secutus sit, non episcopus Hispalensis ipse pro auctore habendus esse videtur sed pedisequus quidam. Qui ubi floruerit, dubium est, ego Hispanum*[5] *fuisse arbitror; codex E enim, cum Exh. 1 et 30 habeat* quur *pro* cur, *ad archetypum recedere videtur in Hispania scriptum; accedit quod etiam in B v. 30* qur *legimus. Eodem referenda est pronuntiatio vocabuli capére cf. ad v. 80. Pluris facio quod etiam nunc Lamenti poenitentiae, (non Exhortationis!) codex exstat Hispaniensis, qui illum rhythmum contineat licet mutilatum at nonnullis locis etiam ampliorem quam in reliquis codicibus. De tempore nihil constat; post Isidorum poeta fuit, sed ante saec. IX; eodem fere tempore igitur hi hexametri rhythmici*

---

1) *cf. Orat. pro corrept. 3, Migne P. L. LXXXIII 1262* dum grabato multorum peccatorum saeculi huius mortifero quodam iacerem sopore depressus, misisti gratiam tuam cum flagellorum strepitu suscitare damnabili torpentem segnitia, ut apertis oculis expergefactus, dum in me nihil victus boni operis recognoscerem, venirem ad te *ad Exhortationem referendum esse W. Meyer vidit, ad Lamentum quae sequuntur:* Idcirco consurgens ad te lamentationum clamoribus prece multifaria pietatis tuae pulsans (pulsavi?) auditus per alphabetum, quod praemisi, singulas eius litteras rigans flumine lacrimarum. *Etiam Exhort. v. 171 ad Lamentum spectat.* 2) *Molestae illius synonymorum repetitionis pauca affero exempla. Exhort. 77* respue contemne recusa, *v. 100* quicquid claudit obligat officit affligit obumbrat, *122* impia obscena nefanda. *Lament. 4, 2* gemo lugens et suspiro miserere clamitans, pulso rogans toto die, *9, 3* carnem dira flagellorum ultione conterens caede ferro sorde peste tenebrarum carcere. *Orat. pro corr. vitae* homo sua peccata considerat, plangit et emendat, cuius respectu et munere incipit vel bonum facere vitare malum et refutare, sequi iustitiam et declinare ab iniquitate *etc.* 3) *Iam Sigibertus Gemblacensis in libro de script. eccles. LV Migne P. L. CLX 559* Isidorus ... scripsit Synonyma, ... scripsit et Lamentum poenitentis distinctum alphabeto, addita oratione. *In Sigiberti codice Exhortatio igitur deerat.* 4) *Longe profecto Pitra a vero aberravit Spicil. Solesm. IV p. XIX sq. Verecundum episcopum Iuncensem auctorem Exhortationis et Lamenti esse arbitratus.* 5) *Sed carmina ab hac editione secludi non posse quamvis diu dubitaverim mihi persuasi.*

in Hispania facti esse videntur quo aenigmata in Italia, ideo hoc loco eos desiderari nolui. Lamentum addidi, quia eiusdem poetae est. — Horum hexametrorum lex est stricte observata, ut prior versiculus aut 6 _ ◡ aut 7 ◡ _ sit, alter aut 8 _ ◡ ◡ _ ◡ aut 9 _ ◡ ◡ _ ◡. Sed versiculos non distinxi (cf. ad p. 719. 737). De forma rhythmi post Fridericum Hanssen, De arte metrica Commodiani. Dissert. Argentoratenses V 75 sq., docte disputavit W. Meyer, Ges. Abh. I 234. II 17. 179 sq.

Breulii codici Fossatensi Pitra in nova editione Exhortationis Spicil. Solesm. IV 132 sq. tres alios adiunxit, Duacensem, Parisinum, Montepessulanum, sed rem tam neglegenter egit, ut quae cuique codici lectio debeatur saepissime discerni nequeat. Qua necessitate coactus W. Meyer cum carmen propter hexametros rhythmicos denuo edere animum induxisset, duos novos codices adhibuit, Sangallensem G et Monacensem E, lectiones ABC a Pitra allatas uncinis inclusas addidit (Abh. d. K. bayer. Akad. d. Wissensch. XVII 1885 p. 431 sq., Ges. Abh. II 179 sq.). Ego, cum lectiones codicum Duacensis, Montepessulani, Parisinorum, Monacensis, Sangallensis, Andecavensis mihi praesto sint, Pitrae editionem parum sollerter factam omnino sprevi.

Hi sunt codices:

1. ***A*** *= cod. Duacensis 290 s. XII ex., olim ecclesiae sancti Salvatoris Aquicinctensis, miscellaneus; f. 63ᵇ Isidorus de satisfactione poenitentiae ('Lamentum' in hoc codice deest.). Comiter mihi contulit B. Rivière. Pitrae signum A retinui.*

2. ***F*** *= codex s. Albini Andecavensis, nunc n. 275 bibliothecae civitatis Andecavensis, s. IX, de quo cf. Catalogue général XXXI 276, Beeson, Isidorstudien, Quellen und Untersuchungen z. lat. Phil. d. M., München 1912 p. 72 (ubi corrigendum n. 275), miscellaneus. Praeter alia continet excerpta ex Isidori Etymologiis; f. 94 sq. Exhortatio poenitendi exstat, f. 95ᵛ sq. Lamentum poenitentiae. Adhibui schedulas photographas, quas V. Leroy, bibliothecae Andecavensis director, meum in usum confici iussit; cf. ctiam p. 768.*

3. ***B*** *= cod. bibliothecae Montepessulanae 137 saec. IX, manu paulo recentiore retractatus, miscellaneus; f. 1 sq. extant Exhortatio, Lamentum, Oratio pro correptione vitae. Berolinum transmissum ipse contuli.*

4. ***P.*** *Pitra se codicem Paris. s. Mart. 82 adhibuisse dicit. Quaerenti mihi H. Lebègue respondit hunc esse codicem 18072 Bibliothecae nationalis, olim s. Martini (Saint Martin des champs), saec. XII. Continet f. 36 sq. Exhortationem, Lamentum, Orationem. Ex B transcriptus est. Contulit H. Lebègue.*

5. ***E*** *= cod. lat. Monacensis 14843, olim s. Emmerammi 3, membr., saec. IX. Continet post Isidori libros II Synonymorum f. 54 sq. Lamentum poenitentiae, f. 63 Exhortationem et alia. Excussit W. Meyer, ego denuo contuli.*

6. ***G*** *= cod. s. Galli 269 s. XI, miscellaneus. Continet praeter Isidori Synonyma p. 130—149 Exhortationem et Lamentum poenitentiae, p. 150 Orationem pro corr. et alia. Primus adhibuit W. Meyer, ego denuo contuli.*

7. G_1 *= cod. s. Galli 223 s. XII, ex G descriptus est cf. W. Meyer l. l. 183.*

8. ***V*** *= cod. Vindobonensis 794 s. XII, ex G descriptus est cf. W. Meyer l. l. 183.*

9. ***Br*** *= codex, quem Du Breul in editione operum Isidori, Parisiis 1601, adhibuit. Dicit enim in indice librorum:* Exhortatio poenitendi cum consolatione et misericordia dei ad animam futura iudicia formidantem. Quam ex ms. codice bibliothecae s. Mauri Fossatensis quondam regularis v. c. Nic. Faber transscribi curavit. *Cum codex lateat, editione usus sum*[1].

---

1) *Codicem, quem in bibliotheca Tigurina olim fuisse Gesnerus affirmat, numquam illic fuisse I. Werner me docuit.*

Codices G_1 et V cum ex G transcripti sint (cf. W. Meyer l. l. II 183), omnino neglegendi sunt; neque pluris faciendus est P, qui ex B descriptus esse luculentissimis documentis comprobatur cf. v. 42 displicet^{eat} *B,* displiceat *P; 131* ulciscere m_1, ulcisci se m_2 *B,* ulcisci se *P; Lament. 46, 1* gåud/a *B,* grauida *P; 58, 3* ab infernå *B,* ab inferno *P. Ex reliquis codicibus E et G inter se cohaerent cf. v. 16* renitaseas *E,* renitaseis *G: 63* si poeniteas *EG; 76* Da *pro* Data *EG. Horum codicum lectiones communes signo γ indicavi. De codice Fossatensi iudicare quamquam difficilius est, cum Breulius multos locos ad suum arbitrium correxerit, tamen necessitatem quandam inter Br et γ intercedere locis quos attuli probatur cf. v. 16* reniteas *Br, 63* si poeniteas *Br, 76* Da *Br, 77* contempnere cura *Br. Ex nonnullis locis etiam artiorem necessitatem esse codicum E et Br collegeris, velut v. 5* reculas *G,* res cellulas *EBr. Sed haec nimis incerta sunt. Ubi Br cum γ consentit, lectiones EGBr signo γ concluduntur, ubi dissentit, signum Br exhibui. Ad γ longiore quidem intervallo accedit B cf. v. 40* expiatur *Bγ, 118* uenit *Bγ. Haec classis Bγ littera β significatur. Ad eandem classem pertinet F: v. 25 deest* plagae *in Fβ, v. 30* uacua curris *β,* uagacarris *F, v. 46* pauesce *βF, v. 69* cras *βF, quod quin falsum sit dubitari non potest. Inter B et F artior est necessitas quam inter F et γ cf. v. 16* eruditus *B,* erudi *F,* rudi *reliqui, v. 73* declina sed *pro* declinans et, *v. 86* terra, *v. 172* superando *pro* suspirando. *Consensus codicum βF signo α indicatur. Sed etiam codicum α et A eadem origo est cf. v. 129* Sic David stupri culpam *contra leges rhythmi Aa, v. 157* nihil augmenti fecit *sive* nihil augmentum fecit *pro* nihil fecit augmenti (augmentum). *Omnes ergo codices signo ω comprehenduntur. — Ad recensendum rhythmum haud mediocris pretii est codex A. Ex altera classe F plurimi aestimandus est, qui cum A exhibeat v. 5* resculas *(*re culas *B) v. 14* propellens, *v. 17* percussit, *v. 40* piatur, *reliqui* expiatur, *v. 97* sedabis, *reliqui* sedas, *v. 118* fit, *reliqui* uenit.

EXHORTATIO POENITENDI

CUM CONSOLATIONE MISERICORDIAE DEI AD ANIMAM FUTURA IUDICIA FORMIDANTEM.

Quur fluctuas anima merorum quassata procellis?
Usquequo multimoda cogitatione turbaris?
Mens confusa taediis itinera devia carpens
Tramites caliginis subducta luce percurrit.
Non ablatas resculas mundi fascesque suspires,
Nec casus honoris, sed ruinas animae plora.
Non haec defunctoria doleas exitia carnis,
Sed perseverantia tartari tormenta formida.

CXLVII *Tit. sic A,* EX. POENITENTIS CUM CONSOLATIONE ET MISERICORDIA DEI *e. q. s. G,* Exhortatio poenitendi cum consolatione et misericordia dei ad animam futura iudicia formidantem *Br, tit. om. BE* 1 Quur *EF,* Cur *reliq.* quas sata m_1, *corr.* m_2 *B* 3 itinera *ABFγ,* itineris *Br* 4 tramites *α,* tramitem *A* percurrit *AEFBr,* percurris *BG* 5 resculas *AF,* reculas *G,* re culas *B,* res cellulas *EBr* facesque *FBr* 7 defunctoria *ABEFBr,* defectoria *G* doleas *ABGFBr,* deleas *E* exitia carnis *AγFBr,* et ista non carnis *B* 8 pseuerentia *(corr. m. aequali) B*

CXLVII *De schemate cf. p. 761. Hiatus multi. Bini hexametri sensu inter se conexi esse solent, sed cf. e. g. 124 sq., 155 sq. Synizesis v. 10* miserias, *55* excipiet. 1 anima *ablativum, non vocativum esse W. Meyer merito monet cf. 6* ruinas animae plora, *15* percussus, *26* segregatus *etc.* 2 *Ier. 4, 14* usquequo morabuntur in te cogitationes noxiae?

Nec aerumnas carceris ambigas, quas fine carebis,
Sed iuges Averni miserias prospectans evita;
Quae hic quidem redimi facili compendio possunt,
Si mundi affectus in amorem Christi convertas
Et tete non neglegas ab iniquitate privari,
Cuncta peccatoria corde divulsa propellens;
Quae penitus respue saltimque percussus abhorre,
Ut sinceritate rudi vel sero nitescas.
Abiecit te mundus, percussit, proscripsit, derisit:
Quare non consideras, quid a te Christus exquirit?
Non humana manu talia te perpeti putes,
Sed haec provenisse divino iudicio crede.
Inritasti contra te dominum offensa delicti,
Qui te flagris arguens corripit, coercit, affligit.
Flagelli impendio monet, ut errata cognoscas
Et agnita poenitens corrigas, distringas, emendes.
Hoc sentire debes, quod instans verbere plagae
Pulsat ut benivolus, malo segregatus existas
Et perniciosa respuens innoxia quaeras.
Vult contritionis nunc examinare camino,
Quo conflatus pristinas vitiorum sordes amittas.
Quur ergo perquaquam diffusus mente vagaris?
Ad callem examinis sensus tui collige gressus,
Discute cor tuum, cautius interroga mentem:
Quid ludibriosum retinet vel gessit, exponat.

---

9 erumpnas *A*, erumnas (aer-) *BFGBr*, erumnis *E* abigas *Br* quas *AγF*, quaṣ (ib;), *corr. m₂*, *B*, quibus *Br*, qua *W. Meyer* carebis *α*, carebunt *A* 10 iuges auerni *α*, lugens inferni, *supra lineam* uel auerni *A* 11 hic *om. G*, hinc *F* quidem *om. Br* facile conpendio *E* 12 amorem *ABBr*, amore *γ* 13 et tete *AE*, ut te *G*, et te *FBr*, & aeterna ne *B* neglegas *Fγ*, neglẹgas (*ss. m₂*) *B*, negligas *ABr* ab iniquitate *AFγ*, ab equitate *B* priuari *ABEF*, piari *G*, privare *Br* 14 peccatoria c. *AFG*, peccatori a c. *E*, peccatori *B*, peccata *Br* corde *ABFG*, a corde *EBr* propellas *BEBr*, procellas *G*, propellens *AF* 15 Quae *AB*, Quas *E*, Quasi *FG*, Res iniquas *Br* penitus *ABr*, penatus *E*, pennatus *G*, poenatus *F*, spernatus *B* renue (rennue) *sic ABFγ*, remove *Br* saltẹmque, *corr. m₂*, *B*, saltemque *ABr* percussus *ABFGBr*, perculsus *E* abhorre *B*, Abhorre *Br* 16 Ut *ω* rudi *Aγ*, eruditus *B*, erudi *F* uel sero *AγF*, uel serenus *B* nitescas *AF* renitaseas *E*, renitaseis *G*, reniteas *Br*, ęas *B* 17 percussit *AF*, percussitque *β* proscripsit *A*, rescripsit *α* 18 quid *AγF*, quod *B* ad te *EF* exquirat *F* 19 talia te p. *ABEFBr*, te perpeti talia *G* 20 prouenisse *α*, pervenisse *A* 21 Inritastitẹ *E* contra te *ABEFBr*, contra *G* dn̄m̄ *ABEFBr*, dm̄ *G* 22 arguens *codd.*, urgens *Rönsch*, *Philol. Anzeiger XII p. 310* coercit *E*, cohercit *B*, coercet *AGBr* 23 monet *Aγ*, mouet *BF* 24 distringas *ABFGBr*, distinguas *E* emendes *ABEFBr*, emendas *G* 25 instans *ABγ*, instanti *Br*, stans *F*, plagae *A*, *om. α* instanti verbere pulsatus, Ut ben. a malo *Br* 26 beniuolus ut (*coniectura!*) *B*, ut beniuolus *AγF*, benivolus malo ut *Hanssen* segregatus *Fγ*, seggregatus *A*, segregata *B*; *haud improbabiliter lacunam indicavit W. Meyer posteriorem partem versus 26 et priorem v. 27 excidisse iudicans* 27 perneciosa *G* quaeras uult *A* 28 Contrititionis *A* nunc te exam. *Br* examinare *AγFBr*, exestuare *B* 29 *sic AγF*, conflata *B* sentinas uitiorum sordesque am. *B* 30 Quur *E*, Qur (C) *B*, Cur *AFG* diffus (su), *ss. m₁*, *B* mente uagaris *A*, mente uacua curris *β*, m. uagacarris *F* 31 callem *AγF*, collem *B*, calcem *Br* sensus tui *AEFBr*, tui sensus *G*, sensum tuum *B* 32 interroga mentem *AγF*, int. timentem *F*, interroga mens quid *B*

9 *i. e. quibus in fine liber eris.* carere *c. acc. cf. v. 117.* 17 *de synonymis conglomeratis cf. supra p. 760.* 22 arguens: *cf. e. g. apoc. Ioh. 3, 19* arguo et castigo. 26 *Orat. pro correpl. 42* segregasti me a peccatis. 28 *Orat. c. pro corr. 33* proba me in camino humiliationis, quo diutius indignum examinas. 30 *cf. rh. CXLVIII 73, 3.*

Quid saevum, quid noxium concepit vel operit, pandat;
Et, dum est licentia, totum praedampnare festina.
Ecce perpetrata cuncta coram oculis astant,
Et secreto murmure mens universa proponit.
Quid admissa crimina nisi lamenta requirunt?
Quid vult facti vulnus nisi malagmata fletus?
Nullum scelus aliter nisi poenitendo piatur,
Immo puniendo, ne sit iam ultra, deletur.
Ergo si ruisse nequiter vivendo displicet,
† Surge decenter, melius agendo precurre.
Iudicem futurum times perdentem iniquos:
Nunc illum post crimina opere iustitiae placa.
Atros ignes inferi, quod est mors secunda, pavescis:
Sed admissa poenitens puni peccatum et vives.
In hac vita lacrimis extingue tartari flammas
Et necando crimina vires evacua mortis.
Mors illic non repetit, quos hic viventes amittit,
Nam qui se peccato dirimit, iustitiae iungit.
Et spiritus vitae obsequens mandata custodit,
Peccata repudians morti servire contempsit,
Ultra iam non moritur nec mors dominabitur illi
Neque eum tartarum excipiet in morte, sed celum.
Nullatenus dubites in hoc nec umquam diffidas;
Nam sic protestantia divina dicta decernunt.
Ad regnum profecto transient cum Christo victuri,
Qui poenituisse mala perpetrata probantur.
Nulla te res dubium de misericordia reddat,
Nam parcere deus promptus est clementer indignis
Atque poenitentibus veniam libenter donare;
Tantum sic poeniteas, ne iam poenitenda committas

---

33 *et* 34 *G, (non E), ter loco* quid *habet* quicquid concepit *Aγ*, concoepit *F*, concipit *B* 35 predamnare *(alteram* a *ex* e *corr. m₂) B* 36 astant *(*adstant*) ABFγ*, constant *Br* 38 amissa *G*, admissa *reliq.* 39 Quic uul *G* malaȯgmata, *corr. m₂*, *B* 40 piatur *sic AF*, expiatur *reliq.*, Expiatur *Br* 41 Deletur *Br* 42 si ruisse *AFγ*, seruisse *B* **f.* displácet, displicet *Aγ*, displic*eat*&, *corr. m₂*, *B*, dispudet *F* 43 Surgere *E*, Surge// d. *B*, surge recedante *F*, Surge d. *reliq.*, *fuitne* *Exsurge? precurre *AFEBBr*, percurre *G* *versus falsus est*, Surgere ... percurre *W. Meyer, an* Surgere .. prae(pro)cura? 44 times *AFγ*, timens *Br*, time *B* iniquos: *sic distinxit W. Meyer* 45 Hunc post saeculi crimina *Br* 46 Atros ignes *AFγ*, Adodores ignis *B* pauescis *A*, pauesce *α* 47 admissa *ABEBr*, admissum *G*, amissa *F* peccata *Br* 48 extingue *α*, extrema *A* 50 *sic α*, Mors non illic non repetit *A* 51 *om. F* iungit *Aγ*, uincit *B* 52 Et spir. obs. vitae qui mand. cust. *probabiliter coni. W. Meyer* mandata qui custodit *B*, mandata cust. Qui peccato *G*, qui *om. AFEBr* 53 pec. repudians *AFEBr*, repudians, a *ex* e *corr. m₂*, *B*, Qui peccato repugnans *G* morti seruire contempsit *(*contemnit *Br) Aγ(F)*, mortis opera contempnit *B* 54 Ultra i. n. m. *AFγ*, Ille iam ultra non *B* domin. mors *G* 55 tartarum *Aγ*, tartarus *BF* cęlū nullatenus *B* 56 *sic AFγ*, dubites recipi et in hoc *B* 57 sic *AFGBBr*, sit *E* protestantia *AFBE*, protestan̄t *G*, protestanda *Br* decernunt Ad regnum *Br* 58 pro fecto *B* transient *AFB*, transierint *E*, transierunt *GBr* 60 dubium *AFγ*, dubia *m₁*, dubiā *m₂ B* 62 libenter *om. G* 63 sic poeniteas *AFB*, si poeniteas *γ* ne iam *AFB*, nec iam *γ* poenitenda, a *ex correctura m₂*, *B*

39 malagma: *sap. 16, 12.* 41 *Orat. p. c. 9* homo poenitendo punit, quod male admisit *cf. v. 47 et ad v. 63 sq.* ne = *ut non.* 42 displícet *(an* displácet*?): cf. ad rh. IV 11, 3.* 48 *Orat. p. c. 10 cf. ad v. 41.* 54 *Rom. 6, 9.* 63 *sq. cf. Orat. pro corr. c. 10* Perfecta est autem poenitentia praeterita delere et futura non admittere. ne: *cf. 41.*

Et ob hoc irrisor atque subsannator vocatus
Vertas poenitentiam in punitionem pericli.
Labor sine fructu est et spes vanissima valde
Sic peccata plangere, ut non desinatur peccare.
Quasi quis instructa destruat, diruta reformet,
Et quod lavat hodie, polluat et sordidet item;
Sic enim non lotus habetur, sed semper inmundus,
Nec capit huiusmodi veniam, sed provocat iram,
Quoniam non diluit, sed dilatat criminum gesta.
Tu denique cautius talium exempla declinans
Et peccasse poenite et iam peccare desiste;
Dissipa preteritas lacrimarum opere culpas.
Data elemosina, si habes, redime probra
Et sequi vanissima respue, contempne, recusa.
Sit iam abdicabile, sit abhominabile semper
Peccatum, quod celo distrahit, inferno deponit.
Melius sit regni gloriam nitore capere
Quam regni iacturam sordium horrore perferre.
Conversus ad dominum post tenebras arripe lucem
Amplectensque vitam mortalia facta relinque.
Confitere illi, compungere, plangito, roga;
Dic 'peccavi nimium', 'parce, miserere!' proclama.
Curva cordis genua prostratus corpore terrae,
Obsecrans assidue profusis lacrimis ora,
Lenias ut humilis, quem exasperasti superbus.
Nam dei clementiam humiles et flentes acquirunt,
Non ridentes impetrant neque contumaces exorant.
Certo te poeniteant, perpere quecumque gessisti,
Ut odiens horreas, quicquid indecenter amabas,
Quod pudore congruo rubor verecundus aspernens.
Rite demum veniam lacrimarum prece requiras.

---

64 ob *ABBr*, ab *FG*, *om. E* atque *AFBEBr*, et *G* 65 Uertis *G*, Uertas *reliq.* punitionem *α*, punitione *A* pericli *A*, periculi *α*, **fort.* piacli? 68 Quasi *α*, Quod si *A* reformet *α*, deformet *A*, directa deformet *Pitra (recte?)* 69 Et *AFB*, Si *γ* lauat *AFBEBr*, lauet *G* item *A*, cras *α* 71 Nec *α*, Non *A* huius modi *ω*, hoc modo *coni. W. Meyer* 72 d$\overset{\text{i}}{\text{e}}$luit, *corr. m₂*, *B* 73 declinans *Aγ*, declina *FB* 74 Et *Aγ*, Sed *FB* Et iam pecc. *Br* penite (poen.) et iam *α*, poenitere *Br*, poenitet, iam *A* 75 opere *AFBGBr*, operi *E* 76 Data *AFB*, Da *γ* elemosina *AFB*, elemosinam *γ*, eleemosynam *Br* 77 contempne rec. *ABF*², contempnere cusa *F*¹, contempnere cura *EBr*, cont. curā *G* 78 *sic α*, Sit iam abhominabile s. *A* 79 Quod *EBr* de caelo *F* inferno *AFB*, in infernum *γ* deponit *AFγ*, disponit *B* 80 capere *AFBγ*, carpere *Br*, captare *Hanssen*, habere *W. Meyer*, cupire *Rönsch* 81 horrore *AFBGBr*, errore *E* perferre *α*, praeferre *A* 82 dn̄m̄ *AFBEBr*, dm̄ *G* arripe *AFBEBr.*, corripe *G* lucem arripe *Br* lucem *sic ω* 83 uitae *F* 84 Conf. (confidere *F*) illi *ω* roga *om. E* 85 *sic AFBEBr*, peccaui domine nimium *G* 86 Proclama cordis gemitu curua c. g. *G* terra *FB*, in terra *γ*, in terram *Br*, terrae *A* 87 Obsecrans *AFB*, Obsecra *γ* profusis *sic ω* lacrimas *in* -mis *corr. E* obsecra ass. perfusus lacrimis ora *coni. W. Meyer* 88 Lenias *AFBBr*, Linias *γ* exasperasti *sic ω* 89 humiles *AFBGBr*, humilis *E* 90 *sic α* (imperant *G*), non rid. non impetrant *A* 91 te *om. A* poeniteant *A*, peniteat *α* perpere *AFBE*, perpetrasse *G*, perperam *Br* 92 orreas *E* indecent *E*, in dicente *F* 93 aspernens *sic AFBγ*, aspernit *Br* 94 demum *AFγ*, deum *B* uenit *F*, ueniam *reliq.*

71 hoc modo *coni. W. Meyer, sed* huiusmodi *pro* talis (homo) *accipi posse videtur.* 80 capére *poeta pronuntiabat cf. hispan. (portug. et prov.)* caber. 93 aspernens: *cf. ad rh. VII 3, 1.*

His namque fomentis animae peccata medentur
Et omnia vulnera priscam sanitatem receptant.
Sic namque divinum sedabis cito furorem,
Sic profecto capies, quicquid lacrimando deposcis;
Sic denique poteris evadere, quicquid exoptas,
Quicquid claudit, obligat, officit, affligit, obumbrat,
Et ad dei gratiam hoc modo redire gaudebis.
Quamvis sis peccator impius, malignus, iniquus,
Criminis omnigeni contagio dudum pollutus,
Pete deo veniam hesitans nequaquam in fide,
Qui omni peccamine cunctos poenitentes expurgat.
Omne demit facinus vera poenitudo delicti,
Nec est crimen ullum, quod nequaquam lacrimae tergant.
Quamvis de iustitia terreat iudicii dies,
Nunc misericordiam certa poenitudo potitur.
Nullum delinquentem deus de praeterito dampnat,
Si bonus ex malo fuerit extremo repertus;
Ut dicitur impio, si impietates relinquens
Opera iustitiae faciat extremo conversus,
Impietas illius omnis oblita dematur
Mortique sublatus aeterna per saecula vivat.
Sic denique Paulus fidelis ex infido factus
Cuncta caret crimina, quae impie gesserat olim.
Sic ex publicano fit euangelista Mattheus,
Sicque Cyprianus ex mago sacerdos et martir.
Sic et Augustinus ardentior carnis amator
Fit ex Manicheo mundi probatus magister.
Sic et Ninivite impia, obscena, nefanda
Deflentes flagitia vitam poenitendo merentur.
Manasses, qui idolis templum repleverat dei

---

95 medentur *AFBγ*, medetur *Br* 96 priscam *AFBEBr*, pristinam *G* 97 sedabis *AF*, sedas *β* 98 exoptas *ω*, *sc. evadere;* exoptas *om. Br* 100 Quicquid *om. Br* 102 malignus iniquus *AFBEBr*, in. mal. *G* 103 Criminis *AFBEBr*, Criminosus *G* omnigeni *A*, omni genere *α* contagio *AFBγ*, contagioque pollutus *Br* 104 deo *AFB*, a deo *γ*, *an* *dei? 105 ab omni pecc. *B* peccato *F* expurgat *Aγ*, purgat *FB* 106 demit *A*, dimittit *α* uera pęnitudo *α* *(*Omnem demittit facinuera delicti *F)*, fere poenitendo *A* 107 Nec te *F* crimen ullum *AFBEBr*, u. cr. *G* nequaq. lacr. *AFBEBr*, lacr. non tergant *G* 109 misericordiam *AE*, misericordia *FBGBr* certa *(*-o *F)* pęnitudo *α*, certa poenitendo *A* 110 Nullum *om. Br* 111 extremo *AFBEBr*, postremo *G* 112 relinquas *Br* 113 Opera iustitie *BGBr*, Operas iust. *FE*, Operatus iusticiam *A* 114 abolita *G*, oblita *reliq.* dematur *ABγ*, demetur *Br*, dempta *F* 115 per *om. F* uiuat *AFγ*, uiuet *B* 117 Cuncta caret crimina *AFB*, Cunctis caret criminibus *sic γ* 118 fit *AF*, uenit *β* 119 Cyprianus *Aα*, Sicque Surius Cyprianus *(Surii nomine ex margine in textum intruso) Br* ex mago *FBγ*, et mago *A* 120 agustinus *FE* 121 mundi probatus *AFBEBr*, probatus mundi *G* 122 niñiuitę *E* impia obscena nef. *AFγ*, obscena imp. nef. *B* nefanda deflentes *A* *v. 123 a* Flagitia *incipiunt ABr* 124 Manases *E* repl. dei *AFBEBr*, dei repl. *G*

95 medentur *passive: cf. ad rh. VIII 19, 1.* 110 *sq. similiter Dracontius, De laud. d. I 92 sp.* 113 *ad Titum 3, 5* non ex operibus iustitiae. 114 oblita *passive, cf. v. 141.* 116 *sq. cf. Acta Theophili auctore Eutychiano Paulo diac. Neap. interpretante AA. SS. Febr. I 491, 10* nisi fuisset poenitentia, quomodo Ninivitae salvati fuissent, .. Raab meretrix ... David .. Petrus .. Zachaeus (Matthaeus) .. Paulus .. Cyprianus *(sc. Antiochenus)* ... 124 Manasse: *Paral. II 33, 12 sq.*

Et de celo pridem datam profanaverat legem,
Post amisso regno captivus et ferreis multis
Vinculis ligatus deum poenitentia placans
Regno restitutus est nexibus culpisque solutus.
David stupri culpam homicidiique redemit,
Et Achab similiter celitus pendentem evasit
Iram, de quo comminus dixerat ulciscere deus.
Petrus fide lapsus rursum poenitendo resurgit.
Sic et euangelii meretrix et publicanus
Parvis fusis lacrimis multo se piaculo mundant,
Et plurimi porro, quos olim scripturae declarant
Post crimina celites factos poenitudine viros.
Sic e contra polo labentes tartaro cadunt,
Qui bona priora malum appetendo relinquunt.
Ut dicitur iusto: si ab aequitate digressus
Iniquus extiterit, omnis iustitia eius
Oblita depereat et ipse morte dampnetur.
Sic et Iudas olim subito malignus effectus
Omne bonum perdidit, quod dudum beate peregit.
Sic et Salomoni nihil inputatur ex bono,
Quod antea gessit, sed extremo malo dampnatur.
In qua voluntate quispiam postremo vel actu
Fuerit inventus, in hac iudicandus et erit,
Sicut de hoc ipso dominus locutus est dicens:
In quo te invenero, in hoc enim te iudicabo.
Et, si credis, amplius hos ipsos diligit deus,
Qui post pravitates esse rectiores estudent
Ac sese post vitia virtutibus magnis exercent,
Quam qui mala gravia numquam perpetrasse noscuntur
Et bona precipua torpentes agere pigent;
Sicut quispiam dominus illum magis servum amplectit,

---

126 est *F*, et *reliq.* 127 dominum *Br*, deum *reliq.* 128 regno Rest. *Br* 129 Sic David *ω*, *contra leges rhythmi*, sic *del. Hanssen*, Stupri culpam sic David *coni. W. Meyer* 130 aab *A*, ab hac *F*, achab *BE*, acaph *G*, Achaz *Br* 131 iram. De quo *Br* cominus *A*, comminus *FBγ*, se comminus *G* ulciscere *AFγB*^{1}, ulcisci se *B*^{2}, ulcisci *Br* comminans dixerat ulciscere *coni. W. Meyer collato reg. III 21, 21* 132 rursum *α*, rursus *ABr* 133 euuangelica *G* ac publicanus *FEBr* 135 porro *AFBγ*, alii *Br* olim *sic ω* 136 caelites *FE*, caelitus *AG*, cęlibes *BBr cf. supra p. 471 in app. cr. ad str. 69* caelibes *pro* caelites 137 labentes *FBEG*, labantes *A* tartaro *sic codd.*, polum habentes ad tart. c. *Br* 138 appetendo *AFBEBr*, non petendo *G* relinquit *F* 139 Ut *α*, Et *A* (ut dicitur Si *B)* ab equitate *AFγ*, equitate *corr. ex* iniquitate *B*, ab iniquitate Egressus *Br* *v. 140 ab* Exstiterit *incip. A* 140 *sic α*, Extiterit iustus iusticia eius oblita *A* 141 *a voce* Depereat *incipit A* Oblita *om. γ* Eius obl. *Br* 142 Sic et *A*, Sicut *α*, Sic *Br* 144 Sic et *AFγBr*, Sicut et *B* salomoni *ABGBr*, salomon *FE* bono *Br*, ex bono *reliq.* 145 malo *AE*, male *FBG* 146 In qua *ω* postremo quispiam *Br* 147 hac *Br* et erit *A*, et *om. α* 148 De hoc *Br* hoc *om. G* ipsud, u *corr.*, *F* 149 te *ante* inv. *om. E* hoc enim te *Fγ* enim *om. AB*, hoc et te *Hanssen* 150 Et si *sic ω* (sic credas?) hos *AFBEBr*, hoc *G* 151 rectiores *α*, rectores *A* *student *ω*, studebunt *coni. Hanssen* 152 Ac (hac *F)* sese *AFB*, Ac sic se *GBr*, ac si se *E* 154 precipua *A*, precipue *β*, *om. F* pigent *AFBγ*, piget *Br* 155 quispiam *Br*, quisnam *Aα* dominus *α*, deo minus *A* magis seruum *AFBE*, seruum magis *G* amplectit *AF*, amplectit m_1, amplectitur m_2B, amplectitur *γ*, Amplectitur *Br*

129 *reg. II 12.* 130 *reg. III 21, 27 sq.* 133 *Luc. 7, 37. Luc. 18, 10 sq.* 140 *Ezech. 33, 13* omnes iustitiae eius oblivioni tradentur . . . et morietur. *cf. Orat. p. c. 20.* 149 *unde haec?*

Qui post damna quaedam potiora lucra reportat,
Quam qui nihil perdidit et nihil fecit augmenti;
Sicut imperator magis illum militem amat,
Qui post fugam remeans hostem persequendo prosternit,
Quam qui numquam fugit et nil umquam fortiter fecit;
Sicut et agricola illam terram amplius amat,
Quae uberes illi post spinas afferet fruges,
Quam illam, quae tribulos vel spinas numquam nutrivit
Et fertilem messem numquam aliquando produxit.
Non desperes veniam, sed potius spera salutem,
Si facturus optima pessima dampnare decernas.
Corrige delictum, muta mores, renova vitam,
Et nulla te plecti dolebis postea poena.
Non erit in crimine, quem poenitet ante fuisse,
Nec dicetur impius, qui fuerit denuo pius.
Sequentia vero carmina constructa lamentis
Suspirando lectita, nonnumquam plorando decanta;
Nam potens est dominus transferre in gaudio luctum
Et adversa omnia in prosperitate mutare,
Quem aeternis laudibus glorificant incolae celi
Et summis honoribus cultores efferunt mundi. Amen.

---

156 quaedam *om. Br* 157 augmenti *AFGBr*, augmentum *BE* augm. fecit *ω*, *transpos. Hanssen* 157—160 Quam qui n. p. et nichilum quam fortiter fecit *A* 158 Sic imp. *Br* imperator, o *ex* u *corr.*, *E* magis illum *FB*, illum magis *γ* amat *om. B* 159 fugam *FBGBr*, fugans *E* persequendo *sic ω*, psequendo psequendo *G* 160 numquam *FBEBr*, nihil *G* fugiit *F* et nil *F*, et nihil *reliq.* fortiter umq. *G* egit *G*, fecit *reliq.* 161 Sicut et *A*, et *om. FBγ*, Sic agr. *Br* amplius *AFB*, plus *γ* 162 quae illi post sp. huberes *G* Post sp. *e. q. s. Br* affert *GBr.* fruges *α*, fructus *A* uel fruges 163 quam illam *supra lineam* m_1 *B* fruges quam quae spinas *e. q. s. Br* 164 produxit *α*, perduxit *A* 165 disperes *E* 166 Sic *F*, Si *reliq.* decernas *AFBEBr*, discernas *G* 168 nulla *sic ω* 169 crimine *AFBGBr*, crimini *E* 170 qui *AFγ*, quia *B* denuo *om. E* pius *om. B* 172 Suspirando *AγBr*, Superando *FB* 173 potens est *AFBγ*, potest *Br* gaudio *AFBγ*, gaudium *Br* 174 prosperitate *AFγ*, prosperitatem *BBr* matare *F* 175 incole *AFBγ*, in coelo *Br* inc. glor. cęli *G* 176 sūmi *E* s Amen *add. EBr*, *om. reliqui*

Cum sero photographa codicis **F** *accepissem — Beeson, Isidorstudien, Quellen u. Unters. z. lat. Phil. d. M., München 1913 p. 72 rhythmum in codice Andecavensi 277 exstare false dicit, inde errore deceptus eram — non omnia suo loco inserere potui, quae hic expleo; sed nulla lectio, quae ullius pretii sit, in app. critico deest. tit.* EXORTATIO PAENITENDIS SCI ESIDORI CU CONSOLATIONE MISERICORDIAE DI AD ANIMAM FUTURA IUDICIA FORMIDANTEM. 3 itenera, *prior* e *corr.* 5 resculas, a *corr.* 22 cohercet 30 perquaqua 35 festinat, t m_2 *(?)* 37 sceretum, m *del.* 49 necando, a *corr.* 53 mortis eruere 56 nequaquam *pro* nec umquam 60 de misericordia dī 76 elymosina 78 Sic 81 acturam 84 roga/ 87 assiduae 90 Nrī|dentes 91 te paene teat 98 deposscis 103 omnis generis 105 cunctos, s *eras.* 108 uidi cui *pro* iudicii 110 dam/nat 113 oper/as 122 ninniuitae 126 *sq.* multi sunt, unt *del.* 135 quosolum 136 poenitudinae 140 exteterit m_1, extiterit m_2 142 olym 143 beatae 148 loquutus 150 sic redis

171 *sc. insequens Lamentum poenitentiae.* 173 *Esth. 13, 17. Ier. 31, 13.*

CXLVIII.

LAMENTUM POENITENTIAE.

Lamentum poenitentiae ab eodem poeta compositum esse atque Exhortationem supra p. 760 expositum est; cum eodem carmine coniunctum extat in codicibus ***FBγ*** *(non A)*[1]*, de quibus cf. p. 761sq. Praeter hos mihi praesto fuerunt:*

1. ***M*** *= cod.* $\frac{C-10}{70}$ *bibliothecae capituli ecclesiae sancti Iohannis Monzensis saec. IX, in quo Exhortatio deest. Usus sum imaginibus photographis, quas H. Brewer Wilhelmo Meyer liberalissime dono dedit, hic non minus liberaliter mihi commodavit. Orthographiae, qua usus est scriba huius codicis, nonnulla affero exempla, in apparatu critico omisi. 1, 2* modolatur, *3, 2* impiae, *at 3, 3* uite, *4, 3* diae, *6, 3* paenis, *17, 2* susciperit, *23, 3* perimeris, *27, 1* fatiet, *34, 1* puplice, *48, 2* suffitient, *58, 3* ehtra, *91, 2* palluatur, *94, 2* fatinus.

2. ***L*** *= cod. Laud. 508 bibliothecae Oxoniensis saec. XII ex., miscellaneus., f. 63—68. Exhortatio deest. Usus sum schedis photographis.*

3. ***T*** *= cod. 29 ecclesiae Toletanae nunc latens. Bollandistae AA. SS. April I 326 (editio novissima 1866 p. 326) sic scribunt: 'Vitam eius (sc. s. Isidori) olim conscriptam et hactenus ineditam damus ex codice MS. sanctae ecclesiae Toletanae n. 29 signato extractam, quam inde ao. MDLXVI curiosissime descripserunt Ioannes Lopez de Leon et Franciscus de Mendoza; quod apographum est penes amplissimum dominum Nicolaum Antonium . . Romae . . Is litteris a. MDCLXXI Romae datis ista ad nos scribit.'*[2] *De huius vitae auctore nihil constat. Quod nonnulli de Luca episcopo Tudensi (ca. a. MCCXL) cogitaverunt, nullis argumentis comprobari posse videtur; certe in codice Toletano, unde vita descripta est, nullus vitae auctor laudabatur. Quisquis fuit, vitae* Alphabetum orationis ad tentamenta repellenda adversarii et dei gratiam promerendam *inseruit mutilatum et perturbatum, sed paucis locis plenius. Hic est ordo stropharum: 1. 2. 3. 9. 11. 4. 6. 8. 16. 17. 18. 31. 32. 35. 37. 40. 51. 52. 50. 54. 55. 7. 57. 58. 61. 62. 64. 65. 63. 66. 67. 68. 69. 82. 83 (om. ω). 70. 71. 72. 73. 111. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 85. 86. 87. 88. 90. 95. 98. 100. 101. 103. 105. 107 (om. ω). 109 (om. ω). 110. 112. 113.*

4. ***S*** *= cod. Scorialensis b. III 14 s. XVI miscellaneus, quem fuse descripsit P. G. Antolin, Catálogo de los codices latinos de la real bibl. del Escorial I 184 sq. Continet f. 80 sq.* Alphabetum orationis *e. q. s. cf. ad T; numerus et ordo stropharum idem est atque in T, sed 68. 82. 83. 69. 70. 71 om. sed ad 72 in marg. add., 72. 73. 74. str. 79 om., 110. 111.*

---

1) *Codices PG₁V ad haec carmina recensenda nullius pretii esse exposui supra p. 761.* 2) *Me rogante Hermannus Brewer apographon in archivo Bollandianorum sollertissime quaesivit, sed non invenit.*

112. — Praeterea in fol. 103 str. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 111 (init.) repetitae sunt[1] *= S_1. At S non ex ipso manuscripto Toletano descriptum esse censeo, cum passim lectiones exhibeat veriores quam T, e. g. 11, 1* Habes *(hoc loco legendum* Abes*) S,* Ab his *T, 62, 3* tu salves clementia *S cum ω,* salvet me clementia *T, cf. etiam 64, 2. 65, 3 al., sed ex codice quodam, qui iam auctori vitae Isidori praesto erat. — Pro consensu codicum T et S indicando usus sum signo* **δ**.

Reliquos codices per Francogalliam, Britanniam, Italiam, Helvetiam dispersos ad unum recedere iudico exemplar, in quo extabat 105, 2 limen obscurum; *at limen carceris tenebrosi reserandum non 'obscurum' est, sed 'obtrusum, obstrusum', ut habent codices Hispanienses. Str. 37, 2* promeruerint *legi rhythmicae repugnat,* meruerunt *respondet. Denique tres strophae in iisdem codicibus servatae 83 107 109 in reliquis desunt, neque est cur illas putemus suppositicias. Pro his codicibus inter se cohaerentibus LFMBGEBr usurpatum est signum* **ω**. *Ex his quinque uno saltem loco corrupti et foede interpolati esse videntur, 84, 3* cunctis ut abire (abira) sinas defectum feracibus (fer actibus), *sola lectio L veritatis prae se fert indicium* cunctis ut abire sinas defecatum fecibus, *quamquam aliis locis L interpolatum esse me non fugit velut 24, 2* perdes tunc *pro* perdebis. *Inter L et reliquos quinque stat F* defactum fetibus. *Quinque illi codices MBGEBr littera* **α** *significantur. Cum α etiam F saepe stat; ubi igitur in apparatu critico α positum est, codex F hoc signo comprehenditur, nisi signum F praeter α adhibitum est. Pro consensu BEGBr usurpatur* **β**, *pro EGBr signum* **γ** *cf. supra p. 762. — Orthographica minora neglexi.*

LAMENTUM POENITENTIAE

DUPLICI ALFABETO EDITUM EXCEPTIS TRIBUS LITTERIS ID EST A B ET N, IN QUIBUS ALIQUANTIS VERSIBUS MULTIPLICATUR, UBI EXORAVIT PRO INDULGENTIA PECCATORUM.

1. **A**udi Christe triste fletum amarumque canticum,
Quod perculsus et contritus modulatur spiritus.
Cerne lacrimarum fluctus et ausculta gemitus.

CXLVIII *Tit. sic LMγ* lamentum *LMGBr,* lamentatio *E* dupplici *L* alfebeto *G,* alfabeto *(alphab.) LMEBr* id est *om. γ, ss. m_2E* ET N *Mγ,* et *om. L* multiplicatur *γL,* multiplicat *M* exorauit *γL,* exorat *Br,* exorabitur *M, in F tit. erasus est praeter* EXCEPTIS TRIBVS LITTERIS ID Ē AB et N IN QVIBVS ALIQVANTIS *et* INDVLGENTIA PEC, Alphabetum *(*Alpabetum *S)* orationis *(*beati Isidori *add. S)* ad tentamenta repellenda aduersarii et dei gratiam promerendam *δ, tit. om. B* 1, 1 triste *γM,* tristem *FBLBrδ* animarumque *L,* amarumque *reliq.* 1, 2 quo *L,* quod *reliq.* perculsus et cont. *(*perculsis *F) LFBEBr,* perclusus & cont. *M,* percussus et cont. *G,* contritus et percussus *δ* modulatur *LFBEBrδ,* modolatur *M,* modulatus *G* 1, 3 fluctus *Gδ,* fluxus *MFEBr,* fletus *BL* absculta *S (cf. cod. Escorial. a I 13 in prol. regulae s. Benedicti, Traube, Textgesch.*[2] *p. 62),* ausculta *reliq.* gemitus *ω, (*gemtus *F),* gemitum *δ*

CXLVIII *Abecedarius, sed 60 strophae in A, 7 in B, 2 in C, 2 in D, E, F, G, H, I, 3 in K, 2 in L, 3 in M, 7 in N, 2 in O, P, Q, R, 1 in S, 2 in T, V, 1 in X, Y, Z. Schema 8 _ ◡ + 7 ◡ _, de quo cf. W. Meyer, Ges. Abh. II 17 sq. Clausulae:* pavidus tunc *20, 1 cf. 46, 2. 59, 1. 82, 1. 37, 2* promeruerint *ω. in 7 ◡ _ v. 4, 3 (92, 2)* dilatas. *40, 1* immane. *43, 2* perseverans. *Hiatus passim. Assonantia fere nulla.* 1, 1 *Conferas cum hoc rhythmo Eugen. Toletan. c. V. ps. 38, 13. 85, 6 et similia.* triste fletum: *cf. ad 29, 2.*

---

1) *Fort. huc pertinet, quod 'Bayerius duplici exemplo in bibliotheca Escurialensi illud reperiri affirmat' (Arevalo, Isidoriana, Migne LXXXI p. 585). In catalogo alterum exemplar non inveni. — Praeter hos codices cf. catal. bibl. Becc. (Becker, C. b. a. 127, 102):* in uno — Ysidori sinonima l. II et lamentum penitentie eiusdem *(Manitius.).*

2. **A**d te multum vulneratus vocem fletus elevans
Alta de profundo cordis emitto suspiria,
Precibus si forte velis placatus ignoscere.

3. **A**lleva calamitatis inportunae pondera,
Quae me diutius premit et elidit impie
Nec discedit, ut resumam vitae respiraculum.

4. **A**blato consolatore quadro clausus lapide
Gemo lugens et suspiro 'miserere!' clamitans;
Pulso rogans tota die, sed tu semper dilatas.

5. **A**d iuventutis delictum et ad ignorantiae
Non me teneas, exoro, sed misericorditer
Praetermissum hoc dispone iam indigno parcere.

6. **A**b antiqua pietate ne declines, obsecro,
Nam iustitiae rigorem si me sequi iubeas,
Mille sum debitor poenis, mille dignus mortibus.

7. **A**spice iam, deus clemens, aerumnas, quas tolero,
Remove contritiones et flagella prohibe,
Ne me, precor, indignatus opprimas et conteras.

8. **A**nnos meos in dolore, vitam in gemitibus
Vilis factus consummavi; parce mihi, deprecor;
Iam non possum sustinere, da dextram et eripe.

9. **A**dgravasti manum plagae super me validius,
Carnem dira flagellorum ultione conterens,
Caede, ferro, sorde, peste, tenebrarum carcere.

10. **A**uges tempora pressurae, luctus addis onera,
Differens afflicto valde dare mihi requiem;
Contra quod grates rependo, non resultans murmuro.

---

str. 2 post 1 ωδ 2, 1 fletus ω, fletu *(*flectu, *similiter 7, 2. 75, 1. 86, 2 S)* δ 2, 3 ue/lis *F* *str. 3 post 2 ωδ* 3, 1 calamitatis inportune *(*inportuna *G)* pondera *LFMγ*, calamitatem *(*-es δ*)* importuni ponderis *Bδ* 3, 2 quod me *T*, qui me *S*, quae me *reliq.* *str. 4 post 11 δ, post 3 ω* 4, 2 c/lamitans *M*, clamito *L* 4, 3 dilatas *FLβδ*, dilatans *M* *str. 5 om. δ, post 4 ω* 5, 1 A i. d. *F*, Ad i. d. *reliq.* et ad ignor., *del.* m_2, *B* 5, 3 praetermisso *coni. W. Meyer, sed cf. in adnot.* *str. 6 post 4 in δ, post 5 ω* 6, 1 declinas *F*, -es *reliq.* 6, 2 rigorem *BGBrδ*, rigore *LFME* si assequi, as *in ras., F* 6, 3 debitor *MLBr cf. 46, 3*, debitus *βF*, deditus *δ* dignuȧs *B* *str. 7 post 55 δ, post 6 ω* 7, 1 tolẹro *E*, toleror, r m_2?, *F* 7, 2 remoue, u *corr. S, in rasura F* contritiones *ω*, contritionem *δ* prohibe *ω*, comprime *δ* 7, 3 Ne me *ω*, Nec me *δ* oprimas *S* *str. 8 post 6 in δ, post 7 ω* 8, 1 uitam gem//b; *L* 8, 2 factȧus, *corr.* m_1, *B* deprecor *ω*, domine *δ* 8, 3 da dextram *(*dexteram *βF)* et c. *ω*, deprecor auxilium *δ* *str. 9 post 3 δ, post 8 ω* 9, 1 manu *S*, manum *reliq.* plage *FLβδ*, plange *M* ualidius *LFMBGTBr*, ualidus *ES* 9, 2 *sic (*carnedira *M*, ultionem, m *del., F) ω*, Carnem flagellorum sancta *(*sicut *pro* sancta *S)* ultione conterens *δ* 9, 3 cedo *F* *str. 10 om. δ, post 9 ω* 10, 1 Augis *E*, Auges *reliq.* tempore *M*, tempora *reliq.* luctȳs *E* honera *E*, sonare *F*, onera *rel.* 10, 3 refero *G*, rependo *reliq.*

2, 1 *Esdr. I 3, 13* agnoscere . . . vocem fletus populi. 3, 2 diutius *vocabulum dactylice exiens ut 6, 3. 20, 3. 24, 1. 25, 1. 2 etc.* 4, 1 *cf. thren. 3, 9* conclusit vias meas lapidibus quadris 5, 3 praetermissum hoc *partic. absol.* 9, 1 manus plagae: *cf. Iob 23, 2* manus plagae meae aggravata est. 10, 3 *Orat. pro corr. c. 41* in correptione non resultem, in flagello non murmurem.

11. **A**bes, dico veritatem, ut occidas impium,
Sed, rogo, post disciplinam da placatus veniam,
Quia non mortem iniquo, sed vitam desideras.

12. **A**ccuso me, non excuso, laudans te, quod mitis es;
Iuxta modum delictorum parva datur ultio;
Haec et ampliora, clamo, dignus sum excipere.

13. **A**d remedium malorum aeterni iudicii
Satius est nunc flagello temporali percuti,
Quam perennibus futuro dari cruciatibus.

14. **A**dhibe, si placet, adhuc tormentorum stimulos,
Quibus defluant veterna putridaque crimina:
Salus tantum vitae demum subsequatur morbidum.

15. **A**dhibe, sed non iratus, ut sit tolerabile,
Quod me propter mea iubes perpeti facinora,
Quatenus correpto rursum sis mitis post verbera.

16. **A**marum est hoc, sed leve, quia pertransibile,
Sed amarius et grave, quod inrevocabile,
Quod poenarum non est finis nec doloris requies.

17. **A**rdens illic urit flamma dampnatorum corpora,
Ultra reditum non sperat, quem illa susceperit;
Cuius pavore tabesco, liquesco formidine.

18. **A**rbiter et testis aequus ipse dum adveneris
Iustam reddere mercedem singulorum meritis,
Quo me salvare decernas, opus non invenies.

19. **A**deo districtum cernens examen iudicii
Duco vitam in merore iugiter et gemitu:
Iustum iudicem visurus iam pavesco territus.

20. **A**marus et pavidus tunc vultus tuus impiis,
Per quem nullus inpunitus erit habens crimina,
Nisi qui lacrimis illa nunc vivens absterserit.

---

str. 11 post str. 9 δ, post 10 ω 11, 1 Abes dico *FEBr*, Ab his disco *T*, Habes dico *MBGLS* 11, 3 iniquo *FMEδ*, iniqui *BGBr*, impii *L* *str. 12 om. δ, post 11 ω* 12, 1 Acuso *ME* me non *LFMγ*, non me *B* lau/dans *B* parua *FLβ*, praua *M* ulcio ultio *M* *str. 13 om. δ, post 12 ω* 13, 1 malorum *FLMγδ*, dolorum *B* 13, 2 satis *G*, satius *reliq.*, ti *corr. F* est *om. Br* 13, 3 perhennibus *ML*, perennibus *B*, perennibus *reliq.* in futuro, in *add. m*$_2$, *B* dare *F* *str. 14 om. δ, post 13 ω* 14, 1 stimulos *FLβ*, famulos *M* 14, 2 aeterna *E*, ueterna *reliq.* uitę *BELF*, uita *MGBrδ* domum *F* *str. 15 om. δ, post 14 ω* 15, 1 sed *FLβ*, si *M* 15, 2 *sic LFβ*, quod mea iubes perpeti facinora maxima *M* 15, 3 quatinus *BGL*, quatenus *reliq.* uulnera *G*, uerbera *reliq.* *str. 16 post str. 8 δ, post 15 ω* 16, 1 hoc est *Br* sed *om. M*, et *Br* 16, 2 amarus *E*, amarius *reliq.* 16, 3 quo *Br (W. Meyer, fort. recte)*, quod *reliq.* neque *S*, nec *reliq.* doloris *TB*, d/oleri *F*, dolori *reliq.* *str. 17 post 16 ωδ* 17, 1 illa *G*, illic *reliq.* urit *ωS*, erit *T* 17, 2 redditum *S* illa *ω*, illę *δ* *str. 18 post 17 ωδ* 18, 2 iustam *LFMγδ*, iustis *B* retdere *M*, redere, *in marg.* ł redde, *S* 18, 3 decernas *ω*, decernes *T*, discernas *S* inuentū ē *F* *str. 19 om. δ, post 18 ω* 19, 1 districtum, *del. m*$_2$, *B* iudii, *corr. m*$_1$, *M* 19, 2 duco *LFβ*, ducam *M* expauesco, ex *in corr. F*, iam pauesco *rel.* *str. 20 om. δ, post 19 ω* 20, 2 per quem *LFβ*, super quem *M* uiuens /// *F*

11, 3 *Ezech. 18, 23. 33, 11.* 12, 2 iuxta modum del.: *cf. 45, 3.* 13, 3 futuro: *cf. 70, 2.* 17, 1 *Dan. 3, 88.* 18, 1 *Dracont. De laud. d. I 434, III 576.* 20, 1 pavidus *i. e. pavendus.*

21. **A** tranquillitate tua — tu numquam mutaberis,
Sed mitis parebis iustis, — terribilis impiis,
Quos habuerit de culpa — reos conscientia.

22. **A**b iniquis iustos omnes — segregans velociter
Pones haedos ad sinistram — et agnos ad dexteram;
Hos aeternae luci dabis, — illos autem tenebris.

23. **A**b ira furoris tui — quis non conturbabitur?
Quae a nulla creatura — cohiberi poterit,
Cum peremeris iniquos — oris tui gladio.

24. **A**mputans verbo, non ferro — cervices peccantium
Perdebis in tempestate — festinanter impios,
Vitae sempiternae iustis — conlaturus praemia.

25. '**A**ccipite' dicens illis — 'regnum, quod paratum est
Vobis pro fructibus iustis — et misericordiae.'
His et illis 'quae fecistis' — cuncta tu testificans.

26. **A**dstabunt ante tribunal — tuum omnes animae,
Quicquid in carne gesserunt — narrantes ad singula.
Quid pro tam nefanda miser — crimina respondeam?

27. **A**ssertio falerata — iustum nullum faciet,
Actus boni tantum facta, — non verba recipies,
Data singulis talenta — cum usuris expetens.

28. **A**bactis et refutatis — excusationibus
En homo tantum dicetur — et opera illius;
Quae praecernens ut meretur — confestim recipiet.

29. **A**rchana tunc secretorum — omnis conscientiae
Sic lustrabis, velut vultum — cernitur in speculo.
Heu mihi, qui parebo — peior omni pessimo!

---

str. 21 om. δ, post 20 ω 21, 1 E *G*, A *reliq.* mutaberis *Lβ*, mutaueris *F*, inmutaueris *M* 21, 3 constientia *M* *str. 22 om. δ, post 21 ω* 22, 2 dextram *G*, dexteram *reliq.* 22, 3 os *E* luce *F*, luciṣ *E* *str. 23 om. δ, post 22 ω* 23, 1 qui *F* 23, 2 poterit *LFβ*, te potest *M* coiberẹ *E* 23, 3 peremeris *LBGBr*, perimeris *FEM* iniquos *LFβ*, impios *M* *str. 24 om. δ, post 23 ω* 24, 1 Amputas *M* cercices, *corr. m₁*, *M* 24, 2 perdebis *Fγ*, perdebis *B*, perdes tunc *L*, tu perdes *Br*, disperdes *coni. W. Meyer* festinantes *Br* 24, 3 collaturus *FLγ* (us p̄ *corr. F*), conlaturis, *corr. m₂*, *B*, consolaturus *M* *str. 25 om. δ, post 24 ω* 25, 1 dicet *Br*, dicens *reliq.* illi| *M* quod *om. MBr* 25, 2 iustitiae *Br*, iustis *reliq.* misericordia/ *F* 25, 3 fecistis *FLMBEBr*, fecerunt *G* testificas *coni. W. Meyer* *str. 26 om. δ, post 25 ω* 26, 1 gesserit *Br*, gesserunt *reliq.* 26, 3 pro tam *BLE*, tam pro *MGBr* nefanda *E*, nefando *BL*, nefandis *MGBr* Quid putamine fanda *F* miserạ *B* crimina *FEM*, crimine *BL*, criminibus *GBr* *str. 27 om. δ, post 26 ω* 27, 1 falerata *om. M* nullum iustum *G*, iustum nullum *reliq.* 27, 2 facta *α*, fructum *L* uerba *om. M*, uerbara *m₁F* 27, 3 *sic LFβ*, data de singulis tal. ex singulis cum us. exp. *M* expetens *FMγ*, expetes *B*, exiges *L* *str. 28 om. δ, post 27 ω* 28, 1 excusionibus *E* 28, 2 **f.* ducetur? et illius opera *L* 28, 3 qua *FMG*, qua *in* quae *corr. m₂ B*, quae *ELBr* percernens *E*, praecernens *reliq.* *str. 29 om. δ, post 28 ω* 29, 2 uultum *FMγ*, uultum *in* uultus *corr. m₂ B*, uultus *LBr* qui cern. *G* 29, 3 eu mihi quiạ, *corr. m₂*, *B* heu heu *L* quo *L*, qui *reliqui*

22, 1 *sq. cf. n. CXXXII 7* cum . . . discusseris. *Matth. 25, 32 sq.* 23, 1 ira furoris *Ier. 4, 8.* 23, 3 *cf. apoc. 2, 16* pugnabo cum illis in gladio oris mei. 24, 3 *apoc. 2, 10. Iac. 1, 12.* 25, 1 dicens, *25, 3* testificans *part. pro verbo fin., cf. ad rh. VII 3, 1. Matth. 25, 34 sq.* fructus iustitiae *Phil. 1, 11. Iac. 3, 18.* 26, 1 *Matth. 25, 37 sq.* 27, 1 phalerata: *similiter Terentius, Phorm. III 2, 15* phaleratis dictis. 27, 2 actus boni *genetivus est.* 27, 3 *Matth. 25, 19 sq.* 29, 2 uultum: *cf. 1, 1. 40, 1. 52, 1. Iac. 1, 23* viro consideranti vultum nativitatis in speculo. 29, 3 heü *cf. 113, 3 et ad rh. IV 15, 1.*

30. **A**d personam non convertes visum, sed ad merita,
Nec natalibus insignem, sublimem prudentia
Facies tibi consortem, sed insontem opere.

31. **A**bominabilis erit coram te iniquitas,
Nullus enim inmundorum tibi sociabitur;
Quomodo tunc fetens hircus mundis iungar ovibus?

32. **A**nte te iusti nec erit secura iustitia,
Quam si districte perquiras, et ipsa peccatum est;
Quin et ipsi nisi parcas, vae, periclitabitur.

33. **A**rguens in veritate decernens iudicium,
Et in aequitate tua iustus vix salvabitur.
Ubi tunc ego parebo, peccator et impius?

34. **A**nnalibus reseratis nudabuntur publice
Omnium hominum facta † et cogitationes;
Ac iustitiae statera tu librabis omnia.

35. **A**dpenso bono vel malo pars haec operarium
Vindicabit, quam momenti lances declinaverit.
Quid agam, si pondus mali me laeva iactaverit?

36. **A** iustitia diverti nullo modo poteris
Nec personam acceptabis nec ulla munuscula,
Sed reddes unicuique iuxta sua opera.

37. **A**spicient mali bonos, cum beatitudinem
Gloriae promeruerunt, et dolebunt acriter,
Quod non vixerint tam iuste, ut sic essent liberi.

---

str. 30 om. δ, post 30 ω 30, 1 conuertes *FLγ*, conuertens *BBr*, conferens *M* ad *(ante* merita*) om. E* 30, 2 natalibus *LMγ*, talibus *FB* sublim̃ *M*, sublimen, *corr. in* sublimem m_2, *B*, sublime *F* prudentia *MBGBr*, presentia *FEL* *str. 31 post 18 in δ, post 30 in ω* 31, 1 abhominabilis *EBr* 31, 3 quomodo *LFβδ*, qm̃ *M* tunc *MFLBEBrδ*, te *G* *str. 32 post 31 ωδ* 32, 1 iusti *ω*, iustis *δ* non *L*, nec *reliq.* 32, 2 perquiras *ω*, requiras *δ* districte si *L* 32, 3 quin et ipsi *LF*, quin et ipse *B*, qui nec ipsi *Mγ*, qui si iusto nisi *Br* suae *pro* vae *F* Heu mihi quo parebo irretitus uitio *δ* *str. 33 om. δ, post 32 ω* 33, 1 decernens *α*, decernes *LBr* 33, 3 ego parebo *LFβ*, aparebo *M* *str. 34 om. δ, post 33 ω* 34, 1 publice *om. L* 34, 2 et cogit. *L*, cogitationes ac iustitiae *LFBG*, cog. ac̣ iustitia *E*, cogitationes ac iusti *M*, cogitatus impii *Br*, cogitationesque *(deleto* ac iustitiae*) W. Meyer* 34, 3 estatera *M*, statera *LBG*, in statera *EBr* lib/rabis *(fuit* e*) E* omnia in pondere *Mγ*, in pondere *om. FBL* ac iust. statera uera et iusta tu liberasti omnia *F* *str. 35 post 32 in δ, post 34 in ω* 35, 1 mala pras *M* paṛ *E* operarium *ω*, operario *δ* 35, 2 quam *MEBr*, qua *LFG*, qua, *corr. in* que, *B*, quo *δ* momenti *(*monenti *G) ω*, momento *T*, monito *S* lances *α*, lance *δL(Br)* declinauerit *codd.*, declinaverint *coni. W. Meyer* 35, 3 mali/ *M* in leua *S* *str. 36 om. δ, post 35 ω* 36, 2 persona *E* nec ullius munera *Br* 36, 3 sed unicuique reddes *coni. W. Meyer* i. suam operaṃ *F* *str. 37 post 35 in δ, post 36 in ω* 37, 1 bonos *δ*, iustos *ω* beatitudine *δ*, beatitudinem *ω* 37, 2 Qui gloriam meruerunt *δ*, Gloriae promeruerint *ω*, Gl. promeruerunt *W. Meyer* 37, 3 tam iuste *δ*, sic iuste *ω*

30, 1 *sq. cf. act. apost. 10, 34, ad Rom. 2, 11.* 33, 1 arguens: *cf. ad 25, 1.* 33, 2 *sq. Petr. I 4, 18* et si iustus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt*?* 34, 1 *apoc. 20, 12.* 34, 3 *Iob 31, 6* appendat me in statera iusta et sciat deus simplicitatem meam. *Ad lectionem Mγ cf. Is. 40, 12* libravit in pondere montes et colles in statera. 35, 1 Adpenso: *cf. Iob l. c.* operarium: *qui opera (bona vel mala) fecit.* 35, 2 lances *nom. sing. est.* 36, 2 *deuter. 10, 17* qui personam non accipit nec munera. 36, 3 *apoc. 22, 12.*

38. **A** dolore in dolorem nequiorem transient,
Cum 'abite maledicti' illis ipse dixeris
'In ignem, qui est paratus vobis et diabolo.'

39. **A** requie beatorum vitae vel consortio
Se sublatos intuentes iunctosque diabolo,
Ut aeternis cum eodem dentur cruciatibus,

40. **A**dlevabunt ululatum et rugitum inmane
Planctum magnum facientes, amarum et validum,
Quale numquam fuit factum nec dictum vel visum est.

41. **A**d gentem gens, vir ad virum pectora percutient,
Tribus ad tribum et regnum contra regnum ferient,
Viri denique seorsum et seorsum feminae.

42. **A**ngeli tunc copulabunt scelere consimiles,
Quos cursim praecipitantes dabunt flammis inferi,
Ut par poena semper urat, quos par culpa sociat.

43. **A**bibunt vitae praecisi sublatique gaudio,
Quo perennis erit luctus dolorque perseverans
Et consolatio nulla nec umquam reversio.

44. **A** te quisquam non revolvet prolatum iudicium,
Nec ab ullo requiretur, quem ipse perdideris,
Ultione sempiterna pravos omnes puniens.

45. **A**deo praerogativa mitto precum commoda
Fundens lacrimas, dum vivo, rogans, dum intellego,
Ne me iuxta mala mea condempnandum censeas.

46. **A**spera sunt, quae peregi, acerba et gravia,
Propter quae si persequi me iustius decreveris,
Morti debitor et poenae novi quod repperiar.

---

str. 38 om. δ, post 37 ω 38, 1 A dolere *F* in dolorem nequiorem (nequiora *F*) *LFβ*, in dolore nequiori *M* transeunt *G*, transient *reliq.* 38, 2 maledicti *LFMBEBr*, maledictis *G* dixerit *Br*, dixeris *reliq.* *str. 39 om. δ, post 38 ω* 39, 1 *uita *codd.* 39, 2 se sublatos *LFβ*, resublatos *M* 39, 3 aet. cum eodem *LFMBEBr*, cum eodem aet. *G* *str. 40 post 37 δ, post 39 ω* 40, 1 ululatu *E* inmane *MγS*, inmane *in* inmanem *corr. m₂FB*, inmanem *TLBr* 40, 2 plactum *M* 40, 3 quale *LFMyδ*, qualeis, *corr. m₂B* factum—dictum—uisum *LFMyδ*, *in* factus, dictus, uisus *corr. B* uel . . uel *δ*, nec . . nec *L* uisum, est *om. Br* *str. 41 om. δ, post 40 ω* 41, 1 pec//tor apercutient *B* 41, 2 et *om. M* contra regnum *om. E* ferent *M*, ferient *reliq.* femine seors. *L* *str. 42 om. δ, post 41 ω* 42, 1 scelera *E* conplices *F* 42, 2 cursum *F* *str. 43 om. δ, post 42 ω* 43, 1 Abibunt *LFG*, /abi bunt, *fuitne* Habi bunt? *B*, Abebunt *E*, Habebunt *MBr* uitae *LFMBEBr*, uita *G* sullatiq; *L* 43, 3 Exconsolatio *F* *str. 44 om. δ, post 43 ω* 44, 1 A te *LMy*, Ade *F*, Ad te *B* resolvet *coni. W. Meyer* prolatum *GBr*, ploratum *LFME*, postratum *B* 44, 2 *sic LFβ* (ullo *BGL*, illo *ME* quem tu ipse *B* perdidis *L*), Nec ab illo quem tu ipse iudicans perdideris *MBr* quem cuius ipse *F* *str. 45 om. δ, post 44 ω* 45, 1 Adeo *LFMy*, Adeo, *corr. in* Ideo m_2, *B*, A deo *Br* prerogatiua *LFβ*, prerogatiua *corr. in* -am *B* commoda *FMy*, munera *L*, commoda *corr. in* commodas *B* 45, 2 fundens *LFβ*, fundans *M* 45, 3 cesseas *F* *str. 46 om. δ, post 45 ω* 46, 1 quae egi *G* acerua *FME* grauia *LFMy*, gaudia *in* grauida *corr. B* 46, 2 qua *F* iustius *LFyM*, iustus tu *B*, Me iuste *Br* 46, 3 debitor *MBGBr*, debitus *LFE* quod *Fβ*, quid *M*, quam *L* reperiar *α*, reperiam *L*, reperies *Br*

38, 2 *Matth. 25, 41.* 40, 1 rugitum immane: *cf. ad 29, 2.* 42, 1 *Angeli igitur dei, non diaboli improbos in flammas inferi praecipitabunt!* 42, 2 *Arator, Act. apost. 1, 447* nec poena sequestrat, quos par culpa ligat. *Dracontius, De laud. dei I 541 sq.* 44, 1 *coniungendum est* a te prolatum, *si* prolatum *vera lectio est.* 46, 3 debitor: *cf. 6, 3.*

47. **A**d iniquitatem meam — si convertas oculos,
Facto poenaque condignum — neminem repperies,
Cum quo me cremandum putes, — conburendum censeas.

48. **A**d escelerum mensuram — criminumque copiam
Ipsae poenae tartarorum — vix, credo, sufficient,
Dum nec talia nec tanta — quis iniquus fecerit.

49. **A**nxius ob hoc suspiro, — quod impie gesserim,
Pessimorum peccatorum — saucius sum vulnere;
Difficile tantis malis — esse salvus arbitror.

50. **A**rctor undique pressuris, — conprimor angustiis,
Fluctuat mens in merore, — cor natat in lacrimis;
Nec ulla timore multo — requies est animo.

51. **A**rve polique marisque — non tutabor sinibus,
Quin et haec ignis ardore — resoluta defluent.
Ubi me miser abscondam? — quo ante te fugiam?

52. **A**b inmensitate tua — mundi girum clauditur,
Caelum terramque tu reples, — et sine te nihil est.
Qui placatum te non habet, — iratum quo fugiet?

53. **A**gitur mens aegra passim — diversa considerans
Nec elucet evadendi — uspiam effugium,
Sed abs te, domine, fuga — et ad te reversio.

54. **A**rma sumens poenitentis, — saccum et cilicium,
Pulso pietatis aures, — viscera clementiae,
Verba fletus et doloris — ingerens cum lacrimis.

---

str. 47 om. δ, post 46 ω 47, 2 poena quae *MBr* 47, 3 cumq; *F* cremandam, *corr.* m_2?, *B* *str. 48 om. δ, post 47 ω* 48, 1 *scelerum *LFβ*, scelerūme, u *ex correctura*, *M*, Ad hanc scel. *coni. W. Meyer*, ad delictorum *Br* mensura *E*, mensuram *reliq.* 48, 2 tartarum *E*, tartarorum *reliq.* sufficiant *FE*, -ant *ex* -unt *M* 48, 3 qui *F* *str. 49 om. δ, post 48 ω* 49, 1 ab hoc *E* 49, 2 saucia^{us}, *corr.* m_1, *B* 49, 3 esse saluus *FMBEBr*, saluus esse *GL*, salua^{us}, *corr.* m_1, *B* *str. 50 post 52 in δ, post 49 in ω* 50, 1 Arctor *LBrδ*, artor *FMβ* angustis *F* 50, 2 fluctuat mens *LFβδ*, fluctua timens *M* 50, 3 ulla *T (a Bollandistis correctum?)*, ullo *ω*, nullo, *in marg.* ullo, *S* timore multo *α*, timore ulto *S*, timore pulso *T*, tempore multo *L* animo *T*, in animo *S*, animi *ω* *str. 51 post 40 in δ, post 50 in ω* 51, 1 Arue *(-ae) FMG*, arue, *corr.* m_2, *B*, arui *LBrδ*, Arua *E* maris, *om.* que, *MG* tutabor *codd.*, turbabor *Br* sinibus *ωS*, finibus *T* 51, 2 *sic ω* (et *om. B*, Qui nec *F* dissoluta *F)*, Quae et ignium ardore desoluta diffluent *T*, quae et ignibus ardore resoluta defluent *S* 51, 3 Ubi ego miser me absc. *G* qui *F*, quo *reliq.* *str. 52 post 51 ωδ* 52, 1 girum *(gyrum) LFMEBr*, girum *in* girus *corr.* m_2 *B*, gyrum, *in marg.* gyrus, *S*, girus *GT* clauditur? *Br* 52, 2 reptes *Br* 52, 3 quos *E*, quo *reliq.* placatum *ω*, pacatum *δ* *str. 53 om. δ, post 52 ω* 53, 2 Ne/, c *eras.*, *F* elucet *LFBEBr*, elucae *M*, aluce *G* effugium *LBEBr*, effugi/um *F*, effugiam *G*, efugiam *M* 53, 3 et ad te *LBEBr*, et a te reu. *FMG*, sed ad te *coni. W. Meyer* *str. 54 post 50 δ, post 53 ω* 54, 1 sacco et scilicio *S* 54, 2 clementia *M* 54, 3 verba, *corr. ex* verbum, *S* fletus *ω*, precum *δ* doloris *α*, dolores *Lδ*

47, 2 *sq. cf. 42, 1—3.* 48, 1 escelerum: *cf. ad rh. V 12, 2.* 50, 2 fluctuat: *cf. rh. CXLVII 1.* 51, 1 *sq. cf. ps. 138, 8 sq.* — arve polique: *cf. ad rh. XXXVIII 1, 1 et Traube, Karol. Dichtg. p. 152.* 51, 3 *Verecundi De satisfactione poenitentiae ed. Pitra, Spicil. Solesm. IV 138 sq. v. 54* Quo fugiam? Quibus infelix abscondar in antris *huc non rettulerim, cum ipse quoque hunc psalmistae locum spectet.* 52, 1 girum: *cf. ad 29, 2.* 53, 2 effugium: *reg. II 15, 14 al.* 54, 1 *potius* cinerem et cilicium *Matth. 11, 21. Luc. 10, 13.* 54, 3 verba fletus: *cf. 2, 1. 65, 2.*

55. **A**udi preces, et placare, mens quas aegra parturit,
Consideransque dolores inpende malagmata,
Quia tua sum factura tuaque plasmatio.

56. **A**dhibe, precor, medelam pessimis vulneribus,
Profluentia praestringens vitiorum ulcera,
Corrupta redintegrando sanitate perpeti.

57. **A**ufer me de luto fecis peccatorum omnium;
Emundare non contempnas, antequam discutias,
Et non ero tunc inmundus, si me nunc piaveris.

58. **A**ccipis et peccatores, sed quos nunc iustificas;
Respicis multos ut Petrum, si deflentes poenitent,
Sicque lapsos ab inferna revehis ad aethera.

59. **A**pud te redemptio est et misericordia,
Qua nisi propitiatus parcere decreveris,
Vae mihi, quod malos omnes praecedam ad victimam.

60. **A**c per hoc opto misellus, nec fuissem genitus,
Quia et lux ipsa praesens iam mihi tenebrae sunt,
Aeternae dampnationis pavendo pernitiem.

61. **B**oni nihil habiturus, quod malis obiciam,
Poenarum metu quassata tremet conscientia,
Dum formidat infinita subire discrimina.

62. **B**one deus, perituro nunc, exoro, subveni,
Nunc et ab ira perenni et a morte libera,
Ut quem iustitia punit, tu salves clementia.

63. **B**enigne pater, ignosce, quod agnoscens fateor,
Pronuntio malum meum, non, vindex, operio;
Excipe professionem et da indulgentiam.

64. **B**onitatis pietate multis non merentibus
Gratis peccata dimittens indulsisti veniam:
Mihi non defraudes uni, quod dedisti plurimis.

---

str. 55 post 54 ωδ 55, 2 consideransque ω, consideraque δ malacmata *in* malagmata *corr. m*$_2$ *B*, malaginata *(i corr. ut videtur) S* 55, 3 tuaque *codd.*, tuque *G* *str. 56 om. δ, post 55 ω* 56, 2 perstringes *E* 56, 3 corruptaret/ integrando *F, corr.* redi integrando *E* sanitati *E* perpetim *G* *str. 57 post 7 δ, post 56 ω* 57, 1 medulato *E*, me de luto *reliqui* 57, 2 et mundare *G*, emundare *reliq.* contemnas *(*contempnas*) LFβT*, condempnas *M*, contenas *S* *str. 58 post 57 ωδ* 58, 2 si *Lα*, et *δF* 58, 3 ab inferna *FME*, ab infernâ, *corr. m*$_2$, *B*, ad inferna *LGBrδ* ehtra *M* *str. 59 om. δ, post 58 ω* 59, 2 qua nisi *FMB*, quasi, ni *s. l.*, *E*, quia nisi *LG*, quam nisi *Br* 59, 3 praec. omnes *E* *str. 60 om. δ, post 59 ω* 60, 1 nec *MFγ*, ne *LBBr* 60, 2 presens *om. G* tenebres sunt *M* sunt *om. G* 60, 3 damnationes *M* pauendo *om. F* pernetiem *G*, puiem *M* *str. 61 post 58 δ, post 60 ω* 61, 1 quod m. o. ω, quid mal. obiciam? *δ* 61, 2 tremet *FESB*^{1}, treme *M*, metu quassata me *in ras.*, tre *in marg. G*, tremit *LBr* 61, 3 formidet *M*, fromidat *S* *str. 62 post 61 ωδ* 62, 1 subveni exoro *Br* exore *F* 62, 2 perhenni *LMB* amor te libera *B* 62, 3 tua *E*, tu *reliq.* saluet me clementia *T* *str. 63 post 65 δ, post 62 ω* 63, 1 ignosce *LFβδ*, et ignosce *M* agnuscens *E* 63, 2 operior *L*, operio *reliq.* 63, 3 confessionem *T* *str. 64 post 62 δ, post 63 ω* 64, 1 pietate *LFβS*, pietatem *MTBr* maerentibus *S* 64, 2 Gratis *LFMBEBrS*, Grauia *G* dimittens peccata *M* dimittē, e *ex corr.*, *S* Ostendisti et peccatis indulsisti *T* 64, 3 mihi *om. Br* quae ded. *T* quod tu dedisti quamplurimis *Br*

55, 1 *cf. 1, 1.* 55, 2 malagmata: *cf. Exhort. poen. v. 39. Sapient. 16, 12.* 55, 3 factura *subst.* 57, 1 *cf. ps. 39, 3.* 58, 1 *Luc. 15, 2.* 58, 3 ab inferna: *cf. ad rh. XLII 11, 1* agmina, agminae. *An scribendum est* ad inferna*?* 60, 1 per hoc *i. e. pro hoc?* nec *i. e. ne . . quidem.* 60, 2 *legendum est* tenébrae *cf. ad rh. CXXII 7, 1.* 61, 1 habiturus *partic. absol.* 61, 2 quassata: *cf. rh. CXLVII 1.*

65. Blanditus confessione placaris humilium
Et ad ignoscendum cito flentis voce flecteris,
Poenitentis adsuetus consulere lacrimis.

66. Brevis non est manus tua, ut praestare nequeat;
Multus es ad ignoscendum, hinc 'indulge!' clamito.
Miserere, ne disperdas, parce, ne interimas.

67. Biplici, quaeso, flagello noli me percutere,
Suspende paululum iram, habe patientiam,
Quia multum ego miser, sed tu plus misericors.

68. Conversus ad pietatem restitue gratiam;
Vitam cum peccato simul ne velis extinguere;
Serva benedictionem receptandae veniae.

69. Carnem pro peccato suo, quantum placet, adtere,
Plagas enim temporales libenter excipiam,
Precor tantum, ne perennes indignatus inferas.

70. Doloribus hic afflige, meroribus affice,
Per flagella modo purga, ne futuro punias;
Carnis poena, quae deliquit, redimatur anima.

71. Decerne clementer pie perditum requirere,
Mira qui benignitate abiectos recolligis
Et aversos reconvertis, oberrantes corrigis.

72. Errasse me dudum plango profanus et prodigus,
Meretricio amore bona perdens patria,
Hinc ad te vilis, egenus et percussus remeo.

73. Ecce me indignum loco filiorum clamito,
Quod paternitatis tuae renuens admonita
Vagus perquaquam defluxi, cucurri per avia.

---

str. 65 post 64 ωδ 65, 2 et *om. Br* citius *Br* flentes *G* Pęnitentis *(poen- pen-) ωS,* Poenitus *T* adconsuetus solare *F* *str. 66 post 63 δ, post 65 ω* 66, 1 praestare *(p̄- pre-) ω,* saluare *δ* nequeat *ω,* nequeas *δBr* 66, 2 ēs *E,* ē *F* hinc *om. G* Nam tu multus es ad ignoscendum *S* 66, 3 parcente int. *F* *str. 67 post 66 ωδ* 67, 1 Triplici *L,* iblici *G* perc *in ras. F* 67, 2 suspende *ω,* tempera *δ* paenitentiam *F* *str. 68 post 67 ωδ* 68, 2 uitam *LBGδBr,* uita *FME* 68, 3 benedictionem *LFβδ,* benedictione *M* receptandae uen. *ω,* receptam da ueniam *δ* *str. 69 post 68 ωT, post 83 S, fol. 103 S*$_1$ 69, 1 adtere *(attere) ωTS*$_1$, adterere *S* 69, 3 perbennes *LMB* *str. 70 post 69 ω, post 83 T, post 69 S et S*$_1$ 70, 1 hic *αδ,* me *L* adfligeme roribus *E* 70, 2 futuro *ωS,* futura *T,* in futuro *Br* 70, 3 poenamq: *F* que *LMγδ,* quod *B* deliquit *(-id) α,* deliqui *L* Carnem puni quae del. *T,* Carnem poena deliquit *SS*$_1$ redimatur a. *ωT,* redimittur a. *SS*$_1$ *str. 71 post 70 ωTS*$_1$*, in marg. S* 71, 1 p̄dictum *F* requirere *ωδ,* require *S*$_1$ 71, 2 qui *BLBr,* que *FMγ,* qua *δ* begninitate *S*$_1$ adiectos *FSS*$_1$ recoligis *SS*$_1$ 71, 3 auersos *LFB,* abversos *SS*$_1$, aduersos *MγT* oberrantes *LMGSS*$_1$*Br,* aberrantes *FEBT* *str. 72 post 71 ωTS*$_1$*, post 70 S* 72, 1 *sic ω,* Errasse *(me add. S)* plango profanus peccator et prodigus *δ* pollutus *pro* profanus *Br* 72, 2 patria *FMγ,* patrie *LBδ* 72, 3 ad te *LFβδ,* a te *M* uilis *LMγδ,* uigil *B,* ui//lis, *fuit* uigilis, *F* percussus *LFMEBrTS*$_1$, percusus *S,* perculsus *B, om. G* remeo *ω,* redeo *δ* *str. 73 post 72 ωδS*$_1$ 73, 1 Ego me *ω,* Et ego me *SS*$_1$, Ecce me *T* 73, 2 rennuens *FME* admonita *(amonita L) LFMBEBrδ,* monita *G* 73, 3 perquaquam *FMBGL,* perquaqua *E,* per quaequam *Br* per quequam *(quaecumque T)* flexi *(defluxi SS*$_1$*)* et cucurri *(per add. SS*$_1$*)* deuia *δ* defunxi *F* auia *LMγ,* deuia *Bδ,* uia *F*

65, 1 blanditus: *passive accipiendum.* 65, 2 flentis voce: *cf. 2, 1. 54, 3.* 66, 1 *cf. e. g. Is. 59, 1.* 70, 2 futuro *i. e. post mortem.* 72 *sq. cf. Luc. 15, 11—30.* 73, 3 perquaquam: *cf. Exhort. 30.*

74. Feci malum miser ego — in insipientia,
Provocavi te ad iram — diris facinoribus,
Quibus rite consternatus — magno luctu conteror.

75. Fletibus tamen revertor — confitendo poenitens:
Aufer indignationem — culpae factus inmemor
Et paterna pietate — sume, precor, errulum.

76. Grassari si tamen adhuc — plagis me diiudicas,
Feri me, sicut quos amas, — castiga et argue,
Sed clementer, ut emendes, — non ut interficias.

77. Graves ut culpae merentur, — non ita desaevias;
Tempera severitatem, — desine percutere,
Iugi ne plaga contritus — desperem et peream.

78. Hoc interdum te deposco, — ne temptationibus,
Quibus subinde pervertor, — violenter obruar;
Victus ne miser succumbam, — da, precor, auxilium.

79. Herudiri me tantundem, — non permittas decipi,
Nam sufferre temptamenta — daemonum non potero,
Si desieris eorum — frenare malitiam.

80. Inde te, benigne deus, — adclinis efflagito,
Quantulumcumque placare, — ut et hic indulgeas;
Nam longa poena subactus — miser valde factus sum.

81. In dolore sempiterno — carnem ne constituas,
Ut crudeliter exire — conpellatur anima;
Da cruciatibus finem, — requiescat spiritus.

---

str. 74 post 73 $\omega\delta S_1$ 74, 1 Fecit *T* ego miser *L* in insipientiam *FBE* 74, 2 diris δ, duris ω 74, 3 quibus rite ω, quibus digne *Br*, rite corde δ luctu ωT, luto SS_1 *str. 75 post 74* $\omega\delta S_1$ 75, 1 *sic* ω (Fletib; tam̃ reuertor *om. et in calce folii add. B)*, Fletibus non te adire confitendo vereor *T*, Flectibus tn̄ ad tervertor *S* 75, 2 Aufer indign. ω, excipe (professionem *T)* confessionem δ culpå factus inmeror, *corr.* m_1, *M* fetus *pro* factus *F* 75, 3 summe *M* precor *LFMBEBr*δ, pater *G* errulum *MFBLE*, erulum *G*, errolum δ, erroneum *Br* *str. 76 post 75* $\omega\delta$ 76, 1 Grassari ω, Grassaris δ, Punire *Br* adhuc plagis ωS (adhunc *L)*, plagis adhuc *T* diiudicas ωS, diiudicans *T* 76, 2 fieri fer *Br* amas ω, diligis *Br* castiga ωS (cartiga *F)*, castigas *T* argues *F* 76, 3 Sed *om. F* me *add., sed del. F* ut non *E*, non ut *reliq.* *str. 77 post 76* $\omega\delta$ 77, 1 *sic* ω, Graues ut culpae merentur *in* Grauia ut culpa meretur *corr.* m_1 *S*, Graviter ut culpa meretur *T* deseruias, *sed* r *del.*, *S* 77, 2 serenitatem *G*, seueritatem *reliq.* 77, 3 iugi *codd.*, usque *Br* contritus ω, constrictus δ *str. 78 post 77* $\omega\delta$ 78, 1 te deposco ωS, de te p. *T* tentationibus δ, temptationibus *reliq.* 78, 2 obruar *FMBLTBr*, obruat γ, obruor *S* 78, 3 Iustus *F*, Victus *reliq.* succumbam ω, occumbam δ da precor ωS, deprecor *LFT* ueniam *G*, auxilium *reliq.* *str. 79 om. S, post 78* ωT 79, 1 Herudire (erud. *L*, Erud. *B)* me tantundem (tand. *B)* non permittas decipi *LFBE*, Herudire mene tandem ut permittas decipi *M*, Herudi// (re *eras.)* me tandem n. p. d. *G*, Heu dire me tandem precor ne p. d. *Br*, Herudiri *W. Meyer*, 'tantundem = tantum'? *W. Meyer*, Hinc te quaeso ne permittas me ab hoste obrui *(ex 78, 2?) T* 79, 3 desiderii eorum malitiam refrena *Br* *str. 80 post 79* ωT, *post 78 S* 80, 1 Inde ωT, Unde *S* te *om. M* benigne deus ω, benigne pater δ adclinis (acclinis) *FMBG*, acclinus *L*, adclines *E*, adcliuis *TBr*, adcliuis *del. et in marg. add.* lachrimis *S* 80, 2 qua re ulum cumq: *F* utq; hic *L* 80, 3 Nam *FL*$\beta\delta$, Non *M*, Ne *Br* longa, a *ex correctura, M* sim *Br* *str. 81 post 80* $\omega\delta$ 81, 2 Ut *W. Meyer*, Et *codd.*, Ne *Br* comp. exire *G* 81, 3 De *S*, Du *F*, Da *reliq.*

75, 1 *Luc. 15, 21 sq.* 76, 2 *Hebr. 12, 6* quem enim diligit dominus, castigat. — argue: *cf. Exh. 22.*

82. Karpe moras, visita me, immo veni, libera,
'Surge!' dicito captivo, 'prodi foras!' misero,
Releva carcere trusum, pande iam absconditum.

83. Kallidus hostis me vicit, quod modo considero,
Magnum malum feci miser carnis in arbitrio.
Porrige nunc manum tuam et succurre misero.

84. Kaput et reliquos artus aqua munda dilue
Et internos esqualores gratia purifica,
Cunctis ut abire sinas defecatum fecibus.

85. Lugeo confusus mala, quae gessisse memoro,
Fundo preces et lamenta contristatus animo,
Precor, optatam ne neges poenitenti veniam.

86. Lacrimae contra peccatum non quidem sufficiunt,
Sed quod non valeo parvis expiare fletibus,
Oro, pietate demas, abluas clemẽntia.

87. Miseratione tua fac iustum ex impio,
Fulgidum de tenebroso, nitentem ex horrido,
Innocentem ex iniquo, viventem ex mortuo.

88. Miseratus iam omitte noxas mihi criminis,
Eripiens plasma tuum de manu diaboli,
Memento figmenti tui et esto placabilis.

89. Manus tuae me fecerunt, formaverunt digiti,
Corpus in ventre materno per membra deliniens,
Tua virtute creatam quo clausisti animam.

90. Ne des in ruinam mortis opus tuum, domine,
Propter carnale peccatum, quod lamentis elui
Possibile praedixisti atque veniabile,

---

str. 82 post str. 69 T, post 68 S, post 81 ω 82, 1 Carpe *δBr*, Karpe *reliq.* mores *Br* Carpe m. pro peccato suo *scripsit, sed del. et* Carpe moras visita me *superscripsit S* immo *(imo)* ueni libera *ωS*, imo veni Libano *T* 82, 2 Surget *F* 82, 3 releua *LBBrδ*, reuela *FMγ* pande *LMγδ*, pange *FB* *str. 83 om. ω, post 82 δ* 83, 1 Callidus *T*, Calidus *S* quod modo *T*, quomodo *S* 83, 2 magnum malum *T*, malum magnum *S* carnis *T*, carptus *del. et in marg. scr.* carnis *S* 83, 3 manum *T*, manum *ex* magnum *corr. S* succurre *T*, sucurrere *S* *str. 84 om. δ* 84, 1 Kapud *LFMγ* reliquos artus *(= reliquo satis) F* delue *B*, alue *F* 84, 2 et *ω*, atque *Br* *squalores *α (cf. ad 48, 1)*, ñc squalores *L* purifica gratia *Br* 84, 3 *sic L*, abire *FMGBr*, ab ira *BE* defecatum *L*, defectum *(defactum F) α* fecibus *L*, fetibus *F*, feracibus *MBEBr*, fer actibus *G* *str. 85 post 84 ω, post 81 S* 85, 1 confussus *S* mala *αδ*, miser *L* memor. *L*, memini *δ*, memoro *EB*, memoror *FMGBr* 85, 2 lamenta *ω*, lamentum *δ* 85, 3 oblatam *Br*, optatam *reliq. (*obtatam *E*, optatum *F)* ne *om. E*, non neges *B* *str. 86 post 85 ωδ* 86, 1 contra *LFMBδBr*, concontra *E*, propter *G* 86, 2 *sic ωS (*non *om. E)*, Sed quod iugibus non queo *T* expiare *in* reparare *ut videtur corr. S* 86, 3 Ora *F* pietatẽ *S* demas *del.*, demere *ss. S* abluas *ω*, conferas *δ* *str. 87 post 86 ωδ* 87, 2 fulgidum, d *corr.*, *F* de *om. G* ex orrido *M*, exorrido *FMB* 87, 3 ex iniquo *ω*, de iniq. *δ* *str. 88 post 87 ωδ* 88, 1 noxas mihi *MGSBr*, mihi noxas *E*, noxas mei *LT*, noxam mei *B*, nox ẽ mei *F* 88, 2 et eripiens *T* plasmam tuam *F* dia/oli *M* 88, 3 ficmenti *B* *str. 89 om. δ, post 88 ω* 89, 2 uentrem *M* deliniens *GLB*, dilanians *F*, dilaniens m_1, dilineas m_2EM, delineas *Br* 89, 3 quo clausisti *LFGBr*, quod cl. *ME*, conclusisti *B* animum *G*, animam *reliq.* *str. 90 post 88 δ, post 89 ω* 90, 1 ruinam *LMBGBr*, ruina *FE* 90, 2 elui *ω*, *(*olui *Br)*, dilui *δ* 90, 3 atque uae mirabile *Br*

84, 2 esqualores: *cf.* espiritus *95, 3 et ad rh. V 12, 2.* 89, 2 deliniens: *cf. ad rh. VII 3, 1.* 90, 1 ruinam mortis: *cf. proverb. 13, 14.* 90, 2 *coniungas* possibile elui *(Hofmeister).*

91. Nullum perire protestans, quamvis gravi crimine
Carnaliter polluatur; si redeat poenitens
Et non haesitet in fide, sumi posse veniam.

92. Nuntians per te et tuos missos et discipulos:
'Poenitemini, caelorum prope regnum factum est
Et omnis peccati datur in Christo remissio.'

93. Non in multis iustis ita te gaudere perhibes
Ut in unum poenitentem peccatis erroneum,
'Veni quaerere [et] salvare' dicens 'quod perierat.'

94. Nulla tam grandis est culpa, cui non sit venia;
Omne facinus peccati delet poenitentia,
Si reiectis malis quisquam sanus hanc peregerit.

95. Nullum est malum, quod nequit aboleri lacrimis;
Omne peccatum dixisti dimitti hominibus
Espiritus tantum sancti excepta blasphemia.

96. Numquid fixum verbi tui solvetur propositum?
Absit hoc, domine deus, ut repellas quempiam,
Qui post malum resipiscens te conversus sequitur.

97. Obice benignitatem et vince malitiam,
Praebe moram poenitendi, tempus mortis dilata;
Fac, ut salus subsequatur, non tollat interitus.

98. Omnino confidens credo, quod nolens perire me
Subiecisti me flagellis, quibus resipiscerem,
Ut abominando culpam redirem ad gratiam.

99. Placeat, Christe, dampnatum reparare naufragum,
De interitus errore te quaerente redeam
Ātque de maligno dignus efficiar famulus.

100. Peccavi tibi, peccavi et deliqui nequiter,
Sed conversum noli perdas et quae posco tribuas,
Ut me mundes ante mortem et, dum vivo, redimas.

---

str. 91 om. δ, post 90 ω 91, 1 protestans *α*, p̄stans *L* 91, 2 pulluatur M^1 polluatur; *distinxit W. Meyer* 91, 3 hesit & *FM*, hesit& & *E* summi *E* *str. 92 om. δ, post 91 ω* 92, 1 per te et tuos missos discipulos *L*, p. t. e. tuīs missīs et discipulīs, *corr.* m_2, *B*, per te et tuis missis et (et *om. E*) discipulis *FMy*, pro te et tuis m. e. d. *Br* 92, 2 prope regnum *α*, regnum prope *L* 92, 3 in xp̄i *F* *str. 93 om. δ, post 92 ω* 93, 1 p̣hibet *L* 93, 2 in unum *MB*, in uno *corr. in* in unum *E*, in uno *LG* un/ *F* penitentem *α*, penitente *L* erroneum *My*, erraneum *B*, erroneo *LF* Ut in uno erroneo peccatis turpissimo *Br* 93, 3 ueni *LFMBEBr*, uenires *G* querere et *ω*, et *del. W. Meyer* dolens *Br*, dicens *reliq.* *str. 94 post 90 δ, post 93 ω* 94, 1 grandis *ω*, grauis *δ* cūpa, *ss.* m_1, *M* 94, 2 *sic ω*, Omne peccatum dixisti dimitti hominibus *δ cf. 95, 2* 94, 3 *sic ω*, Spiritus dumtaxat (tantum et *S*) sancti excepta (-to *S*) blasphemia *δ cf. 95, 3* *str. 95 om. δ, sed cf. ad 94, 2 et 3* 95, 3 *sic, sed* *spiritus, *ω* *str. 96 om. δ* 96, 1 tui *om. G* 96, 2 haec *F* *str. 97 om. δ* 97, 1 benignitatem *LFBE*, bonitatem *MGBr* 97, 2 /aram *F*, moram *reliq.* 97, 3 non *ω*, ne *Br* *str. 98 post 94 δ, post 98 ω* 98, 1 Omneno m_1 *F* nolens *ω T*, noles *S* perire me *ω*, perimere *δ* 98, 2 me *om. LBr* quibus resip. *ω*, quibus est corrigere (corrigere *ex correctura S*) *δ* 98, 3 *sic ω* (radire *F*), Ut ab omni mundus culpa *δ* *str. 99 om. δ, sed cf. 103, 2. 3* 99, 1 naufragum *Lβ*, naufragium *FM* 99, 2 querendo *L* 99, 3 familiis *F* *str. 100 post 98 δ, post 99 ω* 100, 1 Peccavi tibi peccavit *S* 100, 2 noli p. *FMγS*, nolī p., *corr.* m_2, *B*, nolo *LBr*, non disperdas *T* quae *ωS*, quod *T* 100, 3 Ut *ω*, Et *δ* me me *L*

91, 1 *Matth. 12, 31.* haesitet: *Matth. 21, 21. Iac. 1, 6.* 92, 1 per te *i. e. et ipse et per alios nuntiasti.* 92, 2 *Matth. 3, 2.* 93, 1 *Luc. 15, 7. Orat. pro corr. fin.* 93, 3 *Luc. 19, 10.* 94, 1 *cf. 91, 1.* 95, 1 *sq. Matth. 12, 31sq. cf. 91, 1.* 97, 2 dilata: *cf. 4, 2.*

101. Quis fuerim ne requiras, sed quis esse cupio,
Veteri culpa ne, quaeso, reputes dampnabilem,
Cerne corrigendi votum et relaxa debitum.

102. Quamquam de reatu facti sit mihi confusio,
Novi, quod de fine quemquam, nam non de principio
Aut pro bono tu corones aut pro malo iudices.

103. Recipe, domine pater, fuga lapsum servulum,
Tolle mortem poenitenti, te precantem libera
Et cum electis ad vitam Agni libro renota.

104. Reprobari me ne sinas, quem pro meis meritis
Ingenti pressura polis et limas diutius,
Sed quem viventem fatigas, refice post obitum.

105. Solve Christe vincla pedum, ligamenta criminum,
Resera limen obstrusum tenebrosi carceris,
Redde iam luci sepultum, peregrinum patriae.

106. Tolle furorem perennem ab animo principis,
Te propitiante fiant mihi iam placabiles,
Quos adversos diuturna miser ira tolero.

107. Tu es, deus, lucis auctor, rex aeternae gloriae,
Quem nullus sermo concludit nec obscurant tenebrae.
Miserum ad te clamantem iam exaudi, domine.

108. Veni, Iesu, ne tarderis, mors antequam rapiat,
Fessum de pulvere leva, tibi reconcilia;
Lacrimas iuges absterge, cor triste laetifica.

109. Visita iam, Christe deus, quem creasti servulum:
Dimitte me deplorare, quae gessi in saeculo,
Aeternum mihi concede lumen, quod desidero.

110. Xriste, qui diversitate gratiarum dives es,
Fructum et meritum, precor, ut viventi tribuas,
Ne me sterilem praecernens succidas in posterum.

---

str. 101 post 100 ωδ 101, 1 Qui *B*, Quis *reliq.* 101, 2 Ueteri *LFMγδ*, Ueteri *corr. in* Uetere m_2B, *(*Ueteri ne culpa *L)* culpa *ω*, culpae *δ* 101, 3 Cerne notum corrigendo *S*, C. corrigendo vot. *T* *str. 102 om. δ* 102, 1 Quaquam *F* facti *LFMBEBr*, facta *G* sit mihi *α*, mihi sit *L* 102, 2 nam *LFMG*, iam *BE*, at *Br* 102, 3 Ut *G* tu *om. Mγ* corones . . iudices *MGLBr*, coronas . . iudicas *FBE* *str. 103 post 101 δ, post 102 ω* 103, 1 seruulum *ωδ*, famulum *Br* 103, 2 *sic ω (*morti penitentem *FE*, penitentis *L* precantem te *G)*, De interitus errore te querente redeam *δ cf. 99, 2* 103, 3 *sic ω (*magno *pro* agni *F)*, Atque de maligno dignus efficiar famulus *δ cf. 99, 3* reuoca *Br* *str. 104 om. δ* 104, 1 ñ *E* meritis . . . . *L* 104, 2 elimas *F* 104, 3 fatigas *LFMBEBr*, castigas *G* refice *LFEB*, recipe *MGBr* *str. 105 post 103 δ, post 104 ω* 105, 1 uincula Christe *M* 105, 2 limen *LFMGδBr*, lumen *BE* obtrusum *T*, obstrusum *S*, obscurum *LFβ*, obscuratum *M* 105, 3 *sic ω*, pande iam *δ* luci *ωT*, lucis *S* sepultum *ωS*, sepulcrum *T* *str. 106 om. δ* 106, 2 mihi iam *FBE*, iam mihi *MGBr* 106, 3 aduersus *F* miser ira *LMEBr*, miseria *BG*, miseri ita *F* tollero *E*, toloro *L* *str. 107 om. ω, post 106 δ* *str. 108 om. δ* 108, 2 fessum *LFβ*, confessum *M* 108, 2 tibi *LFβ*, et me *Br*, leuare concilia *M* 108, 3 tristem *M* *str. 109 post 107 δ, om. ω* 109, 3 quod desidero *S*, quomodo desidero *T* *str. 110 post 109 δ, post 108 ω* 110, 1 diuersitate *ω*, benignitate *δ* dives es fructus, fructus *add.* m_1, *S* 110, 2 fructum *del. S* uiuentē *E* tribuas *ωδ*, contribuas *(*ut *om.) Br* 110, 3 praecernens *LEδ*, percernens *FMBG*, procernens *Br* subcidas *B* imposterum *T*

103, 3 *apoc. 21, 27.* 105, 3 patriae: *cf. ad 106, 1.* 106, 1 principis: *W. Meyer: 'principis = diaboli? oder ist der Dichter in der Lage des Dracontius?' De diabolo quidem dubito, nam ab animo eius ne deus quidem furorem perennem tollere potest. Manitius, Gesch. d. lat. Litt. i. M. 190 confert Exhort. 5* non ablatas resculas mundi fascesque suspires. 107, 1 *ps. 23, 7 sq.*

111. Yacere post mala bonum — ut permittas, obsecro,
Habeam munere tuo — conlata quae offeram,
Quibus a laeva sublatus — transeam ad dexteram.

112. Zabulo me non coniungas — ad mortem cum impiis
Nec in tartari baratrum — patiaris obrui,
Qui venisti te credentes — de morte redimere.

113. Gloriam iam vigil canam — alfabetum finiens
Tibi patri filioque — inclito paraclito,
Cui laus et potestas — per aeterna saecula. Amen.

---

str. 111 post 110 in ω, in T ante str. 76, in S f. 83ᵛ super str. 76 in margine superiore, sed plurima abscissa sunt, praeterea in S suo loco post str. 110, in S_1 post str. 75 111, 1 Facere *δ*, Yacere *FL*, Iacere *B*, Yacera *G*, Uacare *E*, ꝑacere (ꝑ *uncialis expuncta, in marg.* Y m_1?) *M*, Macerari me *Br* post *ωδ*, prius S_1 mala *LMδBr*, multa *G*, malum *FEB* bona *δ*, *om. Br*, bonum *reliq.* ut *Lδ*, me *MBE*, ne *GBr* 111, 2 conlata (conlatam *F*) *ω*, in lare *T*, in late *S* 111, 3 ę̊ leua *E*, a l. *reliq.* dextram *G* transeat *S f. 83ᵛ* *str. 112 post 111 ωS, post 110 T* 112, 1 me non *Bδ*, me ne *reliq.*, ne me *L* cum ^{im}piis *B* 112, 2 ne tartari *L* baratrum *FBEL*, baratro *MGδBr* 112, 3 te credentes *FMBEBr*, in te credentes *LG*, ut credentes *δ* redimeres *δ*, redimere *ω* 113 *post 112 ωδ* 113, 1 Gła *E* 113, 2 pater *T*, patri *reliq.* paracleto *S* 113, 3 laus et *α*, laus est et *δL W. Meyer*, laus erit et *Br* per : in *G* Amen *om. MG*
EXPLICIT LAMENTVM PEN̄TIS DŌ GRATIAS . ITEM ORATIO CUIUS SUP̄ PRO CORRECTIONE UITAE FLENDA SEMPER PECCATA. Deus omnium *etc. M*, Incipit Orat. cuius supra pro correptione uitę et propter flenda semper peccata. Deus omnium *etc. G*, *Exhortatio in E sequitur sine titulo*, Explicit lamentū pęnitentis *LF*, *om. Bδ*

111, 1 Yacere *i. e. facere: cf. ad rh. XIV 22, 1.* 113, 3 laüs: *cf. ad rh. IV 15, 1.*

CXLIX.

VITA ELIGII.

Vitam Eligii episcopi Noviomagensis[1] *Audoinus, celeberrimus ille episcopus Rothomagensis, cui cognomen erat Dado, amicus eius, descripsit et ad Chrodobertum episcopum ut videtur Turonensem misit emendandam*[2]. *Ineunte aevo Carolino monachus quidam monasterii Noviomagensis fuse, immo singulari quadam cum loquacitate alteram vitam conflavit, qui haud mediocriter, frustra tamen, ut lectoribus se ipsum Audoinum esse persuaderet, operam dedit; procul dubio falsarius fuit, sed opus illud haud parvi aestimandum esse, quia ex genuino libro Audoini haud pauca transcripserit, verisimile est*[3]. *Non ita multo post*[4] *alius auctor et ipse ignotus hanc vitam Eligii retractatam*[5], *ut animos hominum 'per poeticas delicias et carminum lenitates' oblectaret*[6], *in versus transposuit, quos hexametros esse vult*[7]. *Haec vita 'rethorice atque commatice expolita est'; Bollandiani adnotant 'commaticus, versificator, ait Isidorus, Glossarium, cf. Du Cange'. Sed fortasse 'commatice' intellegendum 'est in commata distincte'; certe singuli versus 'hexametri' in commata distincti sunt. Binorum commatum syllabae exeuntes, permultis sane exceptis, inter se concinunt. Bini hexametri inter se in modum strophae coniuncti sunt, allitterationis exempla frequentia. Sed reliquae leges, quas in his versibus adhibuit poeta, perquam obscurae sunt. L. Traube*[8] *versus ita compositos esse iudicavit, ut 'vox sexies attollatur factaque incisione ternae sublationes sibi respondentes eadem syllaba terminentur'. Idem hos rhythmos non genuinos esse, sed carmen hexametris continuis primo conscriptum, ex parte etiam distichis, ab auctore quarto — sc. Audoinus, Pseudoaudoinus, poeta carminis genuini, redactor huius carminis — in eam formam redactam esse quam habemus posuit. Sed in eo certe virum sagacissimum falli iam Paulus de Winterfeld*[9] *intellexit. Cum enim poeta — si hoc nomine uti fas est — legum hexametri imperitus adminiculis summa sollertia undique conquisitis maximam partem carminis ex Fortunato*[10],

---

1) *De his, quae leviter perstrinxi, accuratissime doctissimeque disputavit Br. Krusch, Vita Eligii episcopi Noviomagensis. SS. rer. Meroving. IV 634—663.* 2) *SS. r. Mer. IV 650 sq. 741.* 3) *SS. r. Mer. IV 650. Locos vitae, cum eadem saepissime repetantur, non omnes attuli. Pauca sunt, quae quo ex fonte sumpta sint nesciam, nonnulla poetam ipsum excogitasse credo. Eas partes vitae, quas Kruschius sprevit, ex Acherii editione, Veterum aliquot scriptorum Spicilegii tom. V 147 sq., apposui.* 4) *Ad iniens aerum Carolinum rettulerim propter magnam auctoris rusticitatem.* 5) *'Quae omnimodis simpliciter atque prolixe degesta a sancto viro Dadone episcopo habebantur' cf. infra p. 805, 8. Fieri illo tempore potuisse, ut genuinum Dadonis opus ei praesto esset, verisimile est, sed ex multis locis eum librum falsarii adhibuisse intellegimus.* 6) *p. 805, 3 sq. ex Sedulii epistola ad Macedonium ed. Huemer p. 5.* 7) *cf. v. 497.* 8) *SS. rer. Mer. IV 655.* 9) *Philologus LXII 478 sq.* 10) *Carm. II 9.*

Lactantio[1], *Iuvenco*[2], *Sedulio*[3], *Prudentio*[4] *conglutinaret, quae de Christo domino, Iohanne baptista, Germano episcopo tradita sunt, eisdem fere verbis in suum Eligium transferre non veritus, fieri non potuit, quin versus subditicii, cum ab hexametris, quos poeta ipse confecerat, toto coelo distarent, suspicionem moverent retractationis. Sed ne reliquae quidem leges, quas in his versibus esse L. Traube censuit, recipi possunt, cum a legibus artis rhythmicae valde differant. Acutissime de re intricata nuper W. Meyer egit 'Spanisches zur Geschichte der ältesten mittellateinischen Rythmik', Nachr. d. K. Gesellsch. d. Wissensch. z. Göttingen 1913, 147 sq., quamquam non omnes nodos solvit. Atque in eo procul dubio viro docto adsentiendum esse censeo, poetam non in omnibus versibus easdem regulas observasse: p. 149 'der Verfasser dieses Rythmus mengt alles'. Diversa igitur genera versiculorum distinguantur oportet. 1. Terna vocabula iusti ponderis versiculum efficiunt*[5] *velut 256* íta némo súpra, *404* concélebrat érgo cúncti, *434* quae íbi iúgiter misericórdis, *vocabulorum igitur, non syllabarum numerus videtur computari cf. supra ad Dhuodanam p. 704. 2. Haud paucis in versiculis non nisi duo vocabula graviora exstant velut 72* lassabunda vestigia, *476* exuperantia favos. *Hi versiculi stare non possunt, nisi praeter duos accentus plenos unus accentus admittatur secundarius ('Nebenaccent')* làssabúnda vestígia, èxuperántia fávos. *Sed saepissime hic dubitationi relinquitur locus. 3. Nonnulli versiculi omnino rhythmice legi non possunt, sed cum ex carminibus metricis ad verbum deprompti sint, metricae leges ita in eis adhiberi videntur, ut arsis metrica pro accentu rhythmico ponatur velut 158* stípatús celsá *(= Iuv. IV 260), 182* prógenitúm caelí *(Iuv. I 756* progenitos caeli.*)* — *Etiamsi poetam consulto haec tria genera versuum admisisse concedamus, tamen quid haec inaudita ars poetica sibi velit, non plane perspicimus. Accedit quod plus 20 versiculi restant, qui ne hac permixtione regularum quidem concessa explicari possint cf. W. Meyer l. l. p. 153. Quae cum ita sint, ad artem criticam factitandam hae regulae haud magni sunt momenti.*

Carmen quattuor codicibus traditum est[6]*:*

1. B_1 *= cod. Bruxellensis 5374—75 saec. IX (saec. IX|X Krusch): olim Gemblacensem fuisse 'ex tota codicis facie' Bollandiani concluserunt. Foliorum nunc est 140, initio mutilus. Vitae Eligii libros I cap. 15 sq. et II exhibet in f. 1—129, quibus f. 130—140 liber tertius i. e. carmen quod edimus subiunctus est. Nonnulli loci carminis manu antiqua, quam Kruschius l. l. 657 saeculo XI tribuit, correcti sunt. Ex hoc codice Bollandiani primi carmen in Catalogo codicum hagiographicorum bibliothecae regiae Bruxellensis I 470 sq. publici iuris fecerunt. Ego Berolinum transmissum denuo contuli.*

2. B_2 *= cod. Bruxellensis 8961—62, fuse descriptus Catal. de la Biblioth. royale de Belgique V p. 587 sq., s. XVII, continet collectanea Bollandiana. In f. 7—11 exstat* Vita s. Eligii episcopi rhetorice atque commatice expolita. *In margine additum est* Ex MS. Rubeae Vallis. *In marg. superiore manu Heriberti Rosweydi haec nota adscripta est:* Scripta Vita sec. IX. Vide in fine, ubi Vitam alteram citat per Dadonem i. e. Audœnum scriptam et rationem dicit, cur haec ita composuerit. Sigebertus et Molanus et Surius putarunt hunc esse tertium librum Audoeni de vita Eligii. B_2 *cum* B_1 *artissime cohaeret cf. e. g. 29* transmisse, *111* stiens, *123* rei, *passim foede interpolatus est velut 75* feminis *pro* feniis, *92* paterentur *pro* paterent. *Bollandiani varias lectiones adiecerunt; ego codicem Berolini denuo contuli, sed lectiones, cum nullius omnino pretii sint, reieci.*

---

1) *C. de ave phoenice.* 2) *Historia evangelica.* 3) *Carmen paschale.* 4) *Cathemer. V 157—167. Hunc locum W. Meyer mecum communicavit, alios apud Prudentium non inveni.* 5) *'Nur gewichtige Wörter werden gezählt, von Nebenaccent ist keine Rede. Die Silbenzahl der Senkungen ist nicht beschränkt.'* 6) *cf. quae B. Krusch exposuit SS. r. M. IV 657 sq.*

3. ***P*** *= cod. Parisiensis 5327 saec. X., olim s. Amandi in Pabula, deinde Telleriano-Remensis, tum Regius cf. Krusch l. l. 657. In fol. 104—166 vitae libros I et II exhibet, in fol. 166—170 librum III i. e. vitam rhythmicam. Usus sum photographo.*

4. B_3 *= cod. Bruxellensis n. 18421—29 saec. XIII, olim s. Martini Tornacensis; eadem atque P exhibet (Krusch l. c.): in f. 88—144 vitae libri I et II exstant, f. 144*^{v} *sq. liber III. Berolini ipse contuli.*

ω *= archetypus codicum* B_1 *(*B_2*)* B_3 *P. Omnes codices ad unum fontem recedere paucis lectionibus demonstratur. v. 293* ω *exhibent* Namque fameses summe gratis quondam refecit, *veram lectionem esse* fame fessum me *ex Iuvenci loco, quem poeta imitatus est, colligitur. v. 476* exuberantia ω *pro Sedulii* exsuperantia. *v. 186* proposita ω *pro* proposito. *195* orabo ω, *quod quin falsum sit dubitare non licet. v. 243* aut ω *pro* autem *Sedulii.*

Sed cave recentiores codices PB_3 *ex* B_1 *transcriptos esse putes: v. 123* regia PB_3, rei B_1. *174* gadiendo B_1, *sed* gradiendo B_3P, *quos veram lectionem servasse locus Fortunati II 9, 30 demonstrat. 286* similibus B_1, *verius* similis PB_3 *cf. Iuvenc. I 456. 323* sorcidis B_1, roscidis PB_3.

Inter P et B_3 *cognatio intercedit cf. v. 290* commulasset, *vera lectio* commulasse, *sed* B_3 *non ex P transcriptus est. Licet enim multae lectiones codicis* B_3, *quae a P discrepant, ab interpolatore sive correctore rei grammaticae studioso mutatae sint velut v. 9* carmina, *14* tramitem, *23* cordam, *36* aquitanie, *47* plurimis annis, *393* elisię, *tamen alii* B_3 *non ex P fluxisse docent velut v. 426* defonsum *P*, defossum B_3 *(*B_1*), 428* fornum *P*, somnum B_3 *(*B_1*), 455* saxat *P*, sagax B_3 *(*B_1*), 469* fueris *P*, frueris B_3 *(*B_1*) multique alii. Stemma igitur hoc fere esse puto*



Sed scrupulum iniciunt pauci loci. v. 410 abbifica B_1P, *267* augere B_1P, *quos locos correctorem* B_3 *non minus correxisse credo quam 29* tramis se *ex* tramisse *P* (transmisse B_1), *36* aquitaniae *ex* aquataniae B_1P.

Orthographiam exhibui codicis antiquissimi B_1, *discrepantiam* P_1 *accurate annotavi, ex* B_3 *mere orthographica raro adscripsi.*

Paulum de Winterfeld post Bollandianos hoc carmen recensuisse et explicasse verisimile est. Ego nonnisi vv. 1—227 manu eius scriptos in schedulis relictis inveni[1].

---

1) *cf. etiam quae Philol. LXII 478 sq. ad Lactantium de ave phoenice disputavit.*

INCIPIT ALTERIUS MANU CONSCRIPTA VITA SANCTI ELIGII RETHORICE ATQUE COMMATICE EXPOLITA LIB. III.

Innumeros homines sublimia facta ferentes
Et virtutes in tempora honos frequentat longinqua.
Quorum famam laudesque poetae plectro, nectentes
Ingeniis ficta mendacia, diversis carminibus aptant.
Quodsi pravi gentiles deoque quidni rebelles
Tamque longa in aevum meruere carmina vatum
Eorumque si vana tantum discurrat gloria,
Adest et nobis fides certa digna Christo narrare gesta.
Iam dudum cogito, fateor, aptare carmine plectro,
Sermone tandem vel tenui acta narrare Eligii,
Nitor arripere modo opus olimque optatum,
Conor componere novam canendi congruam liram,
Ex multis audaci sensu perstringere pauca relatu;
Vix animis committo potentem meis carpere tramen,
Opto quoque, ut sanctificus adsit narranti spiritus
Puroque inriget ut mentem canentis pectore amne.
Igitur quisque sanctissimi requiris vitam Eligii,
Pone hic supercilium, hinccine sumis exemplum,

CXLIX *tit. sic* B_1P, Incip̄ liber III' uitę sc̄ı Eligii alteri' manu rhethoricę atq; cōmatice expolitę B_3 2 frequentant PB_3, frequentat, *ss.* m_1B_1 3 nectentes *ex* noctentes *corr.* m_1P plectro ingeniis nectentes *ω, corr. Winterfeld* 4 mendacia, *altera* a *ex* i *corr.*, B_1 duersis, *ss.* m_1, B_1 5 quidn̄ı B_1P, q̇ ḍṃ̄ B_3 6 in euū B_3, inęuum, in *add.* m_2, B_1, in auū P 8 Christo B_1P, deo B_3 9 carmine B_1P, carmina B_3 14 tramen B_1, tram̄ P, tramitē B_3 16 mente B_1P, *correxit* B_3 17 s̄cısimi P

CXLIX 1*sq. cf. Iuvenci praef. 6* Sed tamen innumeros homines sublimia facta Et virtutis honos in tempora longa frequentant, Adcumulant quorum famam laudesque poetae . . . *11* Nec minor ipsorum discurrit gloria vatum . . . *15* Quodsi tam longam meruerunt carmina famam, Quae veterum gestis hominum mendacia nectunt, Nobis certa fides aeternae in saecula laudis Inmortale decus tribuet meritumque rependet . . . *25* Ergo age! sanctificus adsit mihi carminis auctor Spiritus et puro mentem riget amne canentis Dulcis Iordanis, ut Christo digna loquamur. *Vita 663, 35 (post prooemii Seduliani imitationem)* eorumque vana tantum discurrat gloria, quae veterum nectunt mendacia, cur nos christiani salutiferi taceamus miracula Christi? *Idem prooemium Iuvenci igitur auctor vitae prosaicae in praefatione compilavit. v. 1 sq. poeta vocem* virtutes *a* ferentes *suspendisse et* frequentat *scripsisse videtur.* 9—30 *cf. vitae praef. 664, 3 sq.* aliqua ex eorum gestis ad aedificationem christianae plebis convenientia in Christi laudibus recitare debemus, quoniam re vera Christi muneris est, quicquid in sanctis eius laudabile est. *Fortunati carm. II 9, 3* Iam dudum obliti desueto carmine plectri Cogitis antiquam me renovare lyram. *5* En stupidis digitis stimulatis tangere cordas, Cum mihi non solito currat in arte manus. *7.* Scabrida nunc resonat mea lingua rubigine verba, Exit et incompto raucus ab ore fragor. Vix dabit in veteri ferrugine cotis (*v. l.* cutis) acumen Aut fumo infecto splendet in aere color. Sed quia dulcedo pulsans quasi malleus instat . . ., obsequor. 13 *Sedul. carm. pasch. I 96* Ex quibus audaci perstringere pauca relatu . . . 17—20 *Sedul. carm. pasch., praef. 3 sq.* Pone supercilium, si te cognoscis amicum Nec quaeras opus hic codicis artificis, Sed modicae contentus adi sollemnia mensae Plusque libens animo quam satiare cibo. 17 quisque i. e. *quisquis: cf. ad rh. XXIII 1, 1. LXXXVIII 1, 1.*

Non quaeras hic aut fumos Donatistarum vanissimos;
Attentus esto plus animo quam extollere verbo.
Nunc iam ingrediens pauca nitor perstringere acta:
Quis vero explicet cuncta? nec centum si habeat ora.
Temptabo ergo stupidis tangere corda digitulis,
Cum mihi non suppetat gurdus in arte huiuscemodi manus.
Scabrida insuper verba resonat rubigine lingua,
Erumpit vix et incomptus raucus ab ore sonus.
Vix quippe dabit in veteri ferrugine cutis acumen,
Sed amor dulcis Eligii cogit utcumque me fari;
Quamquam ardua tramis se iactet mente pergentis,
Dulcedo tamen adpulsans plus quasi malleus instat.
Idcirco celeri volatu adgrediar iamque propositum,
Comitante nunc voto properabo inpiger gressu.

Fuit igitur in diebus Lotharii regis venerandus
Speculum vocitatus sui nominis Eligius.
Hic christiana prosapia saeculariter natus,
Aquitaniae Galliae originaliter genitus,
Lemoveceno in caespite liberaliter ortus;
Cuius quondam praesagium mater sensit desursum.
In diebus antefati Francorum regis Lotharii
De cunabulis eductus cautisque moribus alitus,
Aevum dein adolescentiae gerens immoque strenuae,
Habens serpentis prudentiam simplicitatemque columbae,

---

19 donat istarum B_1P 20 extollere PB_3, extolle B_1 22 hora B_1 23 studiis *in* stupidis *corr.* m_2B3 corda B_1P, cordā B_3 24 suppetat B_1 huiuscemi B_1PB_3, huiuscemodi *scripserunt Bolland.* 26 *f.* *incompto 28 cogit B_1B_3, copit P 29 tramis se B_3, tramisse P, transmisse B_1 30 instat, ns *ex* m *corr.*, B_1 32 uoto *ex* uero *corr.* m_1B_3 33 Fuit: *sic littera initialis picta v. 1. 45. 113. 129. 303. 495 in* B_1 35 $\overline{\text{x}}$piane B_3 36 aquataniae B_1P, aquitanie B_3 37 lemoueceno B_1P, lemouecino B_3 38 mater, m *corr.* m_2, *fuit* pater B_1 39 lotarii B_3 41 adulescentiae P

19 fumos Donatistarum: *vita 664, 40* ut nec simplicibus quibusque grammaticorum sectando fumus displiceat. 21 *sq. Sedul. I 96* Ex quibus audaci perstringere pauca relatu .... Nam centum licet ora movens vox ferrea clamet .... *cf. infra v. 508.* 24 gurdus *sc. manus.* 'gurdus *i. e.* obtusus, imperitus, *veteri idiomate gallico* gourd, *unde* engourdi. *Supplendum ergo* nonnisi *vel legendum* mihi gurdo; *nisi accipiatur* gurdus *in bono sensu*'. *Bollandiani. Sed* suppetat *intellegas = sit,* '*ausreicht*' *sc. manus gurdus.* 27 cutis: *cf.* sollicitos *143,* peno *220,* aestivus hiemisve *337,* purporeis *396,* melesonis *134,* circumspeciens *269,* famis *344,* milis *328, al. et ad rh. II 6, 2 et 14, 1.* 28 *vita 664, 30* ardore dilectionis plus in illo quid velim quam in me quid possim consideravi. 29 *vita 694, 2 sq.* medio in tramite ... arduum sit licet iter ac profundum, sed libere fateor: quo non possum pedibus viare, ardentissimo ducor amore. 31 iamque: *cf. 6* Tamque. *63* delictoque. *129. 157 etc., (saepe accentus causa?)* 33 *vita 672, 2* Chlotharii Francorum regis. 34 *vita 670, 8* ipse autem divina gratia praesciente congruum sibi ac veluti speculum mentis suae Eligius nomen accepit. 35 *vita 670, 6* parentibus ingenuis *(cf. v. 37* liberaliter*)* atque ex longa prosapia christianis. 36 *vita 669, 25* Lemovecas Galliarum urbae. *670, 2* partibus Armoricanis in ulteriore Gallia primaque Aquitania. 38 *vita 670 cap. 2.* 40 *vita 671, 4* exin igitur pueritiae annos excedens aevum adulescentiae cum industria gerebat. 41 strenuae *i. e. strenue; 671, 21.* 42 *vita 671, 11.*

Fabrili arte adultus insigniter iam inbutus
Honorabilem se ex moribus suis reddebat adfinibus.

Post nec longa spatia relicta urbe et patria,
Cognatis et lare propria, secessit extera terra,
Sedibusque externis exulavit pluribus annis;
Armatus virtute Christi adversa aequanimiter tulit,
Tenens mente praeceptum domini Christi verissimum,
Pollicens veras qui iustis sublimi in vertice sedes:
Hic quicumque sui caros linquet parentum affectus,
Centiplicata capiet atque vitam perennem.
Haec iugiter angustam volvens pergebat per orbitam,
Declinans sane praeruptum iter caliginis atro;
Humiles semper diligens, mitibus se coniungens,
Carum se omnibus reddens, essent qui Christo fideles.
At contra superbos pugnaci mente rebelles
Potenti fide armatus respuebat ceu caenum.
Erat ergo Eligius robore corporis validus,
Animoque fortissimus habituque conspicuus,
Natura utique lenis ingenioque alacris,
Conscientiae viribus fretus, manu etiam promptus.
Qui si cerneret proprium delictoque conmaculatum
Fratrem, moxque secreto dictis corripiebat solum,
Oculumque alterius purgare elaborans, prius
Deripiensque sed proprio pravum de lumine tygnum,
Subditus semper deo sectabat monita patrum,
Dilatans se in bonis operibusque eximiis.
Si quis ad se peregrinus adventasset vel monachus,
Replebatur conlata ex caelo sibi laetitia.
Inter cetera obsequia hora congrua adventa
Aqua lavans parata lassabunda vestigia
Cotidieque uberius augmentabatur in melius,

---

44 suis / reddebat (*fuit* s) B_1 45 ost B_3 46 se cessit P 47 exsulauit P pluribus annis B_1P, plurimis annis B_3 50 uerissimum pollicens ueras *supra locum rasum scr.* m_1B_1 qui B_1P, quę B_3 51 linquet B_1B_3, linqet P affectus *ex* adfectus *corr.* m_1P 52 perhennem B_3 54 sanae B_1 prūptū P 55 coñiungens B_3 56 caru/, *fuisse videtur* carus, B_1 57 rebelles *ex* rebellos *corr.* m_1B_1 58 ceu ut B_1P, ut *om.* B_3 *(sc. correxit, sed fort. recte)* 59 corporis *ex* corposis *corr.* m_1P 65 pugare P 66 prauum B_3, prauo B_1P tygnum B_1P, tignum B_3 68 dilatans se B_3, dilatanse B_1, dilatansse P bonis, *ss.* m_1, B_1 73 agmentabatur B_3

43 sq. *vita 671, 9.* 45 *vita 671, 17 sq.* 48 *quo pertinet?* 50 pollicens *i. e.* pollicetur: *cf. 65. 72. 133. 217. 221 et ad rh. VII 3, 1.* 51 *sq. Matth. 19, 28 sq.* 53 *Iuv. I 679 sq.* Ite per angustam, iusti, super aethera portam. Quam lata et spatiosa via est, quae limite laevo Praeruptum convolvit iter caligine mortis. 57 *sq. Sed. III 336 sq.* At contra tumidum pugnaci mente rebellem Praecipitem caelo sub tartara iussit abire. 58 *cf. rh. I 3, 2.* 59 *sq. conferas inprimis vitam 678, 20 sq., sed similia auctor qua est garrulitate saepe repetit.* 65 *sq. Iuv. I 660* Nec tamen in proprio tignum consistere sentis Atque oculum prius alterius purgare laboras; Deripe sed proprio fallax de lumine lignum (trabem i tignum *m. 2 R.*). 65 elaborans *et v. 66* deripiens: *cf. ad v. 50.* 67 sectabat: *cf. 92* paterent, *121* inprecabat, *434* adipiscunt. 68 *i. e. in bonis et exim. op.* 69 *sq. haec maximam partem ex vita Eligii I 11. 22. II 2 (d'Achery) desumpta sunt.* 72 lavans: *cf. ad v. 50.*

Undique colligens pauperes, benigne cunctos refovens;
Praebens obsequia feniis lavansque capita singulis,
Squalida ora mulcens osculoque blande suscipiens,
Dein conpositis sellulis aquam manibus fundens,
Ipseque cibum adponens, poculum ipse praebens.
Sic vir deo devotus totis corporis nisibus
Omnibus Christi visceribus famulabatur ut servus.
Idemque ulcera cicatricum more fovens evangelico
Oleoque perfuso mulcebat morbi contagium.
Sed inter haec hoc mirandum, unde tot thesauri peregrino,
Ut iugiter ministraret uberiusque et habundaret.
Apud quem vox egeni numquam inaniter sonuit
Nec ipse surda quemquam aure clamantem quondam praeteriit.
A cuius largitate positi nec longe absentaverunt se monachi,
Et sicubi pede ire non poterat, misso munere circuibat.
Quoties linteum vel pallium aut quodcumque opificium
In manu eius venisset pulchrum, mox dirigebat loco sancto;
Et illud, qua pietate praevidebat sollicite,
Ut quae construxerat coenobia, nullam paterent indigentiam;
Hoc quoque, quam prudenter caelo pulsaret inhianter,
Quis modo aut sermone narrare valeat digne?
Is inter epulas optimatum more trium puerorum
Legumina sibi frugum vindicabat in cibum.
Induebat cilicium ad carnem utique asperrimum
Desuper veste optima dulci portans in sarcina.
Idem nocturno tempore arciens membra mollimine
Iacebat humi prostratus frigore geluque vallatus;
Plerumque solo cilicio strato in pavimento

---

75 obsequa, *ss.* m_1, B_1 capita *ex* capitis *corr.* m_1P 76 ora B_3, hora B_1, hora, *ss.* m_1, P blande PB_3, blando B_1 84 uberiuq; P habundaret B_1, abund. PB_3 87 abssentauerunt B_1 88 poterat B_3P, poterant B_1 89 Quoties B_1, Quotiens B_3, quodcuq; P 92 paterent B_3P, paterēt, *ss.* m_1, B_1 95 Is B_3P, His B_1 *cf. v. 179. 271* puerorum, *ss.* m_1, B_3 97 Iduebat cilitium B_3 99 mollimine B_1, mollime P, molumine B_3 geluque //// B_1 101 strato B_1B_3, stato P

75 *vita II 2 (d'Achery)* qualia is iugiter luridis ac feniis et despicabilibus exhibebat . . . . . ipse squallentia capita lavans, *e. q. s.* 77 *sq. vita I 11 (d'Achery)* aquam manibus fundens . . ipse bibere porrigens, buccellam ipse praebens, omnes postremo in ordine faciens mensae discumbere . . . cibum iisdemque inferens. 78 *vita II 2 (d'Achery)* potumque singulis ac cibum . . praebens. 80 Christi viscera: *cf.* viscera mea *vita II 32 (d'Achery).* 81 *sq. Luc. 10, 34.* fovens: *cf. ad v. 50;* ulcera cicatricum: *vita p. 701, 5* cicatricum vulnera. 83 *sq. de hac re compluribus locis agitur.* 87 'iunge: longe positi'. *Boll.; cf. vita 677, 1.* 88 circuibat: *er besuchte sie wenigstens dadurch, daß er e. q. s.* 88 *cf. 694, 6 sq. (?)* 91 illud *sc. mirandum est.* 92 paterent: *cf. ad. v. 67.* 93 caelo *i. e. caelum cf. 104* tormento, *217* donum, *218* pauxillum *et ad rh. V 4, 2.* 94 quis valeat narrare: *vita I 13. II 2. II 42.* 95 *Dan. 1, 12.* 97 *vita 678, 26 sq.* haec omnia (*sc.* vestimenta pretiosissima) ob ostentationem fugiendam primo tempore utebatur in palam, intrinsecus vero ad carnem cilicium gestabat ex consuetudine. 99 *sq. vita 679, 14 sq.* Erat ei consuetudo in noctibus cilicium ante lectulum sternere seque aut a primo crepusculo aut post paulolum quietis e lectulo excutiens super eum summisso capite prostratum orare sicque plerumque noctes totas excubiis insistendo cum lacrimis ducere; *cf. etiam I 22.* arciens *i. e. arcens.* mollimen *a mollis.*

Hoc reputabat pro lecto ex consuetudine noctu.
Totaque carne praemortuus insistebat attentius,
Non curans corporis tormento mens intenta Olimpo.
Illud vero quis dicat quisve audiens credat,
Qualiter tota instantia se in oratione mactabat,
Qualiter tamquam praesentis pedes domini lambebat,
Quantoque amoris ardore caelum suspiciens fleret?
Aut quae oratio poterit explicare cuncta per ordinem,
Quantum proficeret iugiter ad tempus semper in tempore?
Qui semper futura sitiens praesentiaque refellens
Antea paene carne carens quam caro meta ruens.

Inter huiusmodi acta, quae nunc praedixi, magnifica,
Diligebatur a rege quasi filius unicus.
Nam quicquid ei poscebat, protinus impetrabat;
Nec erat grande vel parvum, quod non haberet effectum.
Quicumque etenim pro culpa ut adsolet quam nefanda
Mortis lata sententia traheretur ad poenam,
Concurrebat per proceres sanctus vir et optimates,
Ut deputatum tormentis arceret reum pereclis;
Prostratus pedibus regis inprecabat cum lacrimis,
Quo pietate permotus revocaretur moriturus.
Cuius blandissima verba ita mulcebant regia viscera,
Ut unde processerat sors mortis, inde mox curreret vox salutis.
Praeter ista quae dixi aliaque quam plurima
Ita se egit intonsus, ut esset merito iam sacerdos.
Celsa denique fide promeruit dignus honore,
Gentibus ut pastor foret, praesul credentibus esset.

Nam post annorum cursum plurimorumque decursa
Christi nutu adtonsus consecratur sacerdos.
Ecce dominus humilem levat de stercore pauperem
Et facit celsum egregias inter sedere catervas.

---

105 quis dicat B_1B_3, quid d. P 108 quantoque *ex* quandoque *corr.* P amoris ardore *in rasura* m_1B_1 109 ratio B_3 ordi/nem B_1 111 semper *om., in marg. add.* m_1, B_3 sitiens B_3P, stiens B_1 113 nter B_3 116 *parum ω haberet, *ss.* m_1, P effectum *corr. ex* affectum B_1 117 nefada, *ss.* m_1, B_1 120 pereclis B_1P, periclis B_3 121 regis *ss.* m_1 B_3 123 regia B_3P, rei B_1 129 an/norum B_1 131 dominus humilem B_1P, humilem dominus B_3 132 intersedere, s *corr.*, B_3

104 *sq.* curans: *cf. ad v. 50.* tormento: *cf. ad v. 93.* mens intenta Olimpo: *vita I 9 (d'Achery)* patriae caelesti mentem iugiter intentam. 105 *cf. v. 22. 94. 109.* 107 lambebat: *Sedul. IV 70* nec cessat lambere plantas. *vita II 20 (p. 712, 20)* vestigia hominis dei lambebant. 109—13 *vita 696, 10 sq.* 111 *sq. Fort. II 9, 37* Magna futura putans, praesentia cuncta refellens, Antea carne carens quam caro fine ruens. 112 *'am Ziele.'* 114 *sq. vita 680, 16 sq.* 117 quam nefanda: *cf. v. 125* quam plurima, *v. 322.* 121 inprecabat: *cf. ad v. 67.* 122 *constructio inconcinna (particip. absol.).* 125 quam plurima: *cf. Sedul. epist. ad Macedonium p. 8, 9.* 129 *sq. cf. 694, 26 sq.* — *Quid est decursa? mortes?* 131 *sq. Sedul. III 334 sq.* Ecce humilem dominus de stercore tollit egentem Et facit egregios inter residere tyrannos.

Exin Francorum iam rura sanctam serens doctrinam
Melesonis quoque plectris praesentia munera Christi.
Tractanti sedule in coetu digna adhaeret miratio,
De praesulis namque verbis, senibus et effoebis.
Sic pastor bonus obsequiis plebem iugiter monens
Ad proprium semper trahens nectebat amorem omnes,
Vocis apostolicae aures pio dogmate implens
Cursibusque assiduis dulce opus revolvens,
Flagranti studio villas, domus plebemque inrigans,
Certatimque cunctos monet, ire Olimpo quis prior velit.
Sollicitos etiam, quemquam ne devoret luporum ira,
Collegit ad caulas omnes pastor providus oves,
Assiduis monitis vocans, ad pascua vitae invitans,
Excitat segnes animas alto sopore depressas.
In vultu et ore solers, modestiam plebi praetendens,
Ad deponendas caeni maculas clamore indefesso vocans,
Fluminis ut liquidi optata miranda caperent lavacra
Et, quique iam essent tincti, adsequerentur paenitentiam.
Corrigebat anfractus linea itineris actus
Ex baptismo et paenitentia pollicens aboleri peccata,
Instruens quoque stratas sublimi iudici amplas
Semitasque, quas Christi digne vestigia inhabitent;
Supplicia cunctis gehennae virtute monstrans vitare,
'Facite' inquiens 'fructum si tandem paenitentiae aptum!'
'En' infit 'filius hominis veniet patrisque ministris
Stipatus, celsa iudex in sede paterna.

---

133 Exin B_1B_3, Et exin P 134 milesonis P, *prior* i *ex* e *corr.* m_2, B_1, millesonis B_3 135 sedule B_1B_3, sedele P adheret B_1, aderat B_3P 138 trahens B_3P, trahent B_1 139 aures *Vollmer*, rures B_3P, / rue̊s //, s *littera correcta*, r *ss.* m_1?, B_1 140 currisibusque P 141 plepemque B_1 143 Sollicitos B_1P, Sollicitus B_3 145 pauscua B_3 149 obtata P 150 q̣; B_3 151 actus ω, *f.* *recti 153 Intrue̊s, *ss.* m_1, B_1 sublimi, b *loco raso scr.*, P 154 semitasque B_1B_3, semitaque P 155 gehenae B_1 156 *f.* *sic tandem? 157 flius B_1

133*sq. Iuv. I 435* Exhinc per terram Galilaeam sancta serebat Insinuans populis regni praeconia Christus.... *439* Mille sonans (mille sonis $M^2 L^2$, mellisonis C^2) verbis praesentia munera Christi *(apud Iuvencum* praesentia munera Christi *a* sonans *suspendere oportet).* serens: *cf. ad v. 50.* 136 senibus et effoebis: *cf. Fort. II 9, 23 sq.* 140 *Fortunat. II 9, 20* Cursibus assiduis dulce revolvit opus. 141 *sq. Fortunat. II 9, 47* Flagranti studio populum domus inrigat omnem Certatimque monent, quis prior ire valet. inrígans: *cf. ad rh. IV 11, 3.* 142 Olimpo ire: *cf. v. 46 et 93.* 143 sollicitos *i. e. sollicitus cf. ad v. 27.* *Fortunat. II 9, 39* Sollicitus quemquam ne devoret ira luporum, Colligit ad caulas pastor opimus oves. Assiduis monitis ad pascua salsa vocatus Grex. 147 *sc. erat.* 148 *sq. cf. Iuv. I 310 sq.* Ad deponendas maculas clamore vocabat, Fluminis ut liquidi caperent miranda lavacra.... *314* amplas Instruite stratas, omnis sit recta viarum Semita, quae domini digne vestigia gestet. Subsident colles, vallis complebitur omnis; Corriget anfractus iteris bona linea recti. 151 actus *i. e. actos, sed malim corrigere* recti *cf. Iuvenci locum.* 155 monstrans *cf. ad. v. 50.* 156 *Matth. 3, 8.* 157 *sq. Iuv. IV 259* En hominis natus veniet patrisque ministris Stipatus celsa iudex in sede sedebit. Tum gentes cunctae diversis partibus orbis Convenient iustosque omnes de labe malorum Secernet dextraque libens in parte locabit — patrisque: que *ex Iuvenco 259.*

Iustos dehinc secernens labe malorum ab haedis
Dextra in parte libens collocabit ovantes.
Tunc iam vitae secundae adest reparatio laeta:
Non thalamo sponsa anxia, non tetra gaudia eque.
Sed similes hi beatis Christi iuxta ministros
Fulgebunt gloria magna regni sublimis in aula.
Erit quoque iam gloria iustis et poena malignis,
Utrisque suis pro meritis iustissimae retributiones.'
Haec monita Eligius serebat assidue plebibus,
Seque magis operibus exercebat bonis enixius.
Vallatus undique serie digno parebat honore;
Decebat namque ut talem Christi haberet antestitem.
Inde nam sacerdotum Leviticus hinc micans ordo:
Medius utrosque Eligius decorabat sacerdos,
Regens inde iuvenes, hinc subrigens senes,
Hos gradiendo movens, moderando et illos trahens.
Ipse tamen sic sensim incedebat ut Aaron alter,
Non de veste nitens, sed immo sanctitate refulgens.
Iste satis melior veteri quam legi sacerdos,
Hic quia vera colit, umbra prius quod fuit.
Is omnia legitime solemni cura peregit,
Nominis exemplo Christi virtutis imago,
Multoque diversis agmen partibus orbis
Progenitus caeli regnum vocabit sublime.
Idem sic longo ieiunio satiabatur cum luctu,
Ut quis repletus deliciis vel suavibus cibis.
Pervigiles isdem noctes ad prima crepuscula iungens
Gressibusque exertis proposito coepto persistens,

---

162 thalamo, *ss.* m_1, *P* gaudia eque B_3, gaudiaeque B_1P 163 iuxta, t *corr.*, B_3 165 **f.* iustis gloria 167 monata, *corr.* m_1, *P* 169 honore B_1P, honere B_3 170 antestitem B_1P, antistitem B_3 173 subrigens B_1 174 gradiendo B_3P, gadiendo B_1 179 Is B_3P, His B_1 180 Nominis B_3P, no/mini/s, *fuit igitur* non minus B_1 uir|uirtutis *P* 183 longo B_3P, longa, *corr. m. antiqua sed ut videtur non prima,* B_1 cucluctu *P* 184 sua/uibus *P* 185 ad, d *in loco raso,* B_1 186 exercitis *P* *proposita ω

161 *Iuv. IV 31* Namque secunda dehinc laetae reparatio vitae Non thalamos novit, non terrae gaudia vana, Sed similes levibus genitoris iuxta ministris Constituet regni virtus sublimis in aula. 167 serebat: *cf. v. 133.* 169 *Iuv. II 421 sq.* populi stipante tumultu Vallatur. 170 *coniunge:* decebat antestitem, ut . . haberet. 171 *sq. Fortunat. II 9, 21 sq.* Inde sacerdotes, Leviticus hinc micat ordo, *27* In medios Germanus adest antistes honore, Qui regit hinc iuvenes, subrigit inde senes. Levitae praeeunt, sequitur gravis ordo ducatum, Hos gradiendo movet, hos moderando trahit. Ipse tamen sensim incedit velut alter Aaron, Non de veste nitens, sed pietate placens, *35* Iste satis melior veteri quam lege sacerdos, Hic quia vera colit, quod (quo *Leo*) prius umbra fuit. 180 nominis: *cf. v. 34.* 181 *sq. Iuv. I 755 sq.* Quod multos homines diversis partibus orbis Progenitos caeli regnum sublime vocabit. 182 progenitus *i. e. progenitos cf. Iuv., an corr.* progenitum? vocabit *i. e. vocavit cf. ad rh. V 11, 2.* 185 *sq. Fort. II 9, 49* Pervigiles noctes ad prima crepuscula iungens Construit angelicos turba verenda choros: Gressibus exertis in opus venerabile constans Vim factura polo cantibus arma movet; Stamina psalterii lyrico modulamine texens Versibus orditum carmen amore trahit. 186 *vita II 2 (d'Achery)* ad virtutis instantiam se exerens constantissime in coepto proposito perseverabat.

Vim factura Olimpo acuens arma nisu
Staminaque psalterii texens cum modolamine,
Angore saeculi gravem sustinebat valde merorem;
Eatenus sed pene mortis somnum depellebat segnem,
Vocem creantis revolvens, hos esse beatos, quos vigiles
Dominus, dum venerit, videt secumque in regnum adsumit.
Haec secum crebro revolvens noctes agebat pervigiles,
Ne raperet seque horrida foedus hora fur ignota.
Orabat et ideo intente Christum cuncta regentem
'Tua' dicens 'monita mea de sorte voluntas'.

Cuius nimirum, quae gesserit, si quisquam cuncta percurreret,
Ipsum tam confessorem praedicaret quam martyrem;
Cuius etiam bonum si conscribatur in unum,
Verborum nam largitate inmensum aptet volumen.
Attamen ex multis pauca narrabo perplexis;
Corporis explendi dono membrorum postulat ordo.
Hic nempe tales in tempore res laudandas peregit,
Ut quoque suum post obitum miracula clara micarent.
Idola namque subruit, templa nefanda destituit:
Merito ob hos talem tulit actus honorem,
Quique tanta pro fide pro magno miroque opere
Dei armatus virtute mira gessit in corpore.
Illo vero sub tempore temptabo fari quod egerit,
Pauca pangam de multis utilitatem ob legentis.
Poscenti privato cuidam duo capitis lumina
Ad crucis signum diu clausas reseravit sub fronte fenestras.
Una carpebat dierum nobiliter comitatu,

---

191 *uoce *ω* 195 *orabo *ω*, orans *Boll.* 196 monita *ω*, non ita *coni. Bollandiani* 197 gesserit, i *ex* a *corr. ut videtur, P* ꝑcurreret, ꝑ *corr. B_3, altera* p̄ *superscripta sed radendo deleta est* di 200 *aptat *ω* 202 explendi *corr. ex* explendo *manus antiqua* B_1 ex/plē dono, *correxisse videtur* m_1, B_3 205 destituit B_3, distituit, *primam* i *ex* e *corr. man. antiqua*, B_1, distituit *P* 206 *hoc *ω* 209 Illo: Ilo B_3 211 Poscenti *corr. ex* Possenti m_1P priuato B_3P, prauato B_1 213 dȅrum, B_1

191 *Fortunat. II 9, 65 sq.* Voce creatoris reminiscens esse beatos, Quos dominus vigiles, dum redit ipse, videt. 193 *cf. v. 185. vita I 9 (d'Achery)* metuens ne se tanquam fur hora illa inermem comprehenderet. 196 *i. e. 'tua monita et mea voluntas congruunt'?* 197 *sq. Sedul. V 436 sq.* Nam si cuncta sacris voluissent tradere chartis Facta redemptoris, nec totus cingere mundus Sufficeret densos per tanta volumina libros. *Vita 664, 26 (ex Rufini hist. eccl. VI 2)* et si quidem velit quis omnem eius ordinem vitae litterarum tradere monimentis, . . . quae et volumen magnum requirant et otium. 201 *Iuv. II 824* Talia tum populo perplexis condita verbis Promebat. 202 dono *pro* donum *accipiendum videtur cf. ad v. 93.* 207 Quique: *cf. ad v. 31.* 211 *vita I 29 (d'Achery)* ille . . . signum crucis impressit et . . . diu clausas illico reseravit sub fronte fenestras. *Auctor vitae Sedulium compilavit: IV 36* . . . mox lumina tangens Evigilare iubet; quae somnus presserat ingens, Atque diu clausas reserans sub fronte fenestras. 213 *vita 701, 17* nobili suo comitatu. 213—218 *vita I 25 (d'Achery)* Alio praeterea tempore cum iter quoddam in proximo carperet, habuit obviam pauperum turbam . . . quibus . . . voluit insuper siti fatigatis laborem temperare itineris. Coepit ergo quaerere in ministris, quis haberet potum sub sellis . . . unus tandem reperitur, qui parvum cum vino vasculum se habere profitetur. Quod protinus allatum vir sanctus benedixit et ut pauperibus misceret illico imperavit. Sed quid erat tam

Cum turba quoque fortuitu fit ei obvia pauperum.
Inpertiri ilico potum iubet pauperum coetu
Ex vinoflasco exiguum quod continebat Falernum.
Actutum dein miraculum ex dei praeferens donum,
Cum ex vini pauxillum potatis non defecit merum.
Simillimumque et illud actus tulit miraculum,
Cum in apoteca vel peno exundans aluit baccum.
Nam ex meritis sancti succrescens liquor Falerni,
Vasculum pene vacuum fit in crastino refluum.
Splendeat iam et aliis virtutis gloria factis:
Praeteriensque sed forte partes lustrat Provinciae,
Occurrit ei repente quidam nimis truci mente
Vesanique spiritus obsidione captivus.
Imperat mox Eligius mentem linquere huius,
Statimque stupidum linquit pectore daemon.
Inseratur et operi res tam digna memoriae,
Una tantum ex plurimis, quae contulerit clodis.
Quidam eger horrenda confixus viscera tabę
Decumbebat nam claudus, in pavimento artatus;
Huius manu porrecta purgavit lurida membra,
Confestimque morbus mortem, morbidus accepit salutem;
Soliditatem et insuper elemosinam tribuit,
Incolomi iam dehinc celare gaudia iussit.

---

217 actum *ω, corr. Winterfeld* mira / culum, *fuit* mirat culum B_1 donum B_1P, dono B_3 218 pauxillum B_1P, pauxillo B_3 220 peno B_1P, penu B_3 baccum B_1P, bachum B_3 'forsan legendum prius ex undas *pro* ex undis' *Boll., sed coniungendum est* exundans baccum; *cf. annotationem* 223 aliis / uirtutis B_1 227 linquere *P*, linquere, q *correct.*, B_3, // linquere *(fuitne* relinquere?*)* B_1 230 claudis B_3 232 nam *ex* iam *corr.* B_3 cladus *P* paui/mento B_1 235 et *in marg.* B_1 / elemosinam, *fort.* et *erasum,* B_1 236 incolomi B_1P, incolumi B_3

exigua mensura id est quasi tria cotyla inter tantam pauperum turbam? Cum ergo pincerna pauxillum mitteret in scyphum, utpote cum nec mediis posset sufficere merum, mox increpatus ab Eligio vasculum miscere iussus est plenum, cui cum puer exiguitatem flasconis obtenderet, statim ille signum crucis opponens: 'Eia,' inquit, 'eia misce crateram plenam' ... Sic ergo factum est, ut ex eadem quantitate et universi largissimos hauserint meros et exiguitas non defecerit potus, ita ut in illo vase, quod vir sanctus signaverat, liquor vini non quidem augeretur, sed potius nasci crederetur. 216 exiguum *i. e. exiguo?* ex donum, *(218)* ex pauxillum: *cf. ad v. 93.* 218 pauxillum: *vita 709, 5* est mihi pauxillulum Falerni in cadum. 219 actus: '*intellege* precibus coactus' *Boll.; sed* actūs *intellegendum esse puto.* 219—22 *ad vitam II 18 (p. 709) pertinent* .... post cuius videlicet abscessum repente cadum, quod ad usus famulorum eius paene fuerat exhaustum, divinitatis gratia exuberante vino usque ad summum est repletum. Facto autem die altero fortuitu ingressus homo in paenum invenit tunnam, quae pridie vacua prope remanserat, usque ad os vino repletam. 220 exundans baccum *(i. e. vinum), poeta coniunxit igitur* exuberante vino, *non* exuberante gratia *ut Kruschius.* 223 *sq. vita II 12 (p. 701, 16 sq.).* Cumque die quadam nobili suo comitatu iter agens partes eiusdem Provintiae peragraret, occurrit ei vir quidam inmundo et nimis saevo repletus spiritu ... ad quem conversus sanctus Eligius dixit: 'Et quid ad te, inmundissime diabole? In nomine Iesu Christi obmutesce et exi ab illo' *e. q. s.* 231—36 *Iuv. I 733 sq.* Ecce sed horrenda confixus viscera tabe, Quem toto obsessum foedarat corpore lepra, Procubuit venerans iuvenis Christumque precatur ..... Tum dextera Christi Adtactu solo purgavit lurida membra, Incolumique dehinc celare gaudia iussit.

Adiciatur et illud, quod contigit, miraculum,
Quod reis contulit bonum, erutos mortis periclo.
Praeteriens nam sed claustra forte ergastuli tetra
Orante ilico ostia patescunt sancto et vincla.
Est et in rebus minimis magna gloria creantis:
Imperaverit fructifere nuci indicabo quo ordine.
Stabat ecce autem mediis sublimis frondea in arvis
Referta nucibus optimis, quibus inhibetur vescendis.
Olli conversus Eligius 'arescat in te', inquit 'fructus
Nullumque herus subsidium ex te percipiat in ęvum'.
Post dictum viduata suis arbusta aruit sucis
Et siccis demum medullis permansit mortua ramis.
Haec nec nempe inmerito Eligii comitata sunt verbo,
Qui Christi semper commonentis meminerat fidemque tradentis:
'Quaecumque robusto', inquit 'fides pectore poscit,
Credentum et digna semper virtute mens obtinebit'.
Idem semper condigna Christi secutus praecepta
Pro insignibus gestis meruit praemia digna.
Membra sanctorum namque cura sub grandi quęsivit:
Ita nemo supra ac post nec taliter egit.
Fuit salus orfanorum redemptorque captivorum

---

238 bonum B_1B_3, benum P erutos B_1P, erutis B_3 periclo B_1P, periculo B_3 239 sed ω, secundum *coni. perperam Bollandiani* nam *ex* iam *corr.* B_3 241 crean|antis B_3 243 aut ω, *corr. Boll. cf. Sedul. l. c.* 246 Nullumque herus B_1B_3, Nūq; hr̄us, e *ss.* m_1, P 247 uiduata *ex* uiduatis *corr.* P sucis, is *in loco raso*, B_1 249 nempe B_3, mempe B_1P 250 commonentis B_1, monentis PB_3 253 condigna, g *corr.*, B_3 256 supra P^1, supra P^2

vita II 24 (d'Achery) quidam autem diaconus ... decumbebat tabidus. Cui cum Eligius manu sancta latus et membra contrectasset, statim ... sanavit corpus a lurido illo morbo; *cf. etiam (sed de alio quodam) I 27 (p. 686, 14)* dedit ergo ei elemosinam vir beatus et dimisit eum in pace .... tunc Eligius coepit terribiliter coniurare pueros et cunctos comites suos, ne ... rem gestam cuilibet homini indicarent. *cf. etiam I 23 (d'Achery)* cui comminans et contestans praecepit .. ut .. nullum aliud sanitatis verbum cuiquam ediceret. 237 *sq. cf. vita 703, 15 sq.* 238 *constructio inconcinna.* mortis periculum: *vita II 43 (p. 726, 1).* 239 sed: *cf.* autem *v. 243,* nam *v. 431.* 241—53 *Sedul. IV 45* Ecce autem mediis adstans sublimis in arvis Frondea ficus erat, cuius in robore nullum Repperit esuriens lustrato stipite pomum; Arboreisque comis 'iam nunc ex germine vestro Nullus' ait 'fructus reliquum generetur in aevum'. Confestim viduata suis ficulnea sucis Aruit et siccis permansit mortua ramis. *cf. vita 713, 22 sq.* erat autem illi *(sc. colono cuidam)* arbor magna nucarii onusta fructu vescibili. Cumque Eligius in diversorium quiesceret, egressi quidam ex ministris eius coeperunt ex praefata arbuscula avellere nuces; erat enim tempus, quo congrue vesci poterant. Accurrens autem concite dominus arbustae causabatur procaciter nuces sibi subripere; quo Eligius comperto vocat ad se virum et blande ac leniter eum demulcens ait .... ac ille tumida mente lenitatem eius spernens duris eum amaricabat verbis .... Tunc Eligius .. homini pro substantiae damno tres aureos dari iussit; ad arbustam tamen conversus, nimirum Salvatoris ficulneae imperantis exemplo usus ait: 'Quoniam tantopere pro te lacescimur, numquam ex te ex hoc iam fructus nascatur in aeternum.' 251 *sq. cf. 714, 15* merito igitur in hoc opere dominicum secutus exemplum, arbustae cum fiducia imperavit, qui fide plenissima dominicam tenebat sententiam, qua dicitur, quia, qui credit in me, non solum faciet ea, quae ego facio, sed et maiora, inquit, faciet. *(Ioh. 14, 12.)* 254 *Iuv. III 558* Pro meritis operis promittens praemia digna. 255 *sq. vita 697, 13 sq.* 257 *vit. I 20 (d'Achery)* eratque pes claudorum et oculus caecorum,

Consolator debilium, munerator largus egenum,
Pater peregrinorum pius, defensor pauperum providus,
Omnibus quippe largus sibique soli restrictus.
Distribuit omnem miseris sui substantiam iuris,
Ieiunis tribuens cibum, sitientibus haustum,
Hospitibus prębens tectum, nudis largiens amictum,
Captivos solvens servitute, aegros refovens in carne.
Ubique ibat ob merita, magno vulgatus exemplo,
Fama circuiens tota residens sub sidera sęcla.
Docebat singulos castam tandemque agere vitam:
Placebat patriae principis et dogmata universis.
Semperque circumspeciens, divina iussa perficiens,
Linguę valde nectareos profundens tramite sensus.
His pro talibus actis quibus fruatur nunc bonis,
Nec valet mens conprehendi nec valeo ego quippe fari;
Quique omnia de Christo, per Christum cuncta locutus,
Fidelis namque ut servus mansit semper sollicitus.
Nec dubie quin substantiam in caelo percepit illam,
Quę Christo pie conlata datur sub pauperis forma.
Cum iam venerit ultima rationis dies pro talentis,
Tunc ecce capiet digna Eligius meritis praemia.
Reddet utique tunc credita Christo tractanda pecunia
Seque geminasse dona olli concredita monstrat.
Recipietque pius decies millena talenta;
Constitutus perpetua regnat in multis sic gloria.
Aequabitur quoque solidis viro fundamina saxis

---

261 subtantiam B_1 265 merita, a *ex* o *corr.*, B_1 exemplo, l *corr.*, B_3 267 agere B_3, augere B_1P 269 circumspiciens B_3P 271 Is B_3 275 illam B_1B_3, illamque P 279 *mercanda ω, *cf. Iuv. IV 228* 281 Recietq^{pi};, *ss.* m_1, B_3 281 decies, dec *in ras.*, P 282 in multis sic gl. B_1P, sic in multis gloria B_3

orphanorum pater et viduarum consolator, quique non carcere clausis . . negavit auxilium, sed omnibus misericorditer consulens miseris semper praebuit adminiculum. 260 *vita 701, 11* omnibus largus, sibi soli restrictus. 260 *sq. Sedul. IV 23* Ieiunis qui ferre cibum, sitientibus haustum, Hospitibus tectum, nudis largitur amictum, Solatur nexos in carcere, perfovet aegros, Atque aliis largus, sibi tantum constat egenus. 261 *vita I 11 (d'Achery)* omnes .... compertum habebant ... quibus sui iuris substantiam dispergeret. *Idem fere I 37.* 263 praebens: *cf. v. 50.* 264 *vita 677, 4 sq.* 265 *coniungo* ubique ibat fama, vulgatus *partic. absolutum est. vita II 3 (d'Achery)* nec erat eius fama contenta circumiectas tantum Gallias illustrare, sed exteras utique provincias implebat. 268 principis *dat. plur.;* dogmata *nom. sing. cf. rh. XLII 11, 1.* 269 *cf. ad v. 50.* 270 *i. e. linguae tramite.* 272 *i. e. conprehendere. Similiter vita I 13, II 2, II 9.* 275 *cf. Sedul. IV 27* Nec dubie in caelum substantia pervenit illa, Quae Christo conlata datur sub paupere forma. 277 *de talentis cf. Iuv. IV 227 sq., Matth. 25, 14 sq.* 279 reddet pecunia: *cf. ad rh. V 4, 2.* 280 *Iuv. IV 237* Se geminasse illi pariter concredita monstrant. 281 *Sedul. II 273* Incipietque pius decies millena talenta *(Matth. 18, 24).* 283 *sq. Iuv. I 715.* Quisque meis monitis auresque et pacta dicabit, Hunc aequabo viro solidis fundamina saxis Ponenti, librata super cui moenia surgent. Illa domus pluviis ventisque inlaesa manebit Torrentumque minas firmato robore vincet, Haerent inmotae quoniam fundamina petrae.

Ponentique libratam torrentibus larem inlęsi.
Laetabiturque indepta aeternae lucis tentoria,
His similis, mitis quos mansuetudo coronat.
Illum laudat herus, committens potiora muneribus,
Tantę qui rebus commulatę sortis habundat,
Dicens: 'Huic detur possessio ampla uberior,
Inveni quem duplis commulasse talenta lucris.
Huc veniat athleta, iam olim debita sumat,
Bona quippe patris, quae sunt mundi aequa nitentes.
Namque fame fessum me gratis quondam refecit,
Potu etiam mihi sitim saepe removit.
Hospiciumque domus patuit mihi vocato
Et nudus huius vestis blandissima tegmina sumpsi,
Carceris et poenis huius solatia cepi,
Nec famis oppressum dira ditione notavit.
Haec mihi in meis iugiter tribuit membris;
Testor, quod fecit, et mihi, in minimis, fecit.
Idcirco promissum non differo reddere fructum,
Concessa ex hoc aeterna manebunt eidem prȩmia.'

Longius sed qui verbis exivimus, nunc ad tramitem redeamus:
Cedamus ad tempus loco, qui immorari pridem.
Igitur Eligius virtutum mole ornatus
Proficiebat uberius diebus namque ex diebus
Constantque cuius multa istic quae gessit magnifica,
Quae, nec si ferrea ora essent, expleret aut lingua.

---

284 ponentique B_1P, potentique, nti *corr.*, B_3 *f. inlaesam 286 similis B_3P, similibus B_1 mansutudo *in rasura* B_3 coronat, co *ss. sed erasum*, B_3 288 qui rebus B_1, quibus PB_3 cumulate B_3 abundat PB_3 290 *commulas B_1, commulasset P, cumulasset, *prior* u *ex* o *corr.*, B_3 292 *corrigerem* aequaeva nitentis, *nisi in Iuvenci codice M IV 270 legeretur* aequa nitentes, nitentes *etiam in aliis* 293 *fameses summe ω refecit, r *in rasura*, B_3 296 sumpsi PB_3, sumpsit B_1 297 carceris in poenis *Boll.* cepi B_3, coepi B_1P 300 testor, stor *loco raso*, B_3 quod minimis *Boll.*, *sed intellegendum:* quod in minimis *(meis)* fecit, et mihi fecit 303 ongius B_3 q̇, q *corr.*, B_3 Nuc^{n}, *ss.* m_1, P 304 qui B_1P, quo B_3 308 linga *ex correctura* B_3

285 *sq. Iuv. I 455* Felices humiles ... Illos nam caeli regnum sublime receptat, His similes mites, quos mansuetudo coronat. 287 *Iuv. IV 238* Illos laudat herus potioraque credere tantae Promittit fidei. 288 *Iuv. IV 254* Quis res *(sed* rebus R^1 *M)* uberior cumulatae sortis abundat. 289 *sq. Iuv. IV 251 sq.* Prudentique dehinc detur possessio maior, Quem duplis cumulasse lucris mea quinque talenta Inveni. 291 *sq. Iuv. IV 268* Sed rex ad dextros conversus talia dicet: Huc veniant sancti, iamdudum debita sumant Dona patris, mundi quae sunt aequaeva *(*aequa *M)* nitentis *(*nitentes MK_1Bb_1*)*, Et iustis primo promissa parantur ab ortu. Namque fame fessum quondam me grata refecit Haec plebes potuque sitim mihi saepe removit, Hospitiumque domus patuit mihi saepe vocato Et nudus vestis blandissima tegmina sumpsi Carceris et poenis horum solacia cepi. Tum domino tali respondent voce beati: Non meminit nostrum quisquam te visere nudum Nec famis oppressum dura dicione notavit, Carceris aut poenis meminit vidisse revinctum. Respondens illis dicet tum talia iudex: Fratribus ista meis humiles miserando labores Qui fecit, certum est dulcem mihi ponere fructum. 300 *i. e.* quod in m. fecit, et mihi f. 303 *sc. quia totum locum Iuvenci transcripsit.* 304 *constructio parum concinna.* 308 *Sedul. I 99* Nam centum licet ora movens vox ferrea clamet *cf. v. 22.*

Postque cuncta peracta cum iam rediret ad patriam,
Haec verba extrema fundebat poscens in hora:
'Nunc nunc me famulum dominus, nunc pius liberat artis
Corporisque e vinclis finemque inponit laboris'.
Sicque trahens animam per gaudium suspiriis mixtam
Subpressae vocis sono ambrosia dicta volutat,
Magnificas laudes deoque Christoque rependit.
Orantem simul alitus et vox et calor sic deserit.
Adsistunt mox cęlicolę angelici coetus micantes:
Summa animam fastigia advectant poli ovantes.
Sic aurea in regna delata anima laeta,
Qua levis aerios non exprimit semita sulcos.
Iter sic sidereum penetravit curru corusco,
Quam bene fulmineo splendens orbita polo.
Transvectus ęther amplius oberrans roscidis pedibus
Lustrat passibus agros paradysi amoenos,
Opem radians libertatis ubi regia fulvis
Emicat aula tholis, quo dantur prędmia dignis;
Ubi principe Christo nobile perpetua caput
Ambiente corona gaudet milis de prędmiis.
Ibi possidet regnum, cui tempora non succedunt per ęvum,
Ubi dies caret fine, nescit quia tempus habere.
Gaudet se ex ludibrio seculi vinclis eruto
Eique ad speciem nivis micant velamina vestis.
Florigera in sede amoeni blandique odoris
Magnam adeptus larem Christi incola sanctis,

---

310 extrema *supra lineam scr.* m_1 B_1 hora B_1P, hara B_3 312 labor/is B_1 313 suspiriis *om.* B_3 317 asistunt B_3 angelici B_3P, angeli B_1 320 aerȯs//, i *ss.* m_1, B_1 322 splenṣdens B_3 323 roscidis B_3P, sorcidis B_1 325 radiẹ̊ns, *corr.* m_1, P fuluis, *syllaba* uis *correcta esse videtur*, B_3 328 ābiante m_1, ābiente m_2B_3 milis B_1P, miles B_3 334 **f.* sancti?

311 *vita II 33 (d'Achery)* Nunc dimittis servum tuum, domine, secundum verbum tuum *(Luc. 2, 29).* 312 *Iuv. I 202.* corporisque: *cf. ad v. 31.* 313 *sq. Iuv. I 94* Illa trahens animum per gaudia mixta pudore Subpressae vocis pavitantia dicta volutat: Magnificas laudes animus gratesque rependit. 315 *sq. vita II 33 (d'Achery)* et nunc quoque sub confessione nominis tui ruens extremum, Christe, halitum fundam. 317 *Sedul. II 218* Caelicolae adsistunt proceres coetusque micantes; *cf. etiam ad 393 sq.* 319 *sq. Sed. I 179 sq.* Aurea flammigeris evectus in astra quadrigis, Qua levis aerios non exprimit orbita sulcos, Sidereum penetravit iter curruque corusco Duxit et humani metam non contigit aevi. Quam bene fulminei praelucens semita caeli Convenit Heliaē! *cf. vitam 720, 22* visus est subito velut pharos magnus ingenti claritate resplendens ex eadem domo coruscando conscendere atque inter mirantium obtutus sphera ignea crucis in se similitudinem praeferens velocique cursu densitatem nubium praeteriens caeli altitudinem penetrare. 322 quam bene: *cf.* quam nefanda *v. 117* 325 *sq. Sedul. I 284* Libertatis opem, radians ubi regia fulvis Emicat aula tholis, ubi dantur digna petenti. 327 *sq. Sedul. II 250 sq.* Morte vacans et fine carens, cui nulla per aevum Tempora succedunt, quia nescit tempus habere Continuus sine nocte dies, ubi principe Christo Nobile perpetua caput amplectente corona Victor opima ferens gaudebit praemia miles. 332 *Iuv. IV 749* Et nivis ad speciem lucent velamina vestis. 334 *Sedul. I 346* Exiguam concede domum, tuus incola sanctis Ut merear habitare locis.

In loco ab omni felix adversitate remotus,
Qua nempe patet aeterni porta maxima poli,
Non patitur iam ęstivus hiemisve inmoderatos,
Sed blanda eius semper quies laetificat mentem.
Non ibi adest morbus, non ęgra omnino senectus,
Neque mors crudelis nec hydros serpit colonos.
Non scelus infandum nec cupido vesana opum
Neque metus ardens, cedit amore furor.
Abest luctus acerbus et consita pannis egestas,
Erumna omnino procul, nec violenta subripit famis.
Non ibi tempestas furit nec vis horrida venti,
Neque gelido terram stringit pruina sata.
Nulla super campos praetendunt vellera nubes,
Neċ cadit ex alto iam turbidus aquę umor;
Non ibi sunt aescę nostro concessę in urbe,
Quodque istic magnum, illic putatur exiguum.
Procul abest tristitia, certa manet lętitia,
Non iam occurrit postulatio, sed totos tenet laudatio,
Tantus ibi est decor tantusque refluit honor,
Cuncta ut mundi nitentia ducantur ibi pro nihilo.
Locum hunc beatorum agmen incolit magnum
Agnum ubique sequentum nusquam lapsurum per evum.
Turba omnis cohabitans munere laeta pio
A Christo eternam vitam muneris indepta dono.
Cum his omnibus vernans Eligius nanctus honore

---

337 estiuos B_3 hiemis / ue, *fuit* hiemisque, B_1 339 om̄io, *altera* o *ex* a *corr.*, B_3 340 hydros B_1P, hidrus B_3 colonos B_1P, colonus B_3 341 Neque *coni. Winterfeld (sc. ut vox in versiculo ter attolleretur; idem de* escelus *cogitaverat)* 343 a/cerbus, *fuit* accerbus, B_1 343 *sq. sic scripsi cf. Phoenicem v. 19 sq.*, et erumna (B_3P, eruta B_1) consita (B_3P, consuta B_1) pannis egestas omnino *e. q. s.* ω; *pro* omnino *scripserim* insomnis. 344 Et cura omnino *e. q. s. Winterfeld* egestas, stas *add.* m_2, *fort. fuit* eget, B_3 fames B_3 345 fuęrit, *corr.* m_1, *P* 346 gelido ω, gelida *correxeris, sed cf. Lactantii versus* 348 turbidus, d *ex* b *corr.*, B_3 humor B_3 350 exiguū *ex* exiliu *in scribendo corr. P* 356 sequentum B_3P, sequentem B_1 lapsurum B_3P, lapsurus B_1 359 nanctus B_1B_3, nactus *P*

v. 335—60 plurima ex Lactantii carmine de phoenice deprompta sunt, nonnulla etiam ex vita Eligii I 15 p. 236 (d'Achery) cf. Lact. de ave ph. 1 sq. Est locus in primo felix oriente remotus, Qua patet aeterni maxima porta poli, Nec tamen aestivos hiemisve propinquus ad ortus, Sed qua sol verno fundit ab axe diem *(v. 2* patit *A* poli *AB*, caeli *C)*. 337 aestivus hiemisve: aestates *et* hiemes *intellegendum esse Bollandiani viderunt.* 339 *sq. Lact. l. c. 15 sq.* Non huc exsanguis morbi, non aegra senectus, Nec mors crudelis nec metus asper adest Nec scelus infandum nec opum vesana cupido *(15* exsanguis *AC* morbus *C* *16* adit *C)*; *poetae* hydros *ex Lactantii* asper *male intellecto (sc.* aspis*) ortum esse P. de Winterfeld l. c. opinatur.* 342 *Lact. l. c. 18* Aut metus aut ardens caedis amore furor, *(quo de loco Winterfeld egit Herm. XXXIII 170 sq.) sic A,* cedit *B(DE)*, adit *C* 343 *sq. Lact. l. c. 19 sq.* Luctus acerbus abest et egestas obsita pannis Et curae insomnis et violenta fames *(*nec violenta *A.)* 345 *sq. Lact. l. c. v. 21 sq.* Non ibi tempestas nec vis furit horrida venti Nec gelido terram rore pruina tegit, Nulla super campos tendit sua vellera nubes Nec cadit ex alto turbidus umor aquae *(*gelida *A* tendunt *DE* uellere *A)*. 346 *nisi corrigendum est* terrae, *intellegamus oportet* terram, *sc.* sata. 349 urbe *i. e. orbe cf. ad v. 27.* 356 *apocal. Ioh. 14 4.* 359 *cf. ad v. 393.* honore *i. e. honorem cf. ad rh. V 4, 2, an = honore nancto?*

Insigni albigat lumine, regali plenus decore.
Mira luce stipatus Christi in laude fusus
Gaudet pangere sacri modolamina cantus
Inter angelica agmina indefessa dicentia
'Sanctus trina persona' voce magna continua.
O quam ille beatus tanta brevi adeptus
Micavit, ita qui in arvis nostro sub tempore fulgens.
Namque adpręhendit suis caelorum regna rapinis,
Iam fores adiit supremas, Olimpi receptus valvas.
Et quia implevit secundum suum apostolum cursum,
Ideo pro brevi labore est nactus corona iustitiae.
De cuius felici quidem omnimodis consummatione
Sancti quique lętantur summi et nuntii gloriantur,
Exultat etiam mundus, gratulatur dominus Christus,
Concelebrant quoque grates cęlicolę festalia agentes.
Amictus idem splendifica refulget nanctus stola,
Metit iam fructum, bona mundo quae contulit semina,
Paradisi delitiis florentis inter adsistens
Redolentes aromatum silvas aeternae frondium.
Inter candentia lilia rubentesque et rosas
Roscidis incedens plantis blandiente sibilo aeris,
Inter ea nempe agmina, quae pulchrae vestibus albent,
Ubi candent rutilis lilia mixta rosis,
Corpus undique decens velamine fulget candens,
Ambrosios namque libat nectareosque odores.
Inter varios nemorum gratissimosque nitores
Delectatur et insuper ex visione creantis.
Eius et pompa verticem non ut seculi simile,
Sed vernans ambit corona paradisi inmarcida.
Non mirtum decore, non laurum frondet ut viride,
Sed inmarciscibilis serta faustum tegit cesariem.
Undique eum cingit honor, comitatur par decor,
Munus largum suorum adeptus ovat laborum.

---

366 tempore B_3P, tẽpr' B_1 368 fores /// adiit B_1 369 apostolum suum cursum B_3 370 corona B_1P, coronam B_3 373 exãltat P 375 nanctus B_1, nactus B_3P 377 delitiis B_1P, delicii B_3 asistens B_3 378 frondium, o *corr.*, B_3, *fort. fuit* fraudium 379 e†osas, *ss. man. antiqua, sed ut videtur non prima,* B_1 381 pulchrae *(i. e.* pulchre*)* B_1P 382 rutulis B_3 388 uernẽns, *ss.* m_1, P 389 mirtum, t *littera correcta esse videtur,* B_1 390 faustum B_1P, faustam B_3 391 eũ, *ss. sed eras.,* B_3

360 *i. e. albicat.* 361 stipatus *ut v. 158.* 362 *Lactant. l. c. 45* Incipit illa sacri modolamina fundere cantus. 366 fulgens: *cf. ad 50.* 367 *Sedul. V 231* Abstulit iste suis caelorum regna rapinis. 368 *i. e. in valvas.* 369 *sq. Tim. II 4, 7* bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae. 374 *Iuv. I 117* Concelebrent cuncti laudes gratesque frequentent. 376 *i. e. fructum seminum, quae contulit.* 377 *i. e. in paradisi deliciis inter silvas redolentes.* 378 aeternae = *aeterne sc. redolentes.* 380 roscidis: *cf. 323.* 381 *sq. Fortun. II 9, 24 sq.* Et candunt rutilis lilia mixta rosis. Illi iam senio, sed et hi bene vestibus albent.

Sicque gratissime bonis Lesiae fruens deliciis
Percepti tenet iam muneris, verbis quod credidit divinis.
Latex hinc paradisi eiusdem viscera rigat,
Illinc spiritus lenior conclusum ortulum perflat.
Ibi candida turba purporeis togis compta
Profundit nimium claro fulgentia corpora visu,
Sacrati quibus est capitis praetiosa corona liliis
Omnium pleni odorum purpuraque violarum.
Ingemit ibi colonum serpens habitare reductum,
Invidus quemque dudum gustando eiecerat vetitum.
O felicia tecta, o nempe domus beata,
Quibus cum iustis inclitus felix vernat Eligius!
O quam rerum beata haec communicatio celsa:
Pro brevi mundi ęrumna adeptus premia ęterna!
Flevit quondam in mundo, ut nunc exultet in cęlo,
Sitivit et esuriit, ut nunc bonis reflueret,
Vestitus setis asperrimum caprearumque cilicium,
Ut nunc amictus albifica veste decantet verba:
'Saccum meum conscidisti meque laetitia induisti,
Gloria mea ut canam tibi, in aeternum ne conpungar.'
Pro mundi ergo adversis fructus bonis inmensis,
Oculus quae nec vidit auditu nec auris percepit;
Illa videlicet bona, ab aevo quae sunt praeparata,
Quae disposuit omnibus se deus diligentibus.
Concelebrent ergo cuncti laudes gratesque frequentent
Astrorumque et terrę hominumque parenti.
Dives nunc municipius nomen nanctus Noviomus,

---

393 lesiae B_1P, elisię B_3 395 ēidē B_1 396 /// illinc P 397 Ibi B_3P, bi B_1 400 pleni B_1B_3, plene P, *an* *plena, plenis? 404 uernat *in rasura* B_1 409 asprimū *ex* -mus *corr.* P 410 albifica B_3, abbifica B_1P 412 *num corrigere liceat* canat *(cf. ps. 29, 12), dubito* 413 aduers/is B_1 417 concelebrent B_3P, concelebrens, t *ss.* m_2, B_1 418 parenti B_3P, parentis *Boll., in codice* B_1 *bibliopegi incuria nil nisi* paren *vidi* 419 nouiomus B_3P, *in* B_1 *non nisi* nouiom *vidi*, Nouiomo *Boll.*

393 *sq. cf. vitam Elig. II 36 (d'Achery)* Comparetur itaque si placet huius beati viri non dicam funeri sed potius triumpho ... Eligium exutum mundi aerumna *(v. 344. 406)* cum summis caelicolae laudibus ad desiderata perferunt regna *(v. 317 sq.)* ... Eligius pro beatis vernat meritis in sinu Abrahae sine metu iam felix *(v. 359 et 404)* ... Eligius meus perpetim laureatus serto perenni exultat Elysiis in campis cum cunctis in saeculo sanctis *(v. 393. 388—90)* ... requiescere eum fecisti inter ... virentis paradisi tui delicias. *Kruschius locum omisit, apud Acherium* Elysiis, *sed cum Kruschius SS. rer. Mer. IV 655 locum (nescio quo ex codice) sic afferat:* exultat Lesiae in campis, *poetam ex suo codice lectionem* Lesiae *hausisse apertum est.* 394 percepti muneris *a* deliciis *suspendendum est.* 401 *Sedul. V 226* Ingemit antiquum serpens habitare colonum. 402 vetitum: *cf. Sedul. I 70* vetiti dulcedine pomi. 404 vernat: *cf. ad 393.* 409 *vita 678, 27 et passim.* 411 *sq. ps. 29, 12* conscidisti saccum meum et circumdedisti me laetitia: ut cantet tibi gloria mea, et non compungar ... in aeternum confitebor tibi. 412 *sq. vita II 15 (d'Achery p. 237)* ... sed inenarrabilia cum angelis et sempiterna a Christo praemia tribuentur et quod oculus non vidit, sicut dicit apostolus, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit dominus deus diligentibus se; *cf. etiam I 7 (p. 674, 21 Kr.).* 417 *sq. Iuv. I 117 sq.* Concelebrent cuncti laudes gratesque frequentent Astrorum et terrae pontique hominumque parenti. 419 *i. e. municipium.*

Quaeque cuius ob merita celsa fulget ad imo.
Inde iteris aetheriae sidera cuncta transcendit
Auras flammis sulcantem summo quoque cum lumine.
Gaudet iam in perpetuum repertum in cęlo thesaurum,
Ubi numquam nocturnum iam pavitabit incursum,
Ubi nec tinea sulcat erugo mordax nec vorat
Necne male defossum famulatur furibus aurum.
Amoena illic in loca deget sancta eiusdem anima
Placidumque et iocundum corpus fruitur somnum.
Meritis semper vigel numquam dormit in ęvum;
Auxilio succurrit pio se petentibus voto.

Nam quę fiunt ad tumbam, quis nunc enumeret mirabilia,
Quę ibi iugiter misericordis Christi operatur clementia?
Confluunt ubi quotidie languidorum catervae,
Favente ilico praesule adipiscunt salutem.
Sani remeant propere, salutem mirantes celerem,
Cursitant inde ovantque, confessorem ubique prędicant.
Quos ergo tibi prae tantis dignos demus honores,
Beatissime, bonis Christi referte donis?
Optimum duco laetus procerum ad me decus,
Ut referam tibi dona tuasque laudes viribus canam.
Dignum opinor affectu sincero pangere affatu
Laudesque tuas perpetuo sacrare et psallere cantu.
Pectoris atque mei succendis igne caminum,
Obsequor quoque voto, tuus quod me adigit amor.
Auxilium imploro tuum, te custodem deposco,
Cuius laudem per saecla mitto cuncta canendam.
Te nam pio affectu veneramur, amamus
Meque viribus cunctus plaudentem reboat coetus.
Tu advocate digne sacer, Gallię inclite,
Cuius plebis solatia videns gaudet miracula.
Mitis tu et humanus, sola summi gratia plenus

---

420 ad imo B_1, ab imo PB_3, *an* ad ima? 423 in perpetuum, in *ss.* m_2, B_1, in perp. PB_3 425 nec *(priore loco)* B_1P, n̄ B_3 426 defossum B_1B_3, defonsum P 427 loco B_1, in loca B_3P 428 somnum B_1B_3, fornum P 429 uigel B_1P, uigil B_3 432 ibi iug. PB_3, ubiugiter, i *ss.* m_1, B_1 433 ubi P, ubi B_1B_3, ibi B_2 quotidie B_1, cotidie B_3P 435 Sani remeant propere salutē *in calce folii scr.* m_1B_3 scelerē *(sed* s *erasa videtur)* P 436 cur sitan inde P c̄//fessorem P 437 honores, *altera* o *ex* e *corr.*, B_1 438 beatissime PB_3, beatissimi B_1 439 duꝰ, *ss.* m_1, B_1 442 laudesq;, e *in rasura*, B_1 psalle, *ss.* m_1, B_3 444 obsquor m_1B_3 445 axilium P

420 quaeque = *queque* = *quique?* ad imo *i. e. ad imum 'bis zu den Fundamenten hinab'?* 421 aetheriae *i. e. aetherie, aetherii.* 422 *elocutio* sulcantem *omnino construi nequit* = sulcans, sulcando. 423 *sq. Sedul. IV 19 sq.* caeloque recondi Thensauros vult ille suos, ubi quidquid habetur, Non mordax aerugo vorat, non tinea sulcat, Nec male defossum famulatur furibus aurum. 428 *sq. Sedul. III* 56 *sq.* placidum .. somnum Maiestate vigil, quia non dormitat in aevum ... *61* Auxilio succurre pio, nil vota moratus. 431 *vita p. 724 sq.* nam: *cf. 229.* 434 adipiscunt: *cf. ad. v. 67.* 443 *Fortun. II 9, 13* Pectoris atque mei succenditis igne caminum, Unde ministratur cordis in arce vapor: Obsequor hinc, quia me veluti fornace recocto Artis ad officium vester adegit amor. 450 plebis *i. e. plebes cf. ad rh. VII 13, 1.*

Ut Helyseus ditatus, si fas est, geminum munus
Farinamque scilicet nanctus munere triplo,
Mens cuius stabilis, sapientia comis et consiliatrix.
Prudentia nempe sagax, alacer et fortis animo,
Deo subditus soli, summo supplex tonanti.
Te nam ditavit honore alto quem Christus amasti
Throno tonans sublimi, summi filius dei,
Cui flectitur soli omne genu priscorum,
Praesentium et futurorum nempe nunc et in ęvum:
Qui est testis et arbiter, cuncta occulta qui perspicit,
Humana mens quęque concipit; hunc nemo iudicem fallit.
Ille omnium caput idemque summi patris verbum,
Lux aeterna, formator deus rerum et auctor.
Cuius nempe stelliferum fecit sapientia polum,
Fundavit et terras, vestivit floribus agros,
Formavit hominem, solum ratione replevit
Vivificans siccum sacro spiramine lutum.
Ille te nam ditavit quo frueris honore celso,
Ad regnum quoque vocavit paradysi iocundum.
En micant regis castra, reboat vox herilis,
Porta patet beata, suscipiens te athletam.
Ianua te aeterna recipit, que ianua Christus,
Aureaque perpetuae te manent prędmia vitae.
Te iam Christi dulcia lętum reficiunt ubera,
Exuperantia favos atque omnia mella.
Quas tibi persolvet tanto pro munere grates
Humana, Christe, fragilitas, nisi referat laudes?
Laudamus ergo te supplices aeterna in cantica dictis,
Oramus genibus flexis, palmis Olimpo erectis.
Murmur erigit vocum, iocunda carmina vulgum
Oculos purasve palmas praeferentem in caelum.
Augetur nimirum maximus psallenda ad cantica coetus,
Honorans hymnis continuis te deum, vocibus altis.
Praesta ergo optata simul nobis prędsidia
Orante, deus, antestite Eligioque pro plebe.

---

452 ut, u *correcta est*, B_1 453 triplo, p *ex* b *corr.*, B_1 454 comis B_1, comes B_3, cōmis P; *sic distinxerim* méns cuíus stábilis || sapiéntia cómis et consilíatrix *propter concentum, post* sapientia *distinxit W. Meyer* 455 sagax B_1B_3, saxat P fortis B_3P, sortis B_1 456 sūme B_3 460 nepe P etięuum, *ss. m. antiqua*, B_1 464 aeterna B_3P, aeternae B_1 auctor B_1P, actor B_3 465 polu P 468 uiuicans, *ss.* m_1, B_3 469 frueris B_1B_3, fueris P *verba* ditauit *usque 473* eterna recipit *omissa in margine addidit, sed* eterna recipit *delevit* m_1 *ut videtur (pallidiore atramento)* B_3 471 micat, *ss.* m_1, B_1 476 *exuberantia ω 479 laud/amus, *fuit* e, P 480 palmis B_1P, palmisq; B_3 481 uulgum B_1P, uulgus B_3 camina, *ss.* m_1, P 482 praeferentem B_1P, preferens B_3 483 psallenda, d *corr.*, B_3 484 ymnis B_3 485 prefidia B_3 486 antestite B_1P, antistite B_3

452 *reg. IV 2, 9.* 453 farinam *quo pertinet?* 457 *i. e. Christus quem amasti.* 459 *ep. ad Phil. 2, 10.* 461 *iudic. 11, 10. 27. ad Rom. 2, 16. proverb. 24, 12.* 463 *ev. Ioh. 1, 1.* 464 *cf. v. 285* aeternae lucis tentoria. 465 *sq. unde haec desumpta sunt?* 471 *sq. Sedul. I 338 sq.* En regis pia castra micant, tuba clamat herilis, Militibus sua porta patet, qui militat, intret, Ianua vos aeterna vocet, quae ianua Christus. Aurea perpetuae capietis praemia vitae. 475 *sq. Sedul. II 267* Dulcia nam domini ... exuperantque (exuberantq; Z^1) favos atque omnia mella.

Per Christum quippe genitum, summe pater, tuum,
In quo visibilis celsa stat tibique gloria,
Quique noster dominus quique tuus unicus
Spirat de patrio corde paraclitum,
Per quem splendor, honor, laus, sapientia,
Maiestas, bonitas et pietas tua
Regnum continuat aevis, nomine triplici texens
Omnibus perpetuis altis saecula saeclis. Amen.

Satisfecisse me reor succincto carmine plectro;
Plura nam referre gravor, necesse quoque nec opinor.
Haec pauca exametris reciprocare studui versiculis,
Adludentibus digitis tanti amore antestitis.

Cur autem haec metrica voluerim immoque per pauca ratione conponere, non differam breviter explanare.

Ea itaque causa, quia multi sunt, quos studiorum saecularium disciplina per poeticas magis delicias et carminum lenitates oblectat, quam simplex quamvis luculenta historia trahat; et quod idemque, quod versuum viderint blandimento mollitum, hoc nimirum intenta mente animoque defixo sepius avidiusque libentissime percurrunt. Horum equidem studiis utcumque consulens haec, quę omnimodis simpliciter atque prolixe degesta a sancto viro Dadone episcopo habebantur, quantulumcumque altius

---

487 gemitum, *sed prior hasta rasa esse videtur*, B_1 sume B_1 488 celsa, s *corr.?*, B_1 stat tibique B_1P, statque tibi B_3 489 tuꝰ, *corr.* m_1, P 490 patri/o, *fuit* c, P 493 continu/at B_1 aeuis B_1P, eius B_3 495 mereor B_1P succincto, t *corr.*, B_3 498 antestitis B_1P, antistitis B_3 *verba* Cur áutem háec métrica | volúerim immóque perpáuca || Ràtióne conpónere | non dífferam bréviter explanáre *W. Meyer versus 499/500 rhythmi esse iudicat*

3 Ea PB_3, //a B_1 quꝰ *ss.* m_1P 4 dilicias P oblectant, *del.* m_1, B_1, oblectant PB_3 5 idemque *sic* B_1B_3P, denique *Boll.* viderit, *ss. ut videtur* m_1, B_1 6 auidius, a *ex* u *correctum videtur*, P pcuꝛ B_3 7 *a voce* simpliciter *usque ad finem litterae evanidae manu s. XV. atramento obductae sunt* B_1 8 degesta B_1, digesta PB_3 dadone B_3P, dadono, *altera* o m_2?, B_1

487 *sq. Prudent. cathem. V 157 sq.* Per Christum genitum, summe pater, tuum, In quo visibilis stat tibi gloria, Qui noster dominus, qui tuus unicus Spirat de patrio corde paraclitum. Per quem splendor, honos, laus, sapientia, Maiestas, bonitas et pietas tua Regnum continuat numine *(v. l.* nomine*)* triplici Texens perpetuis secula seculis. 497 reciprocare *sc. prosam.*

3 *sq. Sedul. ad Macedonium p. 4, 15 sq.* Cur autem metrica voluerim haec ratione conponere, non differam breviter expedire. Raro, pater optime, sicut vestra quoque peritia lectionis adsiduitate cognoscit, divinae munera potestatis stilo quisquam huius modulationis aptavit, et multi sunt, quos studiorum saecularium disciplina per poeticas magis delicias et carminum voluptates oblectat *(*oblectant *K).* Hi quicquid rhetoricae facundiae perlegunt, neglegentius adsequuntur, quoniam illud haud diligunt; quod autem versuum viderint blandimento mellitum, tanta cordis aviditate suscipiunt, ut in alta memoria saepius haec iterando constituant et reponant. Horum itaque mores non repudiandos aestimo, sed pro insita consuetudine vel natura tractandos, ut quisque suo magis ingenio voluntarius adquiratur deo. 8 *vita 740, 4* Sed quia .. digessimus ... opus optatum.

breviter perplexa repetivi, ne videlicet non haberent, quod in tanto volumine doctiores quique delectabiliter sumerent. Sive ergo vilius seu quid nitidius exsequi potui, decretum animo fuit, ut parcitatem ingenii, quam ab omnipotente accepi, in laudem confessoris ad gloriam omnipotentis expenderem, ipso adiuvante, qui regnat in trinitate perfecta deus per cuncta secula seculorum. Amen.

---

1 non PB_3, no B_1 doctores, i *ss.* m_2?, B_1 2 qui/que P Siue ergo uilius PB_3, Quid ergo uilius B_1, Quid ergo utilius *Boll.* 3 ingenii B_1P, inienii B_3 5 saeculorum B_1 explicit vita sancti Eligii episcopi et confessoris. Amen *add. m. s. XV cf. ad 805, 6, in sequenti linea vestigia scripturae* B_1, EXPLICIT. *HXΠΛΥΚΥΘ ΦΗΛΥΚΥΘΗΡ ΔΩ̄ ΓΡΑΘΥΑC· ΑΜΗΝ. P, subscriptionem om.* B_3

3 *vita 740, 17* idcirco ergo optimum fore putavi, ut ipsam talenti exiguitatem, quam ab omnipotente accepi, in laude sancti ad gloriam omnipotentis expenderem.

CL.

PASSIO CHRISTOPHORI.

Passionem sancti Christophori gigantis, qualem in occidente pervulgatam Pinius in AA. SS. Boll. Iul. VI p. 146 sq. typis impressit, maximam partem ex Waltheri Spirensis libris de vita et passione sancti Christophori martyris et metrico et prosaico hic illic male intellectis ortam esse cum Wilhelmus Harster posuisset[1], *A. Schönbach*[2] *argumenta illa quamvis nitida diligenterque collata suo iure repudiavit atque refutavit. Ut de reliquis taceam*[3], *codicem bibliothecae Vindobonensis n. 550 saeculo decimo et certe ante annum 983 exaratum, quo anno Waltherum carmen suum composuisse constat, in gravissimis rebus cum reliquis passionibus Christophori, quae in occiduis partibus erant, concinere demonstravit. Dubium igitur non est, quin et Waltheri et reliquorum auctorum narrationes ad eundem fontem referendae sint. Quae cum ita sint, nil obstare videtur, quominus carmen rhythmicum, quod a Bollandianis, cum 'vulgarem historiae Christophorianae cramben antea satis male coctam male item, imo peius, recoxerit', spretum primus edo, ante Waltheri tempora compositum esse credamus. Quod licet codicibus traditum sit undecimo saeculo non antiquioribus, tamen, cum poeta leges adhibuerit inusitatas et a normis poesis rhythmicae excultioris longe recedentes, haud ita multum a vero aberrare mihi videor, cum aevo Carolino tribuo. Has autem leges poeta sequitur. Schema est* 8 – ⏑ + 7 ⏑ –. *Mutatio rhythmi (Taktwechsel) frequens est. Strophae trium versuum sunt. Ultimae syllabae ternorum versuum perraro concinunt ut str. 1. 15. 35. 72. 90. 109. 127. 151 al. Saepius bini versus concentu coniuncti sunt ut 6, 2 et 3. 11, 1 et 3. 21, 2 et 3. 23, 1 et 2 al. Haud raro exeuntes syllabae assonant velut 7, 1 et 3. 8, 2 et 3. 13, 1 et 3. 19, 1 et 2 al. Saepissime et concentus et assonantia desideratur. Passim autem aut singula hemistichia* 8 – ⏑

---

1) *Walther von Speyer, ein Dichter des X. Jahrhunderts, von Dr. W. Harster, Jahresbericht der K. studienanstalt Speier 1877 et Vvaltheri Spirensis vita et passio sancti Christophori martyris, von Dr. W. Harster, ibid. 1878.* 2) *A. Schönbach, Anz. f. d. Altert. VI (1880) 155 sq.; cf. etiam K. Richter, Der deutsche s. Christoph, Berlin 1896, p. 17 sq.* 3) *Nonnulla affero: quod Christophorum gigantea corporis forma sc. duodecim cubitorum fuisse auctores posterioris aetatis consentiant, ad Waltheri prosam cap. XXIII* allatum est ferreum scamnum XII cubitorum longitudinem habens *referendum esse contendit: ibi ingentem illam magnitudinem scamno, ut vis ardoris pingeretur, non quia martyr tot cubitorum esset, attributam esse. At cap. XI de eodem Christophoro dicitur* immanis quidem corpore sed animi sublimior quantitate. *Cap. XII* staturae eius proceritas. *Multo autem maioris momenti est, quod Schönbach attulit, cum Waltheri carmen uno codice quasi casu traditum per totum medium aevum in scriniis bibliothecae Ratisponensis latuerit, fieri non potuisse, ut ex hoc opere prorsus ignoto figmenta innumera, quibus poeta Spirensis Harstero iudice simplicem narrationem exornasset, per totam regionem occidentalem dilatarentur.*

et 7 ⏑– inter se concinunt aut sena hemistichia strophae rimis coniuncta sunt, (cuius rationis exemplum rarissimum habes in hymno in laude beati Amandi canendo P. A. C. III 681, II str. 3. 4. 5. 7. 10. 11) cf. str. 1. 4, 1. 6, 1. 8, 2. 8, 3. Numerus syllabarum parum constat, pro 8 –⏑ saepe habes 9 –⏑, pro 7 ⏑– passim 8 ⏑–. Qua in re quid de hiatu iudicandum sit, dubium esse potest. Si e. g. 5, 1 pro corde oraret supplici *–⏑⏑–⏑–⏑– elisionem admissam esse statuimus –⏑–⏑–⏑–, versus numerose cadit. Sic sescentis locis de elisione cogitaveris ut 122, 1. 151, 3. 175, 1. 176, 2. At multis aliis certum est versum cum hiatu legendum esse ut 33, 3. 34, 1. 43, 1. 44, 1. 50, 2. 3. 53, 2 etc. Leges igitur poeta sequitur non constantes: hiatum, anacrusim, unam syllabam intra versum additam non evitat. At singularem adhibuit diligentiam, ut clausulas puras efficeret, quae res haud parvi momenti est, ut de codicum pretio vere iudicemus. Lectionibus enim codicis Vaticani receptis multa vitia in reliquis commissa non poetae, sed scribis tribuenda esse apparet. Digna quae afferantur non nisi haec sunt 243, 3* coronata die, *245, 1* Christianorum deus, *(322, 1* iam die*), 347, 2* invocaverit meum, *(356, 1* nos locum*), (358, 1 in 8 –⏑* apud me*). Quod 98, 1* nolueritis, *215, 2* expédit *habemus, iustam normam non excedit. v. 151, 2* perdetis *corrigendum est.*

Si rhythmicae artis ratione habita meo iure carmen Carolino fere aevo adscribo, fortasse aliter de pretio eius iudicandum est atque Pinio Bollandiano videbatur. Atque in eo quidem illi procul dubio assentiri opus est, quod poetam omnem substantiae succum dilatando cramben male vel pessime recoxisse censet, nam garrulitas eius iustum modum longe excedit, at dubito, num recoxerit. Si 100—150 annis ante Waltherum Spirensem fuit, etiam antiquioribus ex fontibus eum hausisse credamus oportet. Cuius rei nescio an nonnulla habeamus vestigia. 69, 2 sq. vere satis, o rex, Dagnus diceris Pulchre tui cognomento derivato a dagmate, *quo de loco conferas in adnotatione. In genuina forma passionis igitur nomen Dagnus a dagma, δῆγμα, derivatum fuisse censendum est: in solo carmine hoc 'dagma' servatum est, at in variis recensionibus prosaicae passionis locus non melius intellegi potest quam apud Waltherum Spirensem. Quod si conceditur, etiam str. 211* digna ero nomine, Si vere memet Nicaeam probarit victoria *fonti poetae tribuerim, poetam certe linguae Graecae haud ita peritum fuisse credo. Similiter etyma nominum Aquilina 201, 1 et Christophorus 349, 1 explicantur. — Melior et verior lectio carminis quam passionum est str. 301* Haec mihi dii vel addant vel irati faciant *cf. reg. I, 14, 44* haec faciat mihi deus et haec addat *cf. reg. II 3, 35. III 2, 23, at passio prosaica:* sic mihi faciant dii mei et sic mihi reddant. *Multis aliis de locis propter poetae garrulitatem difficile est iudicare.*

In edendo carmine tres codices adhibiti sunt:

1. ***V*** *= cod. lat. Vat. Christinae 497 saec. XI et XI/XII exaratus. Descripsit Bethmann, Arch. f. ält. deutsche Gesch. XII 284, A. Poncelet, Catal. cod. hagiogr. lat. bibl. Vaticanae p. 339. 'Codicem Treverensem olim fuisse manifestum est.' Ponc. Passio Chr. saec. XI exarata f. 122—133 extat. Utor simulacro photographo meum in usum confecto.*

2. ***B***$_1$ *= cod. 3292 bibl. reg. Bruxellensis (v. d. Gheyn V p. 278), accuratius descriptus in catalogo cod. hagiograph. I, 2, 510 sq. sub numero 8391, saeculo XI exaratus. In fine scriptum est* liber $\overline{\text{scī}}$ Gisleni est *et* liber $\overline{\text{scī}}$ Gisleni qui eum abstulerit . . *Berolini contuli. Passio Chr. singulis versibus in commata distinctis extat f. 1—17.*

3. ***B***$_2$ *= cod. 3180 bibl. reg. Bruxellensis (v. d. Gh. V p. 147 sq.), accurate descriptus in catal. cod. hagiograph. I, 2 p. 33 sub numero 7482; saec. XIII exaratus; multa menda manus altera sed paene aequalis correxit. Praeterea manus recentissima pauca mutavit. Erat Bollandianorum P Ms 155 cf. AA. SS. Iuli VI 143. Passio f. 194 sq. extat. Berolini contuli.*

Textus codicis ***B***$_1$ *cum* ***B***$_2$ *arta necessitate coniunctus est cf. ut pauca afferam 165, 1* existimari possunt, *173, 3* iactaverunt, *193, 1* Christophorus territus, *str. 137—140. Ubi*

igitur consentiunt, pro B_1 B_2 posui B. Neque vero alter liber ex altero descriptus est, cum multis locis B_1 deterior sit quam recentior liber B_2[1]. *Cum igitur B_2 et V consentiunt, lectio B_1 reicienda est. Ubi B_1+B_2 (=B) a V dissentiunt, sub iudice lis est, sed raro lectionem B probamus*[1]. *Orthographicas discrepantias raro curavi.*

Praeter Passionem AA. SS. Iuli VI 146 sq. adhibui cod. Vindobonensem 550. Qui cum haud multum fructus praebeat, lectores ad textum Bollandianorum et Mombritii relegatos esse volo: propter nimiam prolixitatem carminis pauca adnotavi.

INCIPIT PASSIO SANCTI AC BEATISSIMI MARTYRIS CRISTOFORI RITHMICE CONPOSITA.

1. Erat quidam Christianus nomine Christophorus,
Vir sanctus et valde clarus illis in temporibus,
Et doctrina admirandus et potens virtutibus.

2. Hic de Cynocephalorum oriundus genere,
Gente, vultu et loquela ceteris dissimilis,
Vultu pristino retento loquelam mutaverat;

3. Siquidem nuntiaturus verbum dei gentibus
Et a Christo predicator transmissus in Syriam
Horum, quibus predicavit, lingua loqui meruit.

4. Prius tamen ipse iussus baptizari caelitus
Ante baptismi suscepit regeneratus gratiam,
Quam baptismatis lavacrum inpertiret aliis.

5. Qui cum deum baptizatus corde oraret supplici,
Ecce de caelo descendit super ipsum nebula,
Et cum nebula de caelo simul vox insonuit:

6. 'Serve Christi et dilecte domini Christophore,
En accepisti baptismum dono dei traditum
Et cunctorum per baptismum veniam facinorum.

7. Accepisti cęterarum lingua loqui gentium,
Quo tua multi doctrina Christo credant domino
Atque tuis iam credentes baptizentur manibus.

8. Hoc enim profecto nosse debebis, Christophore,
Multos satis per te Christo credituros domino
Et per gratiam vocandos dei vivi filios.'

CL *Tit. sic V*, Incipit passio sc̄i xp̄ofori B_2, *om.* B_1 1, 1 xp̄oforus *sic semper fere* B_2V, *at* cristophorus B_1 1, 2 uir *om. V* illis in *V*, in illis *B* 1, 3 ammirandus B_2 2, 1 cynocephalorum *V*, cinocephalorum B_1, cynocęphalorum B_2 2, 2 cęteris *V*, omnibus B_2, plurimum B_1 3, 3 lingua VB_1, linguam B_2 4, 1 cęlitus VB_1B_2, *sic* ae, e, ę *in codd. permutantur; quae non adnotavi* 4, 2 regeneratus *V*, regeratus^{ne} B_2, innouatus B_1 5, 2 ipsum VB_1, eum B_2 8, 1 profecto VB_1, perfecte B_2 debebis VB_2, tu debes B_1 8, 2 Christo VB_2, fore B_1 creditō^{s}, ^{s}ō dn̄o *in ras. m*$_2$, ~*eadem m. ss.*, B_2

CL 5, 2 *In Passione ex nebula baptizatus est.*

1) *Textus codicis B_1 ab ineptissimo quodam correctore turpissimis maculis defoedatus est, velut ille ubique fere de puris clausulis parum curans pro plusquamperfecto in rhythmis usitato perfectum tempus posuit.* 2) *Reliqui codices, quos Pinius AA. SS. l. l. p. 142 F affert, latere videntur.*

9. Ita confortatus isto caelitus oraculo
Pro collatis et promissis simul beneficiis
Deo collatori dignas pronus egit gratias:

10. 'Deus', inquit, 'qui bonorum es largitor omnium,
Qui elingues disertos facis et os mutorum aperis,
Qui bruto quondam loquelam animali dederas:

11. Tibi pro tua persolvo pietate gratias,
Qua mihi tot atque tanta praestans beneficia
Me indignum servum tuum tibi dignum feceras.

12. Tu ad viam veritatis me de errore traxeras,
Tu ad te de simulacris, ad lucem de tenebris
Patefacta veritate revocasti domine;

13. Tu mihi humano more verba donans edere
Rictum mutasti ferinum atque morem patrium,
Quo prius quiddam sonabam loquendo latrabile.

14. Nec hoc satis iam dedisse tuae fuit gratiae,
Insuper et spopondisti in futurum grandia,
Ut perplures per me tuum salvarentur famulum.

15. Et nunc, domine, promissum firma tam beneficum,
Da mihi linguam eruditam, da illis cor credulum,
Ut te solum credant verum caeli ac terrae dominum.'

16. Hac completa oratione mox relicta patria
Syriam vir sacrosanctus tetendit praeproperus,
Christo secum comitante atque viae praeduce.

17. Erat in ingressu quaedam Samus dicta civitas,
Magna satis et repleta universis populis
Atque cunctarum referta simul rerum copia.

18. Hanc introgressus et multum videns ibi populum
Idolatriae dolebat civitatem deditam
Atque suum conditorem plebem non cognoscere.

19. Ergo miseratus urbem, miseratus populum
Cum ingenti valde fletu et cum cordis gemitu
Hanc ad deum orationem humi stratus fuderat:

20. 'Domine, qui non ut prona et bruta animalia,
Sed erectum et sensuatum condidisti hominem,
Et data sibi loquela a feris distinxeras,

9, 3 Deo collatori dignas Pronus egit gratias B_1, deo coll. dignas egit ipse gr. V, xpō deo collatori dignas e. gr. B_2 10, 1 qui bonorum B_1, qui // bonorum V, qui es bonorum m_1, *corr.* m_2B_2 10, 2 /elingues *(altera* e *in ras.)* B_2 dissertos B_1, disertos, o *in ras.*, B_2 11, 1 pro tua persoluo VB_1, pers. p. t. B_2 11, 2 Qua V, Qui B 11, 3 feceras VB_2, exibes B_1 *sic plurimis locis* B_1 *pro plusquamperfecto in rhythmis perquam usitato perfectum tempus posuit cf. str. 51, 3. 65, 3. 106, 3 al.* 15, 1 firma B_2, firma m_1, firmas m_2V, firmans B_1 beneficum *ss.* m_2B_2 16, 2 siriam B_1 pproperus V, perproperus *(per add.* m_2*)* B_2, sic properus B_1 16, 3 secum properante ac comitante B_2 uiae VB_2, uia B_1 17, 2 Magna satis et repl. un. pop. *(un. pop. atque cunct. in ras.)* B_2, Ciuitas *(repetitum!)* et magna satis et repleta populis V, Satis repleta populis Moribus inconditis B_1 17, 3 referta simul VB_1, simul referta B_2 19, 1 miratus urbem m_1, *corr.* m_2B_2 19, 3 humi prostratus B_2 20, 1 ut bruta animalia et prona m_1, ut bruta et prona anim. m_2B_2 20, 2 sensuatum V, sens/atum B_1, sensuatum B_2 20, 3 distinxeras, *corr.* m_1, B_1

21. Qui fecisti protoplastum ad hoc mundi dominum,
Ut ipse tibi subiectus temet solum coleret
Atque te solum divino dignum honore duceret:

22. Tu mihi ad praedicandum da linguae facundiam,
Tu aures ad audiendum aperi auditoribus
Et tui cognitionem da illis plenariam.

23. Non daemon inpurus tuam depravet imaginem,
Non rationis capacem pellat fallax hominem,
Non pro domino colenda subministret idola.

24. Discedant adventu nostro cuncta vana numina,
Iuppiter incestuosus, et Iuno adultera,
Mars cruentus, procax Venus cum portentis reliquis.

25. Sit fidelium conventus ista dehinc civitas,
Sit templum prius inmundis dicatum daemonibus
Oratorium tuorum et tua basilica.

26. Populum qui simulacra huc usque adoraverat,
Praesta quaeso de errore iam nunc resipiscere,
Praesta per meam doctrinam tibi, Christe, credere.'

27. Cumque hoc peroravisset et a terra surgeret,
Quaedam forte de eadem civitate mulier
Fanum petebat vicinum adoratura idola.

28. Quae cum stantem iuxta templum vidisset Christophorum
Mole corporis ingentem et inculta facie,
Expavit proceritatem, expavit et faciem.

29. Erat namque duodenis longus ipse cubitis
Et ferus parum humanam praetendebat faciem
Et idcirco sui dignum praebuit spectaculum.

30. Quare mox ut obstupescens ipsum vidit mulier,
Hac illac in civitate coeperat discurrere
Et ad eum contemplandum concitare singulos.

31. 'Videte', inquit, 'nunc magnum admodum miraculum,
Quale necdum quisquam vestrum ut opinor viderat,
Hominem statura enormi, vultu nobis dispari.'

32. His verbis et hoc relatu iam praedicta mulier
Cum plures coacervasset ad istud spectaculum,
Sic pro his, qui confluebant, sanctus vir oraverat:

33. 'Deus cunctorum creator et redemptor hominum,
Qui nullum prorsus perire et omnes vis vivere
Atque ad agnitionem veritatis protrahi,

21, 1 prothoplastum B_2 21, 2 temet /// V 21, 2 solum *in ras.* B_2 21, 3 te *om.* B_2 23, 2 pellat fallax VB_2, sibi subdat B_1 24, 1 discedant, *priorem* i *ex* e *corr.* m_1, B_1 in aduentu B_2 24, 2 iupiter B^2 incestuosus *om.* B_2 et iuno VB_2, iuno quoq; B_1 24, 3 marx B_1 *cf. 48, 2* extimans, *113, 1* testas *pro* textas 26, 1 huc usque VB_2, perfide B_1 29, 3 idcirco, d *ex* c *corr.*, B_2 sui, i *in ras.*, B_1 30, 3 singulos, os *in ras.*, B_2 31, 1 nunc V, uos B_1, *om.* B_2 magnum *corr.* V 31, 2 quale/ B_1 32, 2 istud, u *ex correctura*, B_2 32, 3 sanctus uir B, uir sanctus V 33, 3 protrahi VB_2, pertrahi B_1

23, 2 *cf. 178, 1 et rh. CXXVII B 5.* 30, 2 hac illac: *cf. 174, 2. 188, 3. 196, 2,* hinc inde: *293, 2. 316, 1. 317, 1.* 33, 2 *Tim. I 2, 4.*

34. Da cunctis, qui ad me videndum huc nunc convolaverint,
Ad agnitionem tui pariter pertingere
Et relicta falsitate veritatem appetere,

35. Quatinus per me credentes tuo sancto nomini
Mereantur baptizari, salvi demum fieri
Et effecti Christiani vitam aeternam consequi.'

36. His dictis virgam, quam forte tunc gerebat manibus,
Mox in omnium conspectu in terram defixerat
Et sic dehinc coram cunctis oravit ad dominum:

37. 'Solus naturae creator deus et dispositor,
Qui in principio de terra quaeque condens germina
Cuncta fecisti repente germinare florida;

38. Qui contra naturae legem consuetumque ordinem
Olim aridam dedisti virgam revirescere
Et in Chana Galileae vinum ex aqua feceras:

39. Tu hanc virgam, quam in terra aridam nunc fixeram,
Missa deorsum radice praesta revirescere
Foliisque dilatatis floridam frondescere,

40. Ut cuncti, qui confluxere, hoc videntes fieri
Te solum cognoscant verum esse deum dominum,
Qui quoque contra naturam operaris talia.'

41. Necdum verba terminavit, necdum precem finiit,
Cum ecce repente virga coepit viridescere
Et radice solidata fertilis florescere.

42. Quod dum stupidi vidissent, qui forte convenerant,
Derelicto paganismo credidere domino
Et dedere laudem deo pro facto miraculo.

43. Fuerunt autem, qui eo crediderunt tempore
Et baptismum percepere a sancto Christophoro,
Animae centum quindenae et bis novem milia.

44. Ea ibi tempestate Dagnus rex extiterat,
Qui quamvis in cunctos prorsus esset implacabilis,
Maxime tamen infestus Christianis fuerat.

45. Hic cum famam sancti viri audisset Christophori
Atque tot Christo per ipsum credidisse milia,
Ad eum misit ducentos exhibendum milites.

34, 1 D/a *V* Huc *B*, hic *V* nunc *omiss. ss. m.* B_2 conuolauerint B_1, conuolauerint, i *ex* u, B_2, conuolauerant *V* 34, 2 pertingere VB_1, contingere B_2 34, 3 relicta, cta *in ras.*, B_2 36, 2 defixerat, i *in ras.*, B_1 38, 2 reuirescere *V*, reuiuiscere *B* 38, 3 in chana galilee VB_2, cana in galileę, h *in marg. add.*, B_1 uinum, *altera* u *ex corr.*, B_1 39, 2 reuiuiscere *B* 40, 2 *sic* VB_1, solum dm̄ te cognoscant uerum esse dn̄m, dum̄ *ex* dm̄, B_2 et dominum, et *ss.* m_2, B_1 40, 3 *sic V*, qui, que *add.* m_2, B_2, qui potes contra n. operari B_1 41, 1 *sic* VB_1, terminauerat nec dum precem finierat B_2 42, 1 *sic* VB_2, dum, d *om. et in marg. add.* m_1, B_1 uidisent, *corr.* m_2, B_1 42, 3 dō *ss.* m_2 B_2 44, 1 exstiterat B_2 44, 2 in cunctos VB_2, in cunctis B_1 45, 1 uiri *ss.* m_2B_2 45, 2 Atque tot xp̄o p. i. VB_1, hominumque tot per ipsum *in loco raso* B_2 45, 3 exibendum B_1

43, 3 *18000 Mombr. et Passio p. 146, sed veram lectionem 18115 esse Waltherus Spir. pros. IX et Passio in fine l. l. p. 149 docent; cf. etiam passionem s. Saviniani AA. SS. Ian. III 559.*

46. Qui cum secundum praeceptum venientes regium
Eum in oratione invenissent positum,
Propius obstupefacti timuere accedere.

47. Terrebat eos ingentis tanta moles corporis,
Terrebat passim dispersa virtutum potentia,
Terrebat arenti ex virga iam virens arbuscula.

48. Rex tamen adhuc in coepta persistens audacia
Et ipsos timidiores vel dicens vel aestimans
Alios rursus ducentos transmittendos duxerat;

49. Quibus et iussit superbus inde abeuntibus,
Ut nihil prorsus verentes eius magnitudinem,
Sive vellet sive nollet, eum sibi adducerent.

50. Qui cum iussa mox profecti implere contenderent
Solitoque eum more orantem offenderent,
Magno et ipsi timore sunt perculsi ilico.

51. Unde qui ad comprehendendum eum missi fuerant,
Ad eum digne honorandum conversi divinitus
Debita cum disciplina una orare coeperant.

52. Quos, cum post orationem demum a terra surgeret,
Blande satis allocutus percunctari studuit,
Quare cum armis inermem conglobati expeterent.

53. Illi capite summisso ac sermone humili
Ipsum regi allegarunt fore necessarium,
Regem summo detineri sui desiderio;

54. Idcirco desiderare ipsum cito cernere;
Ad hoc sese destinatos, ut hoc ei dicerent
Et cum debito ad ipsum honore deducerent.

55. Ad haec ille: 'Non quod', inquit, 'rex vult et desiderat,
Sed voluntas est implenda Christi mei domini,
Cuius nemo voluntati contraire poterit.

56. Proinde non vi coactus, ut vult vester dominus,
Sed magis secundum mei voluntatem domini
Voluntarius vobiscum venio ad palatium.'

57. Dixit et nihil moratus perrexit intrepidus
Et eorum obsequela, qui directi fuerant,
Ad regem, ubi sedebat, festinus tetenderat.

48, 1 *sic (sed* incepta*)* VB_1, autem adhuc in incepta B_2 48, 2 extimans B_1 49, 2 prorsus uerentes *V*, uerentes prorsus *B* 50, 1 profecti VB_1, prefecti B_2 *(recte?)* 50, 2 solitoque eum more *V*, solitoque cum timore *B* 50, 3 timore VB_1, terrore B_2 51, 1 comprehendendum B_2, comprehendum m_1, *corr.* m_2, *V*, prehendendum B_1, *f.** comprendendum 51, 3 cęperant VB_2, cęperunt B_1 52, 1 Quos *V*, Qui *B* surgeret VB_2, surgerent B_1 /capite B_1 53, 2 regi *ss.* m_2B_2 54, 1 iccirco B_2 cito ipsum B_2 54, 2 dicerent, i *ex* o *corr.*, B_1 54, 3 Et VB_2, Ut B_1 55, 2 mei domini VB_2, domini mei B_1 56, 1 uult uester VB_2, uester uult B_1 56, 3 uobiscum uenio VB_1, uenio uobiscum B_2 57, 2 obse/quela B_2 57, 3 tetenderat VB_2, progreditur B_1

46, 2 positum, *ὄντα, cf. 131, 1. 314, 2; similiter* constitutum *115, 1. 196, 2.* 48, 2 aestimare *i. e. existimare cf. 75, 1. 78, 1. 165, 1. 320, 2. 357, 3.* 52, 1 surgeret: *Mombrit.* ut autem surrexit ab oratione, *Passio* complens vero orationem suam surrexit.

58. Cumque eum furibundus conspexisset eminus
Nec magis quam rusticanum putaret et barbarum
Et ob hoc dedignaretur venienti assurgere,

59. Ut vidit inopinatam eius magnitudinem,
Divino mox ipse nutu et iusto iudicio
Ruit in terram de celso, quo sedebat, solio.

60. Ita qui dei nolebat famulo assurgere,
De regali tremebundus solio depositus
Iam de terra se levare nequaquam valuerat.

61. Verum ubi post aliquantum temporis tunc spatium
Demum levatus resumpto resedisset spiritu
Et adhuc pro tribunali vir sanctus assisteret,

62. Eum rex interrogare mox coepit per ordinem,
Quis esset, unde oriundus, ex qua foret patria,
Quove postremo vocatus diceretur nomine.

63. Ad quem placido ipse vultu et tranquillo pectore:
'Si haec', inquit, 'rex audire et scire desideras,
Eo quo interrogasti tibi pandam ordine.

64. Et primo me servum Christi vere scias affore,
Sed de Cynocephalorum oriundum genere,
Reprobum parenti dictum, sed deo Christophorum.'

65. Tunc rex furore repletus ut leo infremuit
Et in sanctum furiosis conversus luminibus
Istam demum infidelis vocem evomuerat:

66. 'O digne magis canina quam humana facie,
Qui diis nostris oblatrans Christi cultum praedicas
Et destruere avitas cupis caerimonias,

67. Aut ergo nunc coram cunctis inmola numinibus
Aut certe, si hoc rebellis facere contempseris,
Mala morte ut rebellem te perire faciam,

68. Ut quia tu deserendis auctor diis fueras,
Et ipse aut sacrificandi auctor fias reliquis
Aut dira morte peremptus exemplum sis omnibus.'

69. Ad haec eleganter satis respondit Christophorus:
'Bene', inquit, 'et vere satis, o rex, Dagnus diceris
Pulchre tui cognomento derivato a dagmate:

58, 1 conspexisset VB_1, perspexisset B_2 58, 3 ob hoc, ob h *in ras.* B_1 59, 3 sedebat // solio V 60, 1 Ita qui V, Ita ut qui B 60, 3 se leuare VB_1, leuare se B_2 ualuerat V, preualeret B_1, ualuerit, i *ex* a, B_2 61, 1 tc̄ *ss.* B_2 61, 2 resedisset, *prior* s *ex* c *corr.*, B_1 62, 1 *sic* VB_2, (cęperat, *ex* cepit *corr.*, *om.* mox B_2), Cum rex illum interrogaret Quis esset per ordinem B_1 62, 2 *sic* V, quis esset et unde oriundus fuisset ex qua foret p. B_2, Unde oriundus fuisset, ex qua f. p. B_1 62, 3 post tremo B_1 63, 3 eo q̄d/, *ss.* m_2, B_2 interrogasti /// B_1 64, 1 affore VB_1, esse B_2 64, 3 critophorum B_1 65, 2 conuersus *ss.* m_2 B_2, *fort.* conuersis 65, 3 sic euomuit B_1 66, 1 digne V, digna B facie V, facies B 66, 3 avitas B_2, uietas V, antiquas B_1 67, 1 ergo VB_2, ego *corr.* m_2 B_1 68, 1 Ut B, Et V 68, 3 dira V, dura B 69, 1 eliganter V respondit VB_2, beatus B_1 69, 3 cognomento VB_1, cognomentum B_2 deriuato V, diriuatum B_2, diriuato B_1 a dagmate VB_2, adamato B_1

64. 1 affore *i. e. esse cf. 77, 3. 366, 1. 369, 2.* 69 'eleganter' *regi, qui ei faciem caninam exprobraverat, significationem nominis obicit: Pass. p. 147* vere bene vocatus es Dagus, quia tu es

70. Mortuus nam simulachra colens item mortua
Et inferre mortem solens mortalis mortalibus
Iure et nomen a morte trahis et officium,

71. In hoc cooperator tui parentis diaboli,
Qui mortem invenit primus vitae adversarius
Atque in perditione gaudet morientium.

72. Ille deos venerari, ille coli numina,
Ille facit adorari vana prorsus idola
Hominumque mortuorum simulacra rigida,

73. Quae de auro vel argento vel ligno composita
Os habent et non loquuntur, oculos et non vident,
Nares nec tamen odorant, aures et non audiunt,

74. Manus habent et non palpant, pedes et non ambulant,
Ceteraque simul membra usibus carentia
Nec motum omnino ullum nec sensum habentia.

75. Ista rex qua fronte deos aut dicis aut aestimas,
Hominum criminosorum impuras imagines
Atque rerum aliarum indignas effigies,

76. Qui nec se ut inpotentes tutari ab iniuria
Nec suos aut contemptores et hostes devincere
Aut cultores et amicos adiuvare poterunt?

77. Non ista putare debes caeli ac terrae dominos,
Sed aut ut malos aeterno dampnatos supplicio
Aut velut insensuales cultu indignos affore.

78. Ista qui stultus adorat et ut deos aestimat,
Perpeti simul cum eis peribit interitu,
Quia creatorem spernens creaturam coluit.

79. Quocirca nunc audi meum potius consilium
Et quos fatuus colebas, prudens deos desere
Et ad rerum creatorem dominum convertere,

80. Qui simul cuncta creavit caelos, terram, maria,
Qui solus cuncta gubernans et subiecta possidens
In sua, quos deos putas, potestate retinet.

70, 1 nam *V*, namque B_2, iam B_1 item *V*, *ss.* m_2 B_2, semper B_1 71, 1 In hoc *V*, In hoc es B_2, Sic B_1 72, 2 facit *B*, fecit *V* idola *V*, numina *B* 73, 2 loqũntur B_1, locuntur B_2 73, 3 odorant *ex* adorant *corr. V* tamen *ss.* m_2 B_2 74, 1 habent *ss.* m_2 B_2 75, 1 fronte *VB*, forte *manus recens ss. in* B_2 76, 1 tutari VB_2, tutare B_1 76, 3 poterunt VB_2, nequeunt B_1 77, 1 dominos, *prior* o *ex corr.*, B_1 77, 2 ut *ss.* m_1 B_1 77, 3 uelut ins. VB_2, ueluti insensibiles B_1 indignos VB_2, indigno B_1 78, 2 perpeti *V*, perpeti/ B_2, perpetim B_1

pars (*cod. Vindobon.* quia tu es filius perpetuae mortis et filius diaboli) mortis et coniux patris tui diaboli. *Mombrit. I 364* vere bene vocatus es Danus, quoniam tu es pars mortis patris tui diaboli. *Walther Spirens. prosa XII* quid me vocabulo mortis incusas, cum tibi iam perpetuae mortis ianua pateat? *Locus igitur iam in archetypo corruptus erat, sed carmen, quod edimus, etymon* 'a dagmate' (morsus — mors?) *servavisse videtur; de θάνατος (Schönbach l. l. 163) non cogitaverim, sed conferas miram lectionem* B_1 adamato. — *etymon nominis proprii etiam 201, 1. 211, 1. 349, 1.*

81. Hic tibi vitam concessit, hic dedit imperium,
Hic tua solus peccata poterit dimittere
Et te, rex, de sempiternis liberare incendiis.

82. Hic solus est adorandus, hic colendus dominus,
Omnium rerum creator, Christus dei filius
Cum patre simul et sancto unus deus spiritu.'

83. Haec rex utpote infidelis frivola existimans
Interim eum detrudi iusserat in carcerem,
Quousque deliberaret, qua eum morte plecteret.

84. 'Qualiter', inquit, 'valebo istud monstrum vincere,
Quod inter feras adultum in gigantem excreverat
Et beluinum praetendit vel vultum vel animum?

85. Sit ergo in valde arto interim ergastulo,
Donec quaevis forte nova tormenta excogitem,
Quibus istam demum feram edomare valeam.'

86. Haec rex, et mox catenatus trahitur Christophorus
Et in lucis alienum mittitur ergastulum,
Quo liberius divino frueretur lumine.

87. Cumque laetabundus iret vir sanctus ad carcerem,
Ecce illi quadraginta occurrerunt milites,
Qui ad eum exhibendum primo missi fuerant.

88. Qui cum conciti venissent, ubi Dagnus sederat,
Armis coram universis protinus depositis
Ita Christum profitentes regi simul dixerant:

89. 'Hactenus devote satis tibi, rex, servivimus,
Patere deinceps, ut Christo serviamus domino,
Quem cognovimus per suum famulum Christophorum;

90. Quem cunctorum creatorem tunc esse didicimus,
Quando baptismo renati servi sui manibus
Pristino prorsus errori abrenuntiavimus.

91. Unde quia corde credi debet ad iustitiam,
Ore autem ad salutem fieri confessio,
Et corda scrutatur deus, ora probant homines,

92. Christum ore confitemur, Christum corde credimus,
Christi nos servos non fictos Christiani dicimus
Deumque nos venerari fatemur Christophori.'

81, 3 rex *om.* B_2 82, 1 colendus est dn̄s B_2 82, 3 e. s. unus deus spū V, et sc̄o spū unus dn̄s B_1, et spū sc̄o unus dn̄s B_2 83, 2 iusserat VB_2, precepit B_1 84, 2 excreuerat VB_2, se extulit B_1 84, 3 *sic* V, tam uultu quam animo B_1, uultum siue animum *sed* siue *ex* uel *corr.* B_2 86, 1 *sic* V, Fante ringenti hoc rege cat. B_1, Hoc dicto mox cat. B_2 87, 2 occurrerunt quadraginta B, quadraginta Accurrerunt, *corr.* m_2*?*, V 88, 1 cum conciti V, concite cum B_2, cum citati B_1 rex dagnus B_2 88, 3 profitentes VB_2, confitentes B_1 dixerant V, a *ex corr.* B_2, dixerunt B_1 89, 2 Patere VB_2, Decet B_1 90, 1 cunctorum, *prior* u *ex corr.*, B_1 90, 3 abrenuntiauimus *ex* -bimus *corr.* B_1 92, 2 fictos VB_1, ficti/ B_2 dicimus V, non dicimus B_2, dicimur B_1

87, 2 quadraginta: *Passio (similiter Walther Spir. XIII)* ecce illi quadringenti milites venerunt *cf. str. 45, 3 et 48, 3; at Mombrit.* venerunt quadraginta milites. *In codice, quem poeta adhibuit, narratio perturbata fuisse videtur.* 90, 2 *hoc in Passione deest, sed apud Mombritium extat cf. ad 87, 2.* 91, 3 *paral. I 28, 9.*

93. Tunc rex indignatione succensus non modica
'Numquid', ait, 'et vos estis nunc decepti, milites,
Et illusi detestando eius maleficio?

94. Cur illum sectari vultis quasi magnum aliquid
Et vetustas deserentes patrum caerimonias
Deos vestros et me regem vestrum nihil penditis?

95. Audite me ut parentem, audite ut dominum,
Audite et vobis timentem et rei una publicae,
Ne tot, si non audiatis, careat capitibus.

96. Deos nostros adorate et his tura ponite,
Nec deseratis, quod tanto tenuistis tempore,
Et introducatis ritum mundo neutericum.

97. Si nobis obtemperare et hoc vultis facere,
Auro simul et argento donabo vos plurimo
Et ut amicos diversis cumulabo honoribus.

98. Sin autem nolueritis et me parvipenditis,
Variis vos maceratos poenis interficiam
Vosque ceteris exemplum, ne me spernant, eritis.

99. Quapropter me nunc audite et quod dixi facite,
Ut recipiatis vestram iterum militiam
Et a me possitis digna donari pecunia.'

100. Ad haec omnes simul ore retulerunt consono:
'Sit tecum in perditionem tua, rex, pecunia,
Quia nos auro putasti Christum deum vendere.

101. Aurum tuum et argentum da metalla orantibus,
Da vel mammonae amicis vel tuis militibus
Illis, qui tibi pro tua serviunt pecunia.

102. Nos in sancta trinitate atque individua
Unum deum adorantes pura mente colimus,
Non nostras auro cervices et argento flectimus.

103. Flectant isti sua colla, qui haec putant grandia,
Nos in Christo baptizati ista parvipendimus
Et ei pro non caducis servimus divitiis;

104. A cuius nos caritate nil quibit divellere,
Non potestas, non affectus, non voluptas corporis,
Non opes, non mundi honores, non blanda, non aspera,

93, 2 estis *ss.* m_2 B_2 93, 3 illusi VB_1, delusi B_2 94, 1 aliquid *V*, aliquod B_2, aliquem B_1 94, 3 *sic (*nich / penditis*)* B_2, Uestrum dominum et regem nihili me penditis *V forte recte*, Deos uestros et me regem Ducitis pro nichilo B_1 95, 1 me ut dominum B_1 95, 2 *sic V*, Audite me ut timentem Pro uobis sollicite B_1, Audite et pro uobis sollicite timentem B_2 95, 3 *sic V*, Et ne deos contempnentes publice uexemini B_1, Ut ne deos cont. publice puniamini B_2 96, 1 nr̄os *ex* ur̄os *corr.* B_2 97, 2 *sic V*, Auri simul et argenti dabo *(sed ex* donabo *corr.* B_2*)* uobis plurimum *B* 98, 1 *sic* VB_1, et me paruipendentes pro nichilo duxeritis B_2 99, 1 et quę B_2 99, 3 donari VB_1, ditari B_2 100, 2 perditionem VB_1, perditione B_2 100, 3 dm̄/ *(fuitne* dn̄m*?)* B_2 *str. 101 om. B* 103, 1 istī, *sic in photographo legere mihi videor V* grandia VB_2, grandia *ex* gandia *corr.* m_1 B_1 103, 3 non pro caducis B_2 104, 1 AA cuius *V* nos *ss.* B_2 karitate *V* diuellere *ex* diuertere *corr.* m_1 B_1 104, 3 *sic V*, Non opes mundi atque honores *B*

100, 2 *act. apost. 8, 20.*

105. Pro cuius amore cuncta, quae videntur ardua
Et adversa, sustinemus et cara despicimus,
Ut ipsi placere soli valeamus perpetim.'

106. Tunc rex data capitali in eos sententia
Iussu satis inhumano atque nimis inpio
Omnes simul quadringentos decollari iusserat.

107. Ita meritis et prece martyris Christophori
Suum pro Christi conplentes nomine martyrium,
Suo ad ipsum pervenere laureati sanguine.

108. Post haec Dagnus aestuari et pensare coeperat,
Quo Christophorum emollire posset artificio
Et ad culturam suorum revocare numinum.

109. Erant ibi duae forte vultu pulchrae feminae,
Sed morum inprobitate ipsae multum fetidae,
Ambae Veneri dicatae, ambae fornicariae.

110. Per has putavit frangendum tyrannus Christophorum,
Ut harum facetiosis illectus illecebris
Sacrificare execrandis consentiret idolis.

111. Itaque ipso instigante auctore luxuriae,
Cuius vis in umbilico, virtus est in renibus,
Qui per mulieres solet fortes quosque capere,

112. Has ipsas ad se vocatas exhiberi iusserat,
Et multis ab eis coepit postulare precibus,
Ut temptarent emollire fortem Christi militem,

113. Aurum, argentum et vestes auro textas pollicens,
Si ipsum secum coire et moechari facerent
Et ad venerationem deorum inflecterent.

114. Cum his a rege mandatis discedentes alacres
Mox ipsum sunt introgressae sine mora in carcerem,
Ubi fuerat inclusus almus dei famulus.

115. Cumque in oratione constitutum cernerent
Et vultum eius colore radiare roseo
Oculosque resplendere velut flammam lampadis,

116. Non sunt ausae verbis eum appellare turpibus
Neque manibus pollutis penitus contingere
Neque saltem prae splendore propius accedere,

105, 2 aduersa, s *ex* a *corr.*, B_1 106, 3 iusserat VB_2, prȩcipit B_1 107, 2 xp̄i *V*, xp̄i/ *ex* xpō *corr.* B_2, xpō B_1 nomine VB_2, inclitum B_1 "martyrium "nomine B_2 107, 3 Suo VB_2, Quo B_1 peruenere VB_2, peruenirent B_1 108, 1 estuari VB_1, ęstuare B_2 ceperat VB_2, studuit B_1 108, 3 reuocare posset B_2 109, 2 ipse VB_1, in se B_2 110, 2 harum VB_2, horum B_1 faceciosis VB_1, facinorosis B_2 111, 1 Itaque ipso VB_2, Ita namque B_1 ingante m_1, sti *ss.* m_1, *V* 111, 2 est in VB_2, eius B_1 111, 3 quosque *B*, quoque *V* 112, 1 ipsas VB_1, ipse B_2 112, 2 ab eis c. *B*, c. ab eis *V* postulari B_2 112, 3 teptarent B_1 113, 1 aurum / argentum B_2 testas *(prior* s *ex correctura)* B_1 113, 2 secum coire VB_1, et coire secum B_2 114, 2 Mox ad ipsum B_2 in *om.* B_1 in carcerem sine mora B_2 114, 3 fuerat VB_2, inerat B_1 115, 3 *sic* VB_2, Oculos eius splendere B_1 116, 1 appellare VB_2, comp. B_1 116, 2 pullutis B_1 116, 3 saltim B_2 pro spl. B_1, pre spl. VB_2

106, 3 quadringentos: *cf. 87, 2.*

117. Sed non modico timore animi perterritae
Pronae in faciem cadentes factae sunt ut mortuae,
Exangues prorsus iacentes tribus plenis horulis;

118. Nam a tertia usque sextam in terra iacuerant,
Donec ab oratione vir sanctus exurgeret
Atque ipsas miseratus surgere praeciperet.

119. 'Surgite' ait 'et nolite nunc timere, filiae,
Neque enim iste error vobis imputabitur,
Sed illi, qui fraudulentus vos ad me transmiserat.

120. Ipse reddet rationem propter hoc flagitium,
Quando iudex mortuorum et vivorum venerit,
Nisi prius emendarit digna hoc paenitentia.

121. Proinde quae vita vestra, qui actus sint, quae studia,
Nihil omnino celantes, nil verentes dicite,
Ut culpae confessione detur vobis venia.

122. Sicut namque pura a morte liberat confessio,
Sic item qui non vult sua confiteri scelera,
Numquam prorsus dirigetur super terram, ut legitur.

123. Ad haec illae sanctis eius advolutae pedibus
'Vita', inquiunt, 'est nostra, actus atque studia
Mala, turpia, nefanda, foeda, meretricia.

124. Nam nostra prostituentes inpudice corpora
Adulteriis et stupris innumerabilibus
Magnum auri et argenti quaestum congregavimus.

125. Sed nunc si qua super hoc est forte paenitentia,
Cuncta male consecuta de nostris corporibus
Distribuere egenis promptule curabimus.

126. Nudos pro stupro acceptis vestiemus vestibus,
Argentum et aurum nostris partum adulteriis
Dabimus ad redimendam captivorum turmulam.

127. Ipsas nos castas futuras ex hoc repromittimus
Et corpus, quod meretrices varie polluimus,
Sedulis emaculare lacrimis studebimus.

117, 1 "pterritę "animi B_2 117, 3 exsangues B_2 118, 1 usque sextam *V*, usque ad s. *B* 118, 3 atque ipse ipsas — precepat B_2 119, 3 fraudulenter B_1 uos ad m. t. VB_2, Uos ad me nunc direxit B_1 120, 2 iudex ◌uiuorum ◌et mortuorum B_2 120, 3 emendauerit B_2 121, 1 qui actus sint VB_1, qui sint actus B_2, *fort.* sint *delendum* quod studium B_1 121, 2 nil uerentes VB_2, sine mora B_1 122, 1 Sicut *V*, Sic *B* a morte pura B_2 122, 3 dirigetur *B*, dirigitur *V* legitur, u *ex corr.*, B_1 123, 3 turpia, p *ex* b, B_1 125, 1 super hoc est VB_2, supestat B_1 126, 1 stupro, p *ex* b *corr.*, B_1 127, 2 *sic* VB_1, et meretrices uarie corpus quod poluimus B_2 pulluimus B_1 127, 3 emundare B_2

122, 3 ut legitur: *ps. 139, 16* vir linguosus non dirigetur in terra. 125, 3 curabimus, vestiemus *etc.*: *Passio:* pauperibus erogabamus, vestiebamus *etc. (cf. in Graecis actis Christophori ed. H. Usener, Festschrift für die Universität Heidelberg, 1886, p. 66 . . φονευομένους δὲ μᾶλλον ἐλυτρωσάμεθα, ἐλευθέρους πιπρασκομένους ἐξηγοράσαμεν ἐκ τοῦ αὐτοῦ χρυσίου); haud inepte poeta futurum tempus pro imperfecto posuit, nimis mirabiles sane eae meretrices ei videbantur esse, quae censum stupro comparatum pauperibus erogare solerent.*

128. His blande satis beatus — respondit Christophorus:
'Si iam filiae, ut debetis, — Christum deum creditis,
Abrenuntiare cunctis — vos oportet idolis.

129. Nec enim luci et tenebris — aliqua societas
Neque Christo et Belial — aliqua communio
Nec deo simul servire — potestis et mammonae.

130. Quapropter negate Iovem, — Priapum et Venerem,
Negate cuncta idolorum — vana prorsus numina,
Vana fana, vanum cultum, — vana sacrificia.

131. Ita in oratione — mecum simul positae
Christum supplices cunctorum — adorate dominum
Atque ipsum pura mente — reverenter colite.

132. Si deos simul et deas — abdicatis terreos
Et eum, qui est in caelis, — solum deum creditis,
Ipse vobis cuncta vestra — dimittet piacula.'

133. Tunc illae hac sponsione — alacres mox redditae
Et ad passionem ambae — Christi promptae gratia
Ita responderunt sancto — pariter Christophoro:

134. 'Nos non solum ad hoc sumus — paratae, quod suggeris,
Ut unum idolis contemptis — veneremur dominum,
Sed mortem quoque subire — pro ipsius nomine.

135. Credimus enim, quod ipso — adiuvante domino
Nos tecum, licet indignas — prorsus et exiguas,
Liceat desideratum — perferre martyrium.

136. Ut quia nos rex ad tuum — direxit exitium,
Nos per te salvae effectae — divina clementia
Pro Christi confessione — moriamur promptulae.'

137. Iamque nocte transeunte — coepit dilucescere,
Cum rex clam ipsas iam die — educi de carcere
Atque sibi sine mora — exhiberi iusserat.

138. Quae cum sibi laetabundae — fuissent exhibitae,
Satis fecisse arbitratus — suis eas iussibus
Subsannabundus de sancto — rogitat Christophoro,

129, 1 est luci et t. B_2 129, 2 belial B, belię *(ę in ras.?)* V 132, 1 terreos V, terrenos B_2, terrenas B_1 134, 2 idolis *ex* idola *corr.* m_2B_2 134, 2 tis uenerem dominum *super locum rasum* B_2 135, 2 et *om. et ss.* m_2 B_2 136, 1 *sic* VB_1, rex nos direxit ad tuum exitium B_2 *Pro 137—140 in B hae strophae leguntur:*

137. Hac firmata cautione — egredi de carcere
Iussit rex sequenti die — et sibi assistere
Obtans scire, quid egissent — cum viro in carcere.

138. Quas affatur voce blanda — inquiens rex talia:
'Aquilinà, pulchra ut luna, — Nicea, nix candida,
Fecistisne mea iussa — iuxta vestra promissa?

137, 1 firmatas B_2 137, 3 Optans B_2

129, 1 *sq. Cor. II 6, 14 sq.* 129, 3 *Matth. 6, 24.*

139. Si eum captum fortassis ipsarum facetiis
Iam sacrificasse suis fecissent numinibus
Et persuasissent Christum abnegare dominum.

140. Illae vero confortante sancto eas spiritu
'Utinam', inquiunt, 'audire nos velles, rex, placide
Et mille deos relinquens unum deum crederes,

141. Patrem filium et sanctum utrorumque spiritum,
Qui solus ubique rerum est creator omnium,
Ipse unus caelorum deus, unus terrae dominus.

142. Ipse est deus beati martyris Christophori
Ipse est non solum tuus velis nolis dominus,
Sed et omnium omnino quae sunt, erunt, fuerant.

143. Ipsum et nos adoramus, veneramur, colimus
Et temet, rex, adorare hortamur et colere,
Si consulere tuopte tecum vis imperio.'

144. Tunc rex affectus non parva animi maestitia,
Quod ipsas quoque videret Christo deo credere,
Per quas maxime flectendum putabat Christophorum,

145. 'O', inquit, 'Nicaea grata cunctis formae gratia,
O Aquilina formosa non minus puerpera,
Quomodo ludificatae factae estis erroneae?

146. Nam ut video vos istum secutae maleficum
Deceptae estis viroso eius maleficio
Atque delusae ipsius incantationibus.

147. Itaque ab hoc errore tandem resipiscite
Et nobis uti fuistis in nullo dissimiles,
Et vobis et vestris ipsae amicis consulite.

148. Cogitate de aetate vestra adhuc florida,
Cogitate de vestrapte tanta pulchritudine
Et diis nunc consueta offerte libamina.

149. Si hoc ut consuevistis facere non spernitis,
Neque mea vos fraudabo ut rebelles gratia
Neque vestris vos amicis misere carebitis.

---

139. Ad hęc illę clara voce sic respondent consonę:
Hactenus errantes multum sectando diabolum
Peccavimus in dominum conditorem omnium.

140. Sed nunc vere respuentes idolorum omnium
Culturam et simulachra tam falsorum numinum
Colimus trinum et unum verum deum omnium.

140, 1 sed nunc omnium respuentes idolorum culturam et spernentes simulachra B_2

141, 1 patrem et f. B_2 141, 2 est creator V, cr. est B_1, ē *ss.* B_2 142, 1 Ipse est deus V, Ipse deus est B_1, ipse deus, ÷ *ss.*, B_2 142, 3 *sic* VB_1, fueruntque dš *(add. m_2)* B_2 omnino, ino *in ras.* m_2, B_2 143, 2 ortamur B, oramus V 143, 3 tuopte V, et tuo B_1, et tuo B_2 144, 2 credere xp̄o dn̄o B_2 145, 2 Oq̊uilina V formo/sa B_1 puerpera *codd.*, puellula *coni. Vollmer* 145, 3 factę V, *om.* B_2, factę, ę *in ras.*, B_1 146, 2 nobis *ex* uobis *corr.* B_2 148, 2 *sic* V, Cogitate de miranda uestra pulchritudine B_1, cogitate et de uestra tanta pulcritudine, et *ss.* m_2, B_2

148, 2 vestrapte: *cf. 143, 3. 252, 1.*

150. Si vero non vultis mea audire imperia
Et sacrificare meis vos diis contempnitis,
Male faciam vos perire a terrarum facie.

151. Et parabola universis canticumque eritis,
Dum et decorem perdetis vestrae pulchritudinis
Gratiaque mea et vestris amicis carebitis.'

152. Ad haec illae ludibundae sic aiebant consone:
'Si sacrificare tuis nos vis, rex, numinibus,
Iube plateas mundare, iube fana sternere.

153. Post, cum fuerint haec facta et ornata omnia,
Iube praeconem exire et clamare et dicere
Nos esse immolaturas dignas diis hostias.

154. Idcirco templis ornatis affuturos singulos,
Ut cuncti intersint nostris simul sacrificiis
Atque debitas pro nobis agant diis gratias.'

155. Cumque rex vere putaret ista eas dicere
Et ob hoc cuncta iuberet ut dixerunt fieri,
Ad hoc ingens multitudo convenit spectaculum.

156. Convenit uterque sexus virorum et viraginum,
Convenit et omnis aetas, universa dignitas,
Senes, iuvenes, infantes, nobiles, ignobiles.

157. Tunc Nicaeam et Aquilinam rex adduci iusserat,
Ut sacrificarent diis ipsae coram omnibus
Et sibi rursus irata conplacarent numina.

158. Quae cum turbis circumseptae praeterirent carcerem,
Ubi iacebat inclusus beatus Christophorus,
Clara coram cunctis voce ad eum clamaverant:

159. 'Ora pro nobis ad deum, sancte eius famule,
Ut ipse nobis dignetur nunc adiutor fieri
Contra idolatras et contra ipsa simul idola.'

160. His peroratis ad locum deinde tetenderant,
Ubi in suo superbus sedit Dagnus solio
Circumstante copiosa vulgi multitudine.

161. Quo cum venissent et regi fuissent exhibitae,
'En', inquit rex, 'ut petistis ornata altaria,
En convenit universa ut rogastis civitas.

150, 1 *sic* VB_2, Si uero non uult me uestra Audire inperitia B_1 150, 3 *sic* B (uos *om.* B_1 a "facie "terrena B_2), Male perire a terrę faciam uos facie V 151, 1 *in loco raso praeter* tis B_2 Et VB_2, Ut B_1 151, 2 Dum VB_1, Cum B_2 *perditis VB 152, 1 consonę BV 153, 1 Post cum V, Postquam B 153, 2 ac dicere V 155, 2 dixerunt V, dixerant B 156, 1 uiraginum V, uirginum *corr.* in uiraginum m_2B_1, uirginum B_2 156, 2 et uniuersa B_2 157, 1 nicheam B_2 157, 3 complacarent V, conplacerent B_1, complacarent, a *ex* e *corr.*, B_2 158, 1 Qũe cum VB_2, Cumque B_1 circomseptę B_1 158, 3 coram *ex* curam *corr.* B_1 clamauerant V, clamauerunt B 159, 1 dominum B_2 159, 3 contra, o *ex* a *corr.*, B_1 imul idola *pallido atramento* B_1 160, 1 pora$\overset{\text{tis}}{///}$, *ss.* m_1, V tetenderant VB_2, tetenderunt B_1 160, 2 *sic* VB_2 (sedebat B_2), Ubi in solio superbus suo sedebat dagnus B_1 160, 3 circonstante B_1 161, 1 conuenissent B_1 161, 3 *sic* V, conuenit ut rogastis tota nr̄ā ciuitas B_2, conuenit ut rogastis Ciuitas pernobilis B_1

150, 3 *sq. paral. II 8, 20.*

162. Superest ut vos promissa agatis libamina
Et deos omnes et deas venerantes victimis
Has invocetis ad vestrum supplices auxilium,

163. Quo sicut vestram audiere cuncti apostasiam,
Sic vestram conversionem aeque cuncti videant
Et de vestra nunc salute digne cuncti gaudeant.'

164. At illae constanter satis atque satis ludicre
'En' aiunt 'nostra complentes promissa, ut suggeris,
Invocamus quos vos deos dicitis et colitis.

165. Si nos audiunt, viventes aestimare possumus;
Si nos audire non possunt, nec iuvare poterunt;
Quodsi iuvare non possunt, cur merentur victimas?'

166. His dictis templum deinde intrarunt contiguum,
Quod erat dicatum Iovi simul et Apollini,
Quos ipsi primos suorum aestimabant numinum.

167. Cumque statuas eorum fuissent intuitae,
Sic alludentes ad vana illae aiunt idola:
'Ecce invocamus ipsa, quae putatis numina;

168. Invocamus simulacra surda, muta, mortua,
Invocamus mortuorum mortuas effigies,
Aurum, argentum et aera, ligna atque lapides.

169. Aut certe si ut viventes habent sensum aliquem,
Ecce clamamus ad eos, clamantes exaudiant
Et clamantibus nunc ipsi vicissim respondeant.

170. Quid est, cur nullus respondet? numquid somnum ceperant
Aut procul remoti audire de longe non praevalent
Aut non vacant occupati quolibet negotio?

171. An certe sensus habentes reliquos incolumes
Solum surdi amiserunt auditus officium
Et idcirco non respondent ad se proclamantibus?

172. Probemus si vel ligati quicquam forte sentiant,
Si deiecti se levare sua sponte valeant,
Si se possint liberare de nostris nunc manibus.'

173. Et statim solverunt suum de lumbis cinctorium
Statuasque circumdantes Iovis et Apollinis
Et hos per colla trahentes in terram iactaverant.

174. Sic in faciem deiectos conculcarunt pedibus
Et hac illacque trahentes coram simul astantibus
Debito dereliquere ipsos cum dedecore.

162, 2 uictimis, *altera* i *ex* a *corr.*, B_2 162, 3 Has VB_1, hos B_2 163, 3 nunc B_1, n̄c *ss.* m_2B_2, *in* V *lacuna radendo orta, fuisse videtur* n̄c 165, 1 *sic* V, existimari possunt B 165, 3 Quodsi i. VB_2, Si iuuare non p. B_1 possunt V, poterunt B 168, 3 *sic* VB_1, aurum et argentum et ęrea B_2 169, 2 exaudiant *ex* -unt B_1 170, 1 cur VB_1, quod B_2 respondet VB_1, respondit B_2 ceperant VB_2, ceperunt B_1 170, 2 preualent, ua *ex corr.*, B_1 170, 3 non VB_1, nun/ B_2 171, 1 An VB_2, Aut B_1 incolomes V 172, 2 *sic* V, si deiecti eleuare B_1, deiecti si se leuare B_2 sua *ss.* B_2 172, 3 possint VB_1, possunt B_2 173, 1 cĩntorium B_1 173, 3 Et hos V, Eos B_1, Eosque B_2 iactauerant V, iactauerunt B 174, 2 coram simul ast. B_2, simul coram ast. V, c. s. stantibus B_1 174, 3 derelinquere B_2 cum dedecore, cum *ss.*, B_2

170 *sq. cf. reg. III 18, 27.*

175. Cumque proculcati in terra iacerent inmobiles
Neque vox inesset eis neque sensus aliquis,
Tali eos inclamarunt ludentes elogio:

176. 'Si dii estis iacentes, quare non exurgitis?
Quare ut bruti et elingues nihil prorsus dicitis?
Quare vos non vindicatis de femellis teneris?

177. Ecce nunc quibus nos diis offerre praecipitis,
Ecce quos deos gentili vos errore colitis,
Quos vos divinis donandos putatis honoribus.

178. Rationis incapaces, simul et insensibiles,
Caecos, surdos et elingues penitusque inmobiles
Et ipsis deteriores ut probatur mortuis.

179. Mortuos enim etsi ipsos iam transisse novimus,
Aliquando tamen vivos fuisse cognoscimus,
Haec autem numquam vixisse nullus prorsus ambigit.'

180. Sed cum rex audiret ita dehonestata idola,
Et ab ipsis proculcata sua fore numina,
Mente coepit aestuare, quid valeret facere.

181. Itaque rursum vocatas, rursum sibi exhibitas
Animo conpatienti ipsas coepit alloqui
Filias ipsas appellans quamlibet misellulas:

182. 'O dudum mihi dilectae, nunc misellae filiae,
Quis vos fascinavit suis inpius praestigiis?
Quis vos debriavit suis atrox veneficiis?

183. Cur mea praecepta ipsae praesumpsistis spernere?
Cur deos exhonorare ausae estis temere?
Cur ipsos tractos sub vestris proculcastis pedibus?

184. Ego templa ad hoc ornaram, ad hoc vos transmiseram,
Ut deos adoraretis, quos et ipsi colimus,
Et dignis honoraretis ipsos sacrificiis.

185. Vos contra oblitae mei pro dolor! imperii,
Oblitae vestrae salutis, vestrae pulchritudinis,
Oblitae humani iuris et divini numinis

186. Non solum non honorastis deos sacrificiis,
Sed et collisos sub vestris proculcastis pedibus
Et hac illac ad eorum traxistis iniuriam.'

187. Illae his verbis nil motae responderunt placide:
'Noli ita aestimare, noli hoc, rex, dicere,
Nos deos traxisse aut ullam fecisse iniuriam.

175, 2 ut neque uox B_2 175, 3 inclamauerunt B_2 176, 2 nil B_2 177, 1 nunc *(nuñ B_1)* quib. VB_1, quibus nunc B_2 177, 2 "quos "deō B_2 177, 3 dōandos, *corr.* m_1, B_1, donandō B_2 178, 1 simul et *(et om.)* VB_2, nec non B_1 178, 3 mortuis *ex* -uus B_1 179, 1 transsisse B_2 181, 1 sibi V, que B_1, *om.* B_2 181, 2 cumpatienti B_1 182, 2 inpius V, inpiis B 184, 1 templa ad h. V, ad hoc templa B 184, 2 et quos ipsi *corr.* m_2 B_2 184, 3 honoratis B_2 ipsos V, ipsis B_2, rite B_1 185, 1 prodolor VB_1, propudor B_2 186, 2 proculcastis VB_1, conc. B_2 187, 1 nil B_1, nihil VB_2 responderunt regi publice *(del* m_2*)* et placide B_2 187, 2 ita *om.* B_2 187, 3 aut *om. sub l. add.* B_1

182, 2 *Gal. 3, 1.*

188. Nos diis omnino nullam fecimus iniuriam,
Sed ligna, saxa, metalla ipsa conculcavimus,
Ipsa comminueramus et hac illac traximus.

189. Si videndo esse nescis aera, ligna, lapides,
Haec non deos, sed praedicta esse tactu conproba
Manibusque crede tuis, si non credis oculis.'

190. His rex auditis furore inflammatus nimio
'Hactenus', inquit, 'vobiscum patienter egeram,
Nunc poenis temptabo vestram emollire audaciam.

191. Nam quia vos magum illum secutae Christophorum
Christum credentes avita contempsistis numina
Et ea dehonestastis modis ipsae variis,

192. Male in conspectu cunctorum vos perire faciam,
Ut sic omnes circumquaque valeant cognoscere,
Qualem ipse ultionem diis meis dederim,

193. Et Christophorus his vestris territus suppliciis
Cultum pristinum relinquat Christoque abrenuntiet
Atque diis nostris digna reddat sacrificia.'

194. Dixit et mox Aquilinam suspendi praeceperat
Prius in pedes et manus fixis clavis ferreis
Sorore aspiciente ipsius supplicia.

195. Tunc super pedes inmanem poni iussit lapidem,
Ut rumperetur tenellum membratim corpusculum
Et defluerent disrupto viscera ventriculo.

196. Sed cum iam esset suspensa ipsa in eculeo
Et in alto constituta hac illac aspiceret,
Vidit locum, ubi sanctus iacebat Christophorus.

197. Vidit et eum orantem flexo deum poplite
Et actutum voce magna ad eum clamaverat,
Ut deo pro se instanter preces ipse funderet.

198. 'Athleta', inquit, 'dei ora pro me nunc, Christophore,
Ut me in isto agone Christus deus roboret
Et patienter illata ferre det supplicia.

199. Nunc enim suspensa in cruce pro ipsius nomine
Me ad ipsum perventuram credo per martyrium
Sancto me tuo precatu confortante spiritu.'

200. Quod cum suspensa pro Christo alte in patibulo
Mente devota et corde perorasset credulo,
Mox huiusmodi ad ipsam vox est facta caelitus:

188, 1 diis, ii *ex* eo, B_1 188, 3 cŏminueramus *V*, comminuimus *B* illac *V*, illacque *(que ss. B_2) B* 189, 1 S/i B_1 uidendo VB_1, uidenda B_2 189, 3 que VB_2, uel B_1 190, 2 uobiscum VB_1, uobis B_2 191, 2 auita VB_2, antiqua B_1 191, 3 dehonestatis, *corr.* m_2, B_2 ipse VB_2, ecce B_1 192, 2 circomquaque B_1 193, 1 *sic V*, Et c. territus permagnis suppliciis B_1, et c. territus his pęnis cultum B_2 194, 1 preceperat VB_2, instituit B_1 195, 2 rumperet B_2 195, 3 defluerent B_2, e *ex* i *corr.* m_2, B_1, affluerent *V* 196, 3 *sic V*, ubi iacebat vir sanctus cristophorus *B* 197, 1 deum *om.* B_2 197, 2 *sic V*, Et uoce magna ad eum clamare mox incipìt *(cepit B_2) B* 197, 3 pro se inst. VB_1, inst. p. se B_2 pr. i. fund. VB_2, sacras preces funderet B_1 198, 2 deus christus B_2 199, 3 *sic* VB_2, *sed* conspirante *pro* conf. B_2, me corroborante et confortante spiritu B_1

201. 'Veni, veni, Aquilina, digna tuo nomine,
Quae simul potes et ipsa penetrare aethera
Et ipsum exultans solem videre iustitiae.

202. Veni, intra praeparata olim tibi gaudia,
Intra paradisum tui nimis felix domini,
Quo exultabis per cuncta saeculorum saecula.'

203. Hanc vocem mox subsecutus corpus linquit spiritus
Et tripudians superna sancta petit anima,
Qua prius vocavit almam vox divina feminam.

204. Quam cum superna petentem Nicaea conspiceret,
De sua tristis effecta ipsa solitudine
Hanc ad deum orationem gemebunda fuderat:

205. 'Christe, salvator cunctorum qui salvantur hominum,
Qui bonorum et malorum es auditor omnium,
Sed exauditor es solum tuorum fidelium,

206. Exaudi me peccatricem tuam nunc ancillulam,
Exaudi me pro salute meae orantem animae,
Exaudi nec patiare me differri a iudice.

207. Noli me a mea sorore in morte secernere,
Cui in vita coniuncta adhaesi individua,
Cum qua ad conversionem et ad fidem veneram,

208. Cum qua ad confessionem tui accessi nominis,
Cum qua regis blandimentis atque minis variis
Non solum nequaquam cessi, sed et dura restiti;

209. Cum hac pie temet, Christe, me rogo assumere,
Cum hac rege superato et contempto saeculo
Me efflagito ad tuam venire clementiam,

210. Ut cuius in passione comes fui, domine,
Eius sim et in corona promerenda socia
Atque in percipiendo consors fiam bravio.

211. Ita te donante meo digna ero nomine,
Si vere memet Nicaeam probarit victoria
Et diabolo devicto victrix hinc evasero.'

212. Adhuc caelos intendebat, adhuc fixa steterat,
Cum satellites transmissi mox ad eam regii
Ipsam concite ad suum revocabant principem.

201, 3 ipsum, u *ex corr.*, B_2 202, 2 tui // B_2 nimis felix d. VB_2, tui domini quo exultabis B_1 202, 3 Quo exult. p. c. s. s. VB_2, Christo temet miserante per s. s. B_1 203, 1 subsequutus B_1, subsecut'/ B_2 linquit VB_1, relinquit B_2 204, 2 *sic V*, De sua salute tristis effecta *(ipsa add. B_2)* sollicite B 204, 3 fuderat VB_2, effudit B_1 205, 1 *sic V*, qui saluantur *om. B* hominum credentium B_1 205, 2 *om.* B_1 auditor V, creator B 206, 3 patiare VB_2, patiaris B_1 differri V, differre B_1, differre *in* differri *corr.* m_2 B_2 207, 1 in *in marg. add.* B_2 morte B, uita V 207, 2 indiuidu/a B_1 207, 3 *om.* B_1 208, 1 *om.* B_2 con/fessionē B_1 208, 3 //cessi, accessi *fuisse videtur*, B_1 210, 3 atque et in B 211, 2 uictoria VB_2, uictoriam B_1 211, 3 hinc *ex* huic *(?) corr.* B_1 212, 2 mox ad eam regii V, pedibus aligeri B 212, 3 Ipsam V, Mox eam B_1, Eam B_2 reuocarunt B

201 digna tuo nomine: *cf. 211, 1 et ad 69, 2 sq.*

213. Quae cum vultu satis laeto, laetiori animo
Cum lictoribus veniret iamque regi assisteret,
Sic quasi conpatienti hanc conpellat animo:

214. 'Ego ad hoc, Nicaea, tuum distuli exitium,
Ad hoc tibimet hucusque visus fui parcere,
Ut resipisceres a tua hac mora stultitia.

215. Tu nunc hac dilatione nequaquam abutere,
Sed fac quod et tibi expedit atque tuis congruit:
Audi mea ultro praecepta et diis sacrifica.

216. Quod si forte ut rebellis facere nolueris,
Extorquere certe poenis temptabo crudelibus,
Quod persuadere verbis non possum nunc mollibus.

217. Nec enim debes putare te passuram talia,
Qualia iam soror tua perpessa supplicia:
Vitam mortis leviori terminavit genere.

218. Diriora te tormenta, maiora supplicia,
Poenae manent graviores, mors expectat lugubris,
Quae te modo miserando faciant occumbere.'

219. Ad haec ita tunc Nicaea, sancta dei famula,
'Noli', inquit, 'rex aestimare haec me pertimescere,
Noli tuas me putare minas expavescere.

220. Tua mihi mansuetudo extat prorsus noxia,
Tua mihimet molesta est misericordia,
Tua haec quam dicis ingrata est dissimulatio.

221. Mors econtra tua vitam dabit mihi perpetem,
Tua mihi sunt tormenta super favum dulcia,
Et quaevis asperiora sunt amplexabilia.

222. Proinde quaevis acerba, quaevis potes aspera,
Quaevis prius inaudita tormenta excogita:
Ego certe ad toleranda sum parata omnia.

223. Christus etenim suorum adiutor fidelium
Hinc vestras vires enervans, inde me corroborans
Vos supra quam possum ferre non permittit facere.'

224. Tunc iratus rex acerbe satis atque inpie
Manus praecepit ipsius ligari cum pedibus
Atque dentes singillatim a maxillis erui,

213, 1 Quę *B*, Quo *V* 214, 1 nichea B_2 214, 3 *sic (sed* resiperes*)* *V*, Ut hac mora resipisceres a tua st. B_2, Ut resipisceres uel sic a t. stutiltia *(sic)* B_1 215, 1 nunc *V*, uero *B* 216, 2 crudelibus *B*, non mollibus *V* 216, 3 persuadere *ex* suadere *corr.* m_2 B_1 217, 1 Nec *V*, Hec *B* 217, 2 soror tua *V*, tua s. *B* perp. est B_1 217, 3 leuiori *V*, leuioris *B* 218, 2 pęnę grauiores manent B_2 218, 3 *faciat *VB* 220, 3 *sic* VB_2, Hęc quam dicis tua ingrata B_1 221, 3 *Et qua eius *(i. e. quaevis)* asperiora sunt amplectibilia *V cf. 222, 1,* Et quanto asperiora sunt tanto amplexabilia *(*magis dulcia B_1*)* *B* 222, 1 qua eĩ *corr. bis in* quęuis m_1V potes *om.* B_2 aspa *(del.)* B_2 222, 2 quaeuis prius inaudita *om.* B_2 tormenta seua excogita inaudita *(*nau *corr.)* et inuisa B_1 223, 1 Christus VB_2, Spiritus B_1 224, 3 singulatim B_1

215, 2 expédit: *cf. ad rh. IV 11, 3.*

225. Quo nequiret prae dolore iam responsa reddere
Et plane formare verba non posset edentula
Necessario privata adiumento lingula.

226. Sed quod ad loquendum linguis non eget aut dentibus,
Verbum illud apud deum, verbum patris unicum,
Os ipsius reseravit atque verba edidit.

227. Siquidem nec erutorum dampno infracta dentium
Nec amissorum dolorem prorsus habens aliquem
Magis magisque clamare sicque coepit dicere:

228. 'Ecce me verum dixisse digne potes cernere,
Me tuas nequaquam posse minas extimescere
Neque cessuram tormentis memet esse aliquibus.

229. En nec doleo amissis nec confundor dentibus,
En edentula in loquendo nil anile profero,
Sed Christum sermone plano laetabunda praedico.

230. Ipse adiutor cunctorum in eum sperantium
Mihi dolorem amissorum relevavit dentium,
Ipse edentule decentem tribuit facundiam.

231. Hic ipse, o rex, valebit, si tamen voluerit,
Me eripere de tuis nunc potenter manibus
Atque simul de tormentis liberare omnibus.'

232. His rex auditis furore exardescens nimio
Lignis precepit congestis piram magnam fieri
Eamque inponi succenso colligatam rogulo.

233. Cumque manibus ligatis simul atque pedibus
Iussu regis in flammarum missa esset medium,
Ita ad caelum levatis precem fudit oculis:

234. 'Domine mi Iesu Christe, fili patris unice,
In cuius typo olim missus est de celo angelus,
Qui tres de camino ignis liberaret pueros,

235. Tu et mihi de caelis tuum mitte quaeso angelum,
Qui nunc erga me antiqua innovans miracula
Me eripiat de isto flammarum incendio;

236. Quo regis tumore victo et spreta iracundia
Ipse pariter cum suis erubescat omnibus
Et vicissim exultent cuncti tibi, Christe, creduli.'

237. Mira valde res et illis inaudita saeculis!
Ubi precem terminavit et primum conticuit,
Statim manuum pedumque sunt soluta vincula.

225, 2 plane VB_1, plene B_2 225, 3 et priuata B_1 adiument/o B_2 226, 1 quod *V*, quia *B* 226, 3 ipsius VB_1, eius B_2 227, 3 Magis, g *ex corr.*, B_1 sicque regi cępit d. *V* 228, 1 digne *VB*, *an* *Dagne? 229, 3 letabunda VB_1, lętabunde B_2 230, 2 reuelauit m_1, *corr.* m_2 B_1 231, 2 nunc potenter *V*, potenter nunc *B* 232, 2 lignis VB_2, Ignis B_1 234, 2 angłs *ss.* B_2 235, 1 et *om.* B_1 queso tuum mitte B_2 235, 2 antiqua *V*, *om.* *B* innouans *(u ex corr.* B_1*)* consueta miracula *B* 236, 1 *sic* VB_2, Quo rex timore deuictus B_1 236, 2 erub. om. VB_1, om. er. B_2

238. Ipsam tamen idem ignis circa eam plurimus
Omnino non attingebat neque contristaverat
Nec ei quicquam inferre poterat molestiae.

239. Nam quasi rore de caelo perfusa salvifico
Sic in medio tantorum deambulabat ignium,
Ymno trium puerorum laeta laudans dominum.

240. Ita vim suam ad solvenda retinebat vincula,
Vim item econtra suam circa dei famulam
Ignis tepescens amisit, refrigescens perdidit.

241. Videns igitur tyrannus se vinci in omnibus
Nec quicquam sese nocere posse dei famulae
Iussit eam capitalem subire sententiam.

242. Decollata autem suum complevit martyrium
Nec momento quidem abiuncta a sorore parvulo,
Cum qua una et eadem passa est diecula.

243. Ita sorori coniuncta in caelesti est curia,
Cum qua ad Christum eodem est conversa tempore,
Eodem pro ipso passa et coronata die.

244. Populus autem, qui praesens tunc astabat plurimus,
Admiratus gloriosum ipsarum martyrium,
Admiratus de tyranno tam claram victoriam,

245. 'Magnus', inquit, 'est et verus Christianorum deus,
Ipse solus extat deus, ipse unus dominus,
Ipse colendus, non vana cultu divino idola.'

246. Nec mora vanis relictis superstitionibus
Daemonumque detestandis spretis sacrificiis
Credidere Christum cuncti dominum Christophori.

247. Quod cum Dagnus comperisset graviterque acciperet,
Totam demum iram suam vertit in Christophorum,
Ipsum istorum malorum esse dicens fomitem.

248. 'Si non', inquit, 'cito istum tulero maleficum
Et eius nomen de terra penitus erasero,
Omnes prorsus ad se suis trahet maleficiis

249. Et sic paulatim crescente malorum nequitia
Spreta deorum cultura, spreto sacrificio
Omnes prorsus ipsi credent atque deos deserent.

239, 2 ambulabat B_1 239, 3 leta laudans VB_2, lętabundans B_1 240, 1 adsoluenda VB_2, adsoluenda, d *ex* b *corr.* m_2, B_1 241, 2 nocere nocere posse B_2 *str. 242 et 243 gemellae fere, sed neutram deleri posse ex Pass. 148 B apparet* 242, 2 paruulo B, paruula V 243, 1 sorori coniuncta VB_1, coni. sor. B_2 243, 3 Eodem VB_1, Eadem B_2 ipso B, ipsa V 244, 1 plurimus VB_2, propius B_1 244, 2 ammiratus ipsum gloriosum B_2 245, 3 diuono B_2 idola VB_1, numina B_2 246, 3 credidere B_2, credidit *corr. in* credidere V, credere B_1 247, 2 iram suam VB_2, s. i. B_1 247, 3 /ipsum B_2 istorum, orum *in ras.*, B_2 248, 2 de terra penitus V, penitus de terra B (et eius nomen penitus et eius nomen penitus B_2) 248, 3 omnes prorsus ipsi credent atque deos deserent *omissa str. 249, 1—2 V* 249, 1 paulatim, u *ex correctura*, B_2 249, 2 deorum VB_1, idolorum B_2 et spreto B_2

250. Itaque mox praesentato sibimet Christophoro
Hoc cum magna satis ira et mentis superbia
Ipse fecerat ad eum sermonis exordium:

251. 'O digne magis canina quam humana facie,
O digne certe tam turpi semihomo specie,
Qui cum vultu bestialem simul gestas animum,

252. Quamdiu in hac tuapte perduras stultitia,
Quamdiu post tuum errorem tantum trahis populum
Et tuis errare a diis facis maleficiis?

253. Quamdiu tot possum tua ferre maleficia,
Quamdiu deceptionem sustinere populi,
Quamdiu diis rebellem tolerare animum?

254. Nunc ergo si vitae tuae forte vis consulere,
A Christiana discede cultura, Christophore,
Atque veris diis digna offer sacrificia.'

255. Ad haec sic regi beatus respondit Christophorus:
'Ego, rex, numquam profanis sacrificabo idolis,
Numquam dei cultum taetris exhibebo larvulis.

256. Immo magis quibuscumque forte modis potero
Te ipsum ad veram fidem conabor adducere,
Ut relicta vanitate Christum possis colere,

257. Qui mortis simul et vitae potestatem retinet,
Qui tibi concessit vitam et dedit imperium,
Qui utrisque mox ut volet te privare poterit.'

258. Haec Christophorus; et sancto rex item Christophoro
'Haec', inquit, 'ut dixi, est vestra nimia stultitia,
Haec est semper consueta vobis pertinacia,

259. Qua vos decepti vicissim alios decipitis
Et multa satis inepta fingentes et frivola
Quoslibet simpliciores fallenter illuditis.

260. Sed quousque in hac tua permanes ineptia?
Quousque non resipiscis a tua stultitia?
Quousque stultus in ista perstas contumacia?'

261. At ille contra 'Non', inquit, 'ita, Dagne convenit,
Non ego idcirco stultus, idcirco insipiens,
Quia factorem cunctorum colo Christum dominum.

250, 1 sibimet VB_1, sibi rex B_2 250, 3 *sic V*, Ipse ad eum sermonis sic sumpsit exordium *B (sic ss. m_2B_2)* 251, 1 digne *V*, digna *B* facie *V*, facies *B* 251, 2 turpi VB_2, turbi B_1 251, 3 gestas VB_2, gestes B_1 252, 1 Quandiu tu B_1 tuapte *V*, tua *B* 253, 1 tot possum tua *V*, possum tot tua *B* 253, 3 tolerare // *V* 254, 1 tuę uitę B_2 254, 3 feris, *corr.* m_1, *V* offer/ B_2 255, 2 nunquam profanis VB_1, proph. nunq. B_2 256, 3 Ut *B*, et *V* possis *B*, dm̄ *V* 257, 3 uolet *B*, uelit *V* 258, 1 *sic V*, Hęc beatus *(om. B_2)* cristophorus *B* et rex econtra sc̄o B_1, et rex contra sanctum item christoforum B_2 258, 3 Hec // ē *V* semper *ss.* B_2 260, 2 a tua stultitia *B*, quousq; ñ resipis *V* 261, 1 non inq. ita VB_1, non ita inquit B_2 261, 2 ergo B_1

262. Tu magis stultus, tu magis probaris insipiens,
Qui creatorem non colis et facturam suscipis,
Qui pro deo detestandos veneraris daemones.'

263. His rex auditis adversum dei iratus famulum
Eum manibus ligatis simul atque pedibus
Iussit inhumane satis virgis caedi ferreis.

264. Cumque caesus in divinis perduraret laudibus,
Rex incredulus praecepto imperavit inpio
Capiti eius ignitam superponi cassidem.

265. Tunc tres numero ex primis populi principibus
Dei servum miserati et genus supplicii
Ita consono ad regem omnes ore dixerant:

266. 'O Dagne, cur tam crudeli uteris imperio!
Nam etsi fortasse nullum verearis hominum,
Deum tamen pertimesce, deum saltem metue.

267. Illum cogita cunctorum redditorem actuum,
Illum cogita ultorem, illum pensa iudicem,
Qui cuncta superne videt, cuncta iuste iudicat.

268. Hoc enim profecto nosse, hoc debes advertere,
Melius tibi fuisse te natum non vivere,
Quam ut dei servum tam diro crucies supplicio.

269. Quare communis nunc tuum tangat natura animum,
Cogita et te mortalem, cogita esse hominem
Et in naturae consortes noli furere homines!'

270. Hoc rex audiens mox ipsos decollari iusserat
Et decollati pro Christo astante Christophoro
Compleverunt omnes suum in laude martyrium.

271. His ita gestis beatus denuo Christophorus
Nec tormentis superatus neque minis territus
Ita constanter ad trucem dixerat carnificem:

272. 'Ecce quibus me tormentis terrendum putaveras,
Ecce quibus me dicebas cessurum suppliciis,
En adhibita contempno, en duco pro nihilo.

273. Si qua igitur maiora, si qua magis gravia,
Si qua prius inaudita, crudelis excogita,
Cuncta, ne parcas, inpende, cuncta prorsus adhibe!

263, 1 His rex aud. VB_1, His aud. r. B_2 264, 3 cas̄idem, s *ss.* m_2, B_1 265, 1 tres *ex* rex *corr.* m_2 *B* 265, 3 ore omnes B_2 dixerant *V*, dixerunt *B* 266, 2 uerearis hominum VB_2, reuereris hominem B_1 266, 3 *sic V*, Deum saltem pertimesce creatorem omnium *B* 267, 3 superne *V*, desuper *B* cuncta iuste iud. *V*, cunctaque diiudicat *B* 269, 1 *sic V*, Quare non tuum communis (comm. tuum B_2) tangit *B* 270, 1 iusserat *V*, precipit B_1, iussit B_2 271, 1 ita *om.* B_2 denuo c. *V*, c. denuo *B* 271, 2 neque *V*, nec *B* minis *ex* minus *radēndo corr.* B_1 territus VB_2, exterritus B_1 271, 3 trucem *ex* crucem *corr.* B_1 dixerat VB_2, est fatus B_1 272, 1 me *V*, *om.* B_2, tu B_1 273, 3 *sic* VB_1, cuncta ne parcas impende cuncta prorsus adhibe impende B_2

274. Cuncta, quae forte irrogaris, cuncta, quae inpenderis,
Sunt mihi prorsus iocunda, sunt mihi suavia,
Cuncta super ipsa mella mihimet sunt dulcia.

275. Nam quamvis ad tempus saepe videantur aspera,
Finito tamen agone et peracta victoria
Vitam dabunt sempiternam et perennem gloriam.'

276. Ad haec sancti viri verba rex iratus talia
Ilico precepit scamnum praeparari ferreum,
Quod iuxta eius mensuram pedum erat duodecim,

277. Supra quod cum mox beatum ligassent Christophorum
Et in civitatis foro posuissent medio,
Quo cuncti hinc inde ad tantum adessent spectaculum,

278. Lignis suggestis et igne praecepit comburere
Et ad flammae nutrimentum atque rogi cumulum
Quadraginta superfundi orcas iussit olei.

279. Quod cum in medio flammarum supra scamnum ferreum
Dure iaceret ligatus beatus Christophorus,
Ita coram universo regi dixit populo:

280. 'Haec tormenta, rex, et, ignes, quibus me discrucias,
In tuum et in tuorum deorum obprobrium
Ipse videbis actutum redigi in nihilum.

281. Nec enim, ut potes probare, me possunt attingere,
Nec quicquam prorsus inferre mihimet molestiae,
Non vel parum irrogare valebunt tristitiae.

282. Unde, imperator, tua, ut dixi, supplicia,
Tuam iram, tuos ignes atque minas varias
Non valebo formidare, non quibo expavescere.

283. Christus enim meus, tuus, velis nolis, dominus,
Tuas et poenas et minas annullabit varias,
Ipse vincula dissolvet, ipse flammas sopiet.'

284. Dixit et dictum effectus confestim subsequitur,
Nam mox velut cera scamnum liquefactum ferreum,
Sopitisque flammis ipsa sunt soluta vincula.

285. Sanctus autem martyr vultu resplendescens roseo
Ovans medius in ipsis discurrebat ignibus,
Deo licet inter ipsas ymnum dicens flammulas.

274, 2 iocunda, u *ex* o *corr.*, B_1 mihi suauia VB_2, quoque suauia B_1 275, 2 et peracta B_2, peracta et B_1, peracta *in V legere nequivi, fort.* nancta? 276, 2 precepit VB_1, precipit B_2 276, 3 *sic V*, in eius mensura B_2 Cuius mensura erat pedum non minus duodenum B_1 277, 1 ligasent B_1 278, 1 sugestis, g *ss.*, B_1 278, 3 iussit *om.*, *ss.* m_2 B_2 279, 1 sup B_2 scannum B 280, 3 actutum VB_2, ac totum B_1 281, 3 ualebunt, u *ex* a *corr.*, V 284, 1 Dixit enim et B_2 284, 2 liquefactum est B_1, est *ss.* m_2 B_2 285, 1 resplendescens VB_1, resplendens B_2 roseo, r *in ras.*, B_1 285, 2 medius VB_1, mediis B_2 285, 3 hymnum B_2

274, 3 *cf. 221, 2.* 278, 3 *Passio:* quadraginta orcas olei, *Mombritius:* quadraginta dolia olei.

286. Mira prorsus res et mirum omnino spectaculum
Ipsum quoque ferrum igne liquefactum cernere,
Igne catenas et arta dissoluta vincula,

287. Nec tamen eundem ignem nocuisse martyrem,
Non ussisse pilos carnis, non capillos capitis,
Non vestimentorum saltem attigisse ligulam.

288. Ad quod spectandum cum cunctus confluxisset populus,
Etiam rex ad videndum tam grande miraculum
Protinus simul cum ipsis accurrit militibus.

289. Qui cum in flammis deambulantem cerneret Christophorum
Atque ferrum liquefactum et soluta vincula,
Sed et nil prorsus inesse sancto viro maculae,

290. Insuper et omnes fere, qui ad eum confluxerant,
Obstupefactos tam magni gratia miraculi
In laudes et odas Christi proclamasse domini,

291. Quod tali in re par fuit, miratus obstupuit
Moxque in terram prae ingenti prolapsus formidine
Diu effectus exanguis iacuit exanimis.

292. Tandem recepta virtute et resumpto spiritu
Cum magno satis furore et turbato animo
Ita deinde beatum aggressus est martyrem:

293. 'O non hominum alumpne, sed ferarum soboles,
Quarum hinc inde vel vultum pretendis vel animum,
Quousque non finem inponis tuis maleficiis?

294. Iam enim tibi tot ac tantae satis non sunt animae,
Quas post te diis relictis ritibusque pristinis
Prius gregatim nefandis tu traxisti magicis.

295. Tecum nunc conaris totum oberrare populum,
Totum a diis revocare, totum post te trahere,
Totumque persuadere Christo tuo credere.'

296. Ad haec iterum beatus respondit Christophorus:
'Ego, rex, libenter omnem Christo adquiram populum,
Ego omnes ab errore cupio convertere.

297. Ista ductus voluntate vos, o rex, adieram;
Christi erit praeparare auditorum pectora,
Quo volente ad hanc urbem de longinquo veneram.

286, 1 mirum VB_2, magnum B_1 286, 2 *sic* VB_2, Ipsum scamnum ferreum ab igne B_1 cernere VB_1, cernere^{s} B_2 286, 3 arta VB_2, usta B_1 287, 2 ussisse B_2, usisse B_1, usisse^{s}, *corr.* m_2, V 289, 3 *sic* VB_2, Sed et nullas prorsus esse s. u. maculas B_1 290, 2 miraculi, *altera* i *in ras.*, B_1 292, 2 magno, n *in rasura*, B_1 turbato // B_1 292, 3 aggressus est VB_2, est affatus martirem B_1 293, 2 *sic* VB_2 (vel *om.* B_2 et anim. B_2), Quarum speciem pretendis tam uultu quam animo B_1 294, 1 *sic* B_2, Nam enim tot tibi ac tantę V, Iam non estat tibi satis tot tantasque animas B_1 294, 2 ritibus *ex* rictibus *corr.* B_1 295, 1 Tecum VB_2, Sed et B_1 297, 1 uos V, te B 297, 2 auditorum/ B_2 297, 3 ueneram VB_2, proueni B_1

295, 1 oberrare: errare fecisti *Passio et Mombritius.*

298. Hoc autem te nosse volo, hoc scire desidero,
Multos adhuc per me Christo credituros domino,
Cum quibus et temet ero lucraturus domino.

299. Hoc mihi ipse qui facturus, Christus, iam aperuit,
Hoc vobis, priusquam fiat, ipse rursus indico,
Ut cuncta praescire meus cognoscatur dominus.'

300. Ad quod indignatione rex repletus maxima
'Numquid', ait, 'et me tuis perdes maleficiis?
Numquid et mihi fortasse valebis illudere?

301. Haec mihi dii vel addant vel haec mihi faciant,
Si non crastino hac ipsa, quae modo est, horula
Te, quod diu differebam, interire faciam.

302. Nam sicut ad malum exemplum tu fuisti omnium,
Sic item vindictae dabis tu exemplum omnibus,
Dum pro ausibus nefandis digna morte plecteris.'

303. His dictis mox duci ipsum iussit in custodiam
Et coepit per noctem ipse secum multa volvere,
Quibus eum poenis posset denuo perimere.

304. Iamque nocte transeunte dies venit crastina,
Cum repente iussu regis adductus Christophorus
Blando satis est ab eo conventus alloquio:

305. 'Ego ad hoc te huc usque distuli, Christophore,
Ne tibi ultimum malorum inferrem exitium;
Hoc ipsum adhuc exopto, hoc adhuc desidero.

306. Tu modo meum affectum, meum adverte animum,
Et qua haec intentione prosequar intellege,
Qua tui conpassione, qua misericordia.

307. Audi ergo verba mea et diis sacrifica,
Ne, quod libenter non ago, ipse cogar agere,
Ut te faciam tormentis interire variis.'

308. Haec rex, et regi sic sanctus mox contra Christophorus:
'Iam saepe audisti, Dagne, deos me non colere
Neque prorsus formidare tua me supplicia.

309. Quare rursum vis audire? Quare non vis credere?
Ecce rursum hoc ipsum dico, ecce rursum repeto
Deos me non adorare, Christum vero colere.

298, 1 nosse uolo VB_1, uolo nosse B_2 298, 3 ero lucr. V, oro lucraturum B_1, oro lucrari posse dn̄o B_2 299, 1 qui V, quod B facturus est B, facit V c. iam ap. VB_1 *(*iam *om.* B_1*)*, dominus iam ap. B_2 299, 2 indico V, indicat B_1, indicabit B_2 299, 3 *sic* V, Ut a cunctis cognoscatur uerus esse dominus B 301, 1 d adant, d *ss.* m_2, B_1 uel haec mihi f. VB_1, uel irati faciant, *ss.* m_2, B_2 301, 2 *f.** crastina *(*/crast. B_2*) cf. AA. SS. l. c. p. 148* crastina ista hora quo̊, *corr.* m_1, V 302, 1 omnium VB_2, omnibus B_1 303, 2 ipse/ B_2 "uoluere "multa B_2 304, 3 blando B, blande V alloquio V, a/lloquio B_1, colloquio B_2 305, 1 Ego ait ad V huc, h *ex correctura*, B_1 306, 1 affectum, a *ex correctura*, B_2 aduerte// B_2 307, 2 ipse cogar B_1, cogar ipse *(*ipse *loco raso) *B_2, cogar coactus V 308, 1 *sic* V, Haec rex dixit et *(om.* B_2*)* regi sic mox B 308, 3 me *ss.* m_2 B_2 309, 1 *sic* VB_2, Quare rursum audire, quare non uis ista credere B_1 309, 2 hoc et ipsum repeto *(*et *ss.* m_2*)* B_2

310. Denique vincla, flagella, ignes ferrumque irroga,
Quibuscumque forte modis me discruciaveris,
Christum mihimet non tolles, etsi caput auferes.

311. Hunc, o rex, et corde credo et ore confiteor,
Hunc unum cum patre deum atque sancto spiritu
Colo regnantem per cuncta saeculorum saecula.

312. Hanc in baptismo iam pridem ipse fidem acceperam,
Sine hac deo placere nemo umquam praevalet,
Hanc mihi fidem non tollit, et qui vitam tulerit.'

313. His verbis rex irritatus atque ira fervidus
Palum mox figi inmanem iussit ante regiam
Et sic ad ipsum beatum ligari Christophorum.

314. Quo cum sagittandi gnaros convocaret milites,
Eum rex quasi pro signo positum in medio
Ipsos petere directis simul iussit iaculis.

315. 'Videamus', inquit Dagnus, 'videamus, milites,
Si de meis Christus eius liberare manibus,
Si eripere de vestris eum queat iaculis.'

316. Cumque hinc inde sagittis eum urgerent milites
Et hoc facerent a prima usque ad duodecimam,
Neque una quidem sanctum attingebat martyrem,

317. Siquidem hinc inde a laeva eius et a dextera
Flatu ventorum suspensae pendebant in aere
Nec ipsum, ut dixi, ulla potuit attingere.

318. Sed rege putante cuncta militum missilia
Simul defixa fuisse in ipsius corpore,
Nocte iussit ingruente ligatum dimittere.

319. Locum tamen, ubi vinctus martyr stabat inclitus,
Circumquaque deputatis muniit custodibus,
Ne quis credulorum forte eum posset solvere.

320. Nam plures illic ex ipsis aderant Christicolis,
Qui sagittis interemptum aestimantes martyrem
Corpus saltem eius nocte intendebant rapere.

321. Quod rex praecavens custodes adhibebat milites
Totam ipsos iubens noctem ducere pervigilem,
Ne fideles sacrosanctum auferrent corpusculum.

322. Verum nocte iam transacta atque clara iam die
Ipse ad locum cum multo satis venit populo
Et his insultare stultus coeperat sermonibus:

310, 1 uincula B_2 310, 3 auferes VB_2, tuleris B_1 311, 1 o *ex correctura* B_1 311, 3 Colo *V*, cęlo B_2, Caelo B_1 312, 1 ipse VB_2, uolens B_1 313, 1 *sic V*, mox *(om. B_2)* rex iratus *B* 313, 2 moox B_1 iussi *(t littera scissura pergameni absumpta)* B_1 314, 1 Quo/ B_2 garos, n *ss.* m_1, B_1 conuocasset B_2 314, 2 rex *om.* B_2 314, 3 ipsos, os *in ras.*, B_2 315, 2 eius VB_1, eum B_2 316, 2 usq. ad duodecimam horam B_2 316, 3 *sic* VB_1 (attingeret B_1), Ne una quidem B_2 attingebat sanctum martyrem B_2 317, 1 eius *om.* B_2 317, 3 potuit VB_2, poterat B_1 318, 1 *sq. sic V*, Tunc rex putans male sanus militumque exercitus Quod tela fixa fuissent in sacro eius corpore (eius // B_1) *B* 321, 1 adhibebat *V*, adhibuit *B*

323. 'Ubi nunc est deus tuus, ubi nunc, Christophore?
Cur non liberat de meis te nunc ipse manibus,
Cur non te eripit de istis Christus tuus iaculis?

324. Nunc, nunc tempus est, ut suo assit ipse famulo,
Ut pro se cuncta perpessum non relinquat militem,
Vel sagittas ipse avellat vel detergat vulnera'.

325. Dixit et sursum levatis post aspexit oculis,
Et ecce mox ex sagittis una cadens pendulis
Oculum eius intravit atque luscum reddidit.

326. Ita tunc orbatus uno oculorum lumine
Didicit nec inpotentem Christum fore dominum
Nec longe abesse suo potuisse militi.

327. Cumque Dagnus prae dolore heiularet nimio
Et hoc diceret ipsius actum maleficiis,
Sic ei futura pandens dixerat Christophorus:

328. 'Mea, Dagne, mors et meus appropinquat terminus,
Tempusque adest, quo victo et te et diabolo
Meorum iam sum laborum percepturus bravium.

329. Sicut enim mihi meus praeostendit dominus,
Hora diei octava, die vero crastina
Meam agone coronam finito accipiam.

330. Proinde non ante amissum reparabis oculum,
Quam mea morte finita fuerit iam passio
Et me feceris finire istam lucem gladio.

331. Sane postea venturos noveris Christicolas
Et nullo vetante meas sumpturos exuvias
Et eas demum in loco posituros celebri.

332. Ubi cum statim post meum veneris martyrium,
Lutum cum meo cruore fac in Christi nomine
Et eo cum fide amissum superungue oculum.

333. Quod cum feceris et visum denuo receperis,
Cognosce, quis te crearit, quis certe salvaverit,
Dignamque ei reconpensa, rex, vicissitudinem.

334. Quod te tum digne facturum, imperator, noveris,
Si creatorem cunctorum Iesum Christum dominum
Cum cunctis tibi subiectis deinceps colueris.
[Quamquam miser sis indignus, veniam mereberis.]'

323, 1 nunc *B*, inquit *V* 323, 3 Christus tuus *V*, innumeris *B* 324, 3 ut detergat *V* 325, 1 / et s/ursum "post "leuatis B_2 325, 2 Et *ex correctura* B_1 325, 3 *et dimidium versus (*ita — uno*)* 326, 1 *omisit et in insequenti columna adscripsit* m_1 *V* 326, 2 fore *V*, esse *B* 327, 1 heiularet *V*, eiularet B_2, uigilaret B_1 327, 3 futura pandens *V*, pand. fut. *B* 328, 3 iam sum *V*, sum iam *B* 329, 1 mihi meus *V*, meus mihi B_1, mihi meus, *ss.* m_2, B_2 prę̣ostendit *B*, iam ostendit *V* 329, 2 uero *B*, item *V* 332, 3 et eo *V*, et de eo *B* superunge *B* 333, 3 rex *om., ss.* m_2, B_2 334, 1 *sic V,* Quod cum te dagne facturum *B* noueris, u *in ras.*, B_2 334, 2 *sic V,* Si creatorem cunctorum Christum tunc credideris *B* 334, 3 Et uere cum cunctis tuis *B* ·sibi s. *V cf. 367, 3* 334, 4 *om. V*

335. Haec licet rex primum vana putaret ac frivola,
Experiri tamen volens verba sancti martyris
Eum mox dato mandato decollari iusserat.

336. Iam enim appropinquabat, ut ipse praedixerat,
Finis suae passionis et meta certaminis,
Iam corona ei transcurso debebatur stadio.

337. Itaque iam incumbente cervici carnifice
Oculis sursum levatis extensisque manibus
Ita dominum curvato precabatur poplite:

338. 'Domine deus, qui omnes vis salvari homines
Et ad veritatis tuae venire notitiam,
Qui me eduxisti ad veram de errore scientiam,

339. Exaudi me etsi indignum tuum Christe famulum,
Exaudi in universis me necessitatibus,
Pro quibus tuam nunc opem fide peto indubia.

340. Da, ut, ubicumque meum fuerit corpusculum,
Non grando illic aut sato demetat agellulos
Aut flamma iam congregatas depascatur segetes,

341. Non ictus tonitruorum, non coruscus fulgurum,
Non ulla aeris insurgens laedat intemperies
Homines, iumenta, domus, fruges, fructus, arbores.

342. Fames si terrae suspensis messem neget imbribus
Et te in loco, quo mei frequentantur cineres,
Cum invocatione mei exorarint nominis,

343. Exaudi, quaeso, de summo tu caelorum solio
Atque caelo reserato et concessa pluvia
Praesta denuo petitam clemens alimoniam.

335, 2 uerba s. m. *V*, sancti martyris dicta *B* 335, 3 Eum m. *V*, Mox e. *B* 336, 2 meta certa|certaminis B_2 336, 3 studio B_1 337, 1 incombente B_1 337, 3 curuato // B_2 p̄cabatur VB_2, deprecatur B_1 338, 1 saluari *V*, saluare *B* 339, 1 christe tuum famulum B_2 339, 2 uniuersis *V*, uniuersis // B_1, cunctis B_2 340, 2 sato *V*, *an* satos?, sata *B* 341, 1 coruscus VB_2, corruscus B_1 fulgorum *corr. in* fulgurum *V* 341, 2 non /ulla insurgen/ aeri, aeri *add.* m_2, B_2 343, 1 *sic* VB_1, summo cęlorũ eo solio, eo *in ras.* m_2, B_2

340 *Passio codicis Vindobon. 550 f. 174v* aperuit os suum in oratione et dixit: Domine deus meus, qui eduxisti me de errore et ostendisti mihi magnam virtutem tuam, hoc quod peto presta mihi, ut in quocunque loco posuerint corpus meum aut ubicunque reliquiae meae fuerint aut [vel] qui in tuo sancto nomine *(i ex* e *corr.)* obtulerint oblationem meam aut ubi recenseta *(recensita Schönb.)* fuerit memoria mea, non ibi ingrediatur grando, non ira ignis, non fames, non morbus ulli pecudum, (non) interitus populi in civitatibus aut in locis, ubicumque tu, domine Iesu Christe, in ecclesiis commitaris. Quicunque in nomine meo introierit in tabernaculum tuum, domine, exaudi orationes eorum, largire fructus, multiplica greges, da pascua omnium pecodum. Presta omni populo integram et pristinam sanitatem, effuga omnes morbos omnesque languores, medicus salutaris accede. Quodcunque te ex toto corde petierint, pius tu, domine, presta pro supplicatione servi tui, ut omnes agnoscant, quia servus tuus sum. 340, 2 *i. e.* non aut grando .. aut flamma. 341, 1 coruscus *substantivum est.*

344. Si mortalitas et taetra — orta pestilentia
Homines passim et iumenta — populata tulerit,
Tua compescat tam dirum — dextera contagium.

345. Si quis daemone possessus, — si quis certe languidus
In illo fortassis loco, — in quo requievero,
Tuam rogarit cum meo — opem patrocinio,

346. Ambobus simul succurrens, — ambobus subveniens
Illum daemone expurga, — istum morbo libera,
Utrosque deinceps tuo — subiuga servitio.

347. Quod si quis et aliunde, — toto tamen pectore,
Propter nomen tuum nomen — invocaverit meum,
Audi de supernis, cuncta — tribue salubria.'

348. Haec cum martyr sublevatis — perorasset oculis,
Ecce ad eum de caelo — vox facta continuo
Exauditum se a pio — declaravit domino.

349. 'O Christophore, tam claro — digne' inquit 'nomine,
Qui Christi crucem in carne, — ipsum fers in pectore,
Exauditum te in cunctis, — quae petisti, noveris.

350. Ubicumque enim tuum — fuerit corpusculum,
Quicquid ibidem degentes — cum fide petierint,
Totum simul impetrabunt, — totum laeti accipient.

351. Sed et procul disparati — longiusque positi,
Si tuum nomen in suis — memorarint precibus,
Suae saluti haud adversa — obtinebunt omnia.'

352. His sanctus martyr auditis — sat effectus hilaris
Promptus cervicem instanti — praebuit carnifici
Et decollatus praeclarum — meruit martyrium.

353. Erat autem, quae aut eo — est conversa tempore
Aut quae prius per beatum — credidit Christophorum,
Utriusque sexus fere — multitudo innumera,

354. Siquidem qui potuere — conprehendi numero,
Erant quater duodena — plena prorsus milia
Atque insuper centenae — quindecimque animae.

355. Rex vero cum adhuc uno — luscus esset oculo,
Altera die post sancti — coronam Christophori
Dixit ad eos, qui ex more — sibi astabant regio:

356. 'Eamus', inquit, 'et illum — videamus nos locum,
In quo magus, ut putamus, — positus Christophorus
A Christianis pro magno — veneratur martyre.

344, 3 tam dirum dextra *V*, dextera tam dirum *B* 345, 1 possessȳs *V* 345, 2 fortasis B_1 345, 3 cum eo m_1, *corr.* m_2, *V* 347, 1 toto VB_2, tota, a m_2, B_1 347, 2 nomen tuum nomen VB_2, tuum sanctum B_1 347, 3 tribues *V*, tribuens *B* 349, 1 digne inquit *V*, uocitatus *B* 350, 2 ibidem degentes *V*, ibi uenientes *B* 351, 1 possiti m_1, *radendo corr.* B_1 351, 3 Prospera suę salutis *B* 352, 1 sat B_2, sat^{is}, is *ss.* m_2, B_1, his *V* 354, 2 quater *B*, quatuor *V* /// Plena *V* 355, 2 altera *B*, altero *V* 355, 3 a^{s}tabant, s *ss.* m_2, B_1

349 *cf. 69, 2. 201, 1. 211, 11.*

357. Denique iam manifestum, iam erit perspicuum,
Utrum dei vere verus ipse esset famulus
An maleficus et magus, ut nos aestimavimus.

358. Hoc quippe constat apud me, hoc claret indubie,
Quod si eo invocato oculum recepero,
Non magus ipse, sed verus dei foret servulus.

359. Neque enim quod de vivo poteramus dicere,
Iam a nobis trucidatus iamque vere mortuus
Nunc ludificare suis nos valebit magicis.'

360. Cumque venisset ad locum et videret loculum,
Humi statim coram sancto provolutus tumulo
Voce magna coram cunctis clamavit astantibus:

361. 'O Christophore, non ficte Christi tui famule,
Ostende veri te verum dei esse famulum,
Ostende eius divinam nunc cunctis potentiam.

362. Ecce tuis ipse verbis nequaquam incredulus,
Devotus veni ad tuum ut iussisti tumulum:
Tu ut spopondisti, visum redde mihi pristinum,

363. Ut incolumis per Christum tuum factus dominum
Et ipse credam in eum verum dei filium
Et, quos actenus colebam, diis abrenuntiem.'

364. Dixit et lutum cum sacro eius fecit sanguine
Et cum fide invocato sacrosancto martyre
In Christi perunxit suos nomine ocellulos.

365. Nec mora, mox restaurato Christum credens lumine
[In Christum perfecte credens et in fide permanens]
Quem paganus inpugnavit, Christianus coluit,
Eum solum creatorem, eum dicens dominum,

366. Eum affore, qui ipsum convertit erroneum,
Eum se et prius pio castigasse verbere,
Et post correptum saluti reddidisse pristinae;

367. Ipsum sese abdicatis diis milleformibus
Solum deum habiturum, solum semper dominum,
Ipsum a sibi subiectis adorandum omnibus.

368. Tunc mox publice edictum proponi praeceperat,
Ut si quis Christum negaret, si quis deos coleret,
Bona eius publicanda pro hoc esse scelere,

357, 2 *f.* ueri *cf. 361, 2* esset VB_2, erit B_1 357, 3 extimauimus B_2 358, 1 hoc claret *V*, credere *B* 358, 3 foret *V*, fuit *B* 359, 2 iamque *V*, iamiam *B* 360, 1 et uid. loc. *V*, ubi erat positus *B* 361, 2 ueri VB_2, uere B_1, te ueri uerum m_1 *corr.* m_2 *V* 362, 2 iusisti B_1 362, 3 spopondisti, o *ex* u *corr.*, B_1 363, 1 incolomis *V* 363, 2 uerum *B*, dm̄ *V* 363, 3 hactenus B_2 364, 1 lu//tum B_1 364, 3 inunxit *V* 365, 1 restarato B_1 xp̄m credens lumine *V*, iusta uotum ocellulo B_1, iuxta uotum oculo *(ex* ocello *corr.)* B_2; *post 365, 1 B addit* In christum perfecte credens et in fide permanens *(perma//nens* B_1*)* 366, 1 *sic V*, Qui se ad uiam reduxit Uitae tam erroneum *B* 366, 2 *sic V*, Qui et ipsum prius pio castigasset uerbere *B* 366, 3 reddidisse *V*, reddidisset *B* 368, 1 Proponi// B_1 368, 3 eius *B*, ei et *V*

369. Ipsum quoque capitali plectendum sententia,
Nulla miseratione prorsus dignum affore,
Quia suum creatorem nollet deum credere.

370. Ita tota gens Syrorum conversa ad dominum
Primum credidit per sanctum martyrem Christophorum,
Dein libere per regem Christum coepit colere,

371. Qui cum patre atque sancto utriusque spiritu
In individua unus trinitate dominus
Vivit et regnat per cuncta saeculorum saecula.

369, 3 colere *B* 370, 3 Dein *V*, Deinde *B* per regem *V*, regem *B* 371, 3 Aṁ *add. V* Expl. passio sc̄i xp̄ofori B_2

CLI.

PASSIO IUSTINI MARTYRIS.

Passioni Christophori addo passionem Iustini pueri. Quae postquam anno 1563 a Hervagio nescio unde inter opera Bedae III 367 sq. recepta est, diutissime nemo dubitasse videtur, quin vir ille venerabilis auctor illius carminis putandus esset. Hanc opinionem falsam esse E. Carpentier in Actis Sanctorum Boll. Oct. VIII 326 luculentissime demonstravit. Sed idem graviore errore deceptus hunc rhythmum, cum et recentissimis libris manuscriptis saeculo quinto decimo non antiquioribus traditus et veteribus hagiographis velut Vincentio Bellovacensi, Iacobo de Varagine, aliis prorsus ignotus esset, saeculo XV compositum esse contendit. Quod ut refutemus, satis est commemorare codicem Treverensem saeculo XII exaratum esse.

Sed etiamsi codicem T non haberemus, non dubitarem auctorem poetis aevi Carolini[1] *adscribere. Multis sane argumentis ad antiquiora illa tempora revocamur, quae in adnotationibus fusius tractata hic breviter complecti libet: 1. Concentus clausularum atque etiam assonantia saepissime deest cf. ad 1, 1. 2. Hiatus numquam evitatur. 3. Vocabulorum dactylice exeuntium usus frequens est. 4. Tempora perfectum, imperfectum, plusquamperfectum (in indicativo et coniunctivo) non distinguuntur, pro imperfecto saepe plusquamperfectum ponitur cf. ad 9, 1 et 22, 2. 5.* dum *cum indicativo et coniunctivo pro* cum *usurpatur cf. ad 49, 2. 6.* eu *dipthongus bisyllaba est v. 101, 1. 7.* Ipse *notionem habet pronominis demonstrativi cf. ad 47, 2. 8.* fore *pro* esse, haberi *pro* esse, affore *pro* adesse, habitantes essent *(59, 3) pro* habitarent *usurpatur. 9. Forma* lampada, lampadae *str. 63, 3 antiquioribus temporibus magis convenire videtur quam recentioribus. Haec aliaque quae afferre piget argumenta satis firma esse confido, quibus nisus incerti auctoris incertae aetatis rhythmum huc ponam.*

In hac re me vere iudicare eo confidentius credo, quod cum Narbeio consentio, qui aliis causis permotus de eodem tempore cogitat Supplément aux Acta Sanctorum, Paris 1901, II 110 sq. 'Cette vie métrique, dont il (Bède) passe pour être auteur, est apparemment une production des lettrés de l'époque de la renaissance Carlovingienne.'

De controversia gravissima, quae necessitas intercedat inter Iustinum puerum et Iustum puerum martyres, docte egerunt E. Carpentier in AA. SS. Oct. VIII 323 sq., Soller, AA. SS. Aug. I 30 sq., Narbey l. c. II 110 sq. Atque id quidem constare censeo, acta Iusti pueri atque passionem Iustini i. e. hunc rhythmum arctissima necessitate inter se coniuncta esse. Quod quo clarius intellegi possit duabus narrationibus inter se comparatis, in calce rhythmi Acta Iusti, quae Narbey l. l. 110 sq. ex cod. lat. bibliothecae nationalis Parisiensis n. 12598 s. VIII edidit, adieci passim variis lectionibus ex codicibus recentioribus s. X

1) *Iam inde a saeculo IX celebrem fuisse s. Iustinum puerum martyrem in vico Lupera docuit C. Soller AA. SS. Aug. I 30.*

et sq. (AA. SS. Aug. VIII 338 sq.) exhibitis[1]. *Quaeritur utrum passio a rhythmo pendeat an rhythmus multis ex passione Iusti ad sanctum Iustinum adaptatis compositus sit. Atque mea quidem opinione omnino dubium esse non potest, quin passio Iusti genuina sit, rhythmus illa passione Iusti depravata et interpolata compositus sit. Duos locos affero: postquam pater cum filio ad Lupum venit, illo interrogante in passione pater respondet* Christiani sumus *e. q. s., in rhythmo str. 57 pater quasi muta persona adstat, puerulus novem annorum patris vice rem agit. Etiam stultius est, quod in rhythmo str. 83 sq. poeta narrat: Iustinianus patre prorsus neglecto ad puerulum conversus* Si placet *inquit* consideamus. *Longe aptius in passione Iustinianus fratrem suum, sc. patrem Iusti alloquitur. His aliisque locis demonstrari mihi videtur poetam, quae in actis de Iusto puero invenit, in Iustinum transtulisse et, ut gloriam eius amplificaret quam maxime, miracula auxisse et exornasse.*

Praeter editionem Hervagianam **Ba** *ex ignoto quodam codice pendentem, quam posteriores*[2] *tantum repetiverunt, duos libros manuscriptos novi:*

T *= cod. 1159 bibliothecae civitatis Treverensis, olim sancti Albani, saeculo XII exaratus. Fusius descripsit G. Kentenich, Verz. d. Handschr. d. hist. Arch. d. Stadt Trier p. 228. Continet acta sanctorum, translationes etc. Passio Iustini exstat f. 45—54. Berolini contuli.*

B *= cod. 209 bibliothecae Bollandianae, saeculo XV. in monasterio s. Thomae et Nicolai de Bursfeldia exaratus, accuratissime descriptus ab Alberto Poncelet Anal. Boll. XXIV 444 sq. Fuit saeculo XIX Iohannis Baptistae Malon episcopi Brugensis. Continet vitas sanctorum, f. 98—100 passio Iustini exstat. Berolini contuli.*

Passio rhythmica etiam in prosam conversa ex cod. Bodecensi canonicorum regularium dioecesis Paderbornensis a P. Gamans descripta est cf. AA. SS. Aug. I 32. Sed hic liber ut videtur amissus nondum repertus est. Praeterea AA. SS. Aug. I 32 'vita metrica Belgice versa', ed. Antverpiae 1629 commemoratur, quam non vidi.

Codices T et B ex eodem fonte manasse opinor, 22, 2 uterque vocabulum confestim *omisit, 65, 1* plenus spiritu sancto *pro* plenus sancto spiritu. *Neque vero B ex T descriptus est, nam nonnulla, quae T omisit, in B servata sunt ut 43, 3* eam, *76, 1* sero *om. T, 27, 1 pro* transeunte T *in B recte traditur* transeundae. *Num TB et Ba ex eodem archetypo derivati sint, nescio; certe 11, 1 vox* quidam *(an* fuit*?) in TBBa tradita videtur esse delenda, cum hemistichium novem syllabarum pro heptasyllabo huius quidem rhythmi legibus repugnet.*

In orthographicis cum inter codices dissensio sit, rationem grammaticam secutus sum. Pro ae *T saepissime habet* ę, *B* e, *ego* ae *scripsi. Etiam scriptiones* gracia, puericia, martirium, elemosyna *et alia ab apparatu exclusi.*

---

1) *Altera passio s. Iusti pueri secundum tria legendaria Bellovacensia AA. SS. Oct. VIII 340 sq. nonnulla ex hoc rhythmo sumpsit cf. ad str. 120.* 2) *Giles, Bedae op. I 38. Soller, AA. SS. Aug. I 30.*

1. Quando Christus deus noster natus est ex virgine,
Edictum imperiale per mundum insonuit,
Quatinus totius orbis fieret descriptio:

2. Nimirum quia in carne tunc ille apparuit,
Qui in caelo universos electos ascriberet,
Quos sacrae commendavisset fidei professio.

3. Quam qui digne observarint cum bonis operibus,
Quae sunt velut quidam census domino amabiles,
Civitatis describuntur caelestis municipes.

4. Quos census uterque sexus, omnis aetas exhibet,
Ut testatur plurimorum martyrum exercitus,
Non solum constans ex viris, verum et ex feminis.

5. Nec aevo tantum maturi subibant martyrium,
Sed et multos propter Christum et fidem catholicam
Legimus fuisse passos in aetate tenera.

6. Ex quibus sanctus Iustinus, novennis puerulus,
Qualiter per passionem migrarit ad dominum,
Sequens textus demonstrabit scire cupientibus.

7. Dum crudelis Diocletianus Romani imperii
Simul cum Maximiano teneret monarchiam,
Talis est in Christianos mota persecutio,

8. Ut darentur ad poenarum universa genera,
Ubicunque apprehendi aliquem contingeret,
Quem huius professionis obligaret titulus.

9. Et ne quisquam potuisset contutari latebris,
Ubique componebantur hoc modo insidiae,
Quae euntes compulissent in ius idolatriae.

Passio s. Iusti. *Narbey, Supplément aux Acta Sanctorum II 111 sq.*

Tempore illo cum dominus omnipotens sanctorum numerum multiplicari permitteret . . . igitur Iustus cum esset IX annorum et Iustinianus avunculus eius fuisset ductus captivus, ait puer ad patrem suum Ius-

---

CLI *Tit.* Passio sc̄i Iustini martr̄ *T*, Incipit passio sc̄i Iustini mr̄is *B*, Sancti ac beatissimi Iustini martyris passio *Ba* 1, 3 quatinus *TB*, quatenus *Ba* 2, 1 in carne t. i. *TBa*, tunc ille in carne *B* 2, 2 in cęlo *TBa*, in celis *B* 3, 1 obseruarint *Ba*, obseruauerint *TB*, *sed clausulae in hoc rhythmo purae sunt!* 4, 1 census *TBa*, sensus *B* omnis aetas *TBa*, omnisque actus *B* 4, 2 exercitus *usque ad 5, 1* martirium *omissa in margine scripta sunt B* 7, 1 dioclitianus *T* 8, 2 apprehendi *BT*, comprehendi *Ba* 8, 3 oligaret *B* 9, 3 ydolatrię *T*

CLI *Schema* 8 ⏑ – + 7 ⏑ –, *prius hemistichium v. 36, 3. 97, 3. 99, 3 novem syllabarum est, alterum v. 60, 3. 75, 3 octo syllabarum, sed his locis dubitaveris, an poeta elisionem admiserit. Hiatus multi. Clausulae purae. Assonantia rarissima.* 3, 2 *coniungas* census amabiles *cf. 4, 1* quos census. 7, 1 *nomen* Diocletianus *cum duplici synicesi videtur legendum esse.* 8, 1 *cf. 94, 3* ad poenarum genera. 9, 1 ne quisquam potuisset *pro* posset: *in temporum usu poeta valde vacillat cf. 9, 3* compulissent : compellerent. *48, 3* ut coeptum iter egissent : agerent. *59, 2* fuissent : essent. *73, 2* si quid forte voluisset : vellet *(74, 2), 87, 2* aliquis si venerit *(veniat?). 90, 3* potuissent : possent. *de indicativo cf. ad 22, 2.*

10. Non illis emendi quicquam aut vendendi copia,
Nec ipsam haurire aquam dabatur licentia,
Antequam turificarent detestandis idolis.

11. Ea tempestate fuit praefectus in Gallia
Perfidus, ferox, inmitis, Christi nomen odiens
Et in Christianos furens, Rictiovarus nomine.

12. Quem cum supra nominati principes dirigerent,
Ut sanctos persequeretur positos in Gallia,
Cupidus caedis sanctorum protinus efficitur.

13. Et ingressus civitatem, Basileam nomine,
Qua suos cursus in Rhenum infert Ara fluvius,
Multos ibi Christianos dimergi praeceperat.

14. Sic per loca universa edictum dat impium,
Ut nullus Christianorum sineretur vivere,
Quibus vitam statuebat per tormenta adimi.

15. Erat ea tempestate in Autissiodoro
Quidam vir bonus et iustus, Matheus vocabulo,
Illique Iustinianus et Iustinus filii.

16. Sed Iustinianus ortu carnali praecesserat,
Iustinus vero aetate morum anteierat,
Per vitam inmaculatam senectutem induens.

17. Qui in brevi consummatus longa explet tempora,
Meritorum eius laude manente in secula,
Quia placuisse deo eius constat animam.

18. Hic antequam nasceretur, frater eius senior,
Iam dictus Iustinianus, capitur ab hostibus
Atque a domo paterna longius abducitur.

19. Beatus vero Iustinus mox a pueritia
Rebus animum divinis incessanter dederat,
Profectum cotidianum dante dei gratia.

20. Qui cum polleret virtutum donis spiritalium,
Inter caetera hoc primum illi deus contulit,
Ut haberet futurorum saepe praescientiam.

21. Tum per revelationem a deo instruitur
De fraterna servitute et de eius domino,
Qui appellabatur Lupus, Ambianis habitans.

tinum: 'Pater mi, visionem vidi eo quod Iustinianum avunculum meum homo bonus Lupus nomine in Ambianis civitate ad servitium suum retineat.' Dicit pater ad filium: 'Fili, quid sumus ergo facturi?' Et dum

---

11, 1 *fuit quidam praefectus in Gallia *BaTB*, quidam *delevi, ut versus septem syllabarum esset, quamquam vox* quidam *a poeta adamatur cf. 3, 2. 15, 2. 47, 1. 52, 1. 53, 2; an* fuit *delendum est?* 11, 2 perfedus m_1, *corr.* m_2 *B* 11, 3 Riciovarus *Ba* 13, 2 renum *B* 15, 1 autissiodoro *TB*, autisiodoro *Ba* 17, 1 consummatus *BBa*, consūmatis *T* 19, 1 mox, x *in ras.* m_2, *T* 20, 2 *sic TBa*, hoc illi deus primum *B* 20, 3 *sic TBa*, futurorum "presenciā "sepe *B*

12, 2 positos: *cf.* constituti *72, 1 et ad passionem Christophori str. 46, 2.* 16, 3 senectutem: *cf. e. g. Hrots. Gong. 44 sq.*

22. Cum hoc illi revelatum fuisset a domino,
Patri suo hoc narrare confestim studuerat,
Ad redemptionem fratris hortans iter arripi.

23. Ad quod illi pater eius taliter responderat:
'O', inquit, 'fili, ignoro, qua sit eo transitus,
Et propter hoc quid agamus me nescire fateor.

24. Tunc sanctus puer Iustinus animo accenditur
Atque omnem peragrabat mox Autissiodorum,
Sicubi reperiretur dux eis itineris.

25. Sed cum non inveniretur, qui quaesitus fuerat,
Reversus puer beatus hoc patri annuntiat,
Dicens tamen non cessandum esse ab itinere.

26. 'Nos', inquit, 'pergamus, pater, Christo nobis comite,
Qui non sinet nos fraudari nostro desiderio,
Quod de redimendo fratre habemus in animo.

27. Sed et transeundae nobis Christo viae praeduce
Nihil nobis adversatur, nil erit contrarium,
Quin illaesi ambulemus, redeamus sospites.'

28. Ad hos filii affatus ista pater reddidit:
'Possem', ait, 'ego forsan, o fili dulcissime,
Sustinere iter tantum, qui sum fretus viribus;

29. Tibi autem, cum sis puer, ut non possis, timeo;
Ne forte teneritudo laesa tui corporis
Fatigatum te, quod absit, faciat deficere.

30. Respondens sanctus Iustinus patri suo retulit:
'Famulus', ait, 'sum Christi, in quo me confidere
Et me illi commendare semper, pater, noveris.

31. Eamus ergo in eius adorando nomine,
Illi totum committentes effectum itineris,
Et quod illi inde placet, sit nobis amabile.'

32. Adquievit pater istis hortamentis filii,
Assumptisque ad hoc iter sibi necessariis
Proficisci mox coeperunt de Autissiodoro

ipsi Iustinus Autissiodorae civitatis et pecuniam offerret, *(v. l.* quaereret Autisiodoro in civitate pecuniam offerre, ut*)*, ut hominem inveniret, qui cum eodem ad ipsum Iustinianum inquerendum accederet, et non inveniebat, dixit Iustus: 'Pater mi, ego disponam tecum accedere.' At mater eius Felicia ⟨dixit⟩: 'Fili Iuste, quomodo potes iter tam longe adgredi, et ne forte aliquid tibi contingat?' Qui respondens dixit: 'Si deus iubet, vadam, et si illi placu⟨er⟩it, revertar.' Et ait ad patrem suum: 'Leva pecuniam et accipe buccellam

---

22, 2 confestim *Ba, om. TB* studuerat *TBa,* studuit *B* 24, 2 autisiodorum *BaT,* mox autissiodorum *om. B* 24, 3 dux eis *TBa,* eis dux *B* 26, 2 nostro desiderio *TBa,* des. n. *B* 27, 1 transeundae *BBa,* transeunte *T* xp̄o uiae pr. *TBa,* uie xp̄o pr. *B* 27, 2 nil *Ba,* nichil *TB* 27, 3 et redeamus *B* 28, 3 iter tantum *BBa,* tantum iter *T* 29, 1 Tibi *TBa,* Tu *B* 29, 3 quod absit *BT,* quod abs te *Ba* 30, 1 retulit *TBa,* ait *B* 30, 2 ait sum *BBa,* sum ait *T* 31, 3 placet *TBa,* placeat *B* 32, 3 mox *om. B* Autisiodoro *Ba,* autissiodoro *B,* autissiodero *T*

22, 2 studuerat: *cf. 13, 3. 23, 1 etc. et ad rh. VIII 8, 4; codex B pro plusquamperfecto saepe posuit perfectum velut 46, 1.*

33. Et cum dies declinare coepisset ad vesperam,
In Milidonensi castro recepti hospitio
Quieverunt sub eiusdem ibi noctis spatio.

34. Quibus ad portam castelli pauper quidam obviat,
Qui et claudicabat gressu et visu caruerat,
Quem atra vexabat fames, pariter et nuditas:

35. Cui ut innotescebat Iustini praesentia,
Mendicabat, ut donaret illi elemosinam,
Quo paene extortam fame recrearet animam.

36. Tunc beatus puer suo genitori suggerit
Alimentum fore dandum eidem famelico,
Obtentoque a patre victu emendat esuriem.

37. Ipse vero sua sese tunica expolians
Nuditatem eius simul operire studuit,
Geminum praebens egenti taliter auxilium.

38. Tunc adversus illum pater motus aliquatenus
Increpare coepit eum, quare ita fecerit,
Eiusque tam pium factum vocabat dispendium.

39. 'Non', inquit sanctus Iustinus, 'hoc voca dispendium,
Propter quod beatitudo nobis repromittitur
Spiritu sancto dicente per David psalmographum:

40. Felix, qui super egenum intendit et pauperem,
Quoniam in die mala deus eum liberat,
Sed nec ab auditu malo timere compellitur.

41. Mala reprobis est dies in die iudicii,
Cum ad aeternum dampnantur a deo interitum,
Arsuri igne aeterno una cum diabolo.

42. A malo timent auditu, quibus in iudicio
Vox a tribunali Christi sonat terribiliter:
Ite a me maledicti in ignem perpetuum.

et iter quod disposuimus Christo presule ambulemus.' Qui circa horam tertiam de urbe Autissiodore egredientes sic contigit, ut ad Melledunum *(v. l.* Milidonem, Melodunum*)* castrum, cum dies declinaret ad vesperam, venerunt, ubi caecus et claudus ad portam eiusdem castri clamabat dicens: 'O beate Iuste, refice animam meam, quia patior iniuriam famis.' Dicit puer ad patrem suum: 'Tolle buccellam et refice eum'; et ipse insuper expolians se vestimento suo induit pauperem et pater eius coepit illum increpare. Qui respondens dixit: 'Scriptum est enim: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem; in die malo liberabit eum dominus.'

33, 2 ospicio *T* 34, 1 obuiat *TBa*, obuiauit *B* 34, 2 caruerat *TBa*, carebat *B* 34, 3 Quem *TBa*, Quemque *B* 35, 3 extortam *BBa*, exortam *T* 36, 1 *sic TBa*, beatus iustinus puer genitori suo sugerit *B* 37, 1 sese *TBa*, se *B* expolians *TBa*, exuens *B* 38, 1 illum *TBa*, eum *B* 39, 3 psalmographum *TBa*, psalmigraphum *B* 40, 2 quoniam *(quō T) TB*, quomodo *Ba* illa *BT*, mala *Ba* liberat *in margine addidit* m_1 *T* 42, 3 perpetuum *TBa*, eternum *B cf. 41, 3 et Matth. 25, 41*

33, 3 sub n. sp.: *cf. 75, 2* sub ipsis nocturnis horis. 40, 1 *ps. 40, 2* Beatus qui intelligit super egenum et pauperem; in die mala liberabit eum dominus. *(Sophonia 1, 15* dies irae dies illa*)* 41, 3 *Matth. 25, 41* discedite . . in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. 42, 3 *Matth. 25, 41.*

43. In hac autem die mala, qua dampnantur impii,
Liberari promeretur, qui dat elemosinam,
Ut non eum ille malus auditus perterreat,

44. Sed magis dicatur ei ore Christi iudicis,
Ut accedat regno dei propter elemosinas,
Fratribus quas ipse Christi inpendebat minimis.

45. Vides', inquit, 'pater, quanto bono conpensabimus,
Dum ex his, quae nos habemus, subvenimus inopi,
Et idcirco, quod mendico datum est, non querere.'

46. Igitur in Milidone noctu requieverant;
Facto mane iter suum protinus accelerant,
Et Christo eos ducente venerunt Parisium;

47. Ubi a quodam excepti nomine Hippolyto
Ipsi omnem prodiderunt causam, pro qua venerant,
Scilicet quia captivum fratrem suum quaererent.

48. Proinde satis humanus fit eis Hippolytus,
Et cum eos refecisset, in pace dimiserat,
Ut coeptum iter egissent cum dei auxilio.

49. Tunc illi profecti flumen attingebant Iseram,
Et dum transire per illud ipsos oportuerit,
Non inveniebant illic aliquam naviculam.

50. Quod cum moleste tulisset pater sancti pueri,
Ipse beatus Iustinus demonstratum coelitus
Conturbato genitori protulit praesagium.

51. 'Quamvis', ait, 'nunc in promptu non adsit navigium,
Non est tamen anxiandum nobis de itinere,
Quia mihi est a Christo ostensum solatium.

52. Quidam enim homo nobis cum navi appropiat,
Cuius nobis impendetur incunctanter commodum,
Ut transire valeamus hunc praesentem fluvium.'

Et mane exeuntes iter carpere coeperunt, accedentesque Parisius civitatem invenerunt ibi hominem optimum nomine Apolitem *(v. l.* Hypolithum, Ippolitum*)*, qui interrogavit eos, ex qua provincia essent. At illi dixerunt: 'De civitate Autesiodorense et captivum querimus.' Et ait ad eos: 'Accedite ad domum meam et ego reficiam vos vino et sicera.' Qui cum saturati fuissent, coepto itinere venerunt ad flumen Isera, sed navem non invenientes, ait Iustus ad patrem suum: 'Ecce iubente dei misericordia quidam homo cum nave descendit. Rogemus eum, ut ipse nos ultra transponat.' Et dum illi loquerentur, ipse cum nave advenit et dixerunt ad eum:

43, 2 promeretur *in marg. scripsit* m_1 *B* 43, 3 eum *om. T* *str. 44 om. B* 44, 1 ei *Ba, om. T* 45, 1 cōpensabimus *TBa,* recompensabimur *B* 45, 3 quaerere *Ba* 46, 1 requieuerant *TBa,* quieuerunt *B* 46, 2 facto *TBa,* factoque *B* protinus accelerant *TBa,* acc. pr. *B* 47, 1 nōīe ipolito *in marg. scripsit B* ypolito *T* 48, 1 ypolitus *T,* ipolitus *B* 48, 2 refecisset *B* dimiserat *TBa,* dimisit *B* 48, 3 egissent *TBa,* agerent *B* 49, 1 iseram *BBa,* yseram *T* 49, 2 transire per illud *TBa,* p. i. tr. *B* oportuerit *TBa,* oporteret *B* 51, 1 promptu *TBa,* ꝑmptū *B* 51, 2 tamen *om. B* 52, 1 appiat *B* 52, 3 praesentem *om. B*

44, 2 *Matth. 25, 34. 40.* 45, 3 querere *i. e. beklage.* 47, 2 ipsi = *ei cf. 55, 2. 58, 1 etc.* 48, 1 satis: *cf. 55, 1.* 49, 2 dum *c. coni: cf. 68, 1. 111, 2. 124, 1.* 52, 2 commodum: *cf. 55, 3.* 52, 3 hunc praesentem: *cf. 88, 3.*

53. Cum adhuc puer parenti loqueretur talia,
Ecce quidam nauta venit cum sua navicula,
Sicut sanctus praedicebat in praesago spiritu.

54. Tunc accedentes ad illum, qui cum navi venerat,
Se petebant adiuvari, ut transirent fluvium,
Navigationis iustum offerentes pretium.

55. Nauta igitur petita satis prompte annuit,
Ipsis vero naulum dare debitum volentibus
Non accepit ille quicquam, gratis praestans commodum.

56. Illi autem properantes Ambianis veniunt
Inquiruntque domum Lupi, fratris sui domini.
Qua mox inventa ad illum preces ferunt supplices.

57. Quem prior sanctus Iustinus his affatur vocibus:
'Venimus ad tuam', aiens, 'o Lupe, clementiam,
Ut captivum fratrem nostrum reddas nobis liberum.

58. Compertum est enim nobis ipsum sub te degere,
Et ad illum redimendum nostram substantiolam
Apportavimus donandam nunc pro tua gratia.'

59. Tunc Lupus, qui essent illi, coeperat inquirere
Didicitque, quod fuissent non ficti Christicolae,
Et quod habitantes essent in Autissiodoro.

60. 'Frater autem', aiunt, 'noster, propter quem huc venimus,
Et quem a captivitate conamur redimere,
Vocatur Iustinianus tuusque est domesticus.'

61. 'Ego', inquit Lupus, 'vobis praebebo hospitium
Et quos habeo ostendam omnes meos pueros,
Et, si frater vester hic est, redimatur pretio.

'Fac caritatem, ut nos transeas flumen, ut et (a nobis accipias naulum et *add. AA. SS.)* de nobis *(v. l.* animae tuae*)* adquiras remedium.' At ipse interrogavit, qui aut unde essent; et cum rationem panderent, quod captivum quererent, ipse transposuit eos ultra. Et ait puer ad patrem: 'Tolle buccellam et redde illi mercedem.' Sed ipse non requirens pecuniam concessit eis abire cum pace. Et ipsi quod coeperant exequentes proveniunt ad predictam urbem Ambianis et requirunt Lupum negociantem vel ubi esset domus eius. Et cum reperissent eum, dicunt ei: 'Parens noster ductus est in hanc regionem captivus, quem tecum domi esse audivimus.' Et ipse interrogavit, unde vel quis esset vel quod nomen haberet quem quererent. Ad haec Iustinus respondens dixit: 'Christiani sumus et cives Autesiodorenses, et frater meus, quem querimus, Iustinianus vocatur.' Et Lupus ait ad illos: 'Accedite ad domum meam et dabo vobis hospicium et ostendam vobis pueros meos, et, si cognoscitis eum, quem queritis, date pecuniam et reducite fratrem vestrum.' Et cum vespertina hora accessissent in domum Lupone *(v. l.* Lupi*)*, protulit eis duodecim

---

53, 1 aduc *B* 55, 2 debitum uolentibus *TBa*, u. d. *B* 56, 1 ambianis *TB*, Ambianos *Ba* 57, 3 "liberum "nobis *B* 58, 2 substantiolam *TBa*, substãciã *B* 58, 3 gratia *om. B* 59, 3 Autisiodoro *Ba* 60, 1 autem *om. B* 60, 3 est *om. B (recte?)* 61, 2 oms ostendam pueros *(*meos *om.) B*

57, 3 fratrem nostrum, *quia Iustinus loquitur. Similiter 110, 1 vox* parentes *de patre et fratre usurpatur; sed cf. ad illum locum.* 58, 2 substantiolam: *deminutiva secundum morem temporis frequentius poeta posuit cf. 49, 3 et 53, 2* navicula, *112, 2 et 114, 3* corpusculum *etc.* 59, 2 non ficti Christicolae: *cf. pass. Christoph. 92, 2.*

62. Igitur cum domum Lupi introissent vespere,
Demonstravit eis suos duodecim pueros,
Inter quos non est inventus ille, quem quaesierant.

63. Beatus vero Iustinus oculos circumferens
Vidit quendam extra ipsos assistentem puerum,
Cuius manibus accensa ferebatur lampada.

64. Hic erat frater Iustini gloriosi pueri;
Captus tamen ante eius natalis exordium
Nunquam ante tempus illud ei visus fuerat.

65. Beatus vero Iustinus plenus sancto spiritu
Nullo homine docente hactenus incognitum
Eundem germanum suum agnovit continuo.

66. Enimvero mens sanctorum, dum adhaeret domino,
De internis et occultis ab eo instruitur,
Res ignotas edocetur spiritu prophetico.

67. Ostendit hoc liber acta narrans apostolica,
Ubi legitur frequenter 'dixit sanctus spiritus'
Sive Petro sive Paulo seu cuique discipulo.

68. Hoc modo sanctus Iustinus fratrem dum agnosceret,
Lupo, qui eum tenebat, confestim hoc prodidit
'Meus', inquiens, 'est frater, qui fert manu lampadam.

69. Pro hoc redimendo ad te pater meus venerat,
Tu nobis ut promisisti hinc esto benivolus,
Ut germano comitati repetamus propria.'

70. His auditis frater eius redditur attonitus,
Quod ab eo nunquam visus taliter sit cognitus;
Qui adfuerant, mirantur super re insolita.

71. Gratulabantur fideles, gaudentes in domino,
Atque pro tanta virtute deo agunt gratias
Et cum laude Christi nomen frequenter ingeminant.

72. Erant ibi in eodem constituti tempore
Homines Rictiovari, supradicti iudicis:
Qui ut eos Christianos esse recognoverant,

pueros suos. Sed dum inter eosdem non fuisset repertus, aspiciens Iustinus vidit Iustinianum, quem querebant, lampada ignis tenentem. Et dicit Iustus: 'Ecce parens noster, qui lumen accendit.' Qui ait eidem: 'Unde me nosti, quia ego in regionem nostram natum ⟨te⟩ non vidi?' Et dum haec loquerentur, erat ibi miles e iunioribus Recioferi tyranni, qui surgens maturius protulit hanc fabulam ad ipsum tyrannum dicens:

64, 2 eius natalis *TBa*, nat. e. *B* 64, 3 Et nunquam *B* 65, 1 sancto spiritu *Ba*, spū sc̄o *TB* 65, 2 actenus *T* 66, 3 edocetur *om. B* 67, 1 *sic TBa*, liber actus ap̄lorum *(narrans om.) B* 67, 2 sanctus sp. *TBa*, sp̄s sc̄s *B* 68, 2 hoc *om. B* 69, 1 ad te *om. B* uenerat *TBa*, uenit *B* 69, 2 promisti, *ss. m*$_1$, *B* hinc *TBa*, huic *B* 70, 3 Et qui affuerant *B* mirantur *TBa*, mirabantur *B* 71, 3 ingeminant *ex correctura (fuitne* ingemunt*?) B* 72, 1 Erant *BBa*, Erat *T* 72, 2 rictiouari *T*, rictionari *B*, retiarii *Ba* 72, 3 recognoscunt *B*

63, 3 lampada, *68, 3* lampadam *cf. Archiv f. lat. Lexicogr. III 507.* 65, 1 plenus s. spiritu: *cf. act. ap. 7, 55.* 67, 2 *cf. act. apost. 7, 31. 8, 29. 13, 2 al.* 67, 3 cuique *i. e. alicui.* 71, 3 *cf. 135, 1.* 72, 1 constituti: *cf. ad 12, 2.*

73. Conciti adnuntiarunt illud suo domino,
Si quid forte voluisset de ipsis praecipere
Iuxta leges promulgatas adversus Christicolas.

74. Tunc misit confestim iudex, qui eos adducerent.
Quos, si noluissent sequi, iussit claudi carcere,
Donec opportune possent praesentari sibimet.

75. Interim Lupus, qui illos suscepit hospitio,
Sub ipsis nocturnis horis eos excitaverat
Et abire hortabatur inde ante diluculum.

76. 'Adfuerunt sero', inquit, 'hic praefecti homines,
Qui ut esse Christianos vos primum compererant,
Nuntiare hoc praefecto festini abierant.

77. Fratrem ergo, quem quaesistis, vobiscum adducite,
Redemptionis a vobis pretium non exigam,
Tantum fugitote istinc a persecutoribus.'

78. Illis sicut hortabatur profectis velociter
Supervenerunt ab ipso destinati iudice,
Qui, si invenire possent, ipsos conprehenderent.

79. Et cum non invenirentur, qui quaesiti fuerant,
Regressi sunt ad praefectum, quos illuc direxerat,
Narrantes quod iam digressi ab hac domo fuerint.

80. Tunc praefectus iubet, cito equites ut quatuor
Insequi eos studerent cursu velocissimo
Atque ad suum tribunal mox eos adducerent.

81. Si reniterentur quicquam, iussit eos perimi.
Igitur arreptis equis insequuntur propere,
Quo sanctus puer Iustinus cum suis tetenderat.

82. Locus habetur antiquus Lupera cognomine,
Ad quem cum appropinquarent, non longe abfuerant
Ipsis a praefecto missi crudeles carnifices.

'Sunt quidam homines in urbe Ambianis magnis artibus dicentes *(v. l.* magicis artibus dediti*)*, qui se Christianos fatentur. Quid faciendum de eis est?' Tyrannus dixit: 'Ambulate citius et servate mihi eos, et, si venire contempserint, in custodia recludantur, quousque nostris obtutibus praesententur.' Quod prius Lupus noscens tempore *(v. l.* nocte temporis, noctis tempore*)* dixerat ad eos: 'Fugite et accipite hominem vestrum et pecuniam vestram, ne forte iudices *(v. l.* iudicis praefecti*)* vos comprehendant.' Et cum ministri praefecti ita nuntiassent, quod ipsi de praedicta urbe discessissent, dicit eis tyrannus: 'Surgite quattuor pueri cum equis et sequentes eos coacti revertantur et, si contradixerint, interficiantur.' Qui cum eosdem insecuti fuissent, repererunt eos

---

73, 1 adnuntiarunt *TBa*, añūciauerunt *B* 73, 2 de ipsis *om. B* 73, 3 promulgatas *B* 74, 3 *(et 83, 2)* oportune *TB* sibimet *TBa*, sibi *B* 75, 2 excitauerat *TBa*, excitauit *B* 75, 3 *f.* *hinc? 76, 1 sero *om. T* 76, 3 abierant *T*, abierunt *BBa* 77, 1 adducite *sic codd.* 77, 2 *sic TBa*, redēpcionis p̄ciū a uobis nō exigā *B* 79, 1 ñ *ss.* m_1 *T* 79, 3 ab hoc domo *T* 80, 2 eos *om. B* 80, 3 tribunal *om. B* eos *om. B* adducerent *TBa*, adducere *B* 81, 1 reniterentur *TBa*, renuerēt *B* 81, 3 puer *om. B* retenderat *B* 82, 1 habetur *BBa*, habebatur *T* 82, 2 appropinquarent *TBa*, appropinquassent *B*

74, 3 sibimet: *cf. 108, 3. 130, 1.* 75, 3 *elisio?* 76, 3 nuntiare abierant: *cf. 84, 1* consideamus frangere, *90, 2* transmiserat comprehendere. 77, 1 *cf. Timoth. II 4, 11* et adduc tecum. 82, 1 habetur: *cf. 93, 3. 121, 3.* 82, 3 *cf. 89, 3.*

83. Tunc Iustinianus sanctum Iustinum alloquitur:
'Opportunitatem', ait, 'istic cernis affore,
Qua aqua possit hauriri et nos cibo refici.

84. Si placet, consideamus parum panis frangere
Atque aquae haustu sitis ardorem extinguere,
Sicque postea valemus proficisci melius.'

85. Cui beatus Iustinus iam futura praesciens:
'Si gustare', inquit, 'istic aliquid disponitis,
Erit vobis hoc omnino faciendum citius.

86. Ecce enim appropinquant huc legati iudicis,
Qui nos, si valebunt, debent iudici adducere
Et ad poenas subeundas eidem contradere.

87. Vos ergo precor, si vultis, festinate, refici,
Ego astans speculabor, aliquis si venerit,
Qui insidietur nobis ex mandato iudicis.

88. Et si quisquam ad hoc nobis forte supervenerit,
Ego colloquar cum illo: at vos ingredimini
Et in praesentis speluncae antro vos abscondite.'

89. Ista prophetali more puer sanctus loquitur,
Cum ecce mox adimplentur ipsius eloquia,
Quae praedixit de transmissis sibi carnificibus.

90. Etenim inter loquendum apparebant quatuor,
Quos transmiserat praefectus eos comprehendere,
Vel, si hoc non potuissent, tunc eos occiderent.

91. Quibus visis se in antrum ceteri abripiunt,
Beatus vero Iustinus consistit intrepidus,
Ad martyrii a Christo destinatus gloriam.

92. Ad quem ministeriales accedentes iudicis
Sciscitantur, quis fuisset, quae eius professio,
Quive vel ubi fuissent, quos habebat socios.

93. Quibus ille referebat omnia per ordinem,
'Ego', inquiens, 'Iustinus appellatus nomine,
Christianum me haberi exultans profiteor.

ad fontem Sirica, quod etiam rivolus vocatur Arasia *(v. l.* Arausia, Aragga*)*.' Et ait prius Iustinianus ad fratrem suum: 'Modice requiescentes, dum oportunitatem aquae habemus, cibum sumamus, ut melius iter carpere possemus.' Et Iustus dicit ad eos: 'Edite celerius, quia imperator persequentes dirigit ibi ex iunioribus suis cum equis velocibus, qui nos reducere aut interficere debeant. Et dum vos cibum capitis, ego aspiciam, et si videntur venire, ego loquar cum eis; et vos accedite in spelunca et abscondite vos.' Cum haec loquerentur, aspiciens a longe vidit eos venientes, et ipsi parentes sui abstulerunt se in atrium speluncae. Et accedentes ministri Recioferi interrogaverunt Iustum, ubi erant parentes eius vel quibus dis sacrificarent. At ille

---

83, 2 affore *B* 83, 3 quia *B* 84, 2 sitis ardorem *TBa*, ardorem sitis *B* 85, 2 aliquit *B*
disponi, *ss. m*$_2$, *T* 88, 1 *sic TBa*, Et quisnam ad hoc si nobis *B* 88, 2 at *TBa*, ac *B* 90, 2 *sic TBa*,
pfectus trāsmiserat *B* 92, 3 habebat *TBa*, habet *B* 93, 1 ille ille referebat *B*

88, 3 praesentis: *cf. 52, 3.* 93, 1 referebat per ordinem: *cf. 125, 1.*

94. At quia persecutores huius estis nominis,
Ob hoc prodere non possum meos vobis compares,
Ne propter me subigantur ad poenarum genera.'

95. 'Nisi', aiunt, 'illos nobis citius prodideris,
Nostro scias iugulandum te iam fore gladio,
Tam quod abnuis haec nobis, quam quod es Christicola.'

96. Respondens sanctus Iustinus dixit carnificibus:
'Repromittit quidem sanctum nobis evangelium,
Ut, qui propter Christum suam animam perdiderit,

97. In vitam aeternam vere eandem custodiat,
Et idcirco poenas pati pro illo non timeo,
Dilectu eius malens mori quam offensa vivere.

98. Quod vero iubetis a me prodi meos compares,
Nihilominus hoc sanctum vetat evangelium,
Ipso domino monstrante, quod hoc nollet fieri.

99. Nam quando in passione, quam pro nobis pertulit,
Suos ipse est exactus prodere discipulos,
Minime eorum delator voluit existere,

100. Sed cum comprehenderetur a persecutoribus,
Praecepit, ut sinerentur abire discipuli,
Ne quemquam, ut iam praedixit, ex eisdem perderet.

101. Nunc itaque noveritis neutrum me facere,
Ut vel Christi nomen sanctum metu mortis abnegem
Sociosve meos prodam contra evangelium.'

102. Adversum haec documenta irascuntur nuntii
Mutuoque adhortatu necem sancto praeparant,
Quos vel parum expectare vetat iracundia.

103. Itaque evaginato demum unus gladio
Amputavit caput eius ceteris hortantibus.
Sic cum gloria et laude martyr caelos subiit

104. Duplici proprietate duplex habens bravium,
Quod et in confessione Christi perduraverit
Et usque ad mortem suos proximos dilexerit,

Christianum nomine se respondit et parentes suos prodere noluit. Dicit ad eum *(v. l.* dicit alter ad alterum*)*: 'Educ gladium et amputa caput eius et servemus eum regi *(v. l.* feramus illud praefecto*)*.' Et cum caput eius

---

94, 1 At *TB*, Et *Ba* persecutores *TBa*, persecutor *B* 96, 2 *sic TBa*, scm̄ euangeliū nobis *B* 97, 3 dilectu eius *Ba*, dilecto *(in ras. m_2)* eius *T*, dilecto eo *B* mallens *B* offensa *T*, offenso *B*, offense *Ba*, 98, 3 monstrante *TBa*, demonstrante *B* hoc nollet *TBa*, nollet hoc *B* 99, 2 ē *ss. m_2 T* 100, 1 Sed *TB*, Et *Ba* 101, 1 ne utrum *B* 101, 3 meos *BBa*, uos *T* 103, 1 unus, n *in loco raso, B* 104, 1 ꝑpietate *BT* duplex *TBa*, duplum *B* 104, 2 in *om. B*

94, 2 compares: *cf. 98, 1.* 96, 3 *sq. cf. Ioh. 2, 25* qui amat animam suam, perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. *Luc. 9, 24 Matth. 10, 39.* 100, 1 *sq. Ioh. 18, 8* respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quaeritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam *(sc. Ioh. 17, 12)*. 101, 1 noverítis: *cf. pass. Christoph. 98, 1* noluerítis. neütrum: *cf. ad rh. IV 15, 1.*

105. In ipso praeceptis Christi delectatus dulcibus,
Quod nos iussit ante illos nihil fore timidos,
Qui occidunt corpus istud textum venis languidis;

106. In hoc a sancto Iohanne suasus apostolo,
Qui sicut Christus pro nobis animam posuerat,
Sic dicit et nos debere facere pro fratribus.

107. Proinde ad declarandum, quantae esset gloriae
Idem venerandus martyr occisus pro domino,
Gloriosum demonstratur protinus miraculum.

108. Amputato enim eius sacrosancto capite
Corpus truncum hoc in suis manibus accipiens
Ante suimet lictores steterat inmobile.

109. Cuius mox obstupefacti terrore prodigii
Fugiunt persecutores non ausi subsistere,
Cum sanctum viderent tantum facere miraculum.

110. Parentes vero ipsius egressi de latebris
Vident sanctum corpus eius consistens inmobile,
Miratique, quod abscisum caput ferret manibus,

111. Varia in mente versant de eius martyrio,
Dum talis eis gaudere censuisset gloria
Et rursum flere de illo natura suggereret.

112. Maxime tamen de illo fiunt inde anxii,
Qua sepeliendum esset sacratum corpusculum,
Mutuaque inde sibi conferunt colloquia.

113. Quae cum agerent diversa motione animi,
Caput beati Iustini, quod gestabat manibus,
Mirum dictu, coepit illos absolute alloqui

114. Et docens de sepultura sui eos corporis:
'Euntes', inquit, 'ad locum, qui Lupera dicitur,
Atque meum sepelite ibidem corpusculum.

fuisset abscissum, corpus erigens se stetit diu inmobile et accipiens caput in manibus suis et portavit eum in atrium suum et oravit anima eius ad dominum deum suum: 'Domine deus meus, pater coeli et terrae, recipe spiritum meum, quia innocens ego sum et mundus corde. Et cum vidissent ministri mirabilia magna, que fecerat corpus eius, perterriti timuerunt valde timore magno. Fugientes renunciaverunt Riciofero tyranno, qualiter eis haec facta fuerant. Et cum parentes beati Iusti, qui retrusi erant in spelunca, audissent orationem, quam ipse ad dominum deum suum fuderat, recedentibus persecutoribus egredientes foras videntes cadaver eius sedentem et caput suum tenentem, et dicit Iustinus ad fratrem suum Iustinianum: 'Quid faciemus de hoc corpus?' Ita fertur lingua de capite eius locuta fuisse dicens ad eos: 'Accedite in spelunca querentes edificium antiquum coopertum de hedera et sedulium, bene recondentes corpus meum et caput meum genetrici meae deferte, ut in

---

106, 1 si suasus *B* 107, 1 glę *om. et in marg. add.* m_1 *T* 111, 2 *eis *scripi; an* eius?, ei *BBa,* ei *ex* es *corr. T* censuisset *idem fere videtur esse ac* suggereret 112, 1 inde *om. B* 112, 2 sepeliundum *T,* sepeliendum *BBa* 112, 3 inde *om. B*

105, 2 *Matth. 10, 28. Luc. 12, 4.* 105, 3 *cf. Prudentii Peristeph. I 26* membra . . . texta venis languidis. 106, 1 *sq. Ioh. I 3, 16.* 108, 3 suimet: *cf. 74, 3.* steterat inmobile: *cf. 110, 2.* 110, 1 parentes: *cf. textum prosae!* 114, 2 *sq. constructio inconcinna* euntes atque sepelite. Lupera *i. e. Louvres in territorio Parisiensi.*

115. Matri vero meae caput hoc meum advehite,
Ut naturalem affectum in illud exhibeat
Et amoris mei secum istud pignus habeat.

116. Ipsa vero si tenetur mei desiderio,
Studeat in paradiso me locatum subsequi,
Ubi animae sanctorum quiescunt feliciter.'

117. Tunc illi, ut sanctus martyr Iustinus praeceperat,
Condientes corpus eius ibi sepelierant,
Ubi ipse locum ad hoc signavit ex nomine.

118. Caput vero eius matri ipsius attulerant,
Quod illa gaudens suscepit deo agens gratias,
Quia innocentem eius animam asciverit,

119. 'Tibi', dicens, 'Christe, honor, laus et iubilatio,
Quia dignatus es istum puerum assumere
Et associare tuis beatis martyribus.

120. At tu, beate Iustine, fili mi dulcissime,
Qui Christi regnum intrasti cum palma victoriae,
Ibi mei memor esto in tuis suffragiis.'

121. Haec ipsius genitrice orante cum lacrimis,
Mox resplenduit lux ingens super habitaculum,
In quo sanctum caput eius habebatur positum.

122. Haec autem lux circumquaque cuncta illustraverat,
Ita ut admirarentur, qui in urbe aderant:
Erat autem nox, cum istud fieret miraculum.

123. In illis diebus sedem in Autissiodoro
Rexerat episcopalem Amator, vir domini,
Quem divinorum ornabant munera karismatum.

124. Hic dum caelitus emissum splendorem conspiceret,
Ire ad domum Mathei iussit tres presbyteros,
Qui de ipso studiose portento inquirerent.

amore dulcedinis osculet eum, et si optat me videre, in paradiso me requirat.' Qui collocantes corpus eius in loco eodem, qui ex maceriis antiquis circumdatus erat, et properantes itiner tertia die Atesioderum civitatem sunt ingressi. Et dicit Felicia mater eius: 'Ubi filius meus Iustus?' Et Iustinianus avunculus eius ait: 'Contigit mortuus est.' 'Gratias tibi ago, domine deus pater coeli et terrae, qui recepisti animam innocentem et puram.' Addiditque dicens: 'Fili, ora pro me, qui martyrium consequere meruisti.' Sed dum inter hec orando compleret *(v. l.* cum fieret*)* et caput martyris in domo eorum linteamine circumdatum penderet, cum esset utique noctis tempus, divina iubente virtute non solum domus, sed tota civitas resplenduit.

In illis diebus erat pontifex civitatis eius sacerdos dei nomine Amator. Qui surrexit ante maturius ad cursum matutinensem et dicit fratribus suis: 'Vidi luminaria magna super domum Iusti *(v. l.* Iustini*)*, unde

---

117, 2 sepelierant *TBa*, sepelierūt *B* 117, 3 *quidni* ad hoc locum? *sed cf. 98, 1* á me 118, 1 attulerant *TBa*, attulerūt *B* 119, 2 quia *TBa*, qui *B* 119, 3 martyribus beatis m_1 *T* 120, 1 dulcissime *TBa*, dilectissime *B* 122, 2 admirarentur *TBa*, mirarentur *B* 123, 1 Autisiodoro *Ba*, autissiodoro *T*, autissiodero *B* 123, 2 domini *TBa*, dei *B* 123, 3 karismatum *T*, carism. *B*, charism. *Ba* 124, 3 de ipso studiose *TBa*, stud. d. i. *B*

120 *cf. AA. SS. Oct. VIII 342* haec protulit verba: Tibi, Christe, laus et iubilatio, qui dignatus es recipere filium meum; et tu, beate Iuste, fili mi dulcissime, qui Christi regnum intrasti, ibi mei memor esto in tuis suffragiis *(ex rhythmo)*.

125. Quibus omnia Matheus retulit per ordinem,
Ut se de sancto Iustino res gesta habuerat
Vel de passione eius vel sepulto corpore.

126. Subiungit et de allato matri eius capite
Qualiterque lux de coelo hora noctis tertia
Domum ipsam, in qua erat, omnem illustraverit.

127. Haec presbyteri ad suum referunt pontificem,
Qui adesse omnem clerum protinus praeceperat;
Gratias omnipotenti agunt pro miraculo.

128. Denique clarificatur hoc factum per populum;
Concurrunt omnes gaudentes, martyrem glorificant,
Immo dominum, qui illum sic mirificaverat.

129. Interim iubente sancto Amatore praesule
Caput sanctum collocatum condigne in feretro
Cum honore atque ymnis fertur ad ecclesiam.

130. Et in loco, quem paravit sibimet episcopus,
Ibi illud veneranter recondi providerat,
Ubi plura martyr sanctus praestat beneficia.

131. Nam ad comprobandam eius cum deo potentiam
Sacro capiti dum dignas celebrant exequias,
Puella, quae caeca venit, clare videns rediit.

132. Quae cum esset in aetate habens annos sedecim,
Inter martyri delatum veniens obsequium
'Adiuva', inquit, 'beate martyr Christi, adiuva,

133. Ut visum diu negatum tuo patrocinio
Domino Christo praestante adipisci merear,
Quo laudetur nomen eius in tuo martyrio.

tota urbs resplenduit. Ambulate citius et scrutamini, quid hoc fuisset.' Presbyteri autem accedentes interrogant Iustinum, quae fuisset haec virtus de lumine, quod in nocte in domo sua apparuerat. Et ait Iustinus ad eos: 'Filius meus defunctus est in regione longinqua eo quod missi prefecti Reciofari tyranni nos persequentes, dum nos fugaciter discessimus, ipsi filium meum adprehenderunt et amputaverunt caput eius et reversi sunt. Et nos sepelientes caput eius in eodem loco iuxta Sirica fluentem in territorio Bellovacense et levantes caput eius, ut mater ipsius oscularet eum. Quod cum in domum nostram allatum fuisset, et tertia orta nocte lumen de caelo advenit, unde et nos et cuncta civitas deo iubente resplenduit.' Presbiteri hi qui missi fuerant a pontifice, mirantes renuntiaverunt fratribus vel ipsi sancto Amatori exultantes de tam perfecto misterio, et gratias deo omnipotenti egerunt. Et precipiens pontifex, ut accipientes feretrum et lampades cum candelabris exiberent ad sanctam ecclesiam et collocarent eum in domo dei, ubi ipse pontifex requiescere decreverat.

Et ad conplendum boni operis testimonium erat in urbe illa puella XVI annorum ab oculis capta et clamabat dicens: 'Sancte Iuste, ora pro me ad dominum deum tuum, quem ipsa credo et confiteor, ut det mihi lumen oculorum.' Et continuo divina faciente virtute aperti sunt oculi eius et viderunt sacerdotes gloriam domini dei nostri, et omnes laudaverunt et benedixerunt dominum deum, cui adsunt virtus et mirabilia magna, in quem crediderunt gentes, laus, honor et gloria.

125, 3 *sic TBa,* uel de eius passione uel de sepulto corpore *B* 126, 2 que *om. B* 126, 3 ipsam *om. B* 127, 3 omnipotenti deo *B* 128, 3 ymmo *B* mirificauerat *BBa,* mirificauit m_1, *corr.* m_2, *T* 131, 2 capiti *TBa,* capite *B* uidens, dens *in ras., T* 132, 2 martiri *TB,* s *add. m. recentissima T,* martyris *Ba*

134. Dixit atque coram omni populo continuo
Restituto, ut petebat, oculorum lumine
In glorificatione martyris tripudiat.

135. Iterum plebs omnis gaudens gratias congeminat,
Laudem dicens salvatori Iesu Christo domino,
Cui honor et potestas per aeterna secula.
Amen.

135, 3 Cui sit *Ba*, sit *om. BT*

135, 1 iterum: *cf. 71, 3.*

CLII.

IOHANNIS DIACONI VERSICULI DE CENA CYPRIANI.

Fasciculum claudit opus quoddam obscurum aenigmatumque plenum, de quo, ne lectores prorsus in tenebris errent, nonnulla praemittenda videntur.

In compluribus codicibus Cena quae dicitur Cypriani in versus rhythmicos redacta (infra n. II A) cum prologo Iohannis cuiusdam *sive* domini Iohannis *(n. I), epilogo (n. III) et (in uno codice) epistola dedicatoria* Suppositio eiusdem Iohannis ad papam *(n. IV) tradita est. Hunc Iohannem esse diaconum illum Romanum 'peritissimum, puritate ac scientiae claritate notissimum' (sc. Karolo Calvo notum, cf. Anastasii epist. ad K. C., Migne P. L. CXXIX 715), cui cognomen erat Hymmonides, primus vidit Novati, Studi critici e letterari, Torino 1889, (La parodia sacra nelle letterature moderne), p. 284. Sed eundem Novati versus Iohannis tortuosos et per ambages compositos male intellexisse, qui hanc Cenam a Iohanne in versus redactam ad triumphum de Formoso Formosianisque deportatum rite celebrandum coram Karolo Calvo imperatore coronato inter epulas recitatam esse coniecerit, A. Lapôtre acutissima disputatione 'Le souper de Jean diacre' (Mélanges d'Archéologie et d'Histoire 1901, 305—385) demonstravit. Sed ne ea quidem, quae Lapôtre qua solet sagacitate posuit, probari posse iudico: ideo rem denuo tractare animum induxi*[1].

---

1) *Cum vir doctissimus, qualis tunc temporis status rerum Romanarum fuerit, indefessus indagaverit, quae aenigmatum λύσις esset, subtilissime enucleare studuerit, editoris esse arbitror, quae ille exposuit, paucis comprehendere: Strophis III 1—2* Haec cantabat *e. q. s. eo iudice effici videtur Iohannem diaconum opus suum confecisse, postquam Formosus eiusque socii Gregorius et Georgius duabus synodis i. e. a. d. XIII. kal. Maias et pridie kal. Iulias 876 condemnati essent ('Partant d'Ostie je suis allé faire connaissance avec Thascius dans le port de Carthage, au moment, où dans deux synodes . . . Iob le Simple condamnait le fourbe Formose' e. q. s. Lap. p. 329). Cum vero Karolus Calvus iam nonis Ian. 876 Roma exierit, mense Martio trans Alpes redierit, poema Iohannis neque Romae neque Paviae coram illo declamatum esse potest. Quod igitur* plaudens laetabatur imperator Karolus *III 3, 1, non retractata Cena Iohannis, sed genuina Cypriani imperatore ad epulas accumbente a. d. VIII. kal. Ian. est recitata. Atque cum maxima oblectatione, admiratione, perturbatione audientes affecti esse narrentur, (*ridens cadit Gaudericus — Zacharias admiratur — docet Anastasius*), Cena ad id tempus incognita tum primum Romae recitata est, Franci Alpes transgressi libellum domo Romam transtulerunt. — Cum igitur Cenam sex fere mensibus, antequam a Iohanne retractata sit, recitatam esse constet, in verbis I 4* Hanc exhibeat convivis imperator Karolus *illud* exhibeat *nil esse potest nisi* exhibuit. *('J'ose croire en effet que personne ne s'avisera de supposer qu'en employant la forme* exhibeat *au lieu d'*exhibuit *le poète a voulu marquer qu'il ne parlait pas d'un fait passé, mais formait uniquement un souhait pour l'avenir, qu'il*

Atque proficiscendum videtur ab epilogo (III), quem integrum esse credere non possum. Dicit poeta: str. 1 Haec, *sc. Cenam,* cantabat Cyprianus, quem conspexi *(v. l.* conspexit*), str. 2* Quando Formosus Formosianique damnati sunt, *str. 3* Unde plaudens laetabatur imperator Karolus cum convivis, *str. 4* Unde dudum conculcata gaudet nunc ecclesia. *Hic seriem contextus perturbatam esse quis non viderit?*[1] *Quo referendum est str. 3* unde laetabatur imperator, *quo str. 4* unde gaudet ecclesia? *Atque str. 4 quin ad damnationem Formosi pertineat, dubium non esse iudico: Formosus damnatus est binis in synodis, unde ecclesia gaudet; iustus igitur stropharum ordo is est, ut str. 4 stropham 2 excipiat, str. 5 subsequatur. Nihil in his de Cena. Inter eas stropha 3 locum habere non potest: exultant convivae, imperator Karolus cum Francis et nobilissimis Romanis. Sed unde exultant? De Formoso eiusque complicibus damnatis hic cogitari non posse et inde evincitur, quod tempore illarum synodorum (cf. p. 857 in nota) Karolus dudum in Franciam reverterat, et ex eis quae narrantur* ridens cadit Gaudericus, Zacharias admiratur, docet Anastasius; *haec ad Cenam recitatam referenda esse omnes consentiunt. Cum autem de Cena in str. 1 agatur, str. 1 et 3 coniungendas esse censeo, ut ordo sit stropharum 1 3 2 4 5. — Reliqua dubia sunt: cum poeta dicit* quem conspexi — que *i. e.* quae *coni. Vollmer —, conicias eum Cenam usque ad illud tempus sibi ignotam primum 'conspexisse' i. e. cognovisse; et si coniecturae coniecturam addere licet, affero quae Vollmer mihi scripsit, Iohannem hunc libellum, quem lepidum et ad convivas delectandos perquam idoneum intellexisset, coram imperatore in epulis legisse. Quid significet illud* ab Hostia *(*hostia*?) —* sub portu Cartaginis, *nescio, sed unum persuasum habeo vocem* conspexi *non cum Lapôtre ad operam retractationis referri posse, compositio carminis 324 versuum hebdomadarum est, 'conspicere' unius momenti temporis. Ceterum dubium est, an lectio alterius classis Ψ*

---

souhaitait que Charles le Chauve voulut bien faire lire la Caena au jour prochain de son couronnement. Il y avait, nous l'avons vu, six mois que ce couronnement avait eu lieu, lorsque Jean Diacre écrivait ces vers. Exhibeat *est tout simplement un optatif de narration, tel qu'en permet la poésie.' Lap. p. 331. — At poesis talem 'optativum narrationis' non admittit, quo tota positio infringitur;* exhibeat *non est 'souhait', sed fictio!). Eundem coniunctivum narrationis I 3 adhibitum esse vir doctus iudicat,* Hac ludat *(v. l.* Hac laudat, Hanc laudat*)* papa Romanus *e. q. s.: Cenam scilicet Karoli iussu Romanis exhibitam sic placuisse, ut die festo Cornomanniae, (de quo cf. P. Fabre, Le Polyptyque du chanoine Benoît, Lille 1889, Lapôtre l. l. p. 345 sq.), repetendam censerent. Quo die cum mos esset Romanis, ut 'prior scholae coronatus cornibus ut Silenus cum asello derideretur a cantantibus', illo anno 876 diem festum ita celebratum esse, ut prior scholae Cenam Cypriani coram papa declamaret ('A l'aide de la même formule optative, dont il s'est servi pour exprimer le fait accompli du banquet impérial, et qui, nous l'avons vu, n'est qu'une forme poétique de narration, l'auteur du Prologue nous apprend que la même Caena a déjà fait la joie du pontife romain aux fêtes pascales'. Lap. p. 348). Qua in repetitione omnium exultationem ea re haud mediocriter auctam esse, quod ille prior scholae, Crescentius nomine, senex balbulusque prolixam seriem nominum ridendo balbutiendo tussiendo impeditus vix pronuntiare potuerit. Cum igitur auditio hoc modo paene irrita facta esset, Iohannem, ne condensitas nominum denuo impedimento esset, consilium cepisse Cenam in quindecimsyllabos rhythmicos transponere ('En somme, cependant, l'entreprise avait échoué. La pièce était condamnée, non pas en elle-même, mais dans sa forme trop serrée, trop condensée, qui la rendait impossible à réciter devant un public nombreux et peu lettré. Il fallait l'étendre, y introduire du jour, la couper par les battements d'un rhythme aisé, qui donnât au chanteur le loisir de respirer et aux auditeurs le temps de comprendre'. Lap. p. 359). Hanc retractatam Cenam poetam ad papam misisse atque petivisse, ut ab eodem Crescentio denuo declamaretur. — Me viro docto assentiri non posse cum ex eis, quae supra exposui, appareat, haec attulisse satis esse puto.* 1) *Epilogum non integrum esse fort. etiam inde colligi potest, quod in codicibus classis Ψ str. 1. 2 a str. 3. 4. 5 seiunctae sunt cf. in apparatu critico ad III.*

conspexit *recta sit. — Non minus dubium est, quo pertineat illud* Quando *i. c. stropha 2. Mihi lacunam ante* Quando *statuendam esse verisimile est. Vollmer interpretatur str. 2 + 4 + 5: 'eine bloße Datierung, die nur auf das Jahr geht.'*

Cena, quae convivantium risum movisset, Iohanni digna videbatur, quam in versus rhythmicos redigeret; hanc retractationem prologo et epilogo addito cum epistula dedicatoria ad papam misit. Quo in prologo et ipso aenigmatico ordo sententiarum hic mihi esse videtur: 'Quicunque me Iohannem saltantem cernere vultis, auditote me cantantem: satiram ludam (quam riserat Cyprianus); hac ludat (v. l. 'hac laudat', 'hanc laudat') papa die festo Cornomanniae, hanc (sc. Cenam rhythmicam!) exhibeat convivis imperator Karolus: venite cuncti ad Cenam Cypriani (rhythmicam)!' Invitat igitur ad Cenam; non dicit Karolum eam exhibuisse (neque exhibiturum esse), sed fingit sibi imperatorem hanc Cenam rhythmicam exhibere, carmen nominibus refertissimum difficillimumque recitatu ab homine quodam vetulo balbuloque, qui in condensitate nominum linguam regere non possit, pronuntiari, fingit sibi imperatorem haec audientem ridere, ut cachinnis dissolvatur, torqueatur rictibus. *Inde petit a papa, ut Crescentio cuidam, quem senem balbulum fuisse hinc conicere licet, officium recitationis iniungat*[1].

Fac relegat *(i. e.* legat) balbus Crescentius ista vietus:
Qui risum poterit stringere, marmor erit.

Multa, quae Lapôtre posuit, aliter interpretanda esse iudico; eo libentius in eis, quae de str. III 4—6 exposuit, multisque aliis, quae ad singula vere intellegenda sollerter attulit, cum ducem secutus sum.

Codices Cenae Iohannis diaconi, quos quidem noverim, sunt hi:

1. ***Me*** *= cod. 138 bibliothecae Metensis saec. XI., miscellaneus, fuse descriptus Catal. général 4° t. V 58 sq. Fol. 127ᵛ in calce* Incipit caena Iohannis cuiusdam ad Iohannem sanctae Romanae sedis pontificem, excerpta a caena Cypriani Cartag. episc., quam subtili ingenio composuit de instrumentis veteris novique testamenti. *Sequuntur f. 128ʳ versus Iohannis* O qui cupitis — fabulis, *et Cenae versus 1—33* tunc porrexit pallium. *Reliqua pars paginae vacua est. Ipse contuli.*

2. ***J*** *= cod. 24 (LXX) bibliothecae capitularis Eporegiensis, membr., saec. X., miscellaneus, cf. Mazzatinti, Inventari dei manoscr. delle bibl. d'Italia IV 8. Continet I prologum, II Cenam Iohannis, III epilogum, IV suppositionem Iohannis. Codicem iussu Warmondi episcopi Eporegiensis (969—1017) exaratum esse D. Garino coniecit. Usus sum collatione, quam L. Traubii iussu nescio a quo confectam in schedis relictis Pauli de Winterfeld inveni.*

3. ***Va*** *= cod. Vatic. lat. 623 saec. XIV. Fuse descripsit Arevalo, Isidoriana, Migne P. L. LXXXI 769, qui quidem codicem saeculo XI adsignat. Continet et alia et Isidori Etymologias. Post librum IX haec inserta sunt: f. 84* Incipiunt nomina grece et latine. *f. 84ᵛ* Prosa de quibusdam proprietatibus. Quique cupitis saltantem. — *f. 85ᵛ v. 200* saltabat herodias. *f. 85ᵛ* Versus beati Benedicti abbatis. Ordiar unde tuos. *Usus sum photographo. Consensum gemellorum S + Va signo σ notavi.*

4. ***S*** *= cod. lat. b I 12 bibliothecae Scorialensis s. XIV., 216 foliorum. Descripserunt Löwe, Bibl. patr. lat. Hispan. I 29 et P. G. Antolin, Catálogo de los códices latinos de la real bibliotheca del Escorial I 138 sq. Exhibet f. 1—216 Isidori Etymologias, sed*

1) *Si meo iure in epilogo (III) stropham 2* Quando *e. q. s. a str. 1 seiunxi, de tempore omnino nihil constare videtur. Repetiverit igitur quis, quae Novati posuit, Iohannem Cenam a se rhythmice compositam cum prologo et epistola dedicatoria ad papam misisse et petivisse, ut Crescentius senex eam coram imperatore coronato recitaret, sex aut pluribus mensibus post poetam, cum opus publici iuris faceret, epilogum addidisse.*

post librum IX haec inserta sunt: f. 109 Incipiunt nomina grece et latine interpretata. *f. 110* De prosa et quibusdam proprietatibus. Quicunque cupitis saltantem — *f. 112r v. 200* saltabat erodias. *f. 112r* Versus beati Benedicti abbatis. Ordiar unde tuos . . *Ios. Schweitzer paginas photographice depictas mihi transmisit.*

5. ***M*** = *cod. lat. Monacensis 18203 (Teg. 203) saec. XV., Hartelii μ, v. Soden n. 504; descripserunt Hartel, Cypriani opera p. XLVI**, v. Soden, Die Cyprian. Briefsammlung p. 101 sq. Anno 1462 per Iohannem Troester Venetiis XII ducatis emptus, a. 1472 per eundem et I. Mendel ad monasterium Tegernseense donatus. — f. 207r post* Ad Vigilium episcopum de iudaica incredulitate *sequitur* Incipit versiculŏs *(ss. m. 2)* dn̄i Ioannis de caena sancti Cipriani martyris. *f. 207v* Incipit caena Cipriani martyris. *f. 213r nullo spatio intermisso* Haec cantabat — sinodibus, *deinde* Unde plaudens — Ananiam. Finis. *Cena cum versiculis Iohannis in codice prima manu exarata est, in indice rubricarum manu 2 addita. Ipse denuo contuli apographo, quod L. Traube confecit, usus.*

6. ***T*** = *cod. E III 5 bibliothecae nationalis Taurinensis s. XV., membranaceus. Descripsit Pasini, Cat. codd. mscr. bibl. r. Taurin. Athen., Taurini MDCCXLIX t. II p. 7 cf. v. Soden, Cyprians Briefs. n. 536 (p. 151). Marco Bobbo cardinalis doctissimus litterarumque amantissimus anno 1459 hanc locupletem syllogam fieri iussit. Epistolas Cypriani f. 1—258 sequitur f. 258v* Cena Cipriani martiris incipit, *v. 1—324; deinde nullo spatio intermisso* Haec cantabat — sinodibus; *deinde* Incipiunt versiculi domini Iohannis de cena sancti Cipriani martiris. Quique cupitis — fabulis. *Deinde* Alii versiculi eiusdem domini Iohannis incipiunt. Unde plaudens — Ananiam. *Librarius addit haud immerito* et hii versus omnes sunt multum mistici nec possunt nisi a peritissimo scripturarum viro intellegi. *Cum Cena quae dicitur Cypriani in codice desit, eam tunc Taurini ignotam fuisse apertum est. Apographo usus sum, quod Traubio sollerter confecit A. Avetta. Novati, Stud. crit. e lett. p. 275 in nota T et M gemellos esse vidit.*

7. ***T***$_1$ = *cod. 137 bibliothecae regiae privatae Taurinensis* Scriptum Ferarie anno nat'. d'. n'. Iesu Christi MCCCCXIIII die lune X mensis decembris hora XX^{a} diei. *Continet opera Cypriani, tribus ultimis foliis particulam Cenae Iohannis, incipit* Mox Pharao panes ponit *(v. 125), finit* herodem ananiam. Explicit. deo gracias. amen. *In apographo meo codicis T a nescio quo cum hoc codice collatus. Cum ad verbum fere cum T consentiat, hunc librum omnino sprevi.*

8. ***D*** = *cod. 22 bibliothecae civitatis S. Daniele nel Friuli s. XV., membranaceus, v. Soden n. 540. Mihi contulit M. Hein. Cum T fere consentit.*

9. ***Vi*** = *cod. Vindobonensis 891 (CDXX ap. Endlicher, Catalog. p. 296) saec. X. Continet f. 1—4 v. 179 (incip.* It maria intulit*) — 238* siccaretur paritura, *et v. 300* mentitur hieroboam rex — *324* stupet puerperium *et versus* Haec cantabat — herodem Ananiam. *Primus ex hoc codice frusta rhythmi non sine mendis impressit Endlicher l. c., repetivit Du Méril, Poésies populaires latines 1843, 193 sq. Ex archetypo iam mutilo hos versus descriptos esse apparet, cum littera initialis* I (It maria) *rubro picta sit. —*

10. ***Ca*** = *cod. 204 monasterii s. Benedicti Casinensis. De hoc codice Cenae Cypriani ex rhythmo Iohannis interpolato vide infra ad Cenam Cypriani p. 866 n. 41.*

11. *In bibliotheca Pomposana anno 1093 Cena Iohannis fuit cf. Becker, Catalogi bibliothecarum ant. p. 159 sq.* Itidem Cypriani sermones et epistolae LXXXI. De iudaica incredulitate ad Vigilium episcopum. Versus domini Ioannis de coena Maî *(!)* Cypriani.

Omnes codices ex uno exemplari profluxisse compluribus lectionibus demonstrari mihi videtur: v. 230 instructor esse videtur *codd., 309* callide *codd., 323* iam inuicta *J,* iam uicta *μ,* iam foeta *Vi. T et D ad unum archetypum recedunt, cum eis arctissime*

cohaeret M; hunc consensum TDM signo **μ** *notavi. Saepe Vi cum μ consentit; hic consensus siglo* **Ψ** *notatur. Ex reliquis S et Va inter se cohaerentes signo σ comprehenduntur. σ passim melior est quam Ψ; optimas lectiones servavit J, initio cum Me, ceterum de codice Metensi, cum pauca exhibeat, non multum statui potest.*

Iohannes eam satiram se lusisse dicit, qua riserit Cyprianus[1]*; illius igitur Cenam quo clarius perspici possit, quomodo rem absolverit facetus ille diaconus, in calce addendam esse censui. Atque cum Wilh. Hartel in editione Thasci Caecili Cypriani operum omnium, Vindobonae MDCCCLXVIII, hunc 'libellum ineptissimum' — Tillemontio auctore Turca digniorem quam Christiano — quo quidem nullum frequentius descriptum esse ipse concedit, prorsus omiserit, omnibus subsidiis destitutus facere non potui, quin negotium illius libelli ab integro recensendi quamvis invitus susciperem*[2]*. Quam brevissime igitur de illo opusculo agendum videtur. Primus quidem inter Cypriani opera diligenter Cenam recensuit Guil. Morellius Parisiis 1564*[3]*, qui morte impeditus quas rationes in opere edendo secutus esset non exposuit. Eum secuti sunt Pamelius, Antverpiae 1568, I. P. Rigaltius, Parisiis 1648, Io. Fellus et Io. Pearsonius, Oxoniae 1682, ex Stephani denique Baluzii schedis edidit P. Maranus, Parisiis 1726; qui omnes, cum in Morellii vitula arassent, ipsi non multum attulerunt utilitatis. Ex Baluzii editione impressit Migne P. L. IV 1007 sq., inde H. Hagen, Zs. f. wissensch. Theol. XXVII 179; item ex Baluzii editione A. Harnack libellum nimis neglectum in lucem protraxit, qui docta expositione 'Drei wenig beachtete Cyprianische Schriften und die Acta Pauli', Texte u. Unters. N.F. IV 3b, Leipzig 1899 auctorem etiam tum acta Pauli integra, quae acta Theclae complecterentur, adhibuisse demonstravit. Quod vero opusculum illud ad ingentem rerum et nominum, quae in sacra scriptura exhibentur, congeriem memoriae imprimendam et inculcandam excogitatam esse contendit*[4]*, erravisse virum doctissimum iudicavit Herm. Brewer, Über d. Heptateuchdichter Cyprian und die Caena Cypriani, Zs. f. kathol. Theol. 1904, 92 sq., qui auctorem Cenae tractatum Zenonis episcopi Veronensis 'Ad neophytos post baptisma' sibi proposuisse imitandum et excolendum, ut opusculum ad mensam recitaretur, coniecit. Atque necessitatem quandam intercedere inter Cenam Cypriani et tractatum Zenonis iam fratres Ballerinii intellexerunt (Zenonis opera p. 235 sq.): 'In appendice Cypriani p. 268 edit. Venetae simile quidquam sub variis epularum symbolis eodem spectantibus idemque significantibus explicatur'. Qua de necessitate cum dubitatio omnino esse non possit, tractatum hic inserendum esse iudicavi.*

Lib. I, Tractatus XXXVIII.

Ad neophytos post baptisma.

Post devotissime completa expiationis sacrae casta ieiunia, post clarissimae noctis suo sole dulces vigilias, post lactei fontis lavacro vitali in spem immortalitatis animas pullulantes, ex quo qui eratis aetate diversi, diversi natione, subito germani fratres,

---

1) *Nomen Cypriani cum in codicibus traditum sit, retinui, quamquam quin de episcopo Carthaginiensi cogitari non possit nemo dubitat.* 2) *Ea in re illo libro, quem H. de Soden de codicibus Cypriani doctissime conscripsit 'Die Cyprianische Briefsammlung, Geschichte ihrer Entstehung und Überlieferung', Leipzig 1904, summopere adiutus sum. Codices Cenam exhibentes p. 230 composuit, alios illic omissos per litteras liberalissime mecum communicavit. At cum Cena alia via ad nos pervenerit ac reliqua spuria, classibus, quas v. Soden constituit, omnino neglectis rem ab ovo exponere studui.* 3) *Quam fratres Ballerinii (Migne XI 485, 6) laudant editionem Venetam, in qua Cena extet, eam post Morellium impressam esse putandum est; editionibus annorum 1471 et 1547 non exhibetur.* 4) *Similiter iam F. Novati, Studi critici e letterari, 1889, p. 180 'La cosa è chiara; l'autore vuole imprimere più profondamente nella memoria de' leggitori i fatti ed i personaggi dei libri santi.'*

subito unigeniti emersistis infantes, hortor vos nativitatis tantae festa laeto celebrare convivio: sed non illo, in quo diversis epulis intrimentorum *(codd.)* lenocinio saporis de summa certantibus obrutum pectus saepe crudis atque acidis vomitibus inurgetur, in quo musti vestri dulcedo saecularis vini pridiani exhalante foetore corrumpitur: sed coelesti prandio, honesto, puro, salubri atque perpetuo, quod, ut saturi semper ac felices esse possitis, esurienter accipite. Paterfamilias panem vinumque pretiosum vobis ex usibus suis sua de mensa largitur. Tres pueri unanimes legumina inferunt primi, quibus, ut scitus sit sapor, salem sapientiae aspergunt. Oleum Christus infundit. Moyses primitivam festinus maturamque procuravit agninam, Abraham pinguem conditamque fideliter vitulinam. Isaac innocenter oleum *(ollam Giuliari)* portat et ligna, Iacob patienter varia exhibet pecora, Ioseph praemotus ad mensuram praerogat cunctis annonam.

Iam si quis aliquid desideraverit, qui recondidit Noe omnia illi arcarius non negabit. Petrus piscator recentes marinos affatim pisces apponit cum sarda admirabili. Tobias peregrinus fluvialis piscis interanea diligenter accurat et assat, Ioannes camelarius devote praecurrens de silva mel attulit et locustas. Ne alter alterum manducantem denotet, invitator admonet Paulus *(ad Rom. 14, 3)*. David regius pastor omnibus momentis lac argenteum subministrat et caseum. Zachaeus sine mora (sycomori?) quadruplicata expungit apophoreta, Deus et dominus noster Iesus Christus Dei filius *(dulcia add. unus cod.)* sicut prior, qui hoc prandio pastus est ante nos, dicit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo *(ps. 118, 103)*. Haec fratres si quis libenter crediderit, largiores adhuc escas inveniet; quibus si diligens fuerit, semper se et alios bonis omnibus satiabit per dominum nostrum Iesum Christum.

Comparatis Cena et tractatu Zenonis id mihi perspicuum videtur virum aliquem doctissimum ingeniosissimumque Zenonis exemplum ita imitatum esse, ut quae illic composita essent ad animos fidelium aedificandos, hic in ridiculum verterentur atque etiam obscoenum ad hominum urbanorum animos in laetis epulis lusu petulantiaque subtiliter delectandos[1]*, velut convivas Karoli imperatoris his facetiis oblectatos esse ex Iohannis epilogo intellegimus.*

Anno 1911 ego Cyprianum non Vulgata editione, sed antehieronymiano sacrae scripturae contextu usum esse docui paucaque de recensenda explicandaque Cena attuli 'Die Cena Cypriani und ihr Bibeltext' (Zs. f. wissensch. Theol. LIV 61 sq.); qua disputatiuncula commotus A. Lapôtre primus quid auctor 'inepti illius libelli' voluerit, quae λύσις sit mysteriorum et aenigmatum, indagasse sibi visus commentatione docta et mire sagaci 'La Cena Cypriani et ses énigmes', (Recherches de science relig. 1912, 497), Cenam satiram esse posuit a Bachiario monacho Hispaniensi anno 362|63 Antiochiae lepidissime conscriptam ad Iulianum Apostatam innovatumque deorum cultum irridendum (p. 581: 'ridiculiser les mystères de Déméter et spécialement les conceptions mystiques de Julien l'Apostat.' p. 583: 'qu'on se met en présence d'un banquet sacré donné par Julien l'Apostat en honneur de la déesse Cérès'). Illam sententiam subtilissimis argumentis comprobare studuit; atque ad permultos locos recte intellegendos plurimum lucis eum mihi attulisse libentissimo animo profiteor, sed quae de Demetre et Juliani conceptionibus mysticis risui obiectis excogitavit, phantasmata esse censeo, cf. quae N. A. XXXVII 393 breviter exposui. At Lapôtre editione quam primum possit instituenda effecturum se esse

---

1) *Sic de re iudicavi, cum scripsi 'Brewer erwarb sich das große Verdienst, ein Verständnis dieses tatsächlich höchst befremdenden Elaborates anzubahnen'. De animis fidelium pie aedificandis non cogitavi, nam mihi quoque lectiones codicum velut* 'Loth clunes' *aliaque praesto erant. Recte igitur Lapôtre II 504 dicere mihi videtur 'on doit du moins convenir, qu'il en a complètement dénaturé le sens, qu'il a tourné en boufonnerie profane ce qui, dans la pensée de son modèle, devait uniquement alimenter la piété.'*

pollicitus est, ut nemo non quamvis invitus exclamaret: 'non solum stupendum, sed verum est!' Quod si revera effecerit, gratulabor. Ad illum librum igitur lectores relegatos esse volo.

Omnes codices Cenae, quorum quidem habeam notitiam, duas discedere in familias, X et Y, multis locis confirmari l. l. p. 66 exposui. Familiae X codices pauci sunt eique recentiores; omnes hanc familiam Francogallicam esse comprobant. Cum recentiores sint, textus saepe mutilus est atque etiam corruptus, passim autem melior quam Y. Neque vero interpolationibus liber erat. Huius familiae sex novi testes:

1. ***S*** *= cod. Parisinus lat. 15282 olim Sorbonicus 207 saec. XI.—XII., Hartelii H, v. Soden n. 120. Cena extat in fine codicis f. 203^r sq. In ultimo folio 205^v in calce Baluzius annotavit:* Contuli. Absolvi VIII kal. Iul. MDCXCVIII. Steph. Baluzius; *sed licet contulerit, lectiones plurimas sprevit. Usus sum photographo. — Ex hoc codice Parisinum lat. 1655 (P_9) descriptum esse Hartel p. LVI*** docet. Quod ut alioquin verum sit, Cena sane inde transsumpta non est.*

2. ***Tr*** *= cod. 37 biblioth. Trecensis saec. XII., v. Soden n. 234. Post epistolas Cypriani extat f. 155 n. 74* Dispositio cene facte a Ceciliano Cypriano, *n. 75* De duobus montibus, *n. 76* Tractatus ad Vigilium episcopum de iudaica incred., *n. 77* Adversus Iudaeos *cf. Catal. génér. 4° t. II 32. Comiter mihi contulit L. Morin, biblioth. Trecensis praefectus, nonnullos versus. Inde ad familiam X hunc codicem pertinere efficitur.*

3. ***Be*** *= cod. Berolinensis theol. lat. fol. 700, saec. XII., v. Soden n. 201. Accurate descripsit H. v. Soden, Zentralbl. f. Bibliotheksw. XXV 1908 p. 515 sq. In fine super locum rasum extat* Ex libris P. Fci. Gossin advocati 1786. *E. Jacobs collata subscriptione codicis Berol. theol. lat. fol. 586 haec verba erasa esse intellexit:* LIBER SCE MARIE DE TRIBVS FONTIBVS. *In bibliotheca abbatiae Trium fontium codex numero 39 signatus erat. Ipse contuli.*

4. ***V_6*** *= cod. Vatic. latinus 3674, saec. XV. Continet commentarium Hervei monachi Burgidolensis in Cenam Cypriani, qui singulis particulis commentarii versus Cenae, ad quos pertinent, praemisit. De Herveo eiusque commentariorum magno numero cf. Hist. litt. XII 344 sq. Librum, quem nuper B. Unruh de commentariis Hervei scripsit cf. Riggenbach, Theol. littbl. XXXI 82, non vidi. Herveus anno fere 1149|50 mortuus hunc commentarium imperfectum reliquit. Codice igitur utebatur certe ante 1150 scripto, unde eum Sorbonico fere aequalem fuisse conicere licet. Usus sum exemplo photographo. Praeterea codicem Turonensem 457 (cf. infra), qui eundem commentarium*[1] *continet, contuli. In fine commentarii in V_6 et T haec extant:* Explicit expositio magistri Hervei Dolensis monachi super illa parte disposicionis Cene Cypriani Cecilii, quam in eodem monasterio repperit, sperans si viveret et partem quę huic superest repperisset etiam ipsam exponere. Sed quia interim ad superna ut credimus de hoc seculo transiit, et illam non exposuit et hanc quam exposuerat minus politam quam proposuerat dereliquid. *Cum ultima verba expositionis sint* Ridebat de facto Sarra quoniam gaudebat quod sterilis et anus deo promittente filiam genuerat, *nescio qua de parte ab Herveo desiderata scriba cogitet.*

5. ***La*** *= codex pretiosus nunc ut videtur deperditus, quo interpolator codicis L_1 usus est cf. infra ad n. 32 L_1. Ne de lectione La dubitatio esse possit, in apparatu iuxta X semper La addidi; ubi La non adscripsi, in codice L_1 nihil superscriptum est.*

6. ***T*** *= cod. Turonensis 457 s. XII., v. Soden n. 237. Continet f. 134—136 Cenam ex codice L_1 iam interpolato (cf. infra ad n. 32 L_1) transscriptam, f. 136 sq. commentarium Hervei, de quo cf. ad n. 4. Berolini contuli.*

---

1) *Etiam in codice quodam Claravallensi commentarius extabat cf. Hist. litt. XII 348.*

Alterius familiae **Y** *codices quomodo propagati sint ex apparatu critico haud difficile intellegitur. Ex archetypo Y compluria apographa facta sunt, quorum duo quidem vestigia reliquerunt expressa, quae* **Π** *et* **Γ** *signavi. Prioris classis Π habemus documenta velut v. 42* et hoc *Π,* oxygarum *reliqui, v. 76* Raab resticulam, porrexit Iesus pedes *Π,* Raab, resticulam porrexit Iesus *rel., v. 169* citharam porrexit *(ex praecedente* favum porrexit Samson*)* David *Π,* citharam percussit *aut* feriebat *rel., multaque alia. Altera classis Γ his aliisque erroribus aut interpolationibus distinguitur: v. 51* tricenam, *v. 62* zantinam, *v. 85* Antiochus, *v. 137* Abessalon *pro* Malassadon, *v. 158* Philippus *pro* Hermippus *aliaque.*

Atque primum quidem de Π agendum est. Viginti quinque codices huius classis quos novi non ad idem exemplar recedunt, sed et ipsi in duas classes divisi sunt **β** *et* **π**. *In π extat e. g. v. 132* Iob *pro* Iacob, *v. 51* triclinam, *v. 118* crures, *128* saxitanum, *186* fornatorio, *248* in futuro. *Altera classis β habet has proprias lectiones 128* saxifragum, *157* non iam, *172* magias lusit *aliaque.*

Codices Π hi sunt:

7. V_1 *= cod. Vatic. reg. n. 118 membr., Hartelii T, v. Soden n. 80. De hoc insigni libro cf. A. Reifferscheid, Biblioth. patrum lat. Italica I 337 sq., Hartel p. XXXIX, v. Soden p. 95 sq. Hartel et Reifferscheid codicem saeculo X. adscripserunt, Bethmann, Arch. d. G. f. ält. d. Gesch. XII 267 verius saeculo IX. Usus sum photographo.*

8. P_8 *= cod. Parisinus 1648 olim Baluzianus 162, Hartelii t, v. Soden n. 320, saeculo XIII. Hartelio teste ex* V_1 *nitidissime transcriptus. Idem ad Cenam quadrare collatione versuum 1—4, 60—79, 103—112, 146—154, 244—255, 271—281 probatur, quam Henrici Lebègue comitati debeo.*

9. P_1 *= cod. Parisinus 17349 olim Compendiensis, saeculi IX.—X., Hartelii E, v. Soden n. 85. Cena extat f. 138 sq.; fol. 148 post verba* Passio Cypriani explicit *Baluzius adscripsit:* Absolvi prid. kal. Ian. MDCXCVI. Steph. Baluzius. *Usus sum photographo. —* V_1 *et* P_1 *artissima affinitate cohaerent, atque dubito an* P_1 *ex* V_1 *descriptus sit — de sola Cena dico, Hartelio iudice* P_1 *ex Pithoeano nunc Trecensi 581 descriptum esse non nescius, — multae enim falsae lectiones, quas librarium codicis* P_1 *in suo exemplari invenisse manifestum est, in codicem* V_1 *ab ipso librario aut certe a correctore aequali, quantum in imagine photographica iudicari potest, intrusae sunt. Nonnulla exempla affero: v. 68* praecepta sibi diaconi aconsummauerunt V_1, praeceptas sibi diaconias consumm. P_1, *v. 118* crunens Loth V_1, crures Loth P_1, *v. 132* alopidam iacob V_1, alopidam iob P_1, *v. 134* araneum *corr. in* ereneam V_1, ereneam P_1, *153* suscitabat || *(eras.* ur*)* V_1, suscitabat P_1, *v. 186* fornicatore *del. et* fornatorio *corr.* V_1, fornatorio P_1. *Hos locos, quibus alios addere possum, tanti momenti esse censeo, ut nonnulla leviora, quae obstare videantur, flocci faciam. Quae cum ita sint, codex* P_1 *meo iudicio ad Cenam quidem recensendam nullius est pretii; sed ut suo cuique iudicio uti liceat, lectiones* V_1 *et* P_1 *in apparatu critico positas, si consentiunt, signo π notavi, si dissentiunt, singulas attuli; sprevi vero totum gregem codicum Parisinorum, qui cum* P_1 *stant. Sunt autem hi:*

10. P_2 *= cod. Parisinus lat. 1651, v. Soden n. 322, saec. XIII. Olim in ecclesia s. Martini Tornacensis asservabatur.*

11. P_3 *= cod. Parisinus lat. 14461 olim Victoricus 101, saec. XII. exaratus, Hartelii I, v. Soden n. 222.*

12. P_4 *= cod. Parisinus lat. 1650 olim Baluzianus 30; Hartelii g, v. Soden n. 420; saeculo XIII. scriptum esse catalogus indicat, saeculo XIV. Hartelius.*

13. P_5 *= cod. Parisinus lat. 2621 miscellaneus, saec. XII. Ex litteris* S. B. *adpictis Baluzium hoc codice usum esse elucet.*

14. P_6 *= cod. Parisinus lat. 6186, olim Colbertinus, miscellaneus, saec. XIII. XIV. exaratus; fuse descripsit G. Waitz, Arch. d. G. f. ä. d. G. XI 293 sq.*

15. P_7 = *cod. Parisinus lat. 16836, quondam Compendiensis 15, miscellaneus, saec. XIII.*

P_7 *ex* P_1 *descriptum esse Hartelius p. XXXVII docet. Neque minus* P_{2-6} *cum* P_1 *arctissime cohaerere nonnullis lectionibus comprobatur, quas H. Lebègue mecum communicavit. Illas hic afferre taedet, sed in archivo nostro publici iuris faciam.*

Iam tres testes familiae π *non Parisinos addo et ipsos in apparatu a me neglectos:*

16. O_4 = *cod. Oxoniensis collegii Iohannis Baptistae n. 17, saec. XII. exaratus; f. 4 incipit* Scena Cypriani episcopi. *Benigno animo nonnullos versus mihi contulit W. Levison.*

17. A = *cod. 51 bibliothecae Avrincensis s. XI. cf. Cat. général 8° X 24 sq., v. Soden n. 125. Usus est a. 1697 St. Baluzius. J. Anfray comiter nonnullos versus mihi contulit.*

18. D = *cod. 257 biblioth. Duacensis, saec. XII. cf. Cat. général 4° t. VI 134. B. Rivière praefectus bibl. Duacensis nonnullas lectiones mecum communicavit.*

Amplissimum agmen codicum familiae β *ducat optimus*

19. Ba = *cod. Bambergensis IV 5 saec. XI., Hartelii B, v. Soden n. 100. Descripserunt Hartel p. LVI (sed cf. v. Soden p. 59 n. 8 et 123) et accuratius Leitschuh, Katal. d. Hs. d. Kgl. Bibl. zu Bamberg I 429 sq. Berolini contuli.*

Ceteri codices huius classis, quorum lectiones in unum conferre mihi licuit, haud raro a Ba recedunt, sed plerumque non nisi codicis Ba rationem habui, cum illi recentissimae aetatis sint. Sunt autem hi:

20. V_3 = *cod. Vaticanus latinus 196 saec. XV., v. Soden n. 528.*

21. V_4 = *cod. Vaticanus Ottobonianus lat. 80 anni 1467, v. Soden n. 529. Utrumque codicem Vaticanum chartis photographicis adhibitis ipse contuli. Arctissime inter se cohaerent (cf. v. Soden p. 123 sq.), consensum signo* v *noto.*

22. O_2 = *cod. Oxoniensis Linc. Collegii lat. 47 saec. XV., v. Soden n. 578. fol. 1° extat:* Vespasianus librarius Florentinus hunc librum Florentiae transcribendum curavit. *Ad classem v pertinet. Contulit mihi W. Levison nonnullos versus.*

Sequuntur quattuor Florentini, quos F *nomino, cum omnes ad idem exemplar referendi sint:*

23. F_1 = *codex 21 Bibliothecae Leopoldinae Gaddianae, chartaceus, saec. XV., v. Soden n. 531.*

24. F_2 = *cod. 22 Bibliothecae Laurentianae plut. XVI, membr., saec. XV., v. Soden n. 530.*

25. F_3 = *cod. 24 Bibl. Leopold. Medic. Palat., membranaceus, saec. XV., nitidissimus, v. Soden n. 534.*

26. F_4 = *cod. 399 Florent. bibliothecae Palatinae, chart., saec. XVI., v. Soden n. 610. Paucos versus codicum F comiter contulit nonnullasque paginas photographice mihi depingi fecit H. Dreyer. His adiungo*

27. H = *cod. Lond. Harleianum 5005 saec. XV., v. Soden n. 573, et ex H descriptum*

28. H_1 = *cod. Lond. Harleianum 3089, v. Soden n. 570. Usus sum photographis a H. Bell missis.*

Classes v, F, H affinitate inter se et cum Ba coniunctae sunt.

29. W_2 = *cod. Vindobonensis 770, saec. XV., v. Soden n. 511.*

30. W_3 = *cod. Vindobonensis 14091, saec. XV., v. Soden n. 513. Ex paucis versibus, quos M. Tangl me rogante contulit, codicem* W_2 *ad familiam v F H referendum esse intellexi,* W_3 *eiusdem familiae esse, sed a v F H longius distare.*

Spurium denique huius familiae filium affero:

31. O_3 = *cod. Oxoniensem Novi Collegii D 131 saec. XV., v. Soden n. 576. W. Levison contulit mihi nonnullos versus. Est classis* β, *sed ex rhythmo Iohannis diaconi interpolatus esse videtur.*

Transeo iam ad codices familiae Γ. Ex quibus quinque littera γ signavi:

32. L_1 *et*

33. L_2 *in L = codice Leidensi Vossiano lat. fol. 108 s. XII. coniuncti sunt. Berolini contuli. In f. 15 sq. extat Cena sine titulo, f. 52 sq. eadem repetitur.* $Cena_1$ *f. 15 et* $Cena_2$ *f. 52, licet paucis locis inter se discrepent, ex eodem archetypo descriptae sunt, siglis igitur* L_1 *et* L_2 *utor, ubi dissentiunt,* L*, ubi consentiunt*[1].

(5. La: L_1 *nonnullis decenniis postquam scriptus erat a viro haud indocto, cui codex quidam classis X praesto erat, ita correctus est, ut multas, non omnes varias lectiones superscriberet. Est igitur quod gaudeamus hoc modo lectiones eius classis, cuius exemplaria extant rarissima, conservatas esse, cf. ad p. 863.*

6. T: Exeunte fere saec. XII. haec Cena L_1 *cum variis lectionibus La adscriptis a monacho quodam ni fallor coenobii Turonensis descripta est, certe Cenam codicis 457 bibliothecae Turonensis hinc propagatam esse apparet. Pro multis unum affero exemplum: v. 185 in* L_1 *extabat* in coquoario chus*; corrector La vocabulo* ario *linea tenui deleto sed syllaba* chus *neglecta* iarito *superscripsit. Hinc in codice T ortum est nomen admiratione sane dignum* iaritochus.*)*

34. O_1 *= cod. Oxon. Laud. miscell. 451 saec. X. exeunt., v. Soden n. 141. Traubio contulit R. Ellis. Eosdem tractatus exhibet atque* L_1*, in Francogallia igitur scriptum esse verisimile est. Idem de quarto libro huius classis iudicandum est, qui cum codice quodam Francogallico a bibliopego coniunctus sit:*

35. V_2 *= cod. Vaticanus Christinae 1244 s. XI., membran., miscellaneus. (Petav. 512. 678.) Descripsit L. Bethmann, Arch. d. G. f. ä. d. G. XII 314. Usus sum photographo.*

36. P_9 *= cod. Parisinus lat. 1655, saec. XII., v. Soden n. 227. Contulit mihi H. Lebègue nonnullos versus. Cena non ex S deprompta est (Hartel p. LVI***), sed a familia Y seiungi nequit. Textus tam corruptus est, ut dubitari possit, utrum ad β an ad γ referendus sit.*

Ad familiam Γ, non γ, tres referendi sunt codices:

37. W_1 *= codex Vindobonensis 810, membr., s. XIII., v. Soden n. 305. Ex X interpolatus est, cf. e. g. v. 21* ruth uł raab sup stipulā. *Ipse Berolini contuli.*

38. V_5 *= cod. Vaticanus Palatinus 383 saec. XII. Exemplari photographo usus sum.*

39. E *= cod. 36 monasterii Einsidlensis s. XI.—XII. Descripsit Gabr. Meier, Catal. cod. Einsidl. p. 27. Berolini contuli.*

Multis locis hi tres codices cum γ consentiunt, sed non ex eodem fonte γ profluxerunt. Ubi consentiunt, utor signo Γ, ubi dissentiunt, eos maximam partem omisi.

40. Singularem locum inter codices familiae Y obtinet M *= cod. lat. Monacensis 208 saec. IX., Hartelii M, v. Soden n. 40; cf. etiam Krabinger, Cypriani libr. I p. IX. Ipse Berolini contuli. Ideo magni aestimandus est vetustus ille codex, quod neque ad Π neque ad Γ pertinet. Sed mendose scriptus neque interpolationibus liber est.*

Perfectum autem interpolationis exemplum[2] *praebet*

41. Ca *= cod. Casinensis 204, saec. X.—XI. nitidissime exaratus, s. XII. correctus. Accuratissime descripsit A. Reifferscheid, Bibl. patr. latin. Italica II 359—65, cf. etiam Biblioth. Casin. IV 165, Hartelii N, v. Soden n. 82. Cena extat f. 164—168. Cuius codicis cum Bruno Albers me orante nonnullos versus contulisset, tandem aliquando eam familiam, unde Iohannes diaconus Cenam deprompsisset, invenisse mihi visus eram. Cum vero vir reverendissimus a me denuo rogatus cum humanitate quadam, quae vix satis laudari possit, totam Cenam aut contulisset aut transcripsisset, brevi rem longe aliter se habere intellexi:*

---

1) *Etiam tractatus* adversus Iudaeos *bis, f. 21 et f. 54, in hoc codice ex eodem archetypo exaratus est.*

2) *Conferas etiam supra ad cod. 31.*

Ca est codex familiae Y, sed ex rhythmo Iohannis diaconi interpolatus, inde a versu 185 paene excerptus est. Utrum ad classem Γ an Π referendus sit, multis locis rasis difficile est discernere, mihi magis cum Γ consentire videtur. Varias lectiones rhythmi in apparatu semper adscripsi, varias lectiones Cenae Cypriani passim.

42. ***Jo*** *= codex quem adhibuit Iohannes diaconus. Qui poeta cum saeculo IX. rhythmum confecerit, haud parvi momenti mihi visum est quaerere, quo codice esset usus. Neque opinio me fefellit, cod. Jo inter X et Y stabat, velut Jo 63* Herodes = *X,* Herodias *Y, v. 206* frequentate *Jo X, om. Y, 207* commutato (demutato) *Jo X,* demutate *Y, 319* Cain aedificat *Jo X,* aedificat Nachor *Y; multo pluribus autem locis cum Y velut 72* Judas *pro* Judith, *v. 76* Johannes *pro* Jacob. *Praesto igitur illi erat codex aliquis vetustus, multis mendis liber, quae in aliis orta sunt, nonnunquam autem falsa praebebat; propius ad Y accedebat, sed nonnulla servavit, quae in Y corrupta sunt, atque etiam quae in X et Y depravata sunt cf. v. 82* Sarepta, *Y* Sara, *X* Jepte, *v. 212* Nembroth, *in XY* Mambres *(coniectura Iohannis?), v. 274* perimitur *Jo,* punitur *XY.*

In edenda Cena ita versatus sum, ut lectiones ex X vel Y eligerem; qua in re non mediocri subsidio fuit Jo, nam aut lectiones Y+Jo aut X+Jo saepissime recipiendae videntur. Multis locis res ut in opere nimis obscuro dubia erat. In textu X constituendo nonnumquam haesitavi, utrum SBe an LaV_6 praeferrem; in Y praeter M (et Ca) non nisi familias π, β, π + β = Π, γ, Γ adhibui, singulos codices raro attuli. Ut vero tota farrago lectionum, quam comparavi, publici iuris fiat, in archivo nostro imprimendam curabo.

Iam restat, ut reliquos codices, quorum habeo notitiam, enumerem.

43. cod. Vat. reg. 117 sacc. XI., v. Soden n. 110.

44. cod. Vat. Ottob. 600 saec. XIV., v. Soden n. 410.

45. cod. Vat. Urb. lat. 63 s. XV., v. Soden n. 516; habet f. 280 adv. Judaeos, *f. 284* orationem, *f. 285* Cenam.

46. cod. Rom. Vallicell. lat. D 21 s. XV., v. Soden n. 5010.

47. cod. Ambros. A 122 sup. saec. XV., v. Soden n. 5013.

48. cod. Neapolitanus bibl. Naz. VI Aa 16. saec. XV., v. Soden n. 557.

49. cod. Cheltenhamensis Phillippicus 4361 s. XV., v. Soden n. 585 (Schenkl, Bibl. patr. lat. Britt. 1494).

50. cod. Holkham-Hallensis (Norfolk.) 121 s. XV., v. Soden n. 587 (Schenkl 3407)[1].

Iam sequuntur nonnulli codices miscellanei cum Cena:

51. cod. 62 abbatiae Subiacensis saec. XIV.

52. cod. Romanus Chigianus A VII 214 saec. XV.

53. cod. ecclesiae Durhamensis B 4, 18 s. XII. (Schenkl 4454).

54. cod. Ripley castelli sine numero saec. XIV. (Schenkl 4803).

Praeter hos quos attuli quot codices Cenae aut in bibliothecis lateant aut perierint, nescio. L. Delisle, Cabinet II 445 ex antiquo catalogo (s. XI.) librorum in monasterio sanctae Mariae Aniciensis quondam asservatorum sub n. 47 affert Cenam Cypriani. Catal. biblioth. Cluniacensis s. XII/XIII. ibidem p. 480 habet sub n. 540 volumen . . expositio eius *(Remigii)* in Sedulium et Catonem habens in medio cenam Cypriani. *Inter libros domini Iordani card. Ursini in Nerula Cena Cypriani commemoratur cf. Cancelleri, De secretariis basil. Vatic. II 907. R. Beer, Handschriftenschätze Spaniens 344, 21 (p. 377) in bibl. ecclesiae cathedralis Ovietensis* Cenam nubtiarum beati Cipriani *fuisse docet*[2]. *Chron.*

---

1) *Cod. bibl. universitatis Pragensis III E 7, v. Soden n. 5005, et cod. Marcianus III 3 (v. Soden n. 546 cf. eundem p. 230) Cenam non continent. In cod. Sangallensi 1035 s. XV. non versio Germanica Cenae extat (v. Soden l. c. p. 230), sed libelli de XII abusionibus.* 2) *cf. etiam Cahier, Nouveaux mél. d'archéol. 301 sq.*

Farf. ed. Balzani I 326 in relatione de thesauris huius monasterii, quos . . Hildeprandus . . . abstulit et defraudavit *(saec. X) . . affert* Cęnę Cipriani librum I. *In codice Turonensi (cf. supra n. 6) ex duobus codicibus, quorum alter S ad classem X pertinebat, variae lectiones adscriptae sunt, praeterea nonnullae notae extant non signatae, quas coniecturas esse puto. Pamelius affert codicem Duacensem et sancti Nicolai Tornacensis*[1].

Editionem sic institui, ut sub rhythmo Iohannis Cena Cypriani minoribus litteris impressa extet, utrique Cenae apparatus criticus addatur atque Cenae Iohannis quidem apparatus plenus, Cenae Cypriani lectiones selectae. In calce folii nonnulla quam brevissime ad Cenam Cypriani adnotata sunt, sed locos biblicos non ex Vulgata, sed ex versione antehieronymiana depromptos esse moneo. Haud paucos locos explicare nequeo. Lapôtre I = Le souper de Jean diacre, Lapôtre II = La Cena Cypriani et ses énigmes.

---

1) *Hrabanus Maurus cum in Cypriani Cena — codice classis Y utebatur — permulta reperiri intellegeret nomina, quae a sacris libris aliena essent, libellum retractatum et amplificatum ad Hlotharium II misit. Ut opus absolvam, etiam codices enumero, qui hanc retractationem exhibent: 1. Bernensis A 9 s. X., misc. 2. Cod. Gratianopolitanus 265 s. XII. 3. Cod. Cantabrigiensis collegii divi Iohannis D_2 saec. XII ex. 4. cod. Parisinus lat. 5134 olim Philiberti de la Mare saec. XIII. misc. 5. Cod. Lond. Harleianus 215 s. XIII. 6. Cod. XI 32 s. Floriani s. XIV. 7. Cod. lat. Monacensis 2689 s. XIV. 8. Cod. s. Galli 972[b], a. 1453 a P. Gallo Kemly scriptus. 9. Cod. s. Galli 692 a. 1466 ab eodem scriptus. 10. Cod. s. Galli 293 ab eodem scriptus. 11. Cod. Lond. Arundelianus n. 217 s. XII., v. Soden n. 250. 12. Cod. Oxoniensis coll. corp. Christi n. 86 s. XIV. 13. Cod. Lond. Lamb. palat. n. 338 s. XII. 14. Cod. Monac. 8437 a. 1463 exaratus. 15. Cod. 28 bibl. civitatis Hannover (non bibl. regiae Hannoveranae). — Cod. univers. Cantabr. Kk I 3 ad Cenam omnino non pertinet. — H. Hagen se primum hunc libellum edidisse (Zs. f. wiss. Theol. XXVII 164 sq.) opinatus gravi errore deceptus est, Leibnitio editio a. 1681 impressa cum versione Germanica praesto erat (Oudin, Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquae. Lipsiae MDCCXXIII, p. 275 sq.). Praeterea quinque editiones aut ipse vidi aut earum notitiam habeo, de quibus hic agere longum est. Epistulam dedicatoriam E. Dümmler MG. Epist. V 506 edidit. — In versus rhythmicos octosyllabos Azelinus quidam monachus Remensis Cenam vertit cf. Salmasius, Hist. Augustae scriptores, Parisiis 1620, 396:* Azelinus quidam Remensis monachus ante aliquot secula libellum illum versibus reddidit et hunc titulum libro suo, quem manu scriptum doctissimi Iureti beneficio habui, addidit: Cena Azelini Remensis monachi quam condidit ad Heinricum imperatorem imitatus Cyprianum episcopum Cartaginensem. *Salmasius affert hos versus*

p. 410 Helchiae pulchra filia
Secura per pomeria
Susanna fert castaneam

et p. 397 Ioseph talari tunica
Vestitur innocentia,
Infectam capri sanguine
Tollit pro pulchro munere.

In codice Parisino latino 5609, olim sancti Remigii Remensis, 54 strophae rhythmi mutili extant, ex quo illa deprompta esse Du Méril, qui rhythmum mutilum edidit Poésies populaires latines du moyen âge 1847, 93 sq., suo iure suspicatus est. Manu saec. IX scriptus esse Henrico Lebègue videtur, malim decimo saeculo tribuere. — Anonymi denique rhythmum 160 stropharum e codice bibliothecae civitatis Atrebatensis 557 s. XII. f. 145[v] sq. descripsi, quem Iohannis et Azelini rhythmis usum esse ex primis strophis apparet:

2. Has primus in Carthagine
Vir Ciprianus nomine
Honore pollens martyris
Scripsit recurvis digitis.

3. Post hunc Iohannes saltitans,
Predictum virum imitans,
Sub una cena retulit,
Ut primus ille cecinit.

4. Hos subsecutus Azelin
Plura dilatans addidit
Unaque cena principem
Henricum pavit cesarem.

TABULA CODICUM ADHIBITORUM:

Cena Iohannis:

1. *Me*
2. *J*
3. *Va* } σ
4. *S* }
5. *M* }
6. *T* } μ } Ψ
7. T_1 }
8. *D* }
9. *Vi* }
10. *Ca* }

Cena Cypriani:

1. *S* }
2. *Tr* } X
3. *Be* }
4. V_6 }
5. *La* }
6. *T* }
7. V_1 }
8. P_3 }
9. P_1 }
10. P_2 }
11. P_3 }
12. P_4 } π
13. P_5 }
14. P_6 }
15. P_7 }
16. O_4 }
17. *A* }
18. *D* }
19. *Ba* }
20. V_3 }
21. V_4 } v
22. O_2 }
23. F_1 }
24. F_2 }
25. F_3 } F } β } Π } Y
26. F_4 }
27. *H* } H
28. H_1 }
29. W_2 }
30. W_3 }
31. O_3 }
32. L_1 } L }
33. L_2 } } γ }
34. O_1 } o } } Γ }
35. V_2 } }
36. P_9 }
37. W_1 }
38. V_5 }
39. *E* }
40. *M* }
41. *Ca* }
42. *Jo*

I.

INCIPIT CAENA IOHANNIS CUIUSDAM AD IOHANNEM SANCTAE ROMANAE SEDIS PONTIFICEM EXCERPTA A CAENA CYPRIANI CARTAGINENSIS EPISCOPI QUAM SUBTILI INGENIO COMPOSUIT DE INSTRUMENTIS VETERIS NOVIQUE TESTAMENTI.

1. Quique cupitis saltantem — me Iohannem cernere,
Nunc cantantem auditote, — iocantem attendite:
Satiram ludam percurrens — divino sub plasmate,
Quo Codri findatur venter. — Vos, amici, plaudite.

2. Riserat qua Cyprianus — post Felicem Mineum,
Talamum Logiae septem — qui dotavit artibus,
Sub pampineis vinetis, — sub racemis mollibus,
Vetera novis commiscens — scriba prudentissimus.

3. Hac ludat papa Romanus — in albis pascalibus,
Quando venit coronatus — scolae prior cornibus,
Ut Silenus cum asello — derisus cantantibus,
Quo sacerdotalis lusus — designet misterium.

CLII. I. *Tit. sic Me,* Incipit uersiculos *(ss. m_2)* dm̄ ioannis de caena sancti cypriani martyris *M,* INCIPIUNT uersiculi dm̄ Iohis de cena sc̄i Cipani martiris *TD (sed T prologum post III str. 2 inseruit), excidit in Vi, om. Jσ In MeJσMD hi versus Cenam antecedunt, in T sequuntur stropham 2 epilogi. Strophas quattuor versuum indicavit Lapôtre. Ediderunt Novati, Studi crit. e letterari 1889, 275 sq., Lapôtre I 318 sq.* 1, 1 Quique *JμVa,* Quicumque *S,* O qui *Me* saltantem *MeJVaM,* saltante *S,* salutantem *TD* ioannem *μ,* ioh. *reliq.* 1, 2 cantantem *Meμ,* cantante *M,* cantantis *Jσ* auditote *MeJμ,* auditores *σ* iocantis *J,* iocantem (loc. *Va*) *reliq.* 1, 3 Satiram *Jμ,* Satyra *Me,* Satura *Va,* Statura *S* ludam *MeJ,* luam *S,* luna *Va,* ludo *μ* accurrens *Me,* percurrens *reliq.* 1, 4 Quo codri *MeJ,* Qua codri *μ,* Qua quodri *Va,* Q̃ q̃dri *S* uentus *Me,* uenter *reliq.* aimici *S* 2, 1 qua *MeJμ,* que *σ* fedicem *J,* felicem (fael.) *reliq.* himeneum *T,* mineum *reliq.* marcianus *in marg. add.* m_2 *T* 2, 2 q: *J,* qui *reliq.* doctauit *M* 2, 3–4 *in loco raso Me* 2, 4 nobis *σ* comiscens *M* 3, 1 Hac *Jμ,* Hanc *Meσ* ludat *ex solo J recipiendum esse cum A. Lapôtre censeo,* laudat *reliq.* alb' *M* 3, 2 stole *σ,* scole, scolae, scholae *reliq.* prius *in* prior *corr. D* 3, 3 silenis *σ* cum asello *MeJσ,* cum nasilo *μ* derisus *Jσ,* decisus *Me,* deriso *μ* 3, 4 Quo *MeJμ,* Quod *σ* sacerdotali, s *add.* m_2, *D* usus *Me,* usus, *corr.* m_1, *S,* lusus *reliq.*

CLII. I. *Schema prologi et epilogi* $8 \_\smile + 7 \smile\_$. *Praeter III 5, 3—4 quaterni versus inter se assonant. Strophas distinxit Lapôtre. Hiatus nullus, synizesis III 1, 1* Tascius, *clausulae purae, sed III 5, 1* tendit amum. *Etiam in Cena ipsa hiatus rarissimus, de clausulis cf. v. l. 29. 38. 92. 101; paucis locis elisio, aliis synizesis videtur esse admissa, nonnulla dubia sunt. De hoc prologo conferas supra p. 859 et 857 notam.* 1, 1 Quique: *cf. ad rh. XXIII 1, 1.* Iohannem *sc. diaconum cognomine Hymmonidem.* 1, 3 *Martianus Cap. de n. Ph. et Merc. IX § 997* Habes .. fabulam, miscillo lusit quam lucernis flamine satura. *ibid. 998* agresti .. plasmate. divino: *cf. infra 6, 3* divinis miraculis, non satyricis comm. *e. q. s.* 1, 4 *Verg. ecl. VII 26* invidia rumpantur ut ilia Codro. — Plaudite: *cf. Terent. passim* Vos valete et plaudite. 2, 1 *sq. Iohannes igitur Cyprianum Martiani Minei Felicis Capellae librum de nuptiis Philologiae et Mercurii imitatum esse censet.* 2, 4 *Cyprianus personas suas promiscue ex Vetere et Novo Testamento deprompsit.* 3, 1 *sq. die festo Cornomanniae* ('sabbato de albis, quando laudes Cornomanniae canende sunt domino pape'), *de quo cf. Paul Fabre, Le Polyptyque du chanoine*

4. Hanc exhibeat convivis imperator Karolus,
In miraculis gavisus, prodigus in vestibus,
Quando victor coronatur triumphatis gentibus,
Ut imperialis iocus iństruat exercitum.

5. Video ridere, certet quam scurra Crescentius,
Ut cachinnis dissolvatur, torqueatur rictibus;
Sed prius pedens crepabit tussiendo vetulus,
Quam regat linguam condensis balbus in nominibus.

6. Ad cenam venite cuncti Cypriani martiris,
Rhetoris et papae clari Libicae Cartaginis,
Quam sophista verax lusit divinis miraculis,
Non satiricis commentis, non comoedi fabulis.

4, 1 karolus *MeJ*, carolus *μσ* 4, 3 uirtor *J* coronatur *J*, coronatus *Meμσ* triumphatis *MeJμ*, triumphat in *σ* 4, 4 iocus *J*, locus *σTD* exercitus *σ* 5, 1 certet *MeJ*, certe *μσ* quam scurra *MeJμ*, quam scurram *σ*, quam *i. e. quantum, sed fort. Vollmer recte coni.* quum crescentius *Me*, crescencius *J*, crescentium *σ*, crescentibus *μ* 5, 2 cachinnis (chachinis *M*) *μS*, cathinnis *JVa*, cachinnus *Me* disoluatur *S* 5, 3 pedens *MeMVa*, pendens *TDS*, pede *J* crepabit *MeJμ*, crepauit *σ* uetullus *σ* 5, 4 linguam *Novati*, lingua *codd.* condensis balbus in nominibus *Me*, condensis (condensus *J*, condempsis *Va*) balbus est (*om. J*) in omnibus *Jσ*, contemnens prior balbus omnibus *μ* 6, 2 *om. S* Thetoris *TD*, Rectoris *Va*, rhetoris, retoris *reliq.* claris linite *Va*, clari libice *reliq.* 6, 3 Quam *MeJσ*, Qua *μ* uera *S* lusit *Me*, luxit *Jσμ* 6, 4 satricis *J* commonentis *J*, commentis (comentis) *reliq.* comedi *μ*, commoedi *J*, comoedię *Me*, comedit *Va*, commendat *S*

Benoît, Lille 1889, 18 sq. — mansionarius vero in medio saltat in girum sonando phinobolum et cornutum caput reclinando. Finitis laudibus surgit quidam archipresbyter, retrose ascendit asinum preparatum a curia *ibid. p. 22.* 4, 2 in mirac. gav. *cf. epist. Ioh. VIII Migne CXXVI ep. 22 p. 669.* prodig. in vestibus *cf. Agnellus, liber Pontif. Rav. c. 174 SS. rer. Langob. p. 390, 26 (Lap. I 332, 2).* 5, 1 *Ich sehe (sc. im Geiste) ihn (sc. Karolum) lachen, wie sehr (sive: wenn) Crescentius sich (vergeblich) abmüht, dass er (sc. imperator) fast vor Lachen platzt.* 6, 1 *sq. cf. supra p. 859.*

II.

A.

CENA IOHANNIS DIACONI.

Quidam nomine Iohel rex Orientis, maximas
In Chana qui Galileae faciebat nuptias,
Invitans ad cenae plures dignatus frequentiam.
Qui Iordane se lavantes currunt ad convivia.
Tunc Neeman commundavit, Amos aquas spargitat,
Iacobus, Andreas feni detulere copiam,
Matheus, Petrus straverunt, mensam ponit Salomon
Misticis implendam cibis tropicisque ferculis,
Quam circumdat omnis turba discumbendi gratia;

B.

CENA CYPRIANI.

Quidam rex nomine Iohel nuptias faciebat in regione Orientis in Chana Galileae. Is invitavit plures, ut cenam eius confrequentarent. Qui temperius loti in Iordanen adfuerunt in convivio. Tunc

commundavit Naaman, aquam sparsit Amos,
Iacobus et Andreas adtulerunt foenum, Matthaeus et Petrus straverunt,
mensam posuit Salomon, atque discubuit omnis turba.

CLII. II. **A** Explicit Prologus. Inciṗ. caena *Me*, CENA CIPRIANI MARTIRIS INCIPIT *T*, Incipit caena cypriani martyris *MD*, *om. Jσ* 1 iohel *Meσ*, zoel *Jμ* *expectaveris* rex Iohel, *sed cf. v. 300* maximas *MeJ*, maximus *μσ* 2 cana *T*, chana (chaṅa *S*) *reliq.* qui *recepi metri causa ex solo Me (suppl.* fuit*)*, *om. reliqui; an* in Chanaan *ut habent Cypriani codices* $MBaV_5$? galileae, galilęę, galilee *codd.*, talia *in edendo rhythmo sprevi* 3 cęnę (caenę) *MeJ*, cenam (caenam) *μσ* plures *MeJσ*, *om. μ* frequentiam *MeJ*, frequentia *μσ (in marg.* m_1 *S)* 4 Qui *MeJμ*, Cui *σ* iordanes eleuantes *σ* conuiuia *MeJσ*, conuiuium *μ* 5 neeman *TD*, ne eman *M*, neemiam *JVa*, ne eminēa *S*, naaman *Me* commundauit *MeJTD*, commendauit *Mσ* Hamos *M*, Amos *reliqui* aquas *Meμ*, aquam *σ*, aqua *J* spargitat *MeJ*, spargitans *σ*, sparserat *μ* 6 iacob *J*, iacobus *reliq.* detulere *MeJ*, detulerunt *μσ* 7 Mathateus *D*, strauere *M*, strauerunt (strauēr) *reliqui*, (stauēr *S)* salamon *MeS*, salomon *reliqui* 8 misticus *D*, mysticis, misticis *reliqui* 9 circumdabat *μ*, circumdat *reliqui*

A 159 Intincxit *J* cain *JM*, cam *T*, eam *D*, chain *Va*, thā *S* prius *JTDVa*, priuis *M*, *om. S* patricida *J*, parricida *μ*, fratricida *σ (recte?); S in marg. habet* Intinxit thamar sororem fratricida subdolus *num v. 160 genuinus est?* non uiolatur *σ* 161 his *codd., an* hic? habel *M*, abel *reliq.* 162 abraham *JD*, habraam *M*, abraam *Tσ* 163 Conspersit *TD*, Consperxit *J*, Conspexit *M*, Consparsit *σ* pulmentum *Jμ*, fermentum *σ* ioannes *M*, iesus *(ihs) reliq.* 164 perministrat *Jμ*, ministrat *σ* uerbi *JTD*, uerbis *σ*, uerba *M* 165 uim *TD* 166 bibebat *μσ*, bibat *J* iohs *M*, iesus *(ihs) reliq.* 167 surrentinum *JVa*, syrrentinum *TD*, sirrentinum *M*, surrectinum *S* Addam *J* pelignatium *M*, pelignaceum *T*, pellinacium *σ*, p ligna caecum *J* 168 Laxanum *JμS*, Lixanum *(ix corr.) Va* diuinus *μ*, diuinum *σ*, diuinitus *J* isaac *JM*, hisaac *S*, ysaac *TDVa* creticum *Jμ*, grecum *σ* 169 adrianum *scripsi*, adriam *J*, adria *σ*, aridam *μ*

B 138 que om. *πγ W*$_1$ 139 ionathas *XLa*, ionas *P*$_1$, iohannes *reliq.* 140 lac abr. *om. X* lactem *MII*, lac *reliq.* sparsit *β*, consp. *reliq.* 141 omnia *MΓEW*$_1$*Jo, in marg. add. Ca, om. ΠX* 142 gen. u. habebant *(*habebantur *W*$_1$*) Y*, uini gen. habebat *(*habebant *V*$_6$*) X* alia *L*, aliqua *V*$_5$ 143 passū, ū *ut videtur in rasura, V*$_1$, passim *P*$_1$, passum *reliq.* bibit *BeV*$_6$ iohannes *MΓE*, ionas *reliq.* 144 surgentinum *π*, surrentinum *reliq.* pelinum *V*$_1$, pellinum *P*$_1$*βV*$_6$, pelinum *reliq.* 145 *laitanum *Y*, gaitanum, gatt. *XLa*, gaditanum *coni. Mor.* 146 adrian. a. *om. X* arbustinum *X*, arbustiuum, arbustium *similia Y*

B 138 Cain: *cf. ad v. 124.* 139 *gen. 4, 4. — Matth. 3, 4.* 140 *gen. 18, 8. — gen. 18, 6 (versio antiqua Ambros. l. de Abr. I 5)* festina et consperge tres mensuras similaginis *e. q. s.* 141 dulcia *(Süßigkeiten, Konfekt) cf. supra p. 862 locum Zenonis.* Paulus: *quorsum haec spectent, dubium est; Harnack ad Acta apost. ap. Lips. I 46, 7 sq. refert, sed cf. C. Schmidt, l. l. p. 160.* 143 *sq. vinorum catalogus: cf. ad v. 120 sq.* Passum: *Plin. 14, 81, gloss. III 364, 72, sc. propter passionem.* Marsicum *Ionas. 1, 15: apud Plinium non inveni, gloss. III 364, 71.* 144 Surrentinum: *Plin. 14, 64. 23, 33. 36.* Pelinum: *Pelignum? a πηλός, gen. 2, 7.* 145 Laletanum *conieci ἀπὸ τοῦ λαλεῖν cf. exod. 4, 10. Plin. 14, 71.* Creticum: *gen. 17, 6. Gloss. III 364, 68.* 146 Adrianum: *Plin. 14, 67.* Arbustinum: *Luc. 19, 4. Gloss. II 567, 38.*

Iohannes bibit Albanum, Tecla potat Arsinum,
Campanum fert iustus Abel, Florentinum sed Rachel,
Maria Signini gaudet poculi libamine.
Saturati sunt convivae vini pro dulcedine.
Sopitus iacebat Adam, Noe dormit ebrius,
Prosternebat Olofernus, sat bibebat Loth ludens,
Ionam somnus detinebat, gallus Petrum suscitat,
Iesus Christus excitatur mergente navicula,
Iacob surgere certabat, prior surrexit Laban,
Miscuit scyphum Beniamin et Maria intulit,
Simon Petrus prior bibit, deinceps apostoli.
Et quia vinum furatus Amelsat subduxerat,
Et quia Ionas pincerna male permiscuerat,

Arsinum Thecla, Albense Iohannes,
Campanum Abel, Signinum Maria,
Florentinum Rachel.
Saturatione vini sopitus iacebat Adam, ebrius dormivit Noe,
satis biberat Loth, stertebat Holofernes,
somnus tenebat Ionam, vigilavit prope gallum Petrus,
suscitabatur Iesus, surgere quaerebat Iacob,
prior surrexit Laban.
Tunc miscuit scyphum Beniamin, intulit Maria,
prior bibit Petrus.
Sed quoniam vinum subduxerat Amelsad et male miscuerat Ionas,

---

A 170 Ioannes *T* bibit albanum *Jσ*, alb. bibit *μ* potat *σ*, portat *μ*, *om. J* arsinum *σ*, tharsinum *J*, tarsicum *μ* 171 Habel *M*, Abbel *S* camp. f. iust. abel *Jσ*, Abel iust. f. camp. *μ* racha *S*, rachel *reliq.* 172 signini *TD*, signi *M*, signi in *J*, signis *σ* 173 dulcedine loth ludens (Iudeis *M*) *μ cf. v. 175* 174 *sic σ*, Sopitus addam iacebat ebrius dormit noe *J*, *om. μ* 175 Prosternebat *codd., sic in codice, quo Iohannes usus est, scriptum fuisse videtur, unde locum coniecturis temptare supersedeo;* (prosternebat *fort. intellegendum: lectum praeparabat, ut cum Iudith dormiret)* Olofernus *Jμ (cf. rh. III)*, olofernes *Va*, holofernes *S* sat bibebat *μ*, at bibebat *J*, sat bibebat, *om.* loth lud. *μ cf. ad v. 173*, at bibebat loth l. *J*, et satis bibit ludens *σ* 176 Ionam somnus *Jμ*, Ionas sompnum (sonn̄ *Va*) *σ* gallus *μσ*, gallum *J* 177 excitatur *μ*, excitatus *J*, suscitatus *σ* mergente *μσ*, uergeme *J* 178 surexit, *corr.* m_1, *M* 179 Mascuit *M* beniamin/ *M* scyphum beni. *Jσ*, beni. scyphum *μ* ciphum *Va* *hic incipit Vi* It maria intulit 180 Simon *TDσ*, Symon *JMVi* 181 amelsat *JVaCa*, amelsa/ *S*, amelsa *Ψ* 182 permiscuerat *Ψ*, ꝑmiscuerat *J*, miscuerat *σ*

B 147 marsinum *β*, sarcinum *Ca*, arseum V_5, arsinum *reliq.* alb. ioh. *om. X* albensem *πΓE*, albanum *Ca*, albense *reliq.* 148 sturninum *β*, signinum *reliq.* 150 *sic ΠΓM*, saturati omnes. uino sopitus *β*, sat. u. *om. X* dormiuit *Y*, obdormiuit *X* 151 biberat *XL*V_5W_1, bibebat *MΠ*V_2*EJoCa*, *dubitans recepi* biberat, *Lapôtre*, *qui II 505 sq. interpretatur* satis bibebat = *filiabus concubabat*, *mihi non persuasit* 152 somnium tenebat ionas *β*, somnus t. ionam *reliq.* uig. — petr. *om.* V_6 pro gallo *β*, prope g. *reliq.* 153 suscitabat//, ur *eras.*, V_1, suscitabat P_1, suscitabatur *reliq.* iacobus V_2 154 labau *πJo*, lazarus *XMΓE*W_1*β* 155 Maria *YJo*, Thamar *SBe*, martam V_6, Marta *LaCa* 157 quoniam *XCa*, non iam *β*, quia *reliq.* amelsahel *et simil.* *Be*V_6*L*, amensa ysaac *β* (ysaac *add.* m_2*Ba*), amelsad, amelsat *reliq.* et *om. XLaCa* ionas *Y*, iob *X*

B 147 Arsinum: *quia Thecla in rogo stabat cf. v. 50 et Lipsius, act. apost. apocr. I 250, 10; Harnack de ardenti amore cogitat. Vinum Arsinum non inveni.* Albense: *Plin. 14, 30. 64. 23, 36 vinum Albanum.* 148 Campanum: *quia pastor est. Gloss. III 364, 65.* Signinum: *Ioh. 2, 3 sq., 11. Plin. 23, 36. 14, 65.* Florentinum: *cf. v. 166. Plin. 14, 36.* 150 *gen. 2, 21. — gen. 9, 21.* 151 *gen. 19, 32 sq. — Iudith 13, 4.* 152 *Ionas 1, 5 sq. — Matth. 26, 40 sq., 74 etc.* 153 *Matth. 8, 24 sq. etc. — gen. 32, 25.* 154 *gen. 31, 55.* 155 *gen. 44, 12.* int. Maria *quo pertinet? (v. l.* Thamar: *cf. reg. II 13, 10).* prior Petrus: *cf. ad v. 24.* 157 *Dan. 1, 16.* Amelsad *LXX et vers. antiq. — Nimiam aquam addiderat cf. Ion. 2, 6* circumdederunt me aquae *e. q. s.*

Hinc Hermippus murmurabat, Iohannes bibit aquas,
Vinum petebat Maria, architriclinus hydrias,
Ampullam ferebat Martha, Iudas fert invidiam,
Ismahel iam sitiebat, vult abire Tobias,
Non concessam mater ambit filiorum gloriam,
Iacobus haurire certat alienas pateras.
Sublata mensa Pilatus aquas petit manibus,
Tradidit sacer Iohannes, Martha ministrat ovans,
Hermocrates effundebat, Petrus pandit linteum,
Esaias fert lucernam, Symeon agit gratias,
Anna benedixit casta, Rachel dat coronulas,
Yssopum Moyses aspersit aquis expiantibus,
Aaron profert unguentum, chrismatis misterium,

---

murmurabat Hermippus, aquam bibebat Iohannes,
vinum petebat Maria, plenam ampullam ferebat Martha,
sitiebat Ismahel, ire volebat Tobis,
alienum calicem bibere volebat Iacobus. Sublatisque omnibus
aquam ad manus petebat Pilatus, tradidit Iohannes,
ministravit Martha, effudit Hermocrates,
linteum porrexit Petrus, intulit lucernas Esaias,
gratias egit Simeon, benedixit Anna,
intulit coronas Rachel, hyssopum porrexit Moyses,
dedit unguentum Aaron, perunxit Martha,

A 183 Hinc ermippus *J*, Pincer mippus *μ*, Hinc crinippus *Vi*, Hinc erūpnus *S*, H. crūpn' *Va* ioannes *T*, iohannes *reliq.* 184 petit *in* petebat *corr. Va*, petebat *reliq.* architiclinus *σ* hydrias *JVi*, ydrias *μ*, ydriam *σ* 185 Ampulam, *corr. m*$_2$, *M*, Ampullam *reliq.* inuidiam: *sic codd. et Ca* 186 Hysmahel *J*, Hismahel *Vi*, Ysmael *σ*, Misael *M*, Misahel *TD* iam *om. Vi* abire *Jμσ*, bibere *Vi* uult t. abire *σ* 187 concessam *σ*, concessa *Vi*, concessit *J*, cessa *M*, cessat *TD* gloriam *Jσ*, gloria *Ψ*, mater querit gloriam filiorum *Ca; ad hunc versum cf. Matth. 20, 21 sq.* 188 Iacob *Vi*, Iacobus *reliq.* haurire *(aur. σ) Jσ*, adire *Ψ* 189 aquam *σ*, aquas *reliq.* 190 sacerdos ihs *σ*, sacer iohannes *reliq.* martha *DS*, marta *reliq.* ministrat ouans *JVa*, ministrabat ouans *S*, ouans ministrat *Ψ* 191 Ermocrates *(Herm. S) σ*, Hermogrates *(Erm. M) Ψ*, Haecmocrates *J* spandit *σ*, pandit *reliq.* linteum *Jσ*, lintea *Ψ* 192 Esayas *TD*, Isaias *JMVi*, Ysaias *σ* symeon *(simeon S) Jσ*, symon *Ψ* ait *J*, agit *reliq.* 193 bened. casta *Jσ*, casta bened. *Ψ* rachel dat *Jσ*, dat rachel *Ψ* 194 Ysopum *σ*, *om. J*, Ipsorum *(Ipoψ M) MVi*, Iporum *TD* moises *T* aspersit *ViVa*, aspergit *μS* Moses aquas sparsit expiantibus *J* 195 pfert *J*, profert *reliq.* chrismatis *J*, crismatis *Ψσ* misterium *om. J*

B 158 philippus $W_1E\Gamma$, hermippus, erm. *reliq.* aquam *XLJo*, aquatum, aquam tum, aquatam *Y (non L)* biberat *βE* 159 non consentiebat Susanna *add. post* Maria *XLa* ferebat martha YV_6 *(maria Ca)*, petebat thamar *X (non* V_6*)* 160 ismahel *Y*, israhel *XLa* 161 biberat *β*, bibere uolebat *reliqui* iacobus *codd.*, iacob V_2V_3 162 aquam ad manus *scripsi cum Γ*, aqua manus *Xπ (manibus* V_6*)*, aquam manus *βM* petebat *X*, petiit *et* petit *Πγ*, accepit *M* iohannes *XJo*, iudas *Y* 163 ministrauit *X*, ministrabat *Y* 164 lucernas $XLO_1EW_1V_5$, lucernam ΠV_2M 166 coronas *XLa*, coronam *Y* hyssopum porr. dauid *X*, dau. hyss. por. *ΓM, om. Π. Cum Cyprianus librum psalmorum nunquam adhibere videatur, pro* Dauid *(ps. 50, 9* asperges me hyssopo*) ex Jo recepi* Moyses *(exod. 12, 12)* 167 Aaron *XΠJo*, maria $M\Gamma W_1$ perunxit m. *om. X* perunxit *Y, rectius fort. Jo* pedes unxit

B 158 *C. Schmidt, Acta P. l. l. 53, 22. — Luc. 1, 15.* 159 *Ioh. 2, 3. — Luc. 10, 40 (v. l.* Thamar: *reg. II 13, 10)* Martha *v. 159. 163. 188. 268.* 160 *gen. 21, 16. — Tob. 10, 8 sq.* 161 *Matth. 20, 22.* 162 *Matth. 27, 24.* Pilatus *v. 162. 269. — cf. ad v. 158.* 163 *Ioh. 12, 2. — C. Schmidt, Acta Pauli 53, 9.* 164 *act. ap. 10, 11.* 165 *Luc. 2, 28 sq. — Luc. 2, 38.* 166 *cf. v. 149.* — Moyses: *exod. 12, 22 (v. l.* David *ps. 50, 9).* 167 *levit. 8, 12.* — Martha: *cf. v. 268. Quo referendum est? An* Maria *cf. Ioh. 12, 3?*

Quo Christi pedes unguntur convivis mirantibus.
Tunc Adam poma ministrat, Samson favi dulcia,
David citharam percussit et Maria tympana,
Choreas Iudith ducebat et Iubal psalterium,
Asaph metra concinebat, saltabat Herodias,
Mambres magus fert magiam, quem ridebat Isaac,
Oscula porgebat Iudas fraudulentus noxia,
Valefaciebat Iethro, Moyses lustrat marmora,
Sequitur Pharao turbam, decidit in maria.
Cumque omnes ire vellent, rex ait respiciens:
'Nunc per omnem nuptiarum frequentate vos diem
Habituque commutato velut pompam facite,
Sic ad domos vestras ite iocabundis similes.'
Placuit regis voluntas convivis gaudentibus.

---

poma intulit Adam, favum porrexit Samson,
citharam percussit David, tympanum Maria,
psalterium duxit Iubal, choreas Iudith,
cantavit Asaph, saltavit Herodias,
laudes dixit Azarias, magia lusit Mambres,
risum fecit Isaac, osculum porrexit Iudas,
valefecit Iothor.
Sed cum iam vellent ire, respiciens eos rex ait: 'Nunc per omnia diem nuptiarum celebrate et frequentate et demutato habitu sic velut pompas facientes ite domos vestras.' Placuit omnibus voluntas regis, atque primus omnium prodiit

---

A 196 christi p. unguntur *(unguentum J)* $J\sigma$, ung. Christi ped. Ψ conuiuis *TDVa*, conuiuus *M*, conuiuiis *ViS*, cum uiuis *J* 197 pomat *Vi* samson *JVi*, sanson $\mu\sigma$ 198 Lauit *M*, Dauit *S*, Dauid *reliq.* cytheram *M*, cytharam *(cith.) reliq.* percuxit *J* tympanum *S*, tympana *(timp.) reliq.* 199 Iudich *M* choreas Ψ, coream σ, choros *J* Iud. chor. duc. Ψ, Cor. iud. ducebat $J\sigma$ *(d*ucebat *S)* psalterium $J\sigma$, psalteria Ψ et iubal per psalteria *M* 200 concinebat $J\sigma$, canebantur Ψ *(canabantur Vi) hic finit* σ 201 quem ridebat *J*, ridebatque μ, didebatque *Vi* 202 Obscula *JM* porgebat Ψ, ferebat *J* fraudol. *J* 203 ietro fac. Ψ, fatiebat iethro *J* marmora *om. J*, mamora *Vi* 204 pharao — maria *om. J* cecidit *Vi* 206 per omnem *codd., sed cf. Cypr.* 207 comitato *D*, commutato *reliq.* 208 Hic *Vi*, Sic *reliq.* uestras *om. Vi* *iocabundi similes Ψ, uocabunt dissimiles *J* 209 rei^{s} *M*, regis *reliq.*

B 169 percussit *X*, porrexit *MΠ*, ferebat *(feriebat W_1) Γ* 170 duxit *XLaJo*, dixit *Y* iubal *Y*, iobal XV_2 choreas *Y*, cordas *XLa* dixit *Π*, duxit *MΓ*, dixit *sive* duxit *om. X* /////iudit, *fuitne* iudas? V_1 171 Asaph *Jo*, David *Y*, Asael *X* 172 dixit *XE*, dedit *Y* magia lusit $Mn\,V_6La$, magias lusit β, magia iussit *Γ*, magis ausit *BeSTr*, magus ausit *Ca* 174 iothor *plurimi*, iathor *SBeLa*, lothor O_1, Loth *(Fellius, Baluzius) in nullo codice inveni* 175 sed iam cum u. *Π*, sed cum iam u. V_2EM, sed c. u. iam *Γ*, et cum *X* ire *Y*, discedere *X* eos *om. Π* sic ait V_2S *ss.* m_1 *Be* diem festum nuptiarum β 176 et frequentate *om. Y, sed cf. Jo* demutato habitu uelut *XLa*, demutate habitus; sic uelut pompas facientes ite *Y* domos uestras *XLa*, domibus uestris *Y* placuit uero *Y* 177 atque ita *Y* primus omnium *MΓ*, primus omnibus *Π*, omnium prior *X* prodiit *X*, prodit *Π*, prodibit *M*, procedit *Γ*

B 168 *gen. 3, 6. — iudic. 14, 8.* 169 *reg. I 16, 23. — exod. 15, 20.* 170 Iubal: *gen. 4, 21 (Augustin. d. civ. d. 15, 17)* hic fuit qui ostendit psalterium et citharam. — *Iudith 15. 15 sq. (cod. reg.)* 171 *paral. I 25, 1 sq. — Marc. 6, 22.* 172 Azarias: *Dan. 3, 25 sq. — exod. 7, 11, Timoth. II 3, 8.* Mambres *v. 172. 180 (cf. app. crit.)* 173 *gen. 21, 6. Hieron. lib. interpret. hebr. nom., Lagarde, Onom. sacra² 7, 15* Isaac risus vel gaudium. — *Matth. 26, 49 etc.* 174 *exod. 4, 18. (*Iothor *LXX et vers. ant.)*

Primus omnium prodivit in magistro Iesus,
In custodia Iohannes, in sequente Pharao,
Venator fiebat Nembroth, Petrus retiarius,
Adam pater ortulanus, Iudas extat proditor.
Exodiaria fit Eva, Cain latro permeat,
In pastore currit Abel, in cursore fit Iacob,
Fit sacerdos Zacharias, David ut rex ambulat,
Pergit Iudas citharizans, ut piscator Iacobus,
Ariochus prodit cocus, Rebecca fert ydriam,
Fornicator Annanias, Tecla bestiaria,
Stupidus fit Molassadon, sapiens rex Salomon,
Martha prodit in ministro, Urias in milite,
Fit insanus rex Herodes, Cham servitus exhibet.

---

in magistro Iesus, in custodia Iohannes,
in retiario Petrus, in secutore Pharao,
in venatore Nemroth, in delatore Iudas,
in hortulano Adam, in exodiario Eva,
in latrone Cain, in pastore Abel,
in cursore Iacob, in sacerdote Zacharias,
in rege David, in cytharoedo Iubal,
in piscatore Iacobus, in coco Ariochus,
in aquario Rebecca, in fornacatore Ananias,
in bestiario Thecla, in stupido Molassadon,
in religioso Salomon, in ministro Martha,
in milite Urias, in insano Herodes,
in famulo Cham, in medico Tobis,

A 210 prodiuit *TDVi*, prodiuidit *M*, prouidit *J* 211 iohannes *Ψ*, iohannis *J* in *om. Ψ* pharao *J*, pharaone *Ψ* 212 nembroth *MD*, nebroth *Ca*, membroth *T*, nemroth *(*nem *ex* men *J) JVi* 213 Addam *J* ortolanus *JTD*, ortulanus *MVi* 214 Exodiaria fiebat *(*exord. fiebant *Vi)*, eua *om., Ψ*, Exordiaria fit eua *J* caim *M* 215 currit *in correctura T* Habel *M*, abel *reliq.* fit *Ψ*, fuit *J* 216 Fuit *J* 217 *correxeris* Iubal, *sed dubium est an Iohannes in codice suo invenerit* Iudas; in cytharizante Iudas *Ca* 218 Ariochus *Jμ*, Antiochus *Vi* idriam *J*, ydriam *μ*, hydriam *Vi* 219 bestiaria *J*, uestiaria *Ψ* 220 Salamon *D* 221 Marta *JM* hurias *J* 222 cham *JMVi*, cain *T*, chain *D* seruatus *M*, seruitus *reliq.*

B 178 in magistro *Y*, in magistrum *BeS*, in magistratu V_6La custodiam *β*, custodia *reliq.*, custode *editores* 179 in ret. petr. *om. X* exsecutore *Ba*, secutore *reliq.* 180 Nemroth *ex Jo correxi*, mambres *codd.*; in uenatore (Nemroth, in mago) mambres *coni. Hagen* in del. iud. *om. X* 184 ////iubal V_1, *fuitne* iudas?, *(*iudas *Io.)*, iohannes *pro* iubal *M*, reliqui iubal, iobal 185 iacob MW_1V_2 ariochus *Y*, iaritho, iarito *XLa* 186 *fornicatore *plurimi*, for/ati//e *M*, fornatorio *(at ex* fornicatore *corr. V_1) π*, furnitore *La* 187 uestiario $XγW_1$, bestiaria V_5, bestiario *reliq.* 188 ministra *Γ*, ministerio *XCa*, ministro *reliq.* 190 cham *Y*, *sed* in famulo moyses in zelatore cain *M*, in fam. zacharias *X* in med. tob. *om. X cf. ad v. 192*

B 178 *Matth. 4, 17 et al.* — *Marc. 6, 16 sq., Luc. 3, 20.* 179 *Marc. 1, 16 sq., Luc. 5, 10.* — *exod. 14, 8 sq.* 180 *gen. 10, 9.* — *Matth. 26, 15 et al.* 181 *gen. 2, 8.* — *gen. 3, 23 sq.* 182 *gen. 4, 2 sq.* 183 *gen. 27, 43 LXX ἀναστὰς ἀπόδραθι.* — *Luc. 1, 5.* 184 *reg. II passim.* — *gen. 4, 21.* 185 *Luc. 5, 10 (cf. ad v. 24).* — *Dan. 2, 14 τῷ Ἀριὼχ τῷ ἀρχιμαγείρῳ τοῦ βασιλέως.* 186 *gen. 24, 15.* — *Dan. 1, 6. 3, 23.* 187 *Πράξεις Παύλου Lips. l. l. I 255.* — Molassadon: *cum salem dederit supra v. 137. Matth. 5, 13.* 188 *reg. III 3, 3.* — *cf. supra v. 163.* 189 *reg. II 11, 15.* — *Matth. 2, 16.* 190 Cham: *gen. 9, 25 (vers. ant. Augustin. de civ. dei 16, 1).* — *Tob. 6, 5 sq. 11, 13 sq.*

Fit Isac ridiculosus, Noe nutat ebrius,
Iob dolorem docet fronte tristis sub effigie,
Fit ut medicus Tobias et ut iudex Danihel,
Fit faber Ioseph dolabra, prostituta fit Thamar,
In odibili fit Lya, in formosa fit Rachel,
Fit ut domina Maria stella splendidissima,
Loth procedit velut pius, Amalech contrarius,
In structore Sem videtur, Esau ceu rusticus,
Yeroboam fit impostor, Goliath fortissimus,
Ionathas protendit arcum, David vertit clipeum.
Sed quia iam prostitutam quaerebat Sichem Dinam,
Aquas Aaron effundebat, contendebat tunc Dina,
Ionas calvus nudus erat naufragus in maria;

---

in ebrio Noe, in risiculo Isaac,
in triste Iob, in iudice Danihel,
in fabro Ioseph, in prostituta Thamar,
in formosa Rachel, in odibile Lia,
in domina Maria, in impio Loth,
in adversario Amalech, in structore Sem,
in rustico Esau, in forte Golias,
in impostore Hieroboam.
Sed quoniam contendebat Dina, aquam effundebat Aaron,
et nudus erat Ionas. Tunc solem petebat Auxes,

A 223 ysac *D*, ysaac *T*, isaac *JMVi* nutat *J*, muttit *Vi*, mittit μ Noe m. ebr. Ψ, nutat ebr. n. *J* hebrius Ψ 224 tristis *(genetivus!)* *J*, tristi μ, Christi *Vi* 225 danihel *J*, daniel *(naniel M) reliq.* et *om. J* ut iud. fit dan. *J* 226 dolobra *J* fit thamar *JVi*, fit. *om.* μ 227 inodibilis *MVi*, inodibiles *TD*, inaudibile *J* informosa *JTD* 228 domna *Vi* splendissima, *corr.* m_2, *M* 229 uelut pius *J*, uelut prior Ψ, in impio *Ca* Amalech *J*μ, almalech *Vi* 230 *Instructor esse uidetur *codd.* ceu *J*, ut Ψ 231 Yeroboam *J*, Hieroboam *Vi*, Ieroboam μ impostor μ, inpostor *Vi*, inpastor *J*, in pistore *(i ex o corr.) Ca* 232 ionathas *JVi*, Ionatas μ uertit *JVi*, conuertit *M* 233 sichem *M*, sychem *Vi*, sicham *J*, sic habet *TD* 234 aquas *J*Ψ, aquam *Ca* aaron effundebat *JVi*, arone fundebat μ contendebat Ψ, contendebatur *JCa* tunc *om. JCa* dina *JVi*, dynam μ 235 mundus *M*, nudus *reliq.* in maria *J*μ, per maria *Vi (coniectura!)*

B 191 risiculo *Y*, regulo *X* 192 *sic Y*, in ira iob in medico tobias in iudice daniel *X* 193 in fabro — Rachel *om.* β 195 in inpio *X*$\pi\Gamma M$, inpio *vel* in pio *(non* in inpio*)* β 196 instructore *sive* in structore *XLa*ΠM, in instructore $W_1V_2L_2$, *om.* L_1 *pro* sem *in* γ amalech *repetitum est* 197 rusticulo γ, rustico *reliq.* 198 pistore *codd.*, in impostore *ex Jo correxi* 199 quoniam *X*, quia *Y*, sed qu. *om.* Γ effundebat *Y*, effuderat *X* 200 et *om.* Γ et nudus erat i. *om. X* ionas *codd.*, iohannes P_1 tunc *om. X* solem Γ*Jo*, stolam p. *XLa*ΠM*; quamquam XIIM consentiunt*, solem *ex solo* Γ *cum Jo scribendum est* aut sex V_1, ausex P_1

B 191 *gen. 9, 21.* — *gen. 21, 6, supra v. 173.* 192 *cf. v. 28.* — *cf. v. 15.* 193 *Matth. 13, 55.* — *gen. 38, 14 sq.* 194 *gen. 29, 17.* — *gen. 29, 31 (vers. antiq.).* 195 *Hieron., lib. interpret. n. hebr., Lagarde, Onom. sacra*^{2} *62, 19* Maria sermone Syro domina nuncupatur. — *gen. 19, 33 sq.* 196 *exod. 17, 8 sq.* Amalech *v. 196. 240.* Sem: *referendum ad gen. 9, 27 (vers. ant.* et habitet in domibus Sem*)?* 197 *gen. 25, 27 (versio ant.* agrestis, *LXX ἄγροικος).* Golias: *reg. I 17, 4 ἀνὴρ δυνατός.* 198 *si lectio* impostor *vera est (cf. v. 254) reg. III 14, 2, si* pistor, *reg. III 14, 3.* Hieroboam *v. 198. 254.* 199 *gen. 34, 1 sq.* Dina: *v. 199. 226. 244.* — Aaron: *Plin. 24, 143* aron: urinam .. ciere *(Lap.)* 200 *Ios. 10, 12.*

Plangebant cuncti recisa palpantes preputia.
Tunc solem petebat Auxes, ut lavata Bersabeth
Siccaretur paritura non victuram sobolem.
Quo facto Iohel venire iussit omnes ad se rex,
Ut iudicio sopiret litigantes compares.
Mox currentes regi digna deferebant munera.
Primus omnium vervecem pastor offert Abraham,
Taurum Tecla, Noe fetam attulit oviculam,
Camelum Rebecca, Samson leonem fert bestiam,
Obtulit Esau cervum, Iesus Christus vitulum,
Detulit Iacob iumentum, Helias quadriiugum,
Bersabeth crines decoros et Iudith conopeum,
Agar fert ancilla lignum, Ioseph candens triticum,
Resinam Ruben portabat, Abimelech munera,
Strobilos Levi ferebat, Moyses binas tabulas,

---

ut siccaretur Bersabee.
Quo facto iussit eos rex ad se venire. Qui venerunt altera die et munera ei obtulerunt.
Primus itaque omnium obtulit
arietem Abraham, taurum Thecla,
oviculam Noe, camelum Rebecca,
leonem Samson, cervum Esau,
vitulum Iesus, iumentum Iacob,
currum Helias, vestem Iudith,
crines Bersabee, ligulam Achar,
frumentum Ioseph, resinam Ruben,
pecuniam Abimelech, strobilos Levi,
capsas Moyses, favum Petrus,

A 236 recisa *Ψ*, retisa *J* plangebant circumcisi *Ca* 237 et *Vi*, ut *reliq.* lauata *JVi*, labatha *TD*, ut bers labata bers. *M* bersabet *J*, bersabeth *ViTD*, bersabech *M* 238 Sic caretur *J*, sic carentur *M*, siccarentur *ViTD* subolem *J* *v. 238 a voce* non *usque v. 299* pharao *om. Vi* 239 Quo facto *Jμ*, Sub quo facto *Ca* zohel *JD*, zoel *TM* 240 sopiret *J*, sopirent *μ* compares *μ*, compares *ex* -ret *J* 242 ueruicem *TD*, uer uicem *M*, berbecem *J* offert $J^1\mu$, of *del. J* Verbe/ci/ optulit *Ca* abraham *JD*, habraam *M*, abraam *T* 243 foetam *M*, fetam *JTD* ouiculam *Jμ*, ouem *Ca* 244 samson *J*, sanson *u* bestiam *J*, hostiam *TD*, ostiam, h *ss.* m_2, *M* 246 helias *JTD*, elias *M* quadrigam *Ca* 247 Bersabeth *μ*, Bersabet *J* decoro *M* iudit *TD*, iudith *J*, uidit *M* conopeum *JTD*, canopeum *M* 248 candens *μ*, cadens *J* 250 leui *JTD*, leni *M* ferebat *J*, furebat *μ* Moyses *JD*, moises *MT'*

B 201 siccaretur *Y*, indueretur *XLa* 202 Quo facto *Γ*, Sub quo facto *MΠ*, Pro quo facto *X* 202 iussit e. rex sic ait venire *o* altera die *X*, alia die *MΓ*, *om. Π* ei *om. X* obtulerunt *Y*, attulerunt *X* 203 primus itaque o. *o* primus — obt. *om. X* 208 uestem iud. *om. X* 209 crines bers. *om. M* *ligula *SLaV*$_6$, ligŭa *Be*, ligna *YCaJo* *agar *XMπJo*, *(*agar ligna, isaac frumentum, *etc. π)*, ysaac *βΓCa* 211 amalech *γ*, abimalech V_1, abimelech*(*-ec*)* *reliq.* stropillos *π*, strugilum *o* 212 capsas *(*casas *M)* *Y*, capsam *X*

B 201 *reg. II 11, 2.* Bersabee *v. 201. 209.* 204 *gen. 22, 13.* — *Πράξεις Παύλου, Lips. I 261, 9.* 205 *gen. 8, 20.* — *gen. 24, 19.* 206 *iudic. 14, 5.* — *gen. 25, 27.* 207 *Christus ipse 'saginatus vitulus' est cf. supra p. 694 ad rh. CXVII 7, 1.* 208 *reg. IV 2, 11.* — *Iudith 10, 3.* 209 *Ios. 7, 21 (vers. ant. cf. Zs. f. w. Theol. LIV 67).* 210 *gen. 41, 47 sq.* 211 *gen. 20, 16.* — Abimelech *v. 211. 219. 224.* Levi: *cf. v. 60.*

Favum Petrus offerebat, Abiea copias,
Quis placatus rex condigna recompensat premia.
Sed quia rex ante diem quedam rapta noverat,
Urguebat, ut redderentur inquisita munera.
Agar namque involarat straguli polemitam,
Aureum Rachel sigillum, Tecla argenti specula,
Beniamin erat furatus sciphum bibitorium,
Anulum Thamar celabat pregnans signatorium,
Iudith sericum servabat casta coopertorium,
Lanceam David, uxorem Abimelech alterius.
Tunc convivis indignatus rex tormenta preparat.
Quo facto caput baptistę decollatur innocens,
Adam cultor paradisi pellitur nemoribus,
Zacharias expavescens mutum fert silentium,
Iacob fugiens celatur, Enoch valde queritur,
Nabuchodonosor stupet, Abimelech frangitur.

---

copias Abigea.
Sed quoniam ante diem quaedam de convivio subducta fuerant, iussu regis inquirebantur ab eis. Involaverat enim
stragulum multicolorium Achar, sigillum aureum Rachel,
speculum argenteum Thecla, scyphum bibitorium Beniamin,
anulum signatorium Thamar, coopertorium subsericum Iudith,
lanceam regiam David, alienam uxorem abduxerat Abimelech.
Tunc iussit rex, ut omnes, qui fuerant in convivio, ducerentur ad tormenta. Quo facto
primus innocens decollatur Iohannes, occiditur Abel,
foras proicitur Adam, timens obmutescit Zacharias,
fugit Iacob, quaeritur Enoch,
turbatur Abimelech, immutatur Nabuchodonosor,

A 251 abiea *J*, abiseas μ 254 Urguebat *J*, Arguebat μ rederentur *M* 255 namque *M*, nanq; *TD*, *om. J* inuolarat *JTD*, inuiolarat *M* stragulli *J*, stragelli *TD*, stragdli *M* polemitam *J*, pollemitam *T*, polimitam *M*, polimitum *D* 256 sigilum *M*, sigillum *reliq.* tecla *JTD*, foeda *M* 257 erat furatus *J*, furatus erat μ siffum *J* 258 thamar μ, tamar *J* celabat μ, celebat *J* 259 *om.* μ coopertorium, *leg.* copertorium, *J* theristum Iudit *Ca* 260 lanceam *J*, lancea μ dauid μ, dedit *J* alterius *J*μ *claudicante versu* 262 iohannis *add. J post* caput decolatur μ, decollatus *J* 263 Addam *J* 265 celatur *JTD*, celatus *M* enoc *M* 266 Nabuchodonosor *JM*, Nabucodonosor *TD* abimelech *JTD*, abimalech, *altera* a *corr.*, *M*

B 213 abi//a, *fuit* ge, V_1, abigea MP_1XLa, abias *E*, abigeas γV_5, abigena W_1 214 quia *BeS*, quoniam *reliq.* fuerant *Y*, erant *X* iussu XLV_5, iussuque *plurimi* inquirebantur *plurimi*, inquerebantur, querebantur, inquirebatur, querebatur *alii* 215 ab eis. Inuolauerat enim stragulum (sigillum γ) m. *Y*, ab his qui (que LaV_6) inuolauerant (imbolauerant LaV_6, immolauerant *Be*) stragula et cetera id est multic. *e. q. s.* *XLa* inuolauerat, inuolaberant, immolauerat, inuoluerat, inuoluerant *codd.* 216 sigillum *o*, stragulum *reliq.* *agar *codd.* 218 anulum signi β sericum ΓP_1, subsericum *reliq.* 219 uxorem *om.* π obduxerat π, adduxerat $M\gamma$, abduxerat *reliq.* Amalech *o* 220 rex iussit *X* ut *om.* Π fuerant *Y*, erant *X* ad tormenta Γ, in tormenta V_6La, in tormentis $M\Pi BeS$ 221 primus omnium MW_1LEV_5 *al.*, primus itaque o. *o* declinatur γ, decollatur *reliq.* 222 foras *Y*, foris *X* timens obm. zacharias *Y* (zachariam *M*), mens obm. zachariae *X* 224 turbantur V_1 amalech *S*, abimalech V_1, abimelech *reliq.*

B 213 *reg. I 25, 18.* 216 *Ios. 7, 21.* — *gen. 31, 19 (?).* 217 *Πράξεις Παύλου, Lips. I 247, 10.* — *gen. 44, 2.* 218 *gen. 38, 18.* — *Iudith 13, 10.* 219 *reg. I 26, 12.* — *gen. 20, 2 sq.* 221 *Marc. 6, 27.* — *gen. 4, 8.* 222 *gen. 3, 23.* — *Luc. 1, 20 sq.* 223 *gen. 27, 43.* — *gen. 5, 24.* (*vers. ant.*: et non est inventus postmodum.) 224 *gen. 20, 3 sq.* — *Dan. 3, 19 aut 4, 29.*

Abraham veniam precatur, subit Helias caelum,
Arca latet Noe clausus et Dina supprimitur,
Figitur in cruce Iesus, Arioch impingitur,
Danihel damnatur, insons Susanna arguitur,
Alligatur Ioseph iustus, Maria perimitur,
Tollitur Abacuc sursum, Tecla belvis traditur,
Ananias in fornace cum suis demergitur,
Vinculis Samson ligatur, Urias perimitur,
Paulus calvus flagellatur, Isaias tenditur,
Et Ionas expoliatus in mare proicitur,
Lapidatur Ieremias, excecatur Tobias,
Moysi non credebatur, Aaron subducitur,
Et confunditur Rebecca, Absalon suspenditur,
Rex arguitur Pharao, David rex traducitur,

---

deprecatur Abraham, transfertur Helias,
supprimitur Dina, includitur Noe,
impingitur Arioch, suffigitur Iesus,
damnatur Danihel, accusatur Susanna,
alligatur Ioseph, occiditur Maria,
tollitur Ambacum, bestiis datur Thecla,
in fornacem mittitur Ananias, vinculis substringitur Samson,
perimitur Urias, flagellatur Paulus,
tenditur Esaias, expoliatur Ionas,
lapidatur Hieremias, excaecatur Tobis,
non credebatur Moysi, subducitur Abiron,
suspenditur Abessalon, confunditur Rebecca,
traducitur David, arguitur Pharao,

A 267 Abraham *JD*, abraam *T*, Habraam *M*, Veniam precatur Abraham *Ca; fort.* Venjam Abr. precatur subit *J*, subiit μ helias *JMD*, elias *T* 268 Arca *JD*, Archa *TM* 269 *Fingitur *J*, Igitur μ in cruce iesus *J*, iesus in cruce μ crucifigitur Iesus Christus *Ca* arioc *(i ex* ui*) J*, arioch *Ca*, area μ 270 Danihel *J*, Daniel μ susana *M* 272 abbacuc *J*, abacuch *TM*, abachuc *D* 274 samson *J*, sanson μ vinculis ligatur Samson *Ca* supponitur perimitur *Ca* *v. 275 post 271 TD* 276 iohas *M* proiciatur *M* 277 hieremias *M* 278 aaron *JμCa*, abiron *Cyprianus* 279 et absalon *J*

B 225 deprecantur V_1 transferit' *M* 227 Arioch *Jo*, loth *Y, sed cf. v. 242*, aglor *SBe*, aglon *La* sufficitur γ, suffigitur *(ex* suffugitur P_1*) plurimi* 228 datur *Y*, dampnatur *X* 229 maria *Y*, martha *XLa* 231 fornace *Xγ*, fornacem *reliq.* ananias *(*annanias*) codd.*, azarias *E* substringitur *Y (*astring. V_2*)*, stringitur *X* 232 punitur *codd., sed* perimitur *Jo* urias *codd., sed* u/rias *(*uarias?*)* V_1 233 ostenditur π, tenditur *reliq.* spoliatur Γ, exspoliatur *reliq.* 235 creditur *XLa*, credebatur π, credebat $M\beta E$, credebant L_1V_2 moysi *Xγ*, moyses P_1BaME, moysis *ex* moysi *corr.* V_1 subducitur *codd.*, subdicitur L_1 abiron *Y*, abior BeV_6La, achior *S*, aaron *Ca* 237 traducitur $\pi\Gamma$, traditur β, traditur *in* traducitur *corr. M*, transducitur *X* David *Y*, Agar *XLa* arg. Phar. *om. X*

B 225 *gen. 18, 24 sq. — reg. IV 2, 11.* 226 *gen. 34, 2. — gen. 7, 16.* 227 Loth: *gen. 19, (v. l.* Eglom: *iudic. 3, 21. v. l. Jo* Arioch *quo pertinet?) — Matth. 27 etc.* 228 *Dan. 14, 28 sq. — Dan. 13, 22 sq.* 229 *gen. 39, 20. —* Maria: *cf. ad v. 136.* 230 *Dan. 14, 35. — Πράξεις Παύλου ed. Lipsius I 255.* 231 *Dan. 3, 22. — iudic. 16, 21.* 232 *reg. II 11, 17. — Πράξεις Π., Lips. I 249, 10.* 233 *cf. ad v. 57. —* Ionas: *quo spectat?* 234 *cf. ad v. 128. — Tob. 2, 11.* 235 *exod. 4, 1. — num. 16, 31.* 236 *reg. II 18, 9. — gen. 24, 65.* 237 *reg. II 16, 5 sq. — exod. 7 sq.*

Copulatur Isaac sanctus, Israel requiritur,
Mittitur Nathan propheta, et Dathan addicitur,
Cogitur Loth temulentus, et Chore deprimitur,
Maledicitur et Iudas, Amalech convincitur,
Interficitur Finees et Ofni dimittitur,
Traditur Dina petulcis, Heli cadens moritur,
Stringitur Saul malignus, Esau decipitur.
Questio regalis mestum sic terrebat populum,
Quibus valde condolebat Iob fractus meroribus;
Eva tunc interrogata culpae querit socium,
Sanguinis vox proclamabat, Cain negat conscius,
Et tenetur et negabat Petrus tribus vicibus.
Sed quia furtum multorum erat in scientia,
Quod Laban quidem quaerebat, sed Raab susceperat,

---

relinquitur Israel, addicitur Dathan,
deprimitur Chore, copulatur Isaac,
mittitur Nathan, convincitur Amalech,
maledicitur Iudas, dehonestatur Mambres,
cogitur Loth, interficitur Finees,
dimittitur Ophni, timens moritur Heli,
comprimitur Dina, decipitur Esau,
substringitur Saul, dolet de facto Iob,
interrogatur Eva, 'nescio' clamat Cain,
tenetur et negat Petrus.
Sed quoniam multorum conscientia erat in furto, quod erat suscipiens Raab,
quaerebat Laban, infamabatur Susanna,

A 281 *leg.* Isac *cf. v. 223* israel *(isrł) JMD*, ysrael *T*, Hisrahel *Ca* requiritur *J*, sequitur *μ* 282 natam *M* et dathan *J*, et natan *μ* addicitur *JDCa*, adicitur *TM* 283 loch *M* choreb *J*, coreb *μ* 284 et *om. J* amalech *Jμ*, abimelech *Ca* 285 ofni *J*, obni *MDCa*, ofin *T* amittitur *Ca* 286 Traditur *Jμ*, comprimitur trahitur, *ss. m₂*, *Ca* dina *JT*, diua *MD* 287 esa *M* s. adam decipitur *J*, depingitur *μ* abel 288 terrebat *μ*, terebat *J* 289 fractus *μ*, fractis *J (om. Ca)* 290 sotium, *ss. m₃*, *M* 291 sanguinis, *ss. m₂*, *M (gen. 4, 10)* conscius *J*, conscium *μ* 292 negabat *J*, negatur *μ* 293 furtum, ur *corr.*, *M* Sed quia furta multorum cognita erant *Ca*

B 238 relinquitur *codd.*, requiritur *JoCa* addicitur *XLaJo*, adducitur *πoV₅MW₁*, abducitur *Lβ*, add. dath. *om. EV₆* dathan *Y*, lafan *SBe*, iaphan *XLa* 239 cores, chores *XLa*, coreb *π*, chore *reliq.* 240 abimelech *E*, iudas *M*, amalech *reliq.* 241 dehonestatur *XLa*, demonstratur *Y (plurimi)*, demolitur *E* mambres *Y*, amares *XLa* 242 cognoscitur *Γ*, constringitur *E*, cogitur *reliq.* inter finees *Γ* 243 dimittitur *(dem.) Y*, remittitur *X* timens *Y (om. E)*, tremens *X* helias *M*, heli *reliq.* 244 comprimitur *Y*, contraitur, contrahitur *X* dina *Y*, lom *XLa* 245 substr. saul *om. Y* dolet de f. i. *om. X* 248 quoniam *X*, quia *Y* quoniam quia *V₂* erat *om. V₂* futuro *π* suscipiens *πγW₁*, suspiciens *XLaβM* raab *om. S* 249 querebatur *XLa*, quaerebatur *P₁ (m₂?)*, querebat *reliqui* infamabatur *Γβ*, infamatur *XπM*

B 238 *gen. 32, 24 ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος. — num. cap. 16.* 239 Chore: *num. 16, 32. — gen. 22, 9.* 240 *reg. II 12, 1.* 241 *estne Iudas Iscariota? — De* Mambres *cf. v. 172, pertinetne ad exod. 8?, om. Jo* 242 cognoscitur *haud inepta coniectura in Γ, sed* cogitur *ex gen. 19, 15. — reg. I 4, 11.* 243 *reg. I 4, 11, sed* dimittitur *non intellego. — reg. I 4, 13. 18.* 244 *cf. v. 226. — gen. 27.* 245 Iob: *cf. v. 28.* 246 *gen. 3, 13. — gen. 4, 9.* 247 *Matth. 26, 69 sq.* 248 *Ios. 2, 1 sq.* 249 *gen. 31, 30 sq. — Dan. 13, 20 sq.*

Infamatur hinc Susanna, Iohannes arguitur,
Rachel pulchra denegabat, Moyses docet mistica,
Triphona plangens plorabat, observabat Maria,
Onesiphorus tendebat, tristabatur iustus Iob,
Iurabat Iacob per deum, non credebat Pharao,
Mentitur Ieroboam rex, Susanna sed palpitat,
Erubescebat Rebecca, plangebat Ieremias,
Non habentes maculatam furto conscientiam,
Quod scrutatis cunctis apud Beniamin repererant
Quodque fuerat in Ioseph raptum providentia.
Mox probatur furti reus Charmique filiolus,
Iohel illum condempnatum morte tradit omnibus,
Ut suspicionem furti tollat convivantibus
Et pro furti culpa levet imminens periculum.
Tunc occasionem sumens calce percussit Moyses,

---

arguebatur Iohannes, negabat Rachel,
docebat Moyses, plorabat Triphaena,
observabat Maria, attendebat Onesiphorus,
tristis erat Job, iurabat Iacob,
non credebat Pharao, mentiebatur Hieroboam,
pavebat Susanna, erubescebat Rebecca,
plangebat Hieremias.

Postmodum scrutatis omnibus inventum est furtum apud Beniamin, quod erat in conscientia Ioseph, et posteaquam probatum est regi, quod Achar filius Charmi solus esset reus furti, iussit eum mori donavitque eum omnibus. Tum occasione accepta

---

A 295 infamatur *JCa*, infirmatur μ susana *M* iohannes *J*, Ioħs *M*, ioannes *T* 296 pulchra *JDM*, pulcra *T* denegauit *Ca* mistica *J*, mistice μ moyses docet mistica *om. Ca* 297 Trifona *J*, Triphona μ, Tryphena *Ca* 298 Onesiphorus/, r *in ras.*, *M* tendebat μ, attendebat *Ca*, tenebat *J* iob *JCa*, loth μ 299 iacob *JTD*, iob *M* 300 palpitat $J\mu$, pauitat *Ca* susana *M* *a voce* Mentitur *Vi denuo incipit* 301 Erubescat *M*, Erubescebat *reliq.* plangeba^{t}, t *ss.* m_2, *M* hieremias *Vi*, hieremia *M*, hyeremias *T*, yheremias *J*, *leg.* Ieremias 302 *om. Ca* maculatam *JVi*, maculam μ furto *ViD*, furta μ, furti *J* 303 scrutatis $J\mu$, scrutans *Vi* cunctis *om. Vi* Postmodum scrutatis omnibus furtum reperit apud Beniamin *Ca* 304 preuidentia *JVi*, prouidentia μ 305 charmique *JVi*, charimque *TD*, carmique *M* filiolus *Viμ*, char mique filius *J* 306 Zoel *J*, Zebel Ψ morte Ψ, mortem *J* tradit Ψ, tradidit *J* omnibus (omni *in ras.*) tradidit illum Iosue (Iosue *in ras.*) *Ca* 307—308 *in J*, *om.* Ψ*Ca* 307 *forti *J* 308 *laeuat *J* 309 Tunc *JVi*, Nunc μ summens *J* callide *JViTD*, calide *M*, calcem *Ca ex Cypr.* percuisit *M*

B 250 arguebatur *XLaΠMW*$_1$*OV*$_5$, arguebat γ negabat *X*, negat *plurimi* 251 trifena, tryfena, triphaena *similiaque codd.* 253 iob *omnes codd.*, Paulus *Baluzius* 258 et *om. Y* postquam *Y* probatum *Y*, prolatum *SBe*, nuntiatum V_6 regi est π acar V_2V_6, agar *corr. in* achar *Be*, achar *Ca*, agar *reliq.* filios V_1 carmi *XLaV*$_2$*EJo*, thamni *Π*, t̊amni *M*, amni *LV*$_5$*W*$_1$*O*$_1$ furti *om. Y* 259 mori *Y*, commori *BeSTr*, comburi V_6 in occasione acc. *BeS*

B 250 *Rachel: gen. 31, 35 (?).* 251 *Πράξεις Παύλου, Lips. I 256, 5 sq. 257, 1.* 252 *Πράξεις Π. l. l. I 237, 5.* 253 *cf. ad v. 28.* — *gen. 31, 44 sq. (?).* 254 *exod. 7, 13 alibique.* — *cf. ad v. 198.* 255 *cf. v. 228.* — *cf. ad v. 135.* 256 *thren. 1, 1 sq.* 257 *sq. gen. 44, 2 sq.* 258 *Ios. 7.*

In complexus Iacob currit, Tecla vestem detrahit,
Danihel ad terram sternit, David petra percutit,
Aaron virga percussit, Hel flagellum conficit,
Iudas intima diffindens in ficus supposuit,
Thegaphar lancea stravit, Charmi corpus cecidit,
Anathema de favillis cadentis apparuit.
Victrix turba convivantum in se leta rediit.
Rex iubet, sepeliatur, qui fuerat mortuus.
Vendidit agri sepulchrum Ephron, emit Abraham,
Monumentum fecit Nachor, quod Cain edificat,
Premium captabat Iudas, Martha dat aromata,

---

primus omnium calce eum percussit Moyses, abiit in complexum Iacob,
vestem detraxit Thecla, ad terram elisit Danihel,
lapide percussit David, virga Aaron,
flagello Iesus, medium aperuit Iudas,
lancea transfixit Eliezer.
Tunc iussit rex, uti qui mortuus erat sepeliretur.
Vendidit agrum Emmor, emit Abraham,
monumentum fecit Nachor et aedificavit Cain,
aromata imposuit Martha, clusit Noe,

A 310 complexus Ψ, complexum *Ca*, complectus *J* currit *J*, currens Ψ tecla *JCa*, thecam *ViTD*, tecam *M* detrahit *JTD*, detrait *Ca*, detraxit *Vi*, detur hit *M* 311 terram *J*Ψ, aram *fort. Ca* petra μ*Ca*, petram *Vi*, peram *J* percutit *J*μ, percussit *Vi* 312 percussit *J*μ, percutit *Vi* hel *JVi*, bel μ, Hesus *Ca* conficit *JCa*, configit *TDVi*, confugit *M* (flagella conficit Hēsus *Ca*) 313 diffindens *JViM*, diffundens *TD* abstraxit intima Iudas *Ca* 314 Thegafar *J*, Thegaphar *TDVi*, Tegaphar *M* strauit deelesar *Ca* charmi μ, carmi *Vi*, tharmi *J* corpus *codd.*, *f.* *natus? *cf. v. 305* 315 cadentis *ViCa*, candentis μ, cadentibus *J* tunc apparuit anathema de fabillis cadentis et omnis turba lętata est *Ca* 316 conuiuantum *JTD*, conuiuatum *M*, conuiuantium *Vi* 317 sepelliatur *M* quod *M*, qui *reliq.* qui mortuum iubet sepeliri rex *Ca* 318 Uendit *Vi*, Uendidit *reliq.* agri sepulchrum *JVi*, agris sepulcrum μ, *an* *agrum sepulchro? efron *J*, ephron *reliq.*, uendidit agrum Ephron *Ca* emit// *J*, hemit *Ca* abraham *JViD*, habraam *M*, abraam *T* 319 fecit *JCa*, facit Ψ nachor *JCa*, achor *D*, nacor *T*, nahor *ViM* cain *JTD*, caiṃ *M*, cayn *Ca* edificat μ, ędificat *ex* ędificauit *JCa* 320 captabat *J*Ψ, querebat *Ca* martha *JViCa*, marta μ

B 260 prius omn. β calce *XLa*β, calcem $V_1\gamma EW_1M$, calcem *in* calce *corr.* P_1 complexum LV_5V_6, complexu $\Pi MW_{1o}EBeS$ iacobus π 261 *hic finit S:* tecla. Contuli. Absolvi VIII. kal. Iul. MDCXCVIII. Steph. Baluzius 262 lapidem $MV_1\beta$, lapide *ex* lapidem *corr.* P_1, lapide *reliq.* 263 flagellum ... lanceam *M* tobias β, iudas *reliq.* 264 lanciam *(-eam) Π* eliezer $\Pi vBeV_6$, eleazar V_2, helieas *M* 265 Tunc iussitque $V_1\beta$, tunc iussit *reliqui* rex *om. Be* rex //// uti qui *M* uti *(ut E)* qui Γ, utique β, ut is qui ΠW_1, quia mortuus erat, ut BeV_6 mortuus fuisset β, m. esset V_2 266 Tunc uend. ΠM, Et uend. Γ, Uend. *X* emor LO_1W_1, emmor V_2V_5E, nemor *M*, comor β, emon V_1, emmon P_1, laban BeV_6 *(non La)* 267 ioseph mon. fec. ΓM, ioseph *om.* Π *monumentum fecit noe, edif. cain *XLa(Jo)*, monum. fecit et ed. nachor *Y cf. Jo* 268 martha *Y*, maria *XLa*

B 260 *exod. 2, 12 LXX Πατάξας, Pseudocypr. de montibus Sina et S. ed. Hartel III p. 114* Aegyptium calce *(calcem MT!)* percusserit. — *gen. 32, 24 sq.* 261 *Πράξεις Π., Lips. I 254, 6.* — *Dan. 14, 22 sq.* 262 *reg. I 17, 49.* — *exod. 7, 20.* 263 *Ioh. 2, 15.* — *act. apost. 1, 18.* 264 Elieser, Eleazar *ad Mach. I 6, 46 refert Lapôtre II 529.* 266 *gen. 33, 19.* — *gen. 23, 17 sq.* 267 *non intellego.* 268 *gen. 7.*

Noe clusit et Pilatus superscripsit titulum,
Clamat gaudens Azarias, Misahel eripitur,
Helisabet iam vieta sub partu confunditur,
Et Maria caelo dignum stupet puerperium.

---

superscripsit Pilatus, pretium accepit Iudas. Quo facto
gaudens clamat Zacharias, confunditur Helisabeth,
stupet Maria, ridebat de facto Sarra.
Tunc explicitis omnibus domos suas repetierunt.

A 321 clusit *J*, clausit *Ca*, luxit μ, lusit *Vi* 322 azarias $J\mu$, Zacharias *Vi*, zacharias *ex* azarias *corr. Ca* misahel V_1DCa, misael *reliq.* 323 Helisabet *(-beth MVi) TMVi*, Helizabeth *D*, Helysebeth *Ca*, Elisabet *J* *iam uicta μ, iam foeta *Vi*, inuicta *J*, *om. Ca* 324 Et $J\mu$, It *Vi* stupet *J*, stupens Ψ puerperium *JTVi*, puerperum *MD* CENA CYPRIANI EXPLICIT V_1Ba, EXPLICIT CENA CECILII *(om. M)* CIPRIANI P_1M, *om. BeSL*

B 269 pretium *X*, premium *Y* 270 gaudens *om. Γ* clamat *vel* clamabat *codd.* confunditur *Y*, confundebatur *XLa* 271 stupet *Y*, stupebat *X* 272 *om.* $BeV_6V_2L_2$ Tunc explicitisque $M\pi$, Explicitisque W_1V_5E, Tunc explicitis *Ba* domus V_1V_5Ba petiuerunt β

B 269 *Matth. 27, 37. — Matth. 26, 15. Luc. 22, 5.* 270 *Luc. 1, 67 sq. — Luc. 1, 24 sq.* 271 *Luc. 1, 29. — gen. 18, 12.*

III.

1. Haec cantabat papa Tascius solio Cornelii,
   Graphium tenens vietis iam retunsum digitis,
   Et detritis ludibundus scribebat in tabulis,
   Quem ab Hostia conspexi sub portu Cartaginis.

3. Unde plaudens letabatur imperator Karolus
   Cum Francigenis poetis, cum Gallis bibentibus.
   Ridens cadit Gaudericus supinus in lectulum,
   Zacharias admiratur, docet Anastasius.
   . . . .

2. Quando simplex Iob Formosum condempnabat subdolum,
   Quando largus sanctus Petrus avarum Gregorium,
   Quando castus sanctus Paulus incestum Georgium
   Spiritus virtute sancti binis in sinodibus.

4. Unde dudum conculcata gaudet nunc ecclesia,
   Roma libera triumphans Tarquinios effugat,
   Praesules deponunt arma, soli Christo militant,
   Cum togata superista Petrus tractat curia.

CLII. III. *Str. 1 et 2 in Ψ sine titulo nullo spatio intermisso ultimum versum Cenae sequuntur, in J in novo folio alio stilo alioque atramento exaratae sunt, in Meσ, cum maior pars rhythmi exciderit, desunt; str. 3. 4. 5 in J stropham 2 excipiunt, in ViM et D stropham 2 sequitur* Finit cena cypriani carthaginensis episcopi. Item *(om. D)* versiculi domini Iohannis. Unde gaudens letabatur — *str. 5* ananiam, *in T sequitur* Incipiunt versiculi domini Iohannis de cena sancti Cipriani martiris. Quique cupitis — comedi fabulis, *deinde* Alii versiculi eiusdem domini Iohannis incipiunt. Unde gaudens letabatur — ananiam. *Ego valde dubitans str. 3 ante 2 posui et lacunam indicavi.* 1, 1 cantabat papa *(Vi,* pape *μ)* tassus *Ψ,* canta batpa tascius *J,* pa Tascius *Lapôtre, sed legendum est* papa Tasjus solio *ViTD,* sollio *M,* sole *J* 1, 2 graphum *Vi* uietis *ViM,* uictis *JTD* retusum *J,* retunsum *reliq.* 1, 4 Quem *codd.,* Que *coni. Vollmer* ab *JViTD,* ad *M* conspexi *J,* conspexit *Ψ* sup *M,* p *ex* b *corr. J,* sub *ViTD* carthaginis *M* 3, 1 plaudens *J,* gaudens *Ψ* karolus, k *ex* c *corr. J, codd.* 3, 2 francigenis *Ψ,* francigenus *J* 3, 3 cadit *JViM,* gaudet *TD* suppinus *J,* sopinus *Ψ* lectulum *J,* lectulo *Ψ* 3, 4 ammiratur *MD* 2, 1 condempnabat *J,* condolebat *Ψ* subdolum *om. J* 2, 4 binis // in sinodibus *Vi* 4, 1 nunc *J, om. Ψ* 4, 2 tarquinios *JTD,* tarquineos *M,* tarquinos *Vi* 4, 3 Praesules *ViTM,* Presulens *D,* Praesulem *J* 4, 4 cum togata *JM,* cum togatas *TD,* cum eo gratas *Vi* super ista *codd.* curia *ex* curiam *corr. J*

CLII. III. 1, 1 papa Tascius *i. e. Cyprianus. Cornelius fuit papa 251—52, tempore igitur Cypriani.* 1, 2 *de Crescentio (Lap. I 347) hic cogitari non potest.* 1, 4 *de hoc versu cf. supra p. 858.* 3, 1 *sq. cf. supra p. 858 sq.* 3, 2 *cf. locum conclamatum de cantu Francorum bibulorum eiusdem Iohannis in vita Gregorii II 7 Migne LXXV 91.* 3, 3 *sq. Gaudericus episcopus Velletrensis, Zacharias episcopus Anagninus, Anastasius bibliothecarius. Ad suam quemque ingenii indolem a poeta descriptum esse Lap. I 334 sq. docet. str. 2 cf. supra p. 859. De Formoso, Gregorio, Georgio cf. Dümmler, Gesch. d. Ostfr. Reiches III² 27 sq., Lapôtre I 329. 'Iob simplicem' Zachariam esse, 'Petrum largum sanctum' papam ipsum, 'Paulum castum sanctum' Gaudericum Lapôtre I 339 explicat; mihi dubium est. str. 4 suo iure Lapôtre refert ad Formosianos anathematizatos.* 4, 3 *de Petro superista cf. epist. Iohannis VIII M. G. Epist. VII n. 94 p. 89; n. 287 p. 253.*

5. Tyrannus unde grassatur, Iezabel tendit amum,
Vicinus praedo laetatur, vir duplex allicitur:
Solus Petrus, Christo duce vincens, dampnat noxios:
Saphyram, Simonem magum, Herodem, Ananiam.

IV.

SUPPOSITIO EIUSDEM IOHANNIS AD PAPAM.

Ludere me libuit; ludentem papa Iohannes
Accipe; ridere, si placet, ipse potes.
Tristia lassatis dum currunt secula tegnis,
Suscipe de rithmis dogmata grata tibi,
Quis laetus poteris spectacula cernere festis,
Iam variis monstris dissimulata nimis.
Aspice depictam multo variamine mensam,
Dum nova cum veteri dogmata iure legis.
Fac relegat balbus Crescentius ista vietus:
Qui risum poterit stringere, marmor erit.
Temporibus musam mutat sine labe poeta:
Nunc hilarem populum musa iocosa beat.

5, 1 grassatur *J*, crassatur *Ψ* iezabel *μ*, gezabel *J*, hiezabel *Vi* 5, 2 predo *Ψ*, preco *J* 5, 3 damnat *(dampnat) Ψ*, damnans *J* noxios *Ψ*, noxium *J* 5, 4 *sic Ψ*, (aiam *pro* ananiam *M)*, Herodem ananiam saphyram symonem magum *J* finis *add. M*

CLII. IV. *In solo J extat, ed. Novati, L'influsso*^{2} *p. 135, Lapôtre I p. 322* *tit.* Iohannes *J* 2 ptes *J* 3 lassatis *scripsi cum Lap.*, laxiuis *J* 5 His *coni. G. Paris* poteris *Novati*, potens *J* 6 dissimulata nimis *Sabbadini*, dissimulat animis *J* 9 Fac ut *J*, ut *del. Novati* 12 beat *G. Paris*, boat *J*

5, 1 unde *intellegendum videtur: cum praesules arma deponant et curia togata sit, inimici animos ac spiritus sumunt (*Tyrannus *sc. Lambertus Spoletanus,* Iezebel *sc. socrus Sergii ducis, cui etiam in vita Athanasii c. 6. SS. rer. Lang. p. 448 nomen* iniquissima Gezabel *datur,* vicinus praedo *quis est?,* vir duplex *i. e. Sergius dux Neapolitanus; cf. Lapôtre I 352), at frustra: solus Petrus Christo duce vincit et damnat noxios. — Quae personae in quarto versu lateant, haud apertum est.*

CLII. IV. 1 *cf. Ioh. diac. in prologo vitae s. Gregorii v. 15, Migne LXXV p. 62* Ludere me libuit variabilis ordine campi. 3 tegnum *i. e. 'tectum' lib. Pontif. I p. 375. 507. Lap. p. I 323.* — Ecclesia b. Martini . . . iam lassata senio *lib. Pont. II 93.* 6 dissimulata *refero ad* dogmata. 9 relegere: *Ioh. diac. vita Gregorii praef. l. l. p. 62* finetenus relegendo. 12 *Ioh. diac. in prol. vitae s. Gregorii v. 16* Postquam prosa fugit, musa iocosa redit.



Codex Lugdun. Bat. Voss. Lat. 108 f. 16v.

Coena Cypriani.

SUPPLEMENTA.

CARMINA RHYTHMICA ALCUINI.

Inter Alcuini carmina, quae E. Dümmler in primo volumine Poetarum l. a. C. p. 160—351 edidit, nullum reperitur rhythmicum. At virum ingenii fecundissimi ne hoc quidem genus prorsus sprevisse documento sunt tres rhythmi in codice Gothano I 75 a. 800 fere exarati, quos W. Meyer b. m. ex pretiosissimo manuscripto primus edidit docteque enarravit[1]. *Qui rhythmi quamvis nullum prae se ferant auctoris nomen nullumque titulum, tamen W. Meyer, quem primo carmine doctrinas de incarnatione et de Christo deo homine tunc temporis propter Adoptianorum haeresim diligentissime tractatas perstringi non fugeret*[2], *collatis libellis, quos Alcuinus contra haereticos illos conscripsit, primum rhythmum aut ab Alcuino ipso aut a sodali quodam, qui cum illo omnino consentiret, compositum esse comprobavit; Alcuinum ipsum poetae munere functum esse quamquam persuasum habebat, tamen omnem dubitationem tolli non posse censebat*[3]; *quam rem ego confecisse mihi videor*[4]. *Si primus rhythmus Alcuini est, idem ad reliquos duos quadrat, cum in omnibus eadem ars rhythmica adhibeatur eaque singularis; quocum apte congruit, quod qui alterum rhythmum confecit, duabus deprecationibus usus est, quae in Officiis de feriis inter Alcuini opera traditis extant*[5], *tertio sex haereticorum errores inter se oppositi, Arrii et Sabellii, Manichei et Fotini, Nestorii et Eutychis, impugnantur, de quibus Alcuinus neglectis aliis saepe egit*[6].

Quod artem rhythmicam trium carminum eandem esse dixi, paucis explicandum videtur. Eae leges, quas in poesi rhythmica summi momenti esse notum est, in his versibus omnino neglectae sunt, cum neque syllabarum numerus neque clausulae constent; at singuli versus in codice distincti sunt; rhythmici autem dici possunt, quia versiculi distincti sunt, quorum syllabae certum numerum non excedant. Hae enim formae inter se permutantur: 7 ⏑ –, 8 ⏑ –, 9 ⏑ –, 7 – ⏑, 8 – ⏑, 9 – ⏑; nonnulli versus, qui decem syllabarum videantur esse, cum synizesi legi possunt. Caesura nulla est, concentus nullus, hiatus multi, allitteratio haud rara. Primus et alter rhythmus abecedarii sunt, atque primus quidem ita compositus est, ut primus et tertius versus singularum stropharum ab eadem littera incipiant.

Codex Gothanus I 75 olim Murbacensis **M** *foliorum 122 ex tribus codicibus vetustissimis compactus est, quorum primus 22 foliorum saec. VIII med. scriptura insulari exaratus foliis 1—20r Sedulii carmina continet; in fol. 20v—22v vacuis relictis manus eiusdem saeculi exeuntis fere Alcuini rhythmos inscripsit; hanc scripturam characteres cursivos Merovingicos cum minuscula quam dicunt Carolina permixtos prae se ferre W. Meyer l. l. 647—52 accuratissime exposuit. Ceterum de codice egerunt Iacobs, Beiträge ... oder Merkwürdigkeiten der herzoglichen öffentlichen Bibliothek in Gotha, 1836,*

1) *Drei Gothaer Rythmen aus dem Kreise des Alkuin. Nachr. d. K. Ges. d. W. z. Goettingen 1916, 645—682. Nonnulla addidit C. Weyman, Hist. Jahrb. 41, 76 sq. Primum rhythmum iam Cl. Blume, Anal. hymn. L I 302 sq. imprimendum curavit.* 2) *Lemmata, quae W. Meyer adscribenda proposuit, in editione repetivi.* 3) *L. l. p. 659. 663.* 4) *N. A. XLIII 386 sq.* 5) *Migne P. L. CI 509 sq.* 6) *W. Meyer l. l. p. 862.*

II 134 sq. B. Krusch, N. A. IX 271 sq., I. Huemer, Sedulii opera p. VII sq., R. Ehwald, Abh. d. K. Bayer. Akad. d. W. Cl. III vol. XXII, II 353 sq., idem Aldhelmi opera, M. G. Auct. ant. XV p. 329 sq.

I. DE TRINITATE ET DE CHRISTO DEO HOMINE.

1. ⟨A⟩ltus auctor omnium, sator summus seculorum,
Legum lator, largus dator ab omnibus adorandus.
⟨A⟩donai omnipotens, ⟨q⟩ui mensus es manu aquas
Et caelum palmo contines terramque pugno concludis.

2. ⟨Bo⟩nus factor bona valde ⟨c⟩ondidit cuncta celeriter.
Quae singula sunt nam bona, simul omnia satis bona.
⟨Be⟩nedico te, rex aeterne, qui fecisti per verbum tuum
Ima et summa universa quique regis cuncta deus.

3. ⟨C⟩um esset dei unicus natus natura, non dono,
Factus hominis filius plenus gratia per donum;
⟨C⟩um virginali in utero coepit esse Christus homo,
Non aliud esse coepit homo coeptus quam dei natus.

4. ⟨Dei⟩ patris unigenitus ⟨e⟩st matri primogenitus,
⟨I⟩dem ipse utrumque, ex utroque unus Christus.
⟨De⟩us pater donat nato ⟨n⟩omen altum super cuncta,
⟨Non⟩ hoc verbo per gratiam, sed corpori deificato.

5. Ego sum sine principio, qui sum sine fine deus;
Ipse unus substantia, qui in tribus subsistentiis.

I ***M*** *f. 20v. In codice singuli versiculi unam lineam efficiunt; litteras incipientes vel claudentes huius rhythmi, quae bibliopegi neglegentia abscisae sunt, maximam partem Cl. Bl(ume) supplevit. Guilelmum Meyer sequor, qui specimen scripturae, I 1, 1—4, 4. 9, 3—13, 2. 22, 3—24, 4. II 1, 1—3, 2. III 1, 1—3, 2 in tabula addidit, de singulis sciscitanti benigne mihi respondit R. Ehwald.* 1, 1 sator *Bl*, satur *M* 1, 4 contines *Bl*, contenes *M* 2, 1 condidisti *scr. Bl; sic versus decem syllabarum efficitur!* 2, 3 fecististi *M* 3, 3 virginali *Bl*, uirginale *M* 4, 1 *f.* *matris 4, 3 nomen *Bl*, ıomem *M* 4, 4 ñ *fuisse apparet*, dat *Bl* 5, 2 subsistentiis *M*, subsistimus *corr. Bl, qui* subsistemus *legerat*

I *Cum hoc rhythmo conferenda sunt, quae Alcuinus Augustino aliisque usus conscripsit, ut Hispanorum haeresim confunderet (Migne CI).* 1, 1 *In cod. Londin. reg. 2 A XX f. 29r series orationum alphabetica sic incipit* Altus auctor omnium creaturarum *cf. Kuypers, The book of Cerne, append. p. 213; cf. etiam hymnum Hibernicum, quem Columbae adscribunt,* Altus prosator, vetustus dierum et ingenitus *Anal. hymn. LI 275.* 1, 2 *sq. hymnum pervulgatum* Sancte sator, suffragator, legum lator, largus dator, *Anal. hymn. LI 299, ex codicibus, quos Blume attulit, cum Anglosaxonibus tum Alcuino in deliciis fuisse apparet. — Allitterationis exempla haud rara cf. 2, 1. 3, 1. 17, 1 aliaque.* 1, 3 *sq. Is. 40, 12 cf. supra p. 706 ad v. 11 et N. A. XLIII 393.* 2, 3 *sq. ev. Ioh. 1, 3.* 3, 1 *sq. Augustinus, enchirid. c 35, Migne XL 250* Cum enim esset unicus dei filius, non gratia, sed natura, ut esset etiam plenus gratia *(cf. Ioh. 1, 14),* factus est et hominis filius. *ibid. c. 37.* nativitas Christi eo quod est de spiritu sancto gratiam demonstrat . . . utique spiritus sanctus dei donum est. *Cf. ibidem c. 40. Ex Augustino Alcuinus ad Arnonem, M. G. Epp. IV 426 (cf. ad str. 5). Cf. eundem adv. haer. Felicis, Migne CI 117 D.* 3, 3 *sq. Augustinus, enchir. c. 36* nempe ex quo esse homo coepit, non aliud coepit esse homo quam dei filius et hoc unicus. *Eadem repetivit Alc. de fide tr., Migne CI 39 A, adv. haeres. Fel., Migne 117 A, adv. Elipand. M. 268 B.* 4, 1 *Alc. adv. Elip. Migne CI 256 C* Scimus b. Isidorum *(Diff. II 6)* dicere de Christo: unigenitus in divinitate, primogenitus in humanitate; non tamen legimus eum contradicere, quod primogenitus quoque esset in divinitate et unigenitus in humanitate .. Utrumque . . . in utraque natura fuit, et unigenitus et primogenitus, unigenitus in divinitate, quia solus genitus ex ingenito patre; item in eadem natura primogenitus sicut apostolus ait *(Col. 1, 15)* — Item ex matre virgine primogenitus atque unigenitus. 5, 1 *sq. Alcuinus ad Arnonem M. G. Epp. IV 426* interrogare, . . . quid sit inter substantiam, essentiam et subsistentiam: Moysi ait *(exod. 3, 14):* ego sum qui sum . . . pater

Ex corde patris genitus summa sapientia filius.
Procedebat paracletus ex ambobus indivise.

6. Fidei nostrae fundamentum Christus Iesus crucifixus,
De summo patris ima petens, ut nos ad alta revocaret.
Fundamentum hoc habentes in supernis satis altum
Illuc mente ascendamus, ubi dextra dei patris est.

7. Gignendo pater appellatus prolem ex se prodit almum,
Cuius ante omne tempus una et patris est maiestas.

. . . . . .

8. Homo Christus humanatus de spiritu et virgine
Dei patris esse prolis, non sancti spiritus creditur.
Homo ex aqua renatus natus aquae non dicitur,
Sed dei patris esse prolis et matris ecclesiae.

9. Idem virginis filius, idem qui dei est filius,
Sine defectu alterius utrumque unus Iesus.
(I)pse Christus carne natus ut ceteri cuncti nati,
In natura, non peccato, sine crimine castus natus.

10. Kaput nostrum Christus deus nosque omnes eius membra;
Sed capiti concordantes caritas nos Christo iungit.
Kaput nostrum cum corpore unus Christus est effectus;
Quanto magis mediator homo deus unus Christus!

11. Laetare, virgo Maria, laetare in tuo filio,
Laetemurque omnes in eo, qui nasci dignatus ex ea.
Laudabatur ab angelis, a pastoribus inspicitur;
A magis Christus quaeritur et a stella demonstratur.

12. Maria virgo veraciter dei genetrix dicitur.
Verbum enim caro factum, non in carnem conversum est.
Mariae gremium germinavit, genuit deum et hominem,
Verum corpus et animam, ut homo totus sit redemtus.

5, 4 indiuise *M*, indivisus *Bl* 6, 2 ad *sup. lin. add. M* 7 *ante aut post 7, 1—2 duo versus omissi sunt, sed signum omissionis nullum* 7, 2 tempus omne *M* patris *coni. W. Meyer*, par *Bl*, patri *M* 8, 3 renatus *Bl*, renonatus *M* 8, 4 dei *sup. lin. add. M* 9, 2 defectu *Bl*, defectui *M* 10, 2 Sed *W. Meyer*, S' *M*, Si *Bl* 10, 2 caritas *M*, Spiritus *Bl*, *qui* Ciritus *legit* 10, 4 homo *M*, Iesus *Bl* 11, 2 que: q; *sup. lin. M* omnes: ōm//, q; *erasum videtur, M* 11, 3 pastostoribus *M* 11, 4 demostratur *M* 12, 1 ueraciī *M*, vera habet *legit Bl*, *qui* habetur *correxit* dicitvr *ex* diciter *corr. M* 12, 3 germinauit, n *sup. lin., M*

et filius et spiritus sanctus: una est substantia. . . . . Ideo Graeci solent dicere de deo: una usia tres ypostases, id est: una substantia tres subsistentiae; *cf. etiam Migne CI 1042 AB, 1043 A, 1055 BC. De subsistentia: Alc. De process. s. spir. Migne CI 70 B, 72 B.* 5, 3 sapientia: *Cor. I 1, 24. 30. 5, 4. Alc. de proc. sp. s. Migne CI 63 sq.* 6, 1 *sq. Augustin. d. fide et op. c. 16 ed. Zycha* fundamentum Christus est structura architecti sapientis; hoc expositione non indiget, aperte enim dictum est *(Cor. I 3, 11):* fundamentum *eqs.* 7, 1 *sqq.* gignendo p. a : *haec ad Alc. de fide s. t. CI 16 A sq. referenda videntur.* 8, 1 *sq. Augustin. enchirid. c. 39 Migne XL 252* certe qui nascuntur ex aqua et spiritu s. *(ev. Ioh. 3, 5),* non aquae filios eos rite dixerit quispiam, sed plane dicuntur filii dei patris et matris ecclesiae. Sic ergo de spiritu s. natus est filius dei patris, non spiritus s. *Haec Alcuinus ad verbum fere transsumpsit De fide sp. et car. M. CI 39 D sq.* 9, 1 *sq. Alc. adv. Fel. II 13, M. CI 156 C* ab initio conceptionis deus verus et verus filius dei absque omni peccato conceptus est et natus. 10, 1 *sq. Augustin. de agone Christ. ed. Zycha c. 20 de membris et capite (cf. Cor. I 6, 15) sic concludit:* Sic universo populo sanctorum tamquam uni corpori caput est mediator dei et hominum homo Ch. I. *(Tim. I 2, 5).* 11, 3 *sq. Luc. 2. Matth. 2.* 12, 1 *sq. Alc. contra haeres. Fel. M. CI 88 A contra Nestorium eosque* qui negant eam vere filii dei esse genetricem. 12, 3 *sq. Augustin. enchir. c. 34 M. XL 249* ver-

13. Nunc commune deitatis deus nomen trinitatis,
In quo unicus benedictus venit et sanctus spiritus.
Namque pater omnipotens in hoc esse adprobatur,
Quia deum coequalem genuit natura filium.

14. Omnipotens verbum patris virtusque et voluntas
Caeli terrae cuncta implet suae deitatis potentia.
Omnia data a deo patre humanitati eius verbi,
Sedis paternae consessio et angelorum officia.

15. Passus est princeps regum, cuius pater passus non est;
Nec procedens passus umquam: Christus solus carne passus.
Primogenitus ex mortuis per sanguinem sibi cuncta,
Quae in caelo et in terra, sancta pace sociavit.

16. Quem ante saecula credimus patri natum sine matre,
Ipsum quoque in eius fine matri natum sine patre.
Qui nec unione est confusus nec distinctione geminatus,
Idem semper homo deus, ipse deus homo verus.

17. Resurgens rex a mortuis mortis destruxit imperium,
Solvens vincla mancipatis et reducens regno dei.
Redemit nos rerum factor magno pretio mirifice
Cum sacro suo sanguine, non metallis mortalibus.

18. Spiritus sanctus paracletus, consolator, advocatus,
Est cum patre et filio noster factor et redem(tor.)
Sancti spiritus processio ita ut filii nativit(as)
Latet cunctas creat(uras) et antecellit univer(sa).

19. Ter cum deum dicimus, non tres deos credimus,
Sed unum invisibilem in maiestatis gloria.
Ternis in his personis trinitatem credimus;
Patrem, verbum, proceden(tem) uno laudemus carmine.

20. Unus deus est nam pater, unicus deus est filius,
unicus deus est spiritus: hoc unitas trinitatis.
Verus pater qui genuit, verus filius qui genitu(s),
verus procedens spiritus: hoc trinitas unitatis.

13, 3 Nam pater m_1, q. *intrusit* m_1, *M*, Nunquam pater *Bl* adprobatur, d *ex* c *(?) corr.*, *M* 14, 1 Omnipotens *ex* Omnipotem *corr. M* 14, 3 uerbi *ex* uere *corr. M*, vere *Bl* 14, 4 consessio *M*, confessio *Bl* et angelorum officia *omissa inter lin. add.* m_1 *M*, e. a. officium *Bl* 15, 1 Pasus *M* 16, 1 patri *M*, patris *Bl* matri *ex* matre *corr. M* 17, 1 rex *sup. lin. add. M*, set *Bl* 17, 2 et *M*, ut *Bl* 18, 4 antecellit *Bl*, antecellet *M* 20, 2 deus *sup. lin. add. M*

bum caro factum est a divinitate carne suscepta, non in carnem divinitate mutata. Carnem porro hic hominem debemus accipere ... locutione. *Eadem Alc. M. CI 172 D.* 13, 2 benedictus: *Rom. 9, 5.* 14, 1 *cf. infra II 20, 1* virtus patris et voluntas. 14, 2 *Ierem. 23, 24.* 14, 4 *Alc. adv. Fel. M. CI 155 A* et nunc in sede paternae maiestatis regnantem et in throno caelestis gloriae sedentem, quem adorat omnis multitudo angelorum. 15, 1 *sq. apocal. Ioh. 1, 5.* 16, 1 *sq. Gregor. moral. XVIII 52* Ipse ante saecula de patre sine matre, ipse in fine saeculorum de matre sine patre ... manens unus ex utraque et in utraque natura nec naturarum copulatione confusus nec naturarum distinctione geminatus; *hinc Alcuinus M. CI 97 B, 285 A, cf. etiam 112 A, 138 D.* 17, 1 *sq. cf. ep. ad Hebr. 2, 14.* 17, 3 *sq. cf. ep. Petri I 1, 18 sq.* 18, 3 *sq. cf. Alc. conf. fid. M. CI 1070 D sq. Alc. adv. haer. Fel. M. CI 104 B ex Leonis papae serm. XXX 4* confitendum, quod haec generatio ... super omnem originem humanae creationis excellit. 19 *cf. Alc. de fide s. tr. M. CI 14 D* ideoque non sunt tres dii, sed unus deus pater et filius et sp. s.; *ibid. 18 D;* invisibilis: *ibid. 33 D.* 20, 2 *et* 4 *cf. Alc. M. CI 14 D, 15 B.*

21. Xristo in cruce coronat⟨o⟩ fel ad escam deder⟨unt⟩,
Sitim potabant aceto: vae tibi, gens miser⟨a⟩!
Xristus e caelo veniens, scilicet ut carne praes⟨ens⟩
Excelsus iudicet or⟨bem⟩ et reseret pectora.

22. Ymnum dicat ord⟨o omnis⟩, fidelis qui inve⟨nitur,⟩
Patri, nato, para⟨cleto⟩, gloriosae trini⟨tati.⟩
⟨Ymnum⟩ dicamus dei nato, ⟨qui ab a⟩rce alta caeli
. . . us venit corpore, ⟨ut salva⟩ret nos vitales.

23. ⟨Zelum dei⟩ sic habentes ⟨non⟩ inanes obloquentes
⟨Abs⟩que serpentis sibilo ⟨verum⟩ deum adorantes.
⟨Zelo bo⟩no omittentes ⟨dir⟩a draconis ubera
⟨Aquas⟩ vitae auriamus ⟨de fon⟩tibus salvatoris.

24. ⟨Gloria⟩ tibi, trinitas, ⟨patri⟩, filio, procedenti,
⟨Una e⟩ademque indivisa, ⟨virtus h⟩onor et gloria.
⟨Gloria⟩ tibi, Iesu bone, ⟨qui nat⟩uram nostrae carnis
⟨Tuae⟩ deitati adunasti, ⟨ut nos⟩ in te gloriemur.

II. DEPRECATIO.

1. ⟨Adiutor⟩ in te sperantium, ⟨ex⟩audi me miserum.
⟨De pro⟩fundis peccatorum ⟨clamo⟩ corde credulo;
⟨Ne me⟩ tradas tetris tectis ⟨diri⟩ et imi inferni.

2. ⟨Benedic⟩to ore tuo, ⟨bone deu⟩s, qui dixisti
⟨Gaud⟩ium esse angelorum ⟨in su⟩pernis satis magnum
⟨Super u⟩no peccatori ⟨agen⟩ti poenitentiam.

21, 2 potabant *Bl*, potabunt *M* 21, 3 *i. e.* veniens erit, *an scribendum* *veniet? 21, 4 or| *M*, orbem *W. Meyer*, omnes *Bl* reseret *Bl*, reserat *M* 22, 1 qui *Bl*, quis *M* 22, 3 |rce, r *incerta*, *M*, arce *suppl. Bl* alta *Bl*, alto *ex* arto *corr. M* 23, 2 verum *W. Meyer*, simus *Bl* adorantes, ad *ex correctura, fuitne* obd.? *M* 23, 3 Zelo bono *suppl. W. Meyer* dira *suppl. W. Meyer*, falsa *Bl* 24, 2 laus honor *sive* virtus honor *proposuit W. Meyer*

II *M f. 21v. Litteras abscisas supplevit W. M(eyer).*

21, 1 *sq. ps. 68, 22 sq.* 22, 1 *cf. hymnum (Hilarii Pictaviensis?) Anal. hymn. LI p. 264* Hymnum dicat turba fratrum. 22, 4 indutus *suppl. Blume, sed hoc Eutyches docuit cf. infra rh. III 3!* 23, 2 *Alc. adv. Fel. M. CI 194 A* o Felix, serpentini oris venena sibilans. 23, 4 *ev. Ioh. 4, 14.* 24, 4 *Alc. de f. s. tr. M. CI 29 D* carnem ex virgine assumens ita humanae naturae adunatus est, ut idem esset homo qui deus et deus qui homo.

II *Alcuinus duas adhibuit deprecationes cf. W. Meyer l. l. 664: α Orationem quam dicunt s. Hieronymi pro custodia diei sequentis. Extat 1) in Alcuini libro de psalmorum usu 1 16, Migne CI 490 D cf. 590 D. 2) eadem ex cod. Aurelianensi 184 (162) s. X olim Floriacensi p. 265 transscripta Migne CI 1385 C. 3) in Libro precationum, quas Carolus Calvus .. litteris scribi aureis mandavit. Ingolstadii 1583 p. 6. 4) in The Book of Cerne f. 45r, edidit Kuypers p. 90. 5) in cod. Londin. reg. 2 A XX cf. supra p. 512, edidit Kuypers in append. p. 210. β Orationem, quam dicunt s. Augustini in opusculo, quod vulgo Alcuino adscribunt, a Quercetano Officia per ferias intitulato Migne CI 598 D sq. Hoc opusculum traditum est 1) in cod. Parisino 1153 olim s. Dionysii, deinde Thuaneo, Colbertino f. 86r, de quo conferas W. Meyer, Nachr. d. K. G. d. W. z. Goettingen 1912, 52 sq. 2) in cod. Aurelianensi 184 (162) p. 263, Migne CI 1384 D. 3) in The Book of Cerne f. 73, Kuypers p. 145 sq. 4) in cod. Lond. reg. 2 A XX f. 48r, Kuypers p. 222. α conferas ad str. 7 et 10; β ad str. 6, 12, 9, 15, 16, 13 (hoc ordine). W. Meyer l. l. 664 sq. codicum lectiones valde dissentientes summa industria composuit, ego ut spatio parcerem, textum ex Mignio attuli.* 1,1 *ps. 17, 3.* 1, 2 *ps. 129, 1.* 1, 3 tectis: *W. Meyer cogitat de* tenebris *collato v. 12, 2. Nil mutandum videtur.* 2, 2 *Luc. 15, 7* dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam agente; *ibidem 15, 10* gaudium erit coram angelis dei super *eqs. Similiter duos locos conglutinavit Alcuinus Epp. IV p. 190, 17. 195, 13.* — in supernis s. m.: *cf. Alcuinum supra I 6, 3.*

3. ⟨Cern⟩e, pater piissime, ⟨me amar⟩e flere, quę feci.
⟨Expur⟩ga cor obrutum puro fonte lacrimarum,
Unde anima abluetur a tam sordidis actibus.

4. Deus aeternae gloriae, obsecro te semper, Iesu,
Per vexillum verae crucis eripe me deprecantem
De laqueo delictorum et faucibus inferorum.

5. Egens sum ego, in labore conturbatus et confusus.
Nihil digne umquam egi, in peccatis concoeptus sum,
Degens semper in delictis, pressus pondere pessimo.

6. Fateor nunc facinora tibi conscio secretorum:
Ego ore, ego corde, ego opere inquinatus.
Ignosce mihi, pater sancte, quia crimen agnosco.

7. Gulae aufer appetitum, repelle a me luxoriam,
Amorem dirum pecuniae cum peste iracundiae.
Tristi saecli cum tedio, deus, amputa superbiam.

8. Heu mihi, tristis plango. Quis me talem liberat
De conpagine peccatorum et voragine flagitiorum
Nisi gratia advocati altissimi agni dei?

9. Iterans iteravi, criminum auxi cumulum.
Quae si tu, ultor deus, vindicare voluisses,
Olim me terra vivum deglutisset integrum.

10. Karitatem deus non fictam, castitatem da perfectam
Humilemque tenaciam et veram oboedientiam!
In te sint mihi omnia, quem amo super omnia!

11. Lux vera fidelium et larga dei pietas,
Qui benignus adstetisti puplicani precibus,
Nunc quoque me lugentem fove, sancta trinitas.

12. Miserere mihi, deus, ne patiaris me perire
Neque aeternis tenebris vel atra morte consumi;
Sed omnes actus vanitatis curet Christi gratia.

3, 1 pater *sup. lin. add.* m_1 *M* 3, 2 obrutum *Vollmer Weyman*, voratum *W. M.*, abratum *(?) scriptum esse videtur.* 3, 3 sordidis *W. M.*, sordis, *altera* s *super locum rasum*, *M* 4, 2 me *sup. lin. M* 6, 3 mihi *coni. W. M.*, mi *M* 7, 1 reppelle *M* 7, 3 tristi *W. M.*, trista *M* 8, 1 liberabit *coni. W. M.* 8, 2 flagitiorum *W. M.*, flagitium *M* 9, 2 ultor *W. M.*, adultor *M* 9, 3 integrum *W. M.*, redintegrum *M* 10, 2 oboediam *M*, *corr. W. M.* 11, 3 fove *W. M.*, fabe *M*

5, 2 *ps. 50, 7.* 6, 1 *Migne CI 598 D* ego ore, ego corde, ego opere, ego omnibus vitiis inquinatus sum, omnibus sceleribus coopertus sum. Veniam peto, quia crimen agnosco: scelera mea tibi fateor, quae etsi non confiterer, tamen te latere non possunt *eqs.* 7, 1 *Migne CI 490 D* Abscinde *(*Aufer *Book of C. et Reg. XX)* a me, domine, gulae appetitum, concupiscentiam fornicationis, amorem pecuniae, pestem iracundiae, tristitiam saeculi, mentis acidiam, vanam laetitiam, tyrannidem superbiae. 8, 1 heü *legendum videtur cf. 22, 3. 24, 2.* 8, 2 *sq. Migne CI 591 A (cf. 1401 B)* quis me liberabit de corpore mortis huius peccati nisi gratia tua! 8, 3 advocati: *cf. ep. Ioh. I 2, 1.* 9, 1 *cf. supra p. 488, 12, 3.* 9, 2 *sq. Migne CI 599 B* Si tu transgressiones meas iudicio tuo persequi ac punire voluisses, olim me terra vivum absorbuisset. — deglutisset: *cf. ps. 123, 3.* 10, 1 *sq. Migne CI 490 D* . . superbiae. Planta in me, domine, virtutem abstinentiae et continentiam carnis et castitatem mentis, voluntariam paupertatem, veram patientiam, laetitiam spiritualem, animi stabilitatem, .. humilitatem non fictam, fraternam caritatem; *cf. ibidem 591 A.* 11, 2 *Migne CI 471 B* qui non sprevisti publicanum, ne spernas me. 12, 1 *sq. Migne CI 599 A* . . patefiunt. Miserere mei, domine, ne me perire patiaris; ne me permittas aeternis tenebris et perpetua morte consumi. Aufer a corde meo

13. **N**omen tuum gloriosum invoco, salus sempiterna,
Ut confractum redintegres emendesque vitiatum.
Indulge hoc, quod peccavi; presta, ne plus adiciam.

14. **O**mnipotens trinitas, una vera divinitas,
Suscipe me fugientem de criminum caligine.
Ad verum lumen revoca me tuae sanctae scientiae.

15. **P**rotector deus, protege me scuto tuae veritatis,
Ut me tela ignita diabuli non penetrent
Et potestas tenebrarum iam amplius non sauciet.

16. **Q**uicquid mea stultitia et excessus desidiae
Aut non sapit deprecare aut ⟨non⟩ praesumit dicere,
Hoc maiestas largiatur et tribuat dei bonitas.

17. **R**ex regum rectissime et dominus ditissime,
Qui nullius eges opibus, semper bona largitus es;
Doce me velle et nosse tuam facere voluntatem.

18. **S**pes unica et sincera, mundi salus et vita es.
Qui solus mortem vicisti, aditum vitae reserasti,
Erue me de umbra mortis facque intrare viam lucis.

19. **T**e iudicem esse spero, quem agnosco salvatorem.
Veneras pro me iudicari, qui venies iudicare.
Sed quem mitis liberasti, numquam sinas interire.

20. **V**irtus patris et voluntas frangens claustra inferorum
Hominem odio abiectum astris tulit mirantibus.
Meque imo iacentem tua sublevet clementia.

21. e**X**ul homo paradisi per peccatum protoplausti
Exitum suum expavescens, dum clauduntur lumina!
Sed tu, mi Iesus, miserere, presta, quaeso, partem vitae.

22. **Y**mnum deo nunc debeo, sed canto carmen lugubre.
Factus sine auxilio solus plango peccamina.
Tamen dico, quod debeo: soli deo semper laus!

23. **Z**elo habere, quod amavi, et amare, quod zelavi:
Inmuta, dextra excelsi, Iesu fili altissimi,
Ut hic et in perpetuo te laudare merear.

15, 3 sauciet *W. M.*, sauciat *M* 16, 2 non *add. W. M.* 16, 3 tribuat *W. M.*, tribuet *M* 17, 2 nullius *M*, nullis *W. M.* egis *M*, *corr. W. M.* bona *sup. lin. add. M* 18, 2 uicuisti *M*, *corr. W. M.* 19, 2 ueneras *M*, venies *coni. W. M.* 20, 3 *f.* *me quoque 21, 1 proplausti, to *sup. lin.*, *M* 21, 2 suū *sup. lin. M* 23, 1 zelaui *ex* amaui *corr. M* 23, 2 fili *coni. W. M.*, filii *M*

alienum sensum, cura in me stuporem mentis .. et omnes actus meos *(meae vanitatis rel. codd.)* arte et medicina tua sana. 13, 1 *Migne CI 599 C* Miserere mei, domine, et redintegra confractum, sana corruptum, emenda vitiatum et illud indulge, quod feci, et hoc praesta ne iterum faciam. 15—16 *Migne CI 599 B* Protege me, domine, scuto veritatis ac fidei, ut me diaboli iacula ignita non penetrent *(Eph. 6, 16)* .. et exeunti mihi de hac clausura tenebrarum manum porrige et lumen ostende. 15, 1 *ps. 17, 3.* 17, 1 *cf. Columbani orationem Anal. hymn. LI 286.* 17, 2 *Ecclus 42, 22* et non eget alicuius consilio. 17, 3 *sq. Migne CI 591 A* doce me facere voluntatem tuam. 18, 3 umbra mortis: *Matth. 4, 16.* 19, 2 *cf. ev. Ioh. 9, 39?* 20, 1 *cf. I 14, 2.* 20, 2 *cf. Stat. Theb. 8, 751 apud Sulp. Sev. dial. II (III) 10, 4 (Weyman)* 21, 1 eXul: *cf. supra p. 514, 21, 1* eXultantes. 22, 3 laüs: *cf. 8, 1. 24, 2.* 23, 1 *sq. i. e. cum zelo odi? (Vollmer.) Ps. 76, 11.*

24. Gloria deo patri aequalisque deo filio
Una cum sancto spiritu laus honor et virtus
Perpetuaque potestas et aeterna maiestas.

III. CONTRA TRIA PARIA HAERETICORUM.

1. ⟨Ar⟩rius et Sabellius ⟨he⟩retici inpudici:
⟨Un⟩us non vult unam esse ⟨tri⟩nitatis substantiam,
⟨Alt⟩er iungens incongrue ⟨et⟩ confundens personas.
⟨Aud⟩ite haec orthodoxi . . . ıes Christus expugnavit
⟨Un⟩o loco ambos simul: ⟨eg⟩o et pater unum sumus.
⟨'Su⟩mus' non sapit Sabellius ⟨ne⟩c Arrius 'unum' fari.

2. ⟨Ma⟩nicheus et Fotinus ⟨e⟩ diverso, sed impie
⟨Un⟩us Christum verum deum, ⟨non⟩ hominem profitetur;
⟨Al⟩ter aeque obnoxie hominem purum indicavit.
⟨Dic⟩unt Christum verba vitę ⟨deu⟩m verum et hominem:
⟨A⟩ quo Lazarus lacrimatur .. em nec Fotinus profitetur,
⟨Id⟩em a quo est suscitatus, ⟨homin⟩em nec credit Manicheus.

3. ⟨Nest⟩orius et Eutichen ⟨contra⟩rie Christum profitentes:
⟨P⟩rior propter duas naturas ⟨d⟩uos Christos introduxit;
⟨A⟩lter e caelo Christum narrat humanum sumsisse corpus.
Audi, Nestori nequissime, unionem in hoc Christi:
Filius hominis venit de caelis! et tu, Eutichen, audax pestis,
Disce Christi corpus esse ex germine David regis.

24, 2 sit *supplendum putat W. M., sed fort.* laüs *legendum est post 24, 3 spatium sex versuum vacuum relictum est*

III *M f. 22 v. Versus mutilatos W. Meyer supplevit.* 1, 4 haec: h‾ *sup. lin. M* .. ies *W. Meyer, ante* es *una hasta servata est, num* b, p, m, n, i *fuerit, discerni nequit teste R. Ehwald utrum* xp̄s *an* xp̄i *legendum sit, W. Meyer dubitat, mihi* xp̄s *videtur esse, R. Ehwald mihi adsentitur.* 1, 5 sumus *ex* ꝭmus *corr. M* 1, 6 sumus: ꝭnus *M* 2, 3 purum *incertum M* indicauit *aut* iudicauit *M* 2, 5—6 *non solum mutilos, sed etiam inversos esse W. Meyer vidit: sic fere restituendos proposuit:*

⟨A⟩ quo Lazarus lacrimatur, ⟨id⟩em a quo est suscitatus:
⟨Homin⟩em nec credit Manicheus, ⟨deu⟩m nec Fotinus profitetur

aut

⟨A⟩ quo Lazarus lacrimatur, ⟨hunc homi⟩nem nec credit Manicheus,
⟨Id⟩em a quo est suscitatus, ⟨hunc deu⟩m nec Fotinus profitetur,

sed hoc perquam incertum est, nam 2, 5 ⟨deu⟩m *supplere non licet, cum lectio* ꝭem *dubia non sit, immo ante* e *una hasta extet* 2, 6 est *W. Meyer,* et *sup. lin. M* 3, 3 sumsisse *W. Meyer,* sumi *M* 3, 4 Nestori *W. Meyer,* nestore *M*

III *Alcuinus singulis strophis duorum haereticorum errores coniunctos confutat, qui maxime inter se sint oppositi; Fulgenti Ruspensis vestigia (ep. VIII) eum premere W. Meyer docuit. Fulgent. Migne LXV 369 D sq.* Si quem videris ita patris et filii et sp. s. unam confiteri naturam, ut velit unam asserere personam, noli Christianum catholicum putare, sed haereticum Sabellianum agnosce. Si quem vero audieris ita tres personas . . . dicere, ut velit tres naturas istarum trium personarum asserere, Arrianum haereticum sine dubitatione intellege *eqs.; cf. eundem De incarnatione Migne LXV 576 C.* 1, 4 *sq. ev. Ioh. 10, 30 Fulgent. De trinitate Migne LXV 500 C; cf. Alc. in Iohannem Migne C 883 et 894 A.* 2, 1 *sq. cf. Fulgent. ep. VIII Migne LXV 370 C sq.* 2, 3 purus: *Gregor. Moral. XVIII c. 51 Migne LXXVI 88 C* .. nonnulli .. qui mediatorem dei et hominum dominum (hominem *Migne)* I. Chr. purum hominem creatum dicerent. *Praedestinati de haer. I 45 Migne LIII 601. Alc. Migne CI 140 A, 159 C, 166 A, 291 B, 491 C, 1063 C.* 2, 4 *scriptura* (verba vitae) *exemplo Lazari Christum deum verum et hominem esse comprobat, cum et* mortuum *resuscitaverit et lacrimas effuderit (Ioh. ev. 11, 35 sq.) cf. Paulin. Nol. XXXI 121 sq. Sedul. c. p. IV 276 sq. Uterque haereticus huic loco adversatur eqs. De versibus* 5—6 *cf. in app. crit.* 3, 1 *sq. cf. Fulgent. ep. VIII Migne LXV 371 B. De doctrina Nestorii et Eutychetis Alc. Migne CI 136 A—C, 164 B, 186 A, 223 C, 290 C sq. Fusius de loco disputat W. Meyer l. l. 681 sq.* 3, 2 *cf. Alc. Migne CI 138 D; ibidem 44 A ex Cyrillo cf. 290 C.* 3, 5ª *versus decem syllabarum est; cf. Ioh. 3, 13.* 3, 6 *Rom. 1, 3.*

VERSUS PAULI DIACONI (?)

Hoc carmen cum in **B** *i. e. cod. Oxon. Bodl. Add. C 144, de quo cf. infra p. 913, f. 58v versus Paulini Aquileiensis* Hausimus altifluo *nullo lemmate spatiove intermisso excipiat, K. Neff, Die Gedichte des Paulus diaconus p. 205 eidem poetae adtribuendum esse iudicavit illum patriarcham Aquileiensem factum reversurumque in patriam tempore discessus hac epistola ad amicum quendam missa Carolo Magno eiusque uxori extremas dicere salutes arbitratus; ad annum reditus 787, quo anno Arichis princeps Beneventanus Carolo se subiecerit, v. 8 referendum esse,* ut luctum aspicerem, o Benevente, tuum. *Quam interpretationem stare non posse Crivellucci, Studi storici XVIII 201 sq. demonstrasse videtur: epistola cum manibus domini dominaeque oscula sit datura, non ad amicum quendam missa est, sed ad dominos ipsos; si ad Carolum scripta est, vix intellegas, cur poeta in Italiam rediens ipse libellus esse cupiat, qui luctum Beneventi aspiciat; quod autem v. 19 poeta se odisse onusque gravissimum ferre queritur, quid ad Paulinum pertinet? Quos nodos solvi Crivellucci ponit, si carmen Pauli diaconi esse censeamus. Hanc coniecturam his studuit stabilire argumentis: Paulus P. A. C. I 44, 17 (Neff p. 40)*

Ante potest flavos Renus repedare Suavos
Ad fontem et versis pergere Tibris aquis,
Quam tuus e nostro labatur pectore vultus,

et P. A. C. I 62, XXVI 2 (Neff p. 130)

Ante suos refluus Renus repedabit ad ortus,
Ante petet fontem clara Mosella suum,
Quam tuus e nostro, carum ac memorabile semper
Dulce, Adalard, nomen, pectore cedat amor.

Quibus locis compositis hanc formulam[1] *Paulo prae ceteris placuisse demonstrari videtur: eadem autem in hoc carmine v. 13—17 occurrit; quid quod versus allatus* quam tuus e nostro labatur pectore vultus *apte comparatur cum v. 16* Quam tuus *eqs. Neque minus argumentum carminis sententiae Crivelluccii convenire videtur; illo nimirum tempore compositum esse credit, quo Paulus se accingebat, ut a monte Casino ad Carolum proficisceretur pro misero fratre deprecaturus. Id si recte positum est, poeta v. 1 sq. principi Beneventano eiusque uxori valedicit, v. 16* tuus *ad Beneventum pertinet; sic intellegas, quod v. 19 se odisse profitetur*[2]*, hinc fratrem, pro quo gravissimum illud onus in se susceperat, iure semper sui memorem fore expectat*[3].

Sed silentio praeterire non licet, quod poeta in arte metrica nimium sibi sumpsit, qui v. 12 hiatum admiserit ego in, *inter hemistichia pentametri v. 8* aspicere o, *v. 11* iterum iterumque, *ubi dubito num corrigendum sit, v. 18* sīlicibus; *at huius licentiae*

---

1) *Similia quidem in carmine* Rex Carulus Petro *P. A. C. I 76, 9 sq. (Neff p. 166).* 2) *Perquam invitum initio Paulum apud eum degisse, qui patriam suam destruxisset, notissimum documentum est epistola eius ad Theudemarum abbatem missa.* 3) *Scrupulum movet v. 12* namque ego in patriam ceu peregrinus eo. *Certe Paulus a monasterio s. Benedicti in Franciam se collaturus prius Forum Iulii, ubi lucem viderat, visitaturus erat, id Crivelluccio concedendum videtur, sed quomodo is, qui solum natale praetervolando salutaturus esset, dominis valedicere potuit tamquam in patriam rediens, profectionis in terram infestam Francorum mentione non facta?*

exempla in Pauli carminibus non omnino desunt, cf. hiatus exempla P. A. C. I 44, 13, inter hemistichia pentametri P. A. C. I 37, 28. 38, 54. 60, trĭnitas *P. A. C. I 43, 27,* lītes *P. A. C. I 38, 65 aliaque.*

Perge, libelle meus, dominum dominamque saluta
Et dic, ut valeant tempora longa bene,
Et cum te palmis, o parve libelle, tenebunt,
Pro me da manibus oscula fixa, rogo.
De me, quod cernis, hoc tu narrare memento,
Absque ⟨modo vexat⟩ quod mea corda dolor:
Cur meus infelix nequeo nunc esse libellus
Et d . . . . . aspicere, o Benevente, tuum!
Plura loqui cupiens ⟨tr⟩istis mihi carmina sensus
Abstulit et stringit pectora nostra dolor.
O domini dulces, iterum iterumque valete,
Namque ego in patriam ceu peregrinus eo.
Ante bibet Garamans Rodanum, prius India Rhenum,
Hauriet A . . . as antea Belgus aquas,
Ante polus segetes, gestabit sidera tellus,
Quam tuus e nostro pectore cedat amor.
Tu nisi sis nostri memor, o karissime frater,
Silicibus duris durior esse potes.
Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi,
Heu quam, ⟨quae⟩ studeas ponere, ferre grave est!

Imaginem photographicam habes apud Neffium. 4 rogo *Neff*, rogu *B* 5 *sq. sic Crivellucci,* memento absque ioco, vexat quod *Neff* 7 Cur meus: ur m *incerta sunt* neq; ó *B* 8 Et *lectio certa,* Ut *Neff; sequentis vocabuli prima littera* d *potius quam* l, decus *probabiliter coni. Vollmer, sc. dominum dominamque,* dūcem *Crivell.*, luctum *Neff* 9 sens *B*, versus *Criv. errans* 10 Abstulit *B procul dubio,* abstidit *legit Neff, qui edidit* Abscidit 11 iterum iterumque *B cf. Iuvenc. III 665 in apparatu,* iterumque iterumque *Neff; hiatus etiam v. 12* 12 impatriā *B* 13 India Rhenum *Neff*, indias henū *B* 14 hauriet *Neff*, ^{h}aurĭt^{a} *B* Armenias *Vollmer cf. Lucan. VII 188,* Adriacas *Neff*, Athesias *Criv.* 15 gestabt B_1, gestabit B_2 17 karissime *sic B* 19 nosse, e *incerta, B,* esse *ex Ovidio recepi* quod// odi, od *eras., B* 20 quae *ex Ovidio addidi,* quam⟨vis⟩ *Neff*, quam⟨si⟩ *Criv.*

1 *cf. Alcuinum P. A. C. I 284 et Theodulfum P. A. C. I 527 Fortunatum carm. IX 7, 68 secutos.* 3 *Theodulf. P. A. C. I 579, 7* Cum sua te teneris tractarit dextera palmis. 5 narrare memento: *cf. Alc. P. A. C. I 223, 76.* 9 cupiens *constructio absoluta; tristis sensus poetae carmina abstulit cf. P. A. C. I p. 142, 1. 3, quod carmen Crivellucci Paulo adtribuit Stud. stor. XIX 401.* 12 *Ovid. am. II 4, 4* in mea nunc demens crimina fassus eo. 13 *Verg. Aen. VI 794* Garamantas et Indos. 18 *Verg. Aen. V 471* dura silex. 19 *sq. Ovid. am. II 4, 5* Odi nec possum cupiens non esse quod odi; heu, quam, quae studeas ponere, ferre grave est. *Apud Tafel, Die Überlieferungsgesch. v. Ovids Carm. amat. p. 66 hic locus deest.*

VERSUS PAULINI.

Hausimus altifluo perfusas rore salivas
Ore fluenta tuo labio stillante iocundo,
Quae maduere meas multa dulcedine fibras,
Fonte quasi flavo liquantia mella redundant.
Zacharias frater, domini venerande sacerdos,
Accola Brittaniae, Latii telluris alumne,
Hibernique decus mundi, gratissima salpix,
Undisoni oceani famosus litoris hospes,
Ventilabrum ecclesię, ruralis pala vicissim
Ventivagas paleas a fulvis cernis aristis,
Mittis ad astra poli splendentis farrea grana,
Flammigeras stipulas Vulcani mergis ad ollas.
Tantas ergo tibi sincero corde salutes
Mandamus calami stricto ludente mucrone,
Quantos mater humus viridanti gramine flores
Prorumpit teneros vernali roscida foetu,
Quantas tellus habet rosulas sub stirpe roseti
Seu quantę croceę pallescunt flore violę
Purpureęque rubent quantę per litora conchę
Aut bibulas Libicus profundit pontus arenas.
Cum patris altitroni pretiosi sanguinis ostrum
Aeternae prolis sacrata libas in ara,

Ex **B**, *cod. Oxon. Bodl. 28188 = Add. C 144 s. XI f. 58v, de quo videas Madan, Summ. Catal. of West. Mss. in The Bodl. Libr. at Oxford V 419, H. Schenkl, Bibl. patr. lat. Brit. I 1, 82, K. Neff, Die Ged. d. Paulus diaconus, 1908, p. XIX, primus edidit K. Neff l. l. p. 202 tabula photographica addita. Antecedit Pauli diaconi carmen* Candidolum bifido. *Iuxta primum versum lemma extat* VERSVS PAVLINI, *quod suo iure Neff ad Paulinum Aquileiensem refert.* 1 salivas *ex* salibas *corr. B* 3 Quē aduere *B* sibras *B, corr. Neff* redundant *ex* redundat *corr. B* fibras. — redundant, *dist. Neff,* fibras, — redundant. *distinxi.* — *dubito an Paulinus* liquentia *scripserit.* 4 quasis lauo *B, corr. Neff* 6 Accolla, l *prior erasa, B* 7 Hiberniq; *ex* Hibernaeq; *corr. B* salpi/x *B* 11 mitis *B* farrea *ex* ferrea *corr. B* 17 stirpe *ex* stipe *corr. B* 19 conchę *ex* concę *corr. B* 20 bibulas *ex* bibilas *corr. B* 22 Aetñi B^1, —e B^2, Et trini *Neff (quo sensu?)*

1 *cf. infra p. 914* hausimus altifluam salutem. — *Paulinus M. G. Epp. IV 517, 9* mellitis salubrius inrorantibus salivis. 3 *i. e. madefecere.* 4 *Verg. Aen. I, 432* liquentia mella. *Paulinus P. A. C. I 130, 144. Epp. IV 523, 1 sq. IV 525 not.* 7 *cf. Alcuin. P. A. C. I 238, 3* Christi clarissima salpix *(Osee 8, 1); idem ad* Paulinum *M. G. Ep. IV 70, 19.* 8 undisonus: *cf. Paulini vocabula* aequisonus, almisonus, aurisonus *aliaque. Neff ad locum.* 9 — 12 *Matth. 3, 12 (Luc. 3, 17) cf. Tertull. de praescript. 3.* 10 ventivagus: *Paulin. M. G. Ep. IV 517, 40.* 11 *cf. P. A. C. I 72, 14. Neff l. l. p. 173, 14.* 12 *cf. P.A.C. IV 272, 4* inferat Orcus in orcam *(sic locum intelleyo cf. Zs. f. d. A. LVII 182). P.A.C. II 138* Saturni dolium. *Paulinus P.A.C. I 129, 101.* 13—20 *cf. P. A. C. I 98, 13—16 (Neff l. l. 208, 13 sq.), I 493, 111. IV 1, 347 X 1—6 (v. 2* pontus arenas*), 403 II 7—9 cum nota.* 14 *Paulinus P.A.C. I 126 tit.* metrico promulgata stili mucrone. 18 *Verg. ecl. II 47 (P. A. C. III 48, 89)* pallentes violas. 19 *Paulinus P. A. C. I 147, 3, 1 sq.* in littore harenae mixtae purpuratis conculis. 20 *Verg. georg. I 114.* 21 *Paulinus M. G. Epp. IV 527, 26.* 22 *cf. P. A. C. I 73, 41.*

Agni, qui tollit probrosa crimina mundi,
Vivificas puro mactas in pectore carnes,
Ante dei vultus ferventis munera voti
Salsifluo faciem lacrimando gurgite ponis,
Pro me posce deum, tremendi iudicis alta
Limina mellisono cordatim murmure pulsa,
Quatenus ille meas dignetur demere noxas
Et iubeat cęli sancto me scribere libro.

24 i/n *B* 28 cordatĩmmure *B*

23 *ev. Ioh. 1, 29, P. A. C. I 110, 21 sq.* deus probrosa famuli crimina tolle tui. *Paulinus P. A. C. I 147, 2* probrosa .. crimina. 26 salsifluus: *cf. Paulin. P. A. C. I 131, 6, 4* salsiflui .. ponti. 28 mellisono: *cf. ad v. 8.*

VERSUS INCERTI CUIUSDAM POETAE DE PESTE.

Hausimus altifluam Petri Paulique salutem,
Quos primos terrae comites caelique retentant,
Atque hanc ardenter iterumque iterumque sitimus.
Nilominus toto mandamus corde salutem
Vobis, o pater, o laudandae formula vitae,
Quos meritum et sollers pariter sapientia comit.
Nostrisque optamus speciosis laeta puellis
Laetamurque satis, quod pestis amara recessit
Virgineosque artus domini salus alma revisit.
Virgineas marga — fraterna per oscula — ritas
Aurea progenies geminato germine creta
Nectareo affectu terna de voce salutant.

Ex **H** = *cod. Harleiano 3685 s. XV, de quo cf. Dümmler P. A. C. I 32, f. 2 hoc carmen primus edidit K. Neff, Die Ged. d. Paulus diac. p. 209, eo tempore, quo Petrus Pisanus et Paulus diac. apud Carolum M. degerent, forte ad Alcuinum missum esse suspicatus cf. v. 5. 6; de poeta, de speciosis puellis v. 7, de aurea progenie v. 11 sq. nil certi statui potest. Fortasse v. 1 ad apostolos referendus est: Romae fuimus eoque redire cupimus.* DE PESTE *H* 1 ausimus *H* 2 comittes *H* coeliq; *H* 7 nostrisq;: uest *incepit sed delevit H* 11 geminato *Neff*, geminati *H*

1 *cf. Paulinum supra p. 913, 1* Hausimus altifluo. 4 *Paulin. supra p. 913, 13* sincero corde salutes mandamus. 5 *Alcuin. P. A. C. I 193, 1086* priscorum formula patrum. *Paulus diac. P. A. C. I 44, 15, Neff p. 16. I 60, 22 Neff p. 188. Ad P. A. C. I 47, 18, Neff p. 51 cod. Paris. 528 addit* sollers summi sapientia patris *Neff l. l.* 8 *cf. Alc. P. A. C. I 214, XXI 14* pestis acerba recessit. 11 *P. A. C. I 92, 11. II 672, 1.*

VERSUS ANGILBERTI.

I.

Hic Augustini Aurelii pia dogmata fulgent,
Quae de doctrina edidit almifica.
Haec tibi multa docent, lector, quod quaeris honeste,
Si replicare cupis scripta sacrata libri.
Huius enim corpus, parvum quod cernitur esse,
Continet insertos quattuor ecce libros.
Primus enim narrat Christi praecepta tenere,
Quae servare deus iussit in orbe pius:
Rebus uti saecli insinuans praesentibus apte
Aeternisque frui rite docet nimium.
Edocet ex signis variis rebusque secundus,
Qualiter aut quomodo noscere signa queant.
Tertius ex hisdem signis verbisque nitescit:
Quid sint, quid valeant quaeque vitanda, canit.
Tunc promit quartus librorum dicta priorum:
Quid res, quid signa, quid pia verba docent,
Qualiter et possint cuncta intellecta referre,
Magno sermone intonat ipse liber.
Summisse, pariter moderate, granditer atque,
Lector, perlecta dic: Miserere deus.
Hunc abbas humilis iussit fabricare libellum,
Angilbertus enim vilis et exiguus,

In C i. e. codice Parisiensi 13359 olim Corbeiensi 203, deinde Sangermanensi 1322 s. IX in. Augustini librum De doctrina Christiana antecedit f. 19 prologus sequiturque f. 108 epilogus metricus, unde codicem Angilberti abbatis cuiusdam iussu exaratum esse intellegitur. Quae carmina Mabillon, Anal. vetera² 425, sex ultimis versibus omissis edidit inscripta 'Angilberti abbatis Corbeiensis versus ad Ludovicum regem Francorum (sc. Ludow. III. 879—882) Carolomanni fratrem in librum S. Augustini De doctrina Christiana eidem regi dono missum'; atque infra addidit: 'Horum versuum priores extant initio, posteriores in fine librorum S. Augustini De doctrina Christiana in codice Corbeiensi, quem Angilbertus seu Engilbertus eiusdem loci abbas in gratiam Ludovici Francorum regis describi curavit anno DCCCLXXX aut insequente'. Hanc Mabillonii coniecturam omni carere fundamento, immo versus non ad Angilbertum abbatem Corbeiensem, virum ceteroquin in litteris prorsus ignotum, sed ad celeberrimum abbatem s. Richarii pertinere elegantissime evicit L. Traube Angilberti Centulensis acerrimus vindex in libro praeclaro O Roma nobilis, Abh. d. k. bayer. Akad. d. W. 1891, 322 sq. cf. L. Traube, Karol. Dichtg. 51 sq. (Dom Grenier, Hist. de la ville et du comté de Corbie, 1910, p. 192 versus libro Traubiano non commemorato denuo abbati Corbeiensi adscribit). Suo iure igitur Angilbertum abbatem s. Richarii codicem exarari iussisse et prologum epilogumque ad Hludovicum Pium etiamtum regem scripsisse posuit. Codicem Traubii in usum contulit A. Molinier. De codice cf. L. Delisle, Cabinet pl. XXIX 2, Traube l. l.

I 2 aedidit *C*

I 20 perlecta *(sc.* dogmata*?) casus absolutus cf. II 1,* Haec perlecta doctrina, *carm. Centulens. P. A. C. III 351, 15* Haec perlecta preces domino tu fundito sacras. — Dic, miserere deus: *cf. P. A. C. I 420, 24. Traube, Karol. Dichtg. p. 56.* 21 abbas humilis Ang.: *cf. P. A. C. I 365 II.*

Quem daret ille pio caelesti numine fulto
Hlodoico regi, qui est pius atque humilis,
Qui sanctae sophiae certat rimare secreta
Nobilis ingenio nocte dieque simul,
Quique etiam domini ac fratris praeclarus amator
Ingenti dictu permanet ore pio.
Quem deus omnipotens multos feliciter annos
Glorificet, servet, diligat, ornet, amet.

II.

Haec perlecta pii, lector, doctrina patroni,
In primis domino, totum qui condidit orbem,
Devote laudes iugiter perfunde benignas,
Qui mare fundavit, caelum terramque creavit,
Omnia qui numero, mensura ac pondere clausit,
Per quem cuncta manent vel per quem cuncta manebunt,
Quae sunt, quae fuerant, fuerint vel quaeque futura.
Ipso iterum magnas domino perfundito grates
Pro tali ac tanto, casto doctoque magistro,
Ordine sub digno scripsit qui talia nobis.
Chloduici regis precibus memorare benignis,
Nomine qui est dignus divino ac munere fretus,
Laudibus almificis, ingenti et mole coruscans.
Cui deus omnipotens multos feliciter annos
Hic pie concedat felicia regna tenere;
Cum quo coniugium, prolem cunctosque fideles
Dignetur regere caelorum rector ab axe,
Et post hunc cursum caelestia scandere regna
His tribuat dominus, cunctorum conditor almus.
His ita perlectis curvatis undique membris,
Lector, dignanter haec verba micantia prome:
'Gloria sit patri, solio qui fulget in alto,
Filius aeternus cum quo est et spiritus almus,
Nomine qui trino regnans super omnia solus.'

---

24 Hlodoico, II 11 Chloduici; *cf. vetustam nominis formam apud Angilbertum P. A. C. I 359, 19* Chlodowih, *v. 49 et 66* Chludwih. 25 *cf. Angilb. P. A. C. I 360, 17* scrutarique sacrae gestit secreta sophiae. 27 *Ad quem pertineat, non constat. Traube de Pippino cogitat, quo Angilbertus familiariter utebatur.*

II 5 *Sapient. 11, 21.* 7 *Beda, de die iudic.* 67 qui sunt qui fuerant fuerint vel quique futuri. *Ex eodem carmine rarius usurpato 14 sq. Angilbertus P. A. C. I 363, 19 sq.* 12 *cf. e. g. Aldh. c. de virg. 792.* 21 *cf. Angilb. P. A. C. I 418, XVI v. 7* verba micantia mente.

VERSUS DICUILI SCOTTI.

I.

f. 67 Nunc genitum Carolo volo dilectare loquendo,
Per ludum faciens illi argumenta canendo.
Ecce quotus mensis si vis haec scire, memento
Prorsus ab Apreli incipiens ita iura probare,
De quibus ulla prius nunquam argumenta fuere.

II.

f. 73 Successor Caroli, felix Hlodvice, valeto,
Dicuil haec ego, quae feci, argumenta videto.
Post octingentos post septenosque bis annos
Conceptu domini haec in mense sequente peregi.
Namque cito adventum speravi cernere vestrum;
Dum mensis Maius septem bis lumina sumit,
Cum vobis tribuant dites iam munera digna,
Tradere tum volui quamvis mea vilia dona.
Nam vidua attribuens templo sua bina minuta
Iam maiora dedit quam plurima dona potentum.
Sic ego quod potui vobis donare cupivi.
Ecce fere stabulis armenta gregesque feruntur,
Corpora tarda boum dissolvens fessus arator.

A = cod. Valentianus 404 (386, olim s. Amandi 270) s. IX. Ex libro Dicuili Scotti de astronomia ex prosa versibusque mixto, quem M. Esposito publici iuris fecit in Proceedings of the Royal Irish Academy XXVI, 1907, 378 sqq., supra p. 659 sq. rhythmica edidi; metrica pars cum et multo sit prolixior et parum habeat delectationis, satis habui paucos versus ad Hludovicum Pium missos hic inserere. De codice cf. Mangeart, Catal. des mss. de la bibl. de Valenciennes 1860 p. 376, Dümmler N. A. IV 256 sq., Catal. génér. 8° XXV 366, Esposito l. l. p. 380, Manitius, Gesch. d. l. Litt. d. M. 1911, 649 sq.

I *Esposito p. 382, cf. tabulam ibidem p. 447. Versus initium libri efficiunt.*

II *Espos. p. 390, lib. I in fine. Similia II cap. XIII, Esp. p. 414.* 3 annos. *dist. Esp.* 4 peregi: peregri *Esp.* 8 vilia: iulea *Esp.* 12 gregesque *scripsi*, crescesque *Esp.*

I 1—2, II 1—2 *hexametri caudati.* I 2 per ludum: *e. g. bini versus ab* Cernite *aut* Lumina *incipientes et in* solis *aut* lunae *exeuntes permutatis vocabulis interioribus 40ies variantur.*

II 9 *Luc. 21, 2.* 13 *Verg. Aen. VI 720, georg. III 369; ecl. IV 41.*

VERSUS QUOS SMARAGDUS AD UNUM DE FILIIS LUDOVICI PII MISIT.

Versus hexastichos, qui sequuntur, monitorios in uno codice Alcuino adscriptos a Smaragdo abbate sancti Michaelis compositos esse W. Meyer, Nachr. d. K. Ges. d. W. z. Goettingen 1907, 39 sq. comprobasse mihi videtur: ordo lemmatum in libro illo Smaragdi, quem inscripsit Via regia, *idem fere est qui in hoc libello; saepe poeta cum versibus procul dubio Smaragdianis P. A. C. I 607 sq. convenit; eadem utitur arte et metrica et prosodiaca; Smaragdus in Collectionibus in epist. et evang. Migne CII 546 B versus XV 3—6 non allato ut solet poetae nomine, sed his verbis* Hic convenit illud poeticum *commemorat. Quas collectiones cum ante a. 838 in bibliotheca Augiensi fuisse constet cf. P. Lehmann, Mittelalt. Bibliothekskataloge I 253, 26, ante illum annum versus monitorii facti sint oportet; circa a. 817 autem factos esse W. Meyer coniecit, quia praefatio expositionis Smaragdi in regula s. Benedicti metrica a. 817 fere composita cum his versibus saepe concinit. Rex igitur, ad quem missi sunt, Ludovici Pii filius est; quem Smaragdus alloquatur, discerni nequit. Eidem libellus prosaicus, qui in codice Londinensi antecedit, dedicatus videtur esse.*

Codices sunt hi: **C** *= cod. Cantabrigiensis celeberrimus 5. 35 s. XI f. 378—81. Ex hoc edidit E. Dümmler Zs. f. d. A. XXI 68 sq. Apographon a H. Bradshaw Dümmleri in usum confectum mihi praesto fuit.* **L** *= cod. Londinensis Regius 12. C. XXIII s. IX ex. f. 132. Praemissus est libellus monitorius prosaicus, quem ediderunt E. Dümmler N. A. XIII 191 sq., W. Meyer l. l. 55 sq. Photographo usus est W. Meyer.* **M** *= cod. bibl. nat. Matritensis 14, 22 s. X, de quo cf. F. Vollmer N. A. XXVI 397. 406, Auct. ant. XIV p. XXXVIII sq., quem primus adhibuit Lorenzana, Sanctorum patrum Toletanorum I 69 sq. Ex CM edidit Vollmer, Auct. ant. XIV 271 sq. in appendice carminum Eugenii Toletani, codicis M conlatione ab I. Heller facta usus.*

In codice Matritensi textum, ut menda, quae admiserat Smaragdus, prosodiaca (e. g. II 5 sītim, III, 5 prōbabitur, VII 5 astútiam *etc.) tollerentur, retractatum esse, CL codicibus genuinum fere textum traditum esse W. Meyer mihi persuasit. Eius editionem iteravi fere.*

I. DE DILECTIONE.

Impleat ut vestrum domini dilectio pectus,
Rex, ipsum dominum iugiter rogitare memento!
Diligit ille prior tribuens praecepta suorum
Maxime natorum, cupiunt qui currere callem,
Quem caeli rectum regnator et ipse cucurrit,
Semper amans natos, ut semper ametur ab ipsis.

Incipiunt dogmata Albini ad Carolum imperatorem *C, om. LM*

1 De dilectione *M, om. CL* 1 ut *M*, o *LC*, s. rex *ss. C* 2 rex,: scilicet o terrenus *ss. L*, s. o terrene *ss. C* 3 suorum: s. seruorum *ss. CL* 3—4 suorum, maxime, natorum *dist. Vollmer* 5 quem: s. callem *ss. CL* rectum *C*, rectum sc. iter *L*, rectam *M*

1 3 *i. e.* illos suorum natorum *W. Meyer.* 4 *cf. II 2. VIII 4. P. A. C. I 612, 27* calles currere.

II. DE TIMORE.

Ut timeas dominum legis praecepta secutus,
Maxime Daviticos debes percurrere campos,
In quibus aeterno latices de fonte manantes
Invenies, tibimet vitalia pocula dantes,
Qui tibi mortiferam pellant de pectore sitim
Semper et aeterna florentia regna ministrent.

III. DE OBSERVANDIS MANDATIS DOMINI.

Quisquis amat dominum, debet sermonibus eius
Cernuus in cunctis iugiter parere libenter.
Verba sonant domini: 'Si quis me diligit', inquit,
'Nostra suis curet describere munia fibris.'
Utilis in factis servus probabitur omnis,
Si cupit exsequier factis, quod auribus hausit.

IV. DE SAPIENTIA.

Ut valeas vero regi contingere Christo,
Regia sit semper regnans sapientia tecum,
Quae tibi consilium valeat conferre beatum,
Amplificet regna, tribuat sine fine coronam,
Clamide purpurea temet circumdet et ornet,
Hic et in aeternum felicia gaudia praestet.

V. DE PRUDENTIA.

Temperet interea virtus prudentia regem,
Actibus in cunctis et sanctis moribus ornet:
Componat mores, sermones ordinet omnes,
Erudiat linguam sensusque ministret acumen,
Exornet habitum, gressum componat honestum.
Ipsa dei virtus tibimet concedat utrumque.

II 1 precepta *L* 1—2 secutus, maxime, Davidicos *Vollmer* 4 inuenies *L*, inueniet *C*, inuenias *M* 5 *sq. sic CL*, Quae segetem magna foveant dulcedine cordis, Hic et in aeternum *(cf. IV 6)* florentia regna ministrent *M* **III** 4 Nr̄a *M*, r̄a *(folio lacero) L*, Vestra: uel nostra *ss. C* discribere *M* munera: vel munia *ss. C* fibris: hoc est in corde *ss. L*, s. in corde *ss. C* 5 *sic CL*, Servus enim factis utillimus esse probatur *M* Utilis *C*, ilis *L cf. ad v. 4* 6 Si *C*, i *L cf. ad v. 4* exsequier *M*, exsequeri *CL* factis quod *Lorenzana*, quod factis *CLM* ausit *M* **IV** 1 ualeas *LM*, ualeat *C* contingere Christo *CL*, coniugier uno *M* 2 tecum *MC*, tectum, vel tecum *ss. L* 3 Que *C* 4 regna *CL*, regnum *M* fine *om. C* coronam *CL*, corona *M* 5 clamide purpurea *C*, tegmine purpureo *M* 6 prestet *C* *IV 6 — XI 6 desunt in L* **V** 4 erudiat *C*, componat *cf. v. 3 M* 6 utrumque: '*Inneres* (mores) *und Aeusseres* (habitum), *oder* utramque = sapientiam *(n. IV) und* prudentiam *(n. V)*?' *W. Meyer. Sed cum v. 1* prudentia *dicatur* virtus, *hoc loco vocabulum* virtus *eodem sensu accipiendum esse censeo.* Utrumque *refero ad v. 1. 2.*

II *cf. Smar. Via regia III (Migne CII 940 C)* Timor domini fons vitae. Ergo si vis, rex, in aeternum vivere, alacriter ad fontem debes recurrere vitae. Ipse est enim fons vitae, qui iuge dans poculum aeternam auferet sitim et cum gloria tribuet immortalitatis coronam. 2 *P. A. C. I 612, VIII 9 et XI 1* discurrere campos. 3 mănare *post Sedulium haud rarum est.* 4 *cf. P. A. C. I 608, 34.* 6 *Carm. de resurr. (Cyprian. op. ed. Hartel III p. 316) 190* semper florentia regna *(Vollmer).* **III** 1. 3 *Ioh. ev. 14, 15. 23.* 4 *P. A. C. I 617, 56* sacrae munia legis, *618, 26* inradiet . . . mentis fibras, *619, 2. 3* cordis fibras. **IV** 5 *cf. VI 2* componit et ornat. 6 *cf. II 6 in M* **V** 1 *P. A. C. I 617, 53* temperet interea. 2 *cf. P. A. C. I 617, 60 sq.* 3 *cf. VI 2.*

VI. DE SIMPLICITATE.

Simplicitas animi virtutum semina nutrit,
Simplicitas regum mores componit et ornat,
Sermones nitidos puro de corde ministrat;
Odia non retinet, laudes non captat inanes
Nec cupit absentum fratrum derodere vitam;
Auferet inluvies hominis de pectore totas.

VII. DE PATIENTIA.

Vir patiens patriam poterit conscendere celsam,
Si hic nitidam primum teneat sine crimine vitam.
Torporem patiens debet calcare nugacem,
Ne pereat tardus nocuo sub pondere pressus.
Astutiam debet serpentis habere columba,
Callidus et prudens debet mitescere serpens.

VIII. DE IUDICIO.

Dilige iudicium, si vis conscendere caelum,
Taliter et vestris censoribus ipse minato:
'Discite, si cupitis nostrum conquirere munus,
Iudicii callem recto percurrere gressu.'
Ipse tamen sacras debes perquirere leges,
Ex quibus auxilium valeas conferre subactis.

IX. DE IUSTITIA.

Iustitia totum cura disponere regnum,
Quod tibi rex regum commisit rite regendum.
Iudicibus iuste manda disponere cuncta.
Vivere cunctipotens sanxit legaliter omnes,
Nam digitus domini legum censura⟨m⟩ lapillo
Scripsit et in cartis iussit describere terris.

X. DE MISERICORDIA.

Omnia praevideat sollers industria regis,
Magna ferat magnis et praestet parva pusillis.
Ac famis haut miseros cesses a clade levare,
Si cupis in caelo fructum mercedis habere!
Ille poli poterit regni conscendere celsa,
Qui miseris norit plenam iam porgere dextram.

VI 1 animi *C*, animae *M* 4 non captat *C*, nec captat *M* 6 inluuies hominis *C*, inlubies homines *M* **VII** 3 calcare *C*, calcarem *M* 4 nocuo *C*, ne quo *M* 5 Astutiam *C*, Ingenium *M* habere: s. et debet *ss. C* columba *M*, columbae *C* **VIII** De iudicuum *M* 2 minato *C*, minator *M* 6 subactis: id est subiectis *ss. C* **IX** 1 Iustitiae *C* 2 commisit *M*, commis *C* rite *C*, iure *M* 5 Nam *M*, Iam *C* censura *CM*, censura(m) *(i. e. decalogum) Vollmer in indice, metrum non adversatur in hoc poeta,* domini, l. censura, *(appositio) W. Meyer* 6 discribere *M* **X** 2 magnis *C*, magis *M* 3 *sic C*, Non cesses miseros a fămis clade levare *M* 5 regni *C*, regnum .. celsum *M (cf. IV 4); W. Meyer coni.* regna *propter Smaragdi consuetudinem cf. P. A. C. I 608, 28. 38. 617, 50* poli regna 6 porgere: id est porrigere *ss. C* Noverit hic miseris qui plenam tradere dexteram *M*

VI 2 *cf. V 3. P. A. C. I 616, 29.* 5 *cf. Hor. sat. I 4, 81.* 6 *P. A. C. I 617, 68.* **VII** 1 conscendere *cf. VIII 1. X 5. Iuvenc. III 400.* 4 *P. A. C. I 617, 46. 49. cf. 609, 51. 618, 24.* 5 *Matth. 10, 16.* **VIII** 2 *P. A. C. I 616, 30* et moderando minat. 4 *cf. I 4.* **IX** 1 *cf. XVIII 5 sq.* 2 rite *vocabulum Smaragdo tritissimum esse W. Meyer monet.* 5 *deuteron. 9, 10.* **X** 1 *cf. XIV 5.* 2 *cf. XIV 3.* 5 *P. A. C. I 617, 45.* 6 *Via reg. (CII 951 B)* aeternam consequeris misericordiam, si pro illo plenam pauperibus porrexeris dexteram.

XI. DE DECIMIS DANDIS.

Da decimas domino, tibimet qui plura subegit
Regna, tibi populos iussit servire potentes;
Aurea vasa dedit, diversa metalla paravit;
Imposuit gemmis ornatam vertice mitram;
Sericeo limbo, roseo conclusit et ostro;
Ornavit habitum regali purpura totum.

XII. DE THESAURO IN CAELO COLLOCANDO.

Felix, qui poterit thesaurum condere caelo,
Clanculo quem rapiens nequeat disrumpere latro
Tinea nec maculans valeat conrodere mordax.
Est ibi praedives nimium thesaurus et ingens:
Angelicus panis potusque et vita perennis
Sufficiens cunctis per grandia saecula iustis.

XII B.

Aurea regna tenet sūpero thesaurus in aevo;
Illic angelica praefulgida vestis habetur,
Incorrupta manens semper sine fine beatis.
Illic gemma nitet, pendentia pallia lucent,
Anulus, armillae, torques, dextralia, mitra,
Aurea cuncta micant, lucentia cuncta coruscant.

XIII. DE DEFENDENDO PUPILLOS ET VIDUAS.

Fortis ad auxilium regalia brachia tende
Et viduas, miseros pariter defende pupillos.
Clipeus esto bonis et turris et arcus et arma,
Ne valeant acta pravi defendere prava.
Eripiat cunctos praeclara potentia regis,
Qui iacuere diu pravo sub pondere pressi.

XIV. DE AVARITIA VITANDA.

Pestis avaritiae ne regia pectora tangat,
Munificus cunctis, praelargus et omnibus esto.
Parva dabis parvis et magnis magna parabis.
Inferat auxilium regalis dextera cunctis.

XI *M, om. C (neque in L extabat, cum 44 versus in L exciderint, IV 5 — X autem 44 versus efficiant)* 3 dedit *Vollmer*, adpetit *M* 5 sericeo limbo *Vollmer*, siriceo lembo *M* 6 regali purpura *Vollmer*, regalis purpura *M* **XII** *hic L denuo incipit* collocando *CL*, conlocandum *M* 2 Clanculo: adverbium *ss. C* 3 nec *C*, ne *LM* 4 prediues *CL* thesauru *M* 5 panis: s. et est *ss. C* per hennis *C* 6 gradia *M* **XII B** *sine titulo, in codicibus cum XII cohaeret; seiunxit W. Meyer = Via reg. Cap. XIV* Qualem et quantum thesaurum in vita sibi homo reconderit, talem et tantum post mortem inveniet. 1 Thesauro *(o super rasuram maiorem)* in aevŏ *L* 2 prefulgida *L* 4 gemme *C* 5 anulus, scil. ibi *ss. L* **XIII** defendendo *CL*, defendende *M* 3 Clipeus esto bonis *CL*, Sis clipeus iustis *M* 4 acta .. praua *CL*, actus .. prauos *M* 5 preclara *L* **XIV** vitanda *om. M* 2 munificus *CL*, munificans *M* prae(pre- *L*)largus *CL*, dilargus *M*

XI *Via reg. XII (CII 953)* De decimis et primitiis. **XII** 1 *sq. Verg. georg. II 490* felix qui potuit. *Matth. 6, 20. Luc. 12, 33.* 2 latro: *Via reg. XIII (CII 954 A)* ubi non timeas .. furem neque latronem. **XII B** 1 *P. A. C. I 608, 27. 33. 616, 4* aurea regna. 5 *num. 31, 50* armillas, annulos et dextralia. **XIII** *deest in Via regia, sed cf. cap. XXX (CII 968 B)* Esto pauperum pater, pupillorum nutritor, orphanorum amator viduarumque defensor. 1 *cf. XIV 4.* 3 *P. A. C. I 616, 18* Arcus et arma piis. 6 *cf. VII 4.* **XIV** *Via reg. XXVI (CII 964)* de cavenda avaritia. 2 *Via reg. XXVI (CII 965 B)* omnibus esto munificus, omnibus largus. 3 *cf. X 2.* 4 *cf. XIII 1.*

Omnia discrete regis industria servet,
Munere iocundos faciens per regna ministros.

XV. DE PACE.

Pax tecum maneat, rex, pacem semper amato!
Pax regnum solidat, regni pax cornua firmat.
Pax animam nutrit, retinet concordia pacem.
Pax reprimit litem, concordes nectit et idem.
Lis pacem metuit, refugit discordia pacem.
Odĭa pax pellit, castum pax nutrit amorem.

XVI. DE ZELO BONO.

Zelus ut in numerum virtutum transeat, ante
Ferveat ignifero fratris succensus amore.
Pacis amator homo debet zelare, propinquos
Qui moneat fratres germano foedere iunctos,
Arguat et reprobos frontosa voce superbos:
Pacis ad amplexus pariter convertat et ambos.

XVII. DE CLEMENTIA.

Luceat in vestro semper clementia vultu
Laetificans vestros per cuncta palatia servos.
Imbres laetitiae regis clementia fundat,
Dulciter ut populus valeat laętarier omnis,
Viderit ut vultum regis lucere serenum,
Clarius argento fulgentem et purius auro.

XVIII. DE CONSILIO.

Accipe consilium multis de cordibus unum,
Quod tibi disponens faciat discretio gratum.
Utile consilium regis confirmat honorem
Totius et regni fines defendit ab hoste.
Alto consilio debes disponere regnum,
Rex, tibi commissum regni per competa totum.

XIX. DE PRAESIDIO DOMINI.

Praesidio domini firmantur brachia regis
Eius et in manibus victrix servabitur hasta.

---

5 discrete *CL*, discreta *M* 6 iucundos *M* **XV** 1 rex: s. o *ss. C* 4 et idem: uel eadem *ss. C* *v. 3—6 repetiti sunt a Smaragdo Collect. in epist. Migne CII 546* Hic convenit illud poeticum: Pax *eqs.* **XVI** 4 iunctos *Lorenzana*, *W. Meyer*, cunctos *CLM* 6 ad amplexus *C*, et amplexus *LM* et ambos *C*, *W. Meyer*, ad ambos *L*, adulteros *M*, utrosque *Bücheler* **XVII** 1 uultu *LM*, *om.* m_1 *C*, corde m_2 *C* 3 regis *CM*, regius *L* laetarier: letari *ss.* m_2 *C* 6 clarius *CL*, clarus *M* **XVIII** 4 Totius et *CM*, Et totius *L fort. recte cf. P. A. C. I 611, 16* Que tŏtius mundi 6 rex,: scil. det *ss. CL* regni *CL*, regnum *M* competa *CL*, compita *M*

5 *cf. X 1.* **XV** *Smaragdus Eugenium Toletanum IV de bono pacis (Vollmer p. 234) adhibuit, cf. inprimis v. 9* pax lites reprimit. **XVI** 2 *Verg. Aen. VII 496.* 4 *P. A. C. I 608, 15. 616, 36.* **XVII** *Via reg. XIX (CII 958 D)* clementia *(regis)* sicut imber serotinus *(prov. 16, 15).* Ipsa est, quae omnibus in palatio regis iucunditatem ministrat atque laetitiam . .; in tuo iugiter vultu resplendeat clementiae virtus, quae cunctis laetitiam cunctisque ministret amorem. 6 *Via reg. cap. XXV (CII 964 C)* lucidior argento et clarior auro *P. A. C. I 612, 19.* **XVIII** 5 *Via reg. cap. V (CII 945 B)* Qui multa . . gubernat, necesse est, ut alto consilio prudenter cuncta disponat *cf. supra IX 1 sq.* 6 *P. A. C. I 608, 29* mundi per compita *cf. 612, 27.*

Praesidio domini regnum defenditur omne
Crescit et eximiae pollens virtutis honore.
Praesidium domini custodit denique regem
Semper et a pravis defendit hostibus idem.

XX. DE ORATIONE.

Oremus pariter toto ⟨de⟩ corde rogantes,
Ut tibi praesidio caelestia porrigat arma
Arbiter omnipotens, ut possis fortiter hostes
Debellare tuos ferri de cuspide fossos
Et valeas regum multorum frangere colla,
Qui dominum verum nolunt cognoscere Christum,
Qui deus est unus vere cum patre colendus,
Quem superus totus cognoscit et infimus ordo,
Quem chorus angelicus conlaudans semper adorat
Et genitum patris totum diffusa per orbem
Ecclesia Christum cognoscit et omnipotentem;
Qui mare tellurem caelum, qui cuncta creavit,
Quae mundus totus per totum continet iste;
Qui posuit celso lucentia sidera caelo
Et roseis totum coloravit floribus orbem;
Sideribus variis superum depinxit olympum
Muneribus sacris mundum ditavit et imum;
Qui concessit aquis geminos producere fructus
Et diversa locis diversis ponere sanxit:
Scilicet altilium sursum laticumque deorsum,
Ut plebs pinnivola caeli concrescat in auris
Et squamosa iosum fluidis concrescat in undis,
Illa poli volitans siccas transverberet auras,
Ista maris bibulas natans transcurrat arenas.
Cuius ad imperium rutilans adlampadat ignis
Et tremulas mittunt timidas tonitrua voces;
Nubila discurrens properat dispergere nimbus,
Grandinis ut fracto iaculent de ventre lapillos;
Arcus in excelso servato foedere durat,
Ne cataclismus aquae terrarum germina perdat;

---

3 defenditur *CM*, defende *L* 4 *sic C*, eximie pollens uirtutibus currit *L*, eximium pollens uirtutibus annet *(recte?) M*, *Vollmer* 6 *sic CL*, A prauis semper defendit et hostibus illum *M* XX *om. CL* De oratione *M*, Oratio *Vollmer* 1 de *add. Lorenzana* 4 *debaccaret uos foro *M*, debacchare tuos ferri *(sive* forti*) Lorenzana, Vollmer, W. Meyer* 8 superius *in* superus *corr. M* 19 locus *M*, *corr. Lorenzana* 21 pinnivola *Peiper*, pinnibula *M* 21 aures *in* auris *corr. M* 22 iŏsum *scripsi*, losum *(i. e.* i *longa!) M*, sali *Vollmer* 23 siccans *M* 24 transcurrat *Vollmer*, transcurrit *M* 26 timida *Vollmer* 27 nubila . . nimbus *coni. W. Meyer*, nebula . . nimbos *M* 28 fracto iaculent *W. Meyer*, fractos iaculet *M* 30 nec *M*

XX *Hos 35 versus quamquam in CL desunt, tamen tamquam epilogum eidem Smaragdo adscribendos esse W. Meyer probavisse videtur. Ut enim in Via regia in fine, Migne CII 970, capita XXXI. XXXII inscribuntur* De praesidio domini requirendo, De oratione, *sic hic n.* XIX. De praesidio domini, XX. De oratione *agitur. Atque poeta hic quoque regem alloquitur cf. v. 4 sq.* 4 *Sedul. II 215* confossus cuspide. 9 *Vollmer confert Dracont. l. d. II 209* te chorus angelicus, laudans exercitus orat. 10 *Ermold. Nigellus i. h. Hl. 1, 355, P. A. C. II p. 16,* latum diffusa per orbem. 18 *gen. 1, 20.* 22 iosum: *cf. P. A. C. IV 211, 26* Nam cælum sursum, tibi tellus servit iosum. 24 bibulas a.: *cf. Verg. georg. I 114.* 29 *gen. 9, 16.*

Tendit et igniferos mundi per compita crines
Sol nimium rutilus, pulcerrimus atque coruscus,
Impleat ut totum proprio de lumine mundum.
Plura quid enumerem? Christo parere potenti
Omnia festinant, quae nunc per saecula durant.

31 m. per compita: *cf. ad XVIII.*

VERSUS CUIUSDAM AD LUDOVICUM PIUM.

Versibus, quos supra impressimus, monitoriis in codicibus **C** *et* **L** *(de quibus conferas p. 918) alii adnexi sunt ipsi quoque monitorii. Qui cum in C inscripti sint* Incipiunt distica eiusdem *(sc. Albini)* ad eundem regem *(sc. Carolum Magnum), Alcuino eos adscripserunt. Sed hanc opinionem falsam esse acutissime docuit W. Meyer, Nachr. d. K. Ges. d. W. z. Goettingen 1907, 52 sq.: poeta regem alloquitur Salomonem; filius ergo Davidis sit oportet, quo nomine Carolum usum esse nemo nescit. Cum vero hic Salomo* praesul patriae *necnon* rex venerandus *nuncupetur, Carolum defunctum esse apparet. Alcuini igitur, quem a. 804 obiisse constat, versus esse non possunt. Neque vero iniuria Alcuini nomen hic affertur: poeta enim, si hoc uti nomine licet, libri illius, quem Alcuinus de virtutibus et vitiis ad Widonem comitem scripsit, Migne CI 613 sq., singulorum capitum titulos binis hexametris ita illustravit, ut quae afferret ex Alcuino depromeret; cf. e. g. n. XXI* De invidia. Invidiam fugias, quae multum pectora torquet; nam nil nequius esse potest quam livor amarus. *Alc. l. l. c. XXII* nihil nequius potest esse invidia. *Hinc illam opinionem ortam esse credibile est. At poeta tenuis ingenii erat neque dignus, qui cum Alcuino compararetur*[1]. *Quid quod ne metrica quidem ars eius pluris aestimanda videtur, cuius versus elisionibus scateant atque saepe caesuris deformati sint inusitatis, saepe vocabulis quattuor vel quinque syllabarum terminentur.*

Ex C edidit E. Dümmler, Zs. f. d. A. XXI 72 sq., ex CL W. Meyer l. l. 70 sq., quem sequor.

I.

O praesul patriae prudens et rex venerande,
Qui dignis meritis Salomon sapiens vocitaris,
Dactilicis librum quem feci versibus istum,
Accipias laeto devotus pectore toto,
Ac rectis monitis, quae describuntur in isto,
Ipsa tuae species animae exornetur honeste.

II. DE FIDE.

Recta fides domini, qui mundi conditor instat,
Fixa in corde tuo consistat semper honesto.

1) *Pannos, quos poeta ex Alcuini opusculo deprompsit, in adnotatione colligere mihi non tanti esse videbatur.*

INCIPIVNT DISTICA EIVSDEM AD EVNDEM REGEM *C* I 1 presul *L* I 3 dactilicis *C*, . ac . . . cis *folio lacero L* I 5 que *C* isto: id est libro *ss. C*, scil. libro *ss. L* II *apud Alcuinum primo capite de sapientia agitur, quae hic excidit.*

I 2 Salomon: *cf. supra in praefat.* II 1 instare, constare, adstare, sistere, consistere *pro* esse, absistere *pro* abesse *ab hoc poeta usurpatur.* II 2 semper honesto: *cf. XXV 1.*

III. DE DILECTIONE.

Ipsiusque dei summi dilectio verax
Et fratrum pariter devoto pectore constet.

IV. DE SPE.

Et spes aeternae vitae, quae fine carebit,
Impleat ipsa tuam semper mentem venerandam.

V. DE LECTIONE.

Assidueque tibi scripturae lectio sanctae
A quoquam doctore bono recitetur amanda.

VI. DE PACE.

Pacificusque tuae consistas tempore vitae;
Namque tuum nomen hoc designat satagendum.

VII. DE MISERICORDIA.

Ac multis largus miserator siste frequenter,
Hinc quoniam dominus tibi consistet miserator.

VIII. DE INDULGENTIA.

Dimittasque tuis, exortor, debita multa;
Inde tibi dominus dimittet crimina plura.

IX. DE PATIENTIA.

Ac patiens, princeps, in cunctis actibus adstes;
Nam verax patiens si sistas, martyr haberis.

X. DE HUMILITATE.

Sis humilis, hilaris dum vivens corpore sistis,
Ut caeli celsa sede excelsus videaris.

XI. DE CONPUNCTIONE CORDIS.

Pro culpisque gemens tibi sit conpunctio frugi,
Quo lacrimas fundens fletus tibi sistat amarus.

XII. DE CONFESSIONE.

Delictique tibi fiat confessio vera,
Ut scelus inde tuum donet deus omne peractum.

XIII. DE POENITENTIA.

Sic tua poeniteat te crimina seva patrasse,
Preteritum facinus deflendo, non iterando.

XIV. DE NON TARDANDO CONVERTI AD DOMINUM.

Sed neque converti tardes de crimine facto;
Mors etenim festinat velox et neque tardat.

XV. DE TIMORE DOMINI.

Atque tuo domini timor instet corde fideli;
Nam, quicumque deum timet, hic se a crimine servat.

III 2 pariter *C*, simul *L* IV 1 aeterne *C* V *tit.* ELECTIONE *C* V 1 assidueque *W. Meyer*, assiduaeque *CL* *sancta *CL* V 2 a *rescissum L* XI 2 lacrimas fundens *L*, lacrimis fundas *C* XII 2 Ut *fort. L*, Et *C* XIV 2 et *CL*, est *coni. W. Meyer* retardat *C*, tardat, re *ss. L* XV 1 Atque *C*, ...e *L cf. ad I 3.*

VI 2 *cf. Ermold. Nigell. 1, 45 P. A. C. II p. 6* nam Hludowicus enim ludi de nomine dictus ludere subiectos pacificando monet. XII 2 donet *i. e. condonet.* XIV 2 *Ecclus 14, 12* mors non tardat *(ex Alcuino).* XV 1 corde *pro* cordi.

XVI. DE IEIUNIIS.

Consistantque tibi ieiunia sancta frequenter,
Quae caelum penetrant et coram iudice constant.

XVII. DE ELEMOSINA.

Atque frequens a te elemosina sistat agenda,
Quae poenis animam peccantis liberat atris.

XVIII. DE CASTITATE.

Ac vitam castam consuescas ferre modestam;
Nam castus domino summo hospitium gerit in se.

XIX. DE FRAUDE CAVENDA.

Et fraus nulla tibi consistat mente fideli;
Hanc quicumque facit, damnum sibi gestat inorme.

XX. DE FALSIS TESTIBUS.

Ac testi quoque fallaci tu credere noli;
Nam testis fallax vicinos opprimit ipse.

XXI. DE INVIDIA.

Invidiam fugias, quae multum pectora torquet;
Nam nil nequius esse potest quam livor amarus.

XXII. DE SUPERBIA.

Atque superbia mente tua procul abiciatur,
Maxima quae labes hominis decernitur esse.

XXIII. DE IRACUNDIA.

Non sistas iracundus nec corde protervus;
Ira vir plenus nam rixas provocat atras.

XXIV. DE HUMANA LAUDE NON QUERENDA.

Non queras hominum laudem propter bona facta,
Aeternae vitae sed speres praemia digna.

XXV. DE PERSEVERANTIA BONI OPERIS.

Consistasque frequens in factis semper honestis;
Nam finem dominus cuiusquam conspicit almus.

XXVI. DE GULA.

Atque gulam nimiam non adsuescas cupiendo,
Per quam terrigenae primi in loeto periere.

XXVII. DE FORNICATIONE.

Luxuriamque simul depellas corpore toto,
Quae solet ubertate libidinis esse creata.

XXVIII. DE AVARITIA.

Ac studeas quoque avaritiam depellere corde,
Quae labes turpis valde insaturabilis instat.

XVI 2 celum *C* XIX 2 Han *C* dampnum *C* *ante XX distichon* De iudicibus *excidisse Alcuini liber docere videtur* XXI 1 que *C, item XXII 2. XXVII 2. XXVIII 2. XXX 1. 2. XXXII 2* XXII 1 Atque *C*, At *L* abiciatur *L*, eiciatur *C*, uel abiciatur uel aufugiatur *ss. C* XXIII 2 vir *W. Meyer*, uiri *CL* nam rixas *L*, rixas nam *C* XXIV 1 hominum laudem *C*, laudem hominum *L* XXIV 2 premia *L* XXVI 2 terrigine *L* XXVIII 1 cor.. XXVIII 2 inst.. *L cf. ad I 3*

XXIX. DE IRA.

Ira in mente tua inmoderans non sistat habenda,
Iudicium rectum quae nec discernere quibit.

XXX. DE ACCIDIA.

Accidiam quoque devites, quae noxia constat,
Quae facit innumerum facinus hominem penetrare.

XXXI. DE TRISTITIA.

At mala tristitia absistat de mente benigna;
Hoc nil nempe boni facti penetrare valebit.

XXXII. DE CENODOXIA.

Gloria vana simul pellatur corde modesto.
Haec est, quae hominem nimium facit esse superbum.

XXXIII. DE QUATTUOR VIRTUTIBUS.

Hinc tibi consistant virtutes quattuor istae:
Iustitia, prudentia, robor temperiesque.
His tibi coniunctis satis expugnare valebis
Invisum contra pugnacem bella moventem,
Qui semper pugnans non cessat nocte dieque.
Idcirco arma tibi caelestia continuata
Audax accipias, quis decertare valebis.
Thorax iustitiae tua stringat membra venusta
Atque tuum galea spei caput induat alma
Ac latus inde tuum fidei defendito pelta
Et verbi domini ensis lumbos cingat honestos.
Hoc igitur domino placeat, qui cuncta gubernat,
Ut his protectus consistas miles ab armis
Et post certamen belli victor habearis,
Iudiciique dies cum sistat valde timendus,
In dextra domini consistas parte locandus,
Iustitiaeque tibi prestetur clara corona,
Quam dominus dabit electis in sedibus almis.

XXX DE *deest L cf. ad I 3* XXX 2 penetrare: patrare *ss. C* XXXI 1 At *C*, .t *L* XXXI 2 hoc *CL*, scil. uitio *ss. C*, haec *coni. W. Meyer cf. Alcuin.* quae nihil in bono opere proficere valet XXXII CAENODOXIA *L* XXXII 2 hec *C* XXXIII 1 consistant uirtutes *C*, uirtutes consistant *L* 2 robor: fortitudo *ss. C* temperies: temperantia *ss. C* 5 nocte dieque *C*, die noctuque *L* 6 celestia *C* 7 quis: pro quibus *ss. C* 7 .udax, 8 ...ax, 9 .....tuum *L cf. ad I 3* 18 almis. amen *C*

XXX 2 penetrare: *cf. XXXI 2.* XXXII 2 quaé hŏmĭnem: *aliter XVIII 2.* XXXIII 6 *sq. ep. ad Ephes. 6, 14 sq.* 17 *Tim. II 4, 8.*

VERSUS HRABANI.

Mattheus Laevi comitem tenet ordine Marcum
Artis euangelicae fictor summusque sophista.
Tanta dei dona patefecerat optime scriptor
Tunc cum Iudaeam docuit, dum praedicat illic.
Hinc quoque se⟨ce⟩dens dimisit dogmata gestu.
Exin discipulus Petri struit advena Marcus
Vatis euangelicus rimando dogmata scriptu
Sic et ab Italia haec migrans adduxit Egipto.
Lucas egregium scribens opus edidit atque hoc
Vocis se auditu fert condere, tradit Achaiae.
Clarusque accubitor domini meritis et Iosef,
Assia quem celebrat, qui pollet amoris amator,
Edidit insignem librum, qui splendet ubique,
Cum tonat ex patre genitumque ante omnia Christum.
Omnes hi signant, Iesus Cristus quoque summi
Numen quod patris maneat et saecla gubernet,
Cum vultu ostendant habitum, qui iura superna
Optinet hoc humilis dominus iustus probus almus
Replicat atque suis Iesus nova regna rependit,
Dum homo fit forma en Christus spemque attulit orbi,
Ac vitulus probitatis amor fit funere lumen,
Tunc surgendo leo fuerat, cum sidera scandit,
Signat avem tutor hominum supereditus alto.
Praeterea his formis aliud expenditur omen
Lege tropologiae pandens bene mystica iura:
Est homo, qui ratione viget, qui lumine pollet
Nativo, est vitulus corpus luxumque domando,
Dum virtute valet, leo fit per proelia victor,
Illeque qui caeli contemplans gaudia recte
Divinaque videt, aquilae probus inditur arti.
Verum sic caput et menbra glomerantur in uno
Sacro formarum genere, hoc non obsit Amalech.
Votis et modulis sed hoc sanctissima sponsa
Tradit concelebrans Cristi mirabile nomen,
⟨S⟩ic quoque Matthei concordat tramite famen
⟨O⟩mnibus atque modis Marci non dissonat arte,
Lucas depromit sancti sacramenta Iohannis.

S = cod. evangeliorum Londinensis Mus. Brit. Addit. 11 848 s. IX olim coenobii Süchtelen (Rheinprovinz) f. 219v. De codice cf. Catal. of anc. Mss. II p. 26, P. Corssen, Die Adahandschrift etc. p. 37, S. Berger, Hist. de la Vulg. p. 250. Carmen editum est Cat. of a. Mss. II p. 27, quem sequor. Praeterea extat in C = cod. 86 collegii Cantabrig. Corporis s. Christi s. XII (cf. M. James, A descriptive catalogue of the mss. of the libr. of Corp. Chr. Coll. I 172) f. 187v, ubi Hrabano adscribitur. Codex continet Hrabanum super Matthaeum. Lectiones mihi praesto non sunt, primum et ultimum versum Iames affert. Versus, qui in S f. 17v, 74v, 109v, 166v exarati sunt, ex Sedulio c. p. I 355 sq. hausti sunt.

Titulus in C, om. S 4 *una littera deest post* Iudeam *S, Hrabanus* IVDAEAM *scripsisse videtur* 9 ATQ: *S* 12 QI *S* 17 *QI TVRA SVRERNA *S* 18 hac = ac *coni. Vollmer* 20 QE *S* 25 *TVRA *S* 30 QE *S* 32 HOC *S, fort.* *hic 33 sed *scripsi,* CED *S* 35 SIC *scripsi,* HIC *cat. of a. M.* 37 *ultimi versus priorem partem in S evanidam ex C supplevi, unde in acrosticho* sol *legendum esse efficitur.*

MATTHEUSLAEVICOMITEMTENETORDINEMARCUM
ARTISEUANGELICAEFICTORSUMMUSQ:SOPHISTA
TANTADEIDONAPATEFECERATOPTIMESCRIPTOR
TUNCCUMIUDAEAMDOCUITDUMPRAEDICATILLIC
HINCQUOQUESE⟨CE⟩DENSDIMISITDOGMATAGESTU
EXINDISCIPULUSPETRISTRUITADUENAMARCUS
UATISEUANGELICUSRIMANDODOGMATASCRIPTU
SICETABITALIAHAECMIGRANSADDUXITEGIPTO
LUCASEGREGIUMSCRIBENSOPUSEDIDITATQ:HOC
UOCISSEAUDITUFERTCONDERETRADITACHAIAE
CLARUSQEACCUBITORDOMINIMERITISETIOSEF
ASSIAQUEMCELEBRATQIPOLLETAMORISAMATOR
EDIDITINSIGNEMLIBRUMQUISPLENDETUBIQUE
CUMTONATEXPATREGENITUMQUEANTEOMNIAXPM
OMNESHISIGNANTIESUSCRISTUSQUOQUESUMMI
NUMENQUODPATRISMANEATETSAECLAGUBERNET
CUMUULTUOSTENDANTHABITUMQIIURASUPERNA
OPTINETHOCHUMILISDNSIUSTUSPROBUSALMUS
REPLICATATQUESUISIHSNOUAREGNAREPENDIT
DUMHOMOFITFORMAENXPSSPEMQEATTULITORBI
ACUITULUSPROBITATISAMORFITFUNERELUMEN
TUNCSURGENDOLEOFUERATCUMSIDERASCANDIT
SIGNATAUEMTUTORHOMINUMSUPEREDITUSALTO
PRAETEREAHISFORMISALIUDEXPENDITUROMEN
LEGETROPOLOGIAEPANDENSBENEMYSTICAIURA
ESTHOMOQUIRATIONEUIGETQUILUMINEPOLLET
NATIUOESTU-ITULUSCORPUSLUXUMQUEDOMAND
DUMUIRTUTEUALETLEOFITPERPROELIAUICTOR
ILLEQUEQUICAELICONTEMPLANSGAUDIARECTE
DIUINAQEUIDETAQUILAEPROBUSINDITURARTI
UERUMSICCAPUTETMENBRAGLOMERANTURINUNO
SACROFORMARUMGENEREHOCNONOBSITAMALEC H
UOTISETMODULISSEDHOCSANCTISSIMASPONSA
TRADITCONCELEBRANSCRISTIMIRABILENOMEN
⟨S⟩⟨I⟩CQUOQUEMATTHEICONCORDATTRAMITEFAMEN
⟨O⟩MNIBUSATQUEMODISMARCINONDISSONATARTE
LUCASDEPROMITSANCTISACRAMENTAIOHANNIS

Acrostichon: Mattheus Lucae concordat splendidus ut sol, *telestichon:* Marcus voce fremit, ast intonat ore Iohannes. 1 Matthaeus Levi: *cf. Matth. 9, 9. Hrab. in Matth. 9, 9* .. ceteri evangelistae propter verecundiam et honorem noluerunt eum nomine appellare vulgato, sed dixerunt Levi *(Marc. 2, 14. Luc. 5, 27)*, duplici quippe vocabulo fuit. 4 *Isid. etym. VI 2, 35* primus Matthaeus conscripsit evangelium .. in Iudea. 6 *sq. ep. Petri I 5, 13* Marcus filius meus. *P. A. C. I 293 LXXI 6 sq., III 253 VI. Isid. etym. VI 2, 36* Marcus .. scripsit evangelium .. in Italia secutus Petrum ut discipulus. 8 *cf. Euseb. h. e. II 16 P. A. C. I 294 LXXI 9.* 9 *ev. Luc. 1, 2 sq. Isid. l. l. 37* .. medicus in Graecia scripsit evangelium. *P. A. C. III 254 VII.* 11 accubitor: *Iohannes cf. e. g. P. A. C. I 291, 167. II 216, LI 2, Ozanam, doc. inédits 245, 4, 3.* Iosef: meritis *(i. e. castitate)* alter Ioseph *cf. gen. 39, 6 sq. (R. Seeberg mihi explicavit). De virginitate Iohannis cf. e. g. Hieron. adv. Iovian. I 26* Iohannes, quem fides Christi virginem repererat .. et ideo plus amatur a domino et recumbit super pectus Iesu. *Alcuin. P. A. C. I 294, 16* virgo supra pectus Christi accubitare Iohannes. 12 *Isid. l. l. 39* scripsit in Asia. 14 *ev. Ioh. 1, 1 sq.* 20—24 *Talia saepissime reperiuntur e. g. catal. génér. quart. IV 270* Est homo nascendo, vitulus mortem paciendo, est leo surgendo, Iovis ales summa petendo, *XXXVIII p. 680. 683. Hauréau, Not. et extr. I 224 al.* 31 *cf. Ovid. met. XIII 604. — ep. ad Rom. 12, 4. 5. Cor. I 12, 27. Augustin. de agone Christ. c. XX.* 32 Amalech *i. e. inimicus ecclesiae cf. exod. 17, 11. Cyprian. ad Fort. 8 al.; ad telestichon cf. Alc. P. A. C. I 293 LXXI 6 sq.* 33 sponsa *i. e. ecclesia.*

FLORI LUGDUNENSIS CARMINA.

I.

Gratior
Ducamus letum lucis honore diem:
Absit mestitie langor, perdiscat et ipse
Temporis exacti tristis abire dolor.
Karior hac mundi iocunda luce sodalis
Dulcia nunc nobis carmina misit ovans,
Carmina quę nostras tollant ad sidera mentes,
Carmina quae sanctus ornat et almus amor.
Non illum colles, non illum denique valles,
Non rapidi fluctus exsuperare 'queunt:
Cedunt et silve, cedunt et maxima terre
Iugera, dum vincit cuncta fidelis amor,
Celsior et scopulis et vallibus altior imis
Otior atque ipsis amnibus et zephyris.
Quem licet ardentem succendit fortius alto
Audinus nostri totus amore calens.

II. THOMAE VITA. TOMAE SALUS.

O cordi nostro dulcissime semper amice
Et decus et nostrę candida pars animę,
Non ita Cecropio dulces sunt nectare fauces
Nec sic Hybleis floribus arva fraglant,
Nomine distincto recinentia carmina metro
Sensibus et cordi complacuere meo.

Haec duo carmina cum Flori Lugdunensis carm. XII P. A. C. II 542 coniuncta extant in V i. e. cod. Vat. lat. reg. 598 s. IX f. 61r sq.; Flori esse vidit Fed. Patetta, Due poesie inedite di Floro. Atti della R. Accademia delle scienze di Torino vol. XXVII 1892 p. 123 sq.; in altero enim carmine Flori nomen occurrit, prius similem prae se fert indolem, cf. Manitius, Berl. ph. Wochenschr. 1893, 749, Littg. p. 566 sq. Cum nonnulli versus velut I 1 manci sint, carmina ex exemplari corrupto transscripta esse apparet. Usus sum photographo.

I 13 Cersior *V, corr. Manit.* 16 Audinus *V; qui cum prorsus ignotus sit, Manitius* Modvinus *coniecit; ad Modoinum enim episcopum Augustodunensem Florus nonnulla carmina (XXV. XXVI. XXVII) P. A. C. II 553 sqq. misit.*

II 3 sunt *Manit.*, eunt *V* 5 *corruptelam latere Manitius perspexit, qui de lacuna post v. 4 cogitat; at totum distichon interceptum esse minime mihi persuaserim, sed* Nomine *corruptum esse putaverim (*Ut tua *vel simile quid)*

I 6 *sq.* carmina . . carmina quae . . carmina quae *ex more Flori cf. e. g. XII 24. 27 sq. IX 6 sq. 64 sq. XXIX 4 sq.; cf. Catal. Vergil. XI 15 sq.* 8 *Flor. I 28.* 9 *sq. similiter Flor. XXIX 4 sq.*

II *Num Thomas praeceptor palatii sit, ad quem Walahfridus P. A. C. II 387 epistolam scripsit (Manit.), dubium est.* 2 pars animae: *cf. Fortunatum c. VI 10, 48* animae pars mediata meae. *Alcuin. P. A. C. I 240, 12. Theodulf. P. A. C. I 483, 5. 564, 26. Walahfr. P. A. C. II 420, 2.* 3 *sq. cf. Flor. XXIV 5 sq. P. A. C. II 551* non ita . . fraglat . . nec sic . . redolet. — *Verg. georg. IV 178* Cecropias apes. 4 *Verg. ecl. I 54* Hyblaeis apibus.

Nunc rogo, nunc maneat venis vitalibus intus
Insitus atque alto pectore fixus amor:
Quem non divitie, non gloria celsa potenti
Obruit aut memori depulit ex animo.
Ut gemini versus nectuntur iure canendi,
Sic duo divinus pectora iungat amor;
Ut mihi bis septem misisti carminis odas,
Gratia sic mentes repleat una duas,
Gratia quę septem pollens virtutibus almi
Vertice consedit floris, ut ipse legis.
Hę sunt mentis opes, hec est substantia vivi
Muneris, hęc animi gloria, verus honor:
Non hęc prędo rapit, non fur populatur iniquus,
Non erugo vorat, dissipat aut tinea,
Sed retinet celi domus ardua, servat et ipse,
Qui dedit, atque omnes amovet insidias.
Quo nos mortalis post vincla tenacia carnis
Collocet ac foveat Iesus ubique pius.
Ecce tibi breviter animi, dulcissime, nostri
Expressi motum; tu cape nostra libens
Et tua perpetuo transmittere sępe sodali
Ne contemne, precor ac peto suppliciter.
Festa dies Floro fuerit quotiens
Fistula dulcimodos mise
Testis adest Christus, qui odit
Diligo et ad calcem

---

9 potenti *V*, potestas *sive* potentis *coni. Manit.* 25 dulcissimi *V*, *corr. Manit.* 29 qotiensque peracta *suppl. Manit.* tua, care, *Vollmer* 30 misceat alma sonos *suppl. Manit. coll. Flor. XXIII 18, sed* mise⟨rit?⟩ *certa lectio,* miserit arte sonos *coni. Vollmer* 31 qui odit *sic V, om. Patetta.*

7 *Lucret. II 1119* intra vitales venas. 13 *in his carminibus eclogam quandam fuisse, in qua Thomas et Florus partes agerent, Manitius coniecit; huc quoque vocabulum* distincto *referendum esse. Sed res valde incerta est,* distincto *cum* metro *coniungendum est.* 15 *sq. Is. 11, 1 sq.* . . flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus *eqs.* 19 *sq. Matth. 6, 19.* 23 *Verg. georg. IV 412* tenacia vincla.

PROLOGUS IN MICONIS TRACTATUM DE PRIMIS SYLLABIS.

Ars cum nulla fuit, nosci qua syllaba prima
Posset, hęc vobis faciam brevitate videri,
Ut iuvenes valeant reperire hęc absque labore;
Nam labor est illis in metris querere cuncta,
Quę nec habent positum aut dyptongon non retinebunt.
Hic metricos titulos primum canto breviatos,
Postquam de cursu solis luneque locutus,
Ponderibus multis mensuris atque notatis:
Si dominus vitam michi permittat comitantem,
De prima longa bannita porro profabor
In sex iam mediis constanti partibus ipsis;
Nam pretermittam certe innumerabile nomen,
Quod habet innumeras bannitas prorsus utrasque,
Hoc est natura productas vel breviatas;
Hoc tamen ignorans cuicumque relinquo perito.
Dicendi partem, quam postremam ordine multi,
Post alias omnes conscribunt quippe sorores,
Quam Greci haud numerant, servant numerare Latini,
Affectus, animi motus qui sępe revelant,
Idcirco hanc partem demum incertam esse relinquo,
Quod raro in pedibus metrorum habitare videtur
Et quod multarum aut cunctarum sępe notatur
Linguarum fieri toto communiter orbe;
Quas linguas varias nunquam nos scire valemus
Iam preter patriam linguam nostramque Latinam.

R i. e. cod. Rotomagensis 1470 olim Fiscamnensis s. XI (cf. Catal. génér. 8° I 440) f. 98. Codicem descripsit et Miconis verba primus edidit M. Manitius N. A. XXXVI 43 sq.; idem repetivit et Miconis syllogam quandam prosodiacam et grammaticam necnon eiusdem tractatum De primis syllabis addidit Münch. Mus. I 121 sq. Syllogam illam ad tractatum nil pertinere, immo hos versus pro prologo tractatus Miconiani, illos, quos Traube P. A. C. III 295 III imprimendos curavit, pro epilogo habendos esse docui N. A. XLIII 477 sq. Notandum est, quod Mico l. l. 162 ex 'aliqua epistula' unum versum affert

Quatriduanum qui tumulo revivescere fecit,

neque minus eius epistola censuum *metrica fuisse videtur. Etiam tractatui hic illic singulos versus inseruit, quos hic repetere supersedi.*

1 /ūnulla, c *eras., R* 2 breuitate *ex* breuidete *corr. R* 6 *f.* *Hinc 7 decursus *R, corr. Man.* 13 bannitas *Man.*, bannita *R* 15 *distinxi*, perito Dicendi *Man.* 19 *Effectus *R*, Effectos *Man.* revelant. *dist. Man., sed est anacoluthon* 20 incertē R^1, incertā R^2 23 toto *Man.*, totum *R*

Versus difficiles intellectu enarravi N. A. XLIII 479 sq. 6 titulos: *cf. v. 48.* 7 *sq. haec carmina Miconis perierunt.* 10 bannita *vocabulum Miconi perusitatum cf. Huemer Wiener Stud. V 168. VI 324. Traube P. A. C. III ind. p. 801. Abbo P. A. C. IV 78, 14. Versus Scoti de alphabeto Baehrens P. L. M. V 376, 11.* 11 *omisit nomen et interiectionem.* 15 *Manit.:* ignorans = *transiens, perperam: cum ignoret, relinquit perito.* 17 *i. e. artes liberales. Man.* 19 *cf. Petrum Pisanum Münch. Mus. I 184* (interiectio): virtus eius est, ut significet mentis affectum. Per hanc enim mentis motus ostenditur *eqs.* 25 *sc. linguam Francorum.*

Ergo modis binis partem incertam ecce relinquo,
Appellatur quę Romę interiectio vero.
Linquentes dicta hęc de primo iure loquemur;
Bannitę primę verborum tempora fabor
De primis aliis dirivatisque gregatis,
Quę inter se semper contraria tempora servant,
Ac de 'pro', ut potero, que per se dictio non est,
Hoc est non que Romanę pars septima linguę,
Quam bene Honoratus breviter prescripserat olim,
Sed 'pro', quam simplex verbum retinere videtur,
Hoc est, quam retinet verborum syllaba prima —
'Verborum' dico parte hic pro quaque loquelę, —
De verbis inter presens iam preteritumque,
De defectivis inpersonalibus addo
Atque gerendi verborum distantia quid sit,
Contra particulam, quae dirivata videtur,
Non aliam tantum verbo nisi parte loquelę.
Partibus en istic modice de quinque loquemur
Ac de vocali et muta liquidaque sequente.
Quando erit aut nec erit communis syllaba, dicam,
Pellitur atque metro quando s littera vel non
In modulis senis priscis e vatibus olim.
Finiti tituli, nunc inchoat iste libellus
Metrica iura prius, postremo gramatica aiens,
Quę pueris fieri poterunt discentibus apta.
Metra silent modo, dictabit nunc cetera prosa
Verba locans, pueri, vobis sermone sequente.

EPILOGUS.

Hunc, pueri parvi, nostrum craxate libellum,
Imbuat ut mentes discentes iura metrorum.
Octingenti anni viginti et quinque leguntur
Conceptu domini caeli telluris abyssi.

Hunc ego codiculum causa iuvenum peraravi,
Denegat, ut, quod mens, scire graphia iuvet.

---

26 ecce *R*, esse *coni. Man. cf. v. 20* 29 fabor *sic R*, servant *Manitius errans Münch. Mus. I 125* 32 prout potuero *R*, prout potero *Man.* 33 Hoc est ñ *sic recte R*, Hac etenim *Man.* linguę. *dist. Man.* 35 *qua *R* * 39 addo *Mico in tractatu 167, 7*, atque *R* 47 euatibus *R*, eventibus *Man.* 50 *aptę *R* 51 *sic Holder-Egger*, solent modo dictabunt *R* 52 vobis *Man.*, nobis *R*

B *edidit L. Traube P. A. C. III 295 III ex cod. B(ruxellensi) 10470—10473, cui Prologus ignotus erat; ego repetivi, ut epilogo suus locus redderetur cf. N. A. l. l. Manitius edid. ex R f. 112v et B l. l. p. 177.* 2 Inbuat *R* *et *BR* 4 Conceptum *R* abyssi. Explicit., *om. v. 5—6 R* *v. 5—6 non Miconi, sed librario adtribuendos esse cum Manitio consentio.*

26 *i. e. binis de causis.* 29 *Mico Münch. Mus. 154—156, 21.* 30 *sq. ibid. 156, 22—157, 26.* 32—37 *ibid. 157, 27—158, 23.* 33 *i. e. praepositio.* 34 *Gramm. lat. ed. Keil IV 450, 20.* 38 *ibid. 158, 24—167, 6.* 39 *ibid. 167, 7—13.* 40 *sq. (satis obscuri.) ibid. 167, 14 sq.* 43 *sq. ibid. 169, 24 sq.* 45 *ibid. 173, 12 sq.* 46 *ibid. 175, 6 sq.* 49 *quo pertinet?* 51 *prosa i. e. l. l. 154, 21—177, 17, non 126, 1—154, 20.*

⟨VERSUS GODESCALCI.⟩

Ioh. apoc. 20, 13 sq. Cum enim praemitteret sanctus Iohannes apostolus dicens: 'Et iudicata sunt singula secundum facta sua', breviter subiuncxit, quemadmodum fuerint iudicati: 'Et mors et infernus', inquit, 'missi sunt in stagnum ignis',

Quo ne tu missus doleas nec temet abyssus
Involvat, totis caveas, deposco, medullis,
Atque scias utinam, quantum, carissime, plangam
Ob tale scriptum, quod habetur, sit quasi dictum
Ipsius ore dei, pro quo ⟨olim⟩ iurgia novi
Facta, sed et fieri non cessant climata mundi
Per diversa, mihi sicut dixere periti,
Ipse vel audivi passim letalia fundi.
Hinc ego lamentor, hinc te modo cernuus hortor:
Emendato tuum, velud esse necesse, libellum,
Cernimus, ante deum ne sis damnatus in aevum,
Antestabis eum pudibundus quando, benignum
Electis vultum praebentem hinc quoque multum.
Flagito te denuo: Miserere tui pius ultro,
Ne tunc, quando voles, nequeas, hos per modo soles
Est operae pretium patrare quod: ergo supernum
Perspice iudicium neque sit pudor hoc ad agendum,
Sis licet antistes; quin immo quod esse superstes
Cerneris hoc ad opus, domino grates age pronus,
Acceleraque viam devote demere culpam,
Quatinus hinc veniam valeas adipiscier, ut iam
Non sibi displiceas, est cuius ubique potestas
Quos vult pontifices damnare perinde nocentes
Quosque cupit superis conectere civibus ipsis.
Inter eos nitide iugiter merearis ut esse,

Ex ***V*** *i. e. cod. Vossiano 88 bibliothecae Lugduno-Bataviensis s. IX ex. f. 18ᵛ sq., quem Aurelianensem fuisse testatur inscriptio in initio* et *calce* '*Ex libris Petri Danielis Aurelii 1564*', *edidit E. Dümmler N. A. XIII 348 sq., M. G. Epp. VI 180. Orthographiam a Dümmlero in Epp. adhibitam secutus sum* 4 quasi *Dümmler,* quale *V* 5 iuria *V, corr. Wattenb.; lacunam indicavit Dümmler,* olim iurgia *Traube,* nunc i. *Wattenb.,* iam i. *Winterfeld* 8 laetalia *V* fundi *V,* fandi *Traube;* fundi *verum esse iudico = dici* 11 euum *corr. in* ęuum m_1 *V* 23 damnare *Dümmler,* donare *V*

Anonymum, qui antistitem quendam propter falsam de praedestinatione sententiam increpat, Godescalcum esse Traube coniecit; quae coniectura ex argumento sumpta apte fulcitur arte metrica. Ratione leoninitatis enim Remensem deducimur in regionem (Traube P. A. C. III 710 n. 2). Qua in leoninitate poeta his utitur legibus, ut non solum ultimae concinant syllabae, sed etiam haud raro concentus admittatur bisyllabus (cf. v. 1. 4. 13 etc.). In caesura semiquinaria quamvis syllaba caesuram antecedens exeunti syllabae debeat respondere, elisio non vitatur cf. v. 31. 33 etc., Godescalc. ad Rathramn. P. A. C. III 733, 9. 21 etc. Saepissime syllabae exeuntes binorum aut plurium versuum inter se concinunt cf. e. g. v. 80—87. 88—91, P. A. C. III 734, 24—30 etc. Initium et finem epistolae deesse Dümmler monuit.

Quo fervore velim, si nescis, promere possim,
Et puto, si fatear, tanto vix a patre credar.
Conscius in celsis tamen est et in aethere testis,
Qui scit inesse tui de se mihi pignus amandi.
Perspice, quae domini dederit tibi gratia nostri
Unius et trini, excepit cum temet ab ⟨aevi⟩
Auspiciis teneri: reminiscere, quanta volenti
Ire per abrupta obstiterit pietate paterna
Abstuleritque tua ignoscens puerilia multa
Contuleritque sua spirans in te sacra dona,
Gratis, non merito, carismata larga serendo,
Fontis opima sui potare fluenta clienti
More sibi solito gratis concessit et ultro.
Cui de parte tua modo talia sunt retributa,
Inficieris uti, quod perditionis alumni
Non sint praefixi sub tartara praecipitandi,
Cum constet missos et eo iam praecipitatos,
Ut legimus patulo credentes pectore toto:
Gratis ut electos paradisi in luce locatos,
Sic merito reprobos in abyssum scimus adactos.
Figulus ipse luti ceu vult facit; etquid iniqui
Murmur figmenti praesumit ad ista reniti?
Ast ego praescitos fateor divinitus ipsos
Ad facienda malos proprio probra velle futuros;
Hinc praedamnatos in abyssum praecipitatos
Regis iudicio superi probo sat quoque iusto.
Tu tamen econtra peribes his esse parata
Tantum tormenta, existant quasi non et in ipsa
Hii praefiniti praefixi praeque parati,
Cum praedamnati, praemissi, praecipitati
Credantur plane, cognoscantur manifeste,
Probentur clare seu convincantur aperte.
Quisquis habet visum, non tantum cernit id ipsum,
Insuper exclamat, quod sic est nec secus extat,
Increpat, ingeminat, testatur et hoc ita monstrat,
Certius esse quasi nil umquam quiverit ipsi.
At tu, qui summa specialiter esse sophia
Praeditus effereris, minime sic esse fateris.
Haecine nutrici sunt reddita seu genetrici
Praemia tam dulci? Meruerunt haecine, fili,
Gratia gratuita et sapientia, mater opima?
Haec de parte tua capient, non altera dona?
Ista repensa sui cum liba tuentur alumni,

---

26 fervore . . nescis *Traube*, fervere . . nescio *V* 31 *post* ad *vel potius* ab *(lectio incerta) lacuna nulla indicata est, supplevit Traube* 36 ferendo *coni. Vollmer* 45 *adactos Dümmler*, adauctos *V* 46 et quid *(pro* ecquid*) V* 50 praedamnatos m_1, praedampnatos m_2 *V* 54 prefinita *in* praefiniti *corr.* m_1 *V* 57 Probentur *Dümmler*, Probantur *V* 58 id *Winterf.*, ad *V* 63 Pred. *in* Praed. *corr.* m_2 *V* 64 hecine *in* hęcine *corr.* m_2 *V*

46 *ep. ad Rom. 9, 21.*

Laetanturne dolent, gaudent an his mage merent?
Vere causa sui non est hic tripudiandi,
Nec fuit ista tibi de se sors his redibendi,
Sed tamen in domino patre, prole ac flamine sancto
Indubie fido, quod iam carismate digno,
Munere quin largo deitas pia corriget ultro,
Quicquid ibi mendae potuit humanitus esse,
Nil quia de proprio nisi menda tenetur; ab illo
Nato primorum sors haec de parte parentum
Restitit, haec superest, sed iam modo tempus ad hoc est,
Praeveniente deo, comitante, sequente benigno,
Arripiatur uti constantia libera libri
Nunc emendandi, datur hic dum stilla morandi
Temporis et fandi nec non sata prava putandi,
Quin evellendi nequam plantaria nostri
De medio campi; ramnus radicitus horti
Sit procul a nostri areola, quoniam male multi
Ipsius incauti spinis heu sunt scio puncti;
Quos tu si nosti, vix desinis ora rigari
Uberibus lacrimis, quoniam quod deterius his
Noscitur esse malis, delirant, sint quod opimis
Pasti deliciis potius, quam sunt ita dumis
Puncti, sicut eis perhibemus tristibus extis.
Dic illis igitur, cui credunt quemque fatentur
Auctorem horum velut utilium fore florum,
Vitalem pastum quasi spiritibus referentum.

---

73 Indubio *in* Indubie *corr. V* 74 ultra *V, corr. Traube* 75 mende *corr. in* mendę m_2 *V* 79 Preu. *in* Praeu. *corr.* m_2 *V* 84 orti *V* 85 Sit *Dümmler,* Sic *V* nostri *Traube,* nostra *V* 87 rigari *Dümmler,* rogari *V* 89 delerant *i. e.* delirant *Winterf.,* deierant *V*

AGII VERSUS COMPUTISTICI.

De Agio Hathumothae abbatissae Gandeshemensis praecone, cui frustra[1] *alia attribuere studuerunt opuscula, nuper optime meritus est P. Lehmann*[2]*, qui in kalendario bibliothecae universitatis Basileensis cod. fragm. II n. 31 s. XI (= F) carmina computistica extare docuerit ab Agio quodam a. 864*[3] *Rimberto dedicata. Rimbertum celeberrimum archiepiscopum (865—888) artissime cum Corbeia Nova cohaerere constat*[4]*; Agium amicum Hathumothae Corbeiensem fuisse viri docti consentiunt*[5]*: hinc Agium computistam ab auctore vitae et epicedii Hathumothae diversum non esse perquam probabilis est coniectura. Quam coniecturam P. Lehmann stabilivit idoneo argumento, cum Agium et computistam in eo consentire, quod hexametro leonino fere spreto pentametros leoninos adamaverint, acute observaret*[6]*. Quem consensum etiam aliis in rebus inveniri ad I 4. 14. II 3 adnotavi. Quocum bene congruit, quod Basileensis kalendarii originem Fuldensem produnt notae hae:* 4. Febr. Dep. Rabani archiepiscopi. 5. Iuni PASSIO SCI BONIFATII ARCHIEPISCOPI; 1. Nov. Dedicatio basilicae sancti Bonifatii et translatio ipsius; 1. Dec. ORDINATIO SCI BONIFATII; 17. Dec. Obiit Sturmi abbas; 19. Dec. Adventus sancti Eobanis in Fulda. *Dubitare igitur vix licet, quin codex in coenobio Fuldensi exaratus sit versibus Agii ex codice quodam monasterii Corbeiensis admodum propinqui desumptis.*

Iam sequuntur versus, qui ne computistis gratiores sint vereor quam grammaticis. Ut melius intellegantur, tabulas addidi. Photographa benigne mihi cessit P. Lehmann, in explicandis liberaliter auxilium praestitit M. Tangl b. m.

I.

f. 6

(Rimberto n)omine claro
Agius obsequium.
(C)um cunctę penitus dentur divinitus artes
Hisque cluat solus fons et origo deus,

---

1) *Agium poetam illum Saxonem esse, qui panegyricum Caroli composuit, postquam Pertz suspicatus est, sed viris doctis e. g. W. Wattenbach G. Q. I⁶ 256 cf. I⁷ 307, E. Dümmler N. A. IV 543 non probavit, L. Traube P. A. C. III 370 sq. argumentis allatis studuit demonstrare; idem l. l. p. 754 Paulum de Winterfeld Agium et poetam Saxonem male confusos esse sibi persuasisse confessus est. Winterfeld ipse P. A. C. IV 2 arte metrica poetae et Agii inter se comparata in vulgata sententia standum esse conclusit illius nomen ignorari. Eodem fere tempore G. Hueffer, Korveier Studien 1898 Agio non solum panegyricum Caroli adscribendum esse, sed etiam vitam et translationem Liborii ampla locorum congesta farragine exposuit. Inde Winterfeld palinodiam cecinit P. A. C. IV in praeteritis et Archiv f. d. Stud. d. n. Sprachen u. Litteraturen CXIV 47. Aliis quoque Hueffer persuasit e. g. Karolo Brandi Anz. f. d. Alt. 1902, 287, alii dubitaverunt, e. g. Holder-Egger, D. Littz. 1900, 944, P. Lehmann l. l. p. 8. M. Manitius, Gesch. d. l. Litt. d. M. 1911, 583 oblocutus est. Ego Huefferum errasse exposui N. A. XLIII 490 sqq.* 2) *Corveyer Studien. Abh. d. Bayer. Acad. d. W., phil.-hist. Kl. XXX 5, 1919, p. 4 sqq.* 3) *cf. carm. VIII 16.* 4) *vita Rimberti ed. Waitz c. 12.* 5) *Traube l. l. 370. Hueffer l. l. 17 sq. Manitius l. l. 581. Lehmann l. l. p. 6.* 6) *l. l. p. 7 sq.*

Versus prologi edidit P. Lehmann l. l. p. 5 sq. 1 omine *F, suppl. Lehmann*, Rimberto *addidi* 3 um *F, suppl. Lehm.*

4 cluat *i. e. sit, apud Agium frequens cf. VIII 18, dial. Hath. 111, 218, 496 al., apud poetam Saxonem deest. Boeth. cons. phil. IV c. 6, 36* conditor .. rex et dominus, fons et origo; *Paschas. Radbertus, De pass. Rufini, Migne CXX 1501* deus totius bonitatis fons et origo; *poeta Saxo V 54* deus omnimodi fons et

Qua de re merito summe generaliter omnes,
Singula quęque suo est bona pro modulo,
At tamen excellit quadam numerus ratione
Et disciplinis clarior est reliquis:
Nam numero rerum statim primordia facta
Et discreta suis tempora sunt spaciis,
Menses ebdomadasque dies noctesque vel horas
Hic cum particulis distribuit reliquis;
Per numerum solis varios lunęque meatus,
Per hunc stellarum colligimus(que) globum,
Epactas, concurrentes, lunam feriasque
Totamque annalem ipse docet seriem;
Per hunc consequimur, per hunc servata tenemus
Cuncta simul nostris dedita serviciis.
Quocirca cum tot habeat simul utilitates
Et tantis rebus sit habilis numerus,
Non nimis absurde forsan fecisse videbor,
Si certe quiddam hinc ego conficiam,
Quod magis ignaris numeri quam denique gnaris
Possit ad hoc studium affore proficuum.
Sed quia iussistis hoc me describere vobis,
Pareo nunc vestris promptulus imperiis,
Non inpudenter faciens, velut estimo, iussus
Ad vos scribendo haec modo de numero.
Nam domini nutu cum nil extet sine causa,
Pulchre Rimberti nomine dicimini.
Rimbertus siquidem 'numero clarus' sonat, unde
Haec apte vobis qualiacumque dedi.
Et ne forte minus gnaris hic quilibet error
Proveniat, factis consulo versiculis,
In quibus exposui, quantum satis esse putavi,
Quonam fecissem singula quęque modo.
Ergo precor hac huic operi vos mente favere,
Quo me hac animo composuisse scio;
Susceptum placido, vigilanti pectore lectum
Non iniocundum forsan erit nimium.
Quod siquidem paucos vix argumenta docebunt,
Edocet hoc plures hic oculata fides.
Sed his praemissis breviter nunc illa retexam,
Quę me dicturum pollicitus fueram.

---

14 que *addidi* 35 *sq.* putavi. *dist. Lehm.* 36 modo? *dist. Lehm.* 38 scio *sine distinct. Lehm.* 39 placido .. lectum, *dist. Lehm.*

origo boni, *vita Liborii AA. SS. Iul. V 413 F* fons et origo bonorum omnium. *Anal. hymn. LIII 133, 6. Ozanam, doc. inéd. 245, 1. Berger, hist. d. l. Vulg. 247. P. A. C. I 130, 145. 140, 1, 3. IV 342, 72 al. Hueffer l. l. 29.* 6 *poeta Saxo V 44* grates .. solvere pro modulo. *Hrotsvit Mar. 42* altithrono psallere pro modulo. — *hiatus in tmesi concentus causa velut v. 16. 24, dial. Hathum. 10 et passim.* 9 *sq. gen. 1, 14.* 13 *cf. Lucret. I 128. V 76.* 14 h *consonans apud Agium perusitata ne apud alios quidem poetas illius temporis deest.* 15 ēpactas: *cf. III 9. IV 15. 33. VII 14.* 31 rîm: *cf. Otfrid. I 5, 2. III 14, 1. V 14, 19. Graff, Sprachsch. II 506. Agii veriloquium falsum videtur cf. Foerstemann, Altd. Namenb. I² 1274. De veriloquiis nominum conferas quae P. de Winterfeld supra p. 264 n. 4 ascripsit, quae facile augeri posse iure monuit.* 42 *dial. Hath. 13* oculato .. more *(cf. Fortunat. V 2, 4)*: *videas tabulas.*



II. III.



IV.

II.

Incipiunt versus de compoto per ab(e)cedarium facto de pagina prima.

f. 7r Compotus hic alfabeto confectus habetur,
Quo primum mox prima suis pagella notellis
Assignat ferias per totum iugiter annum
Atque brevi spacio cunctum complectitur ęvum.
Nam quia septenis decurrunt secla diebus,
Pro horum numero septena locans elementa
In se tetragonam confeci ducta figuram;
His concurrentes adhibens solis feriarum
Apposui simul et numerum, quo quasque solemus
Una cum feriis investigare kalendas.

III.

De pagina secunda.

Huic aliam non insimili subdens ratione
Annalem duplo seriem feci retinere.
Una dies solis, lunę tenet altera cyclum,
Luna pares versus, loca sol adversa retentat,
Iste notas septem, terdenas illa capessens
Vigintive novem, tot currit uterque diebus.
Pars solis miniata rubet, lunę nigra constat;
Per hanc ad ferias via panditur inveniendas,
Illa per epactas anni numerumque kalendis
Appositum lunę sensim crementa requirit.
Hoc ita digestum medioxima pagina claudit.
In gyro pars summa suo tenet ordine menses,
Ima dies, horas, lunam cuiusque revolvit,
Leva kalendarum congestum texit acervum,
Dextra gerit numerum, quo debet luna requiri.
Denique si primum ferias cognoscere gestis,
Suppositos dictis apices signato kalendis
Et referens ad paginulam tua lumina primam
Illic inspicias sub concurrentibus anni,
Quonam forte loco sint haec elementa locata:
Sic demum numerus, quem haec sibi linea rursum
Dupliciter subdigestum retinere videtur,
Unus habet ferias, alter deducit ad ipsas
Praesentis iunctus cum concurrentibus anni,
Sicque modo ferię gemino quibunt reperiri.

II *in lemmate* abcedariū *F* 1 aleabeto *F* 2 *Ouo *F* 8 soles *F, corr. Tangl*
III 4 retentat, a *ex correctura, F* 8 *inuendas *F* 9 *et* 17 kalend *F* 11 *daudit *F* 25 *reperire *F*

II 3 iūgiter *sic semper Agius; reliqui poetae aevi Carolini et in eis Poeta Saxo exemplum Sedulii secuti* iŭgiter *praeter Walahfridum, Florum, Notkerum, Waldrammum cf. N. A. XLIII 499, 1.*

III 5 *prior quaeque series litteras dominicales, altera lunares continet; de litteris lunaribus ab Agio adhibitis cf. ad IV 22.* 7 *in tabula color fuscus a miniato discerni nequit.* 14 acervum: *sunt triginta tres lineae, ut omnes menses, et ei, qui nonas die quinto, idus die tertiodecimo, et ei, qui nonas die septimo, idus die quinto decimo habent, sub hunc numerum cadere possint cf. tabulam.* Kalendae *i. e. singuli dies.*

IV.

De pagina tertia simul et quarta.

7v Quod si scire iuvat, quota sit cuiusque diei
Luna, modo hoc conveniet te querere, lector:
Scis lunam non ante suum cyclum peragrare,
Quam bis octo super ternos compleverit annos
Et soli numero non discrepet ipsa dierum.
Hac re pagellas geminas propter geminatos
Lunę circuitus, unam triginta dierum,
Ast aliam solo non amplius asse minorem,
Ambas annorum bis sex septemque peregi,
Quos singillatim cunctos explere liquebit
Vigintive novem soles ternasve decadas.
Illas posterior, prior area digerit istas.
Lunaris cyclus situs est in fronte prioris,
Alterius cicli series ad pascha refertur.
Epactas basis annorum quorumque ministrat.
His varie summa numeri, non ordine nexas
Lunas dinumerat latus utrorumque sinistrum,
Dextri pars solis cum luna comparat ęvum,
Pars quae forte maris, cum haec concordia constet,
Et horas punctosve tenet, quibus ipsa refulget.
Imprimis igitur videas, quę forte kalendis
Litera subiaceat, quarum vis querere lunam.
Haec sub praesenti cicli mox sorte reperta
E regione tenet hinc asscriptam sibi lunam;
Inde dies, quos integro sol conficit anno,
Et pariter tempus, quo menstrua luna resplendet,
Queve maris reflui sibi sit concordia perpes:
Hoc ita simpliciter lunam quamcumque recludit.
Sed si per numerum suprascriptum simul ipsam
Querere collibeat, subfixa quibusque kalendis
Protinus inveniens elementa notare memento;
Tunc numerum, qui his dexter rubricatus adheret,
Epactis adhibe, praesens quas annus habebit,
Et sic indubius lunam de more require.

V.

De pagina quinta ad terminum quadragesime pasche et rogationum inveniendum.

8r Quatuor his alias subieci quatuor aeras:
Prima tenet cunctas serie currente kalendas,
Quo nos pascha pie nunc catholicum celebramus.

IV 8 *sola *F* 11 novem *scripsi*, VIII *F* 21 *et* 30 kalend *F*

V *in lemmate XL F* · *inueniendā *F* 3 Quo *i. e. tempore? F, f.* *Qua *i. e. serie?*

IV 19 *et* 27 *Beda, de temp. ratione c.* 29 de concordia maris et lunae. 22 *Miris et quantum scio prorsus ignotis Agius utitur litteris lunaribus: pro plenis mensibus primum numerat 1—20 A—V (litt. nudae!), deinde pergit 21 X, 22 Y, 23 Z, 24 Γ, 25 Δ, 26 H, 27 Θ, 28 Ξ, 29 Π, 30 Ω, pro cavis mensibus denuo ab A incipiens usque ad Π numerat.*

V *Conferas tabulam dierum festorum mobilium apud Grotefend, Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und der Neuzeit I 1891 (tab. XIII).* 1 *i. e. areas = tabulas.*



V. VI.



VII. VIII.

His dextra levaque scias herere kalendas,
Quas seu post seu nempe prius quam pascha colatur
Inchoat ebdomade sextus hinc inde recursus:
Ordo prior tenet ebdomadas cum solibus ad hoc
A bruma .... tempus mediante peractas.
A se posterior sua mox exordia sumens
Pervenit ad sancti sacrum natale Iohannis
Pascha que in medio his circumplectitur ipsis
Ebdomadas pariterque dies, qui forte supersunt
A domini natalicio huc usque, retexit.
Literulę, quas constat utrumque latus retinere,
Haec eadem pandunt quae dixi tempora leve,
Sed dextrę replicant, qui terminus extet eorum.
Et haec prima quidem horum pagellula suffit.

VI.

De pagina sexta ad dominicum diem pasche et lunam ipsius per concurrentes inveniendam.

Quę sequitur, haec quae posui postrema recenset.
Eius circuitus concurrentes feriasque
Summa coniunctim positas in fronte retentat.
Summas ipsorum subdit pars infima lunas,
Annorum seriem deponit portio leva,
Pars adversa gerit titulos numerosque kalendas
Ipsorum simul et ferias hinc inde notantes.
Ast apices, quos viginti sex denuo lustris
His tribus appositis annis meditullia claudunt,
Qua quivis feria concurrat terminus, edunt.
Quapropter si nosse cupis, quo querere pacto
Hoc valeas, iuvat hoc primum cognoscere quamque
Per latum notulam semel in quovis fore versu,
Quae feriam signat sub concurrentibus istinc,
Inde primum sub praesentis cicli iacet anno.
Quod si nosse minus certum fortasse putetur,
Ipse kalendarum numerus hic subditus una
Praesentis iunctus cum concurrentibus anni
Hinc nihil omnimodis te permittit dubitare.
Hoc ita per concurrentes haec lectio texit.

VII.

De pagina septima ad dominicum diem pasche et lunam ipsius per concurrentes inveniendam.

Tercia per concurrentes nihilominus acta
Cum reliquis, quorum posui simul ipse kalendas,
Paschalem mira condit ciclum ratione.

---

8 *in codice lacuna nulla, f.* *ad vernum *Vollmer* 11 Pascha ꝙ *F, f.* *Paschae que?
VI 15 prĭmum *corruptum videtur* 16 nosse *scripsi,* nōne (o *ex* e *corr.?) F*

7 *a bruma mediante i. e. domini natalicio usque ad VI id. Febr. numerantur 6 ebdomades 3 dies etc.*
10 *a natali Iohannis i. e. VIII kal. Iul. usque ad III kal. Iun. i. e. ultimum terminum Rogationum numerantur 3 ebdom. 4 dies etc.*

VI 6 *cf. Grotefend l. c. tab. VI ord. III (term. paschales) et ord. V (regul. pasche).*

Nam quamvis non ipse suum prius expleat orbem,
Quam post quingentos triginta duos simul annos
Haec eadem repetens exordia prima revisat,
At tamen in quarta horum solummodo parte,
Quae centum triginta tribus contexitur annis,
Hunc ipsum numerum complexum noveris omnem.
Prima igitur concurrentes in parte locavi;
His duplices versus bis sex septemque notarum
Supposui, prior incausto pars scripta kalendas,
Posterior minio lunas evolvit eorum.
Hac latus epactas, illac positos habet annos,
Qui tressem supra bis octo tenere probantur.
Literulis septem pars explicat extima lunas
Denique praesentis cicli, quem tunc fore constat.
Invento pariter cum concurrentibus anno
Quas signat, perquire, notas pars infima rubra:
Significant quas haec habeant sollempnia lunas.
Sub nigra quam comperies in margine levo,
Quo positas horum retuli constare kalendas,
Has ipsas simul invenies quorumque kalendas
Ebdomadas quoque sive dies, quos affore dixi
A festis ad festa supra iam dicta quotannis.

VIII.

De pagina octava, in qua magnus ciclus pasche continetur.

Hac quoque percursa nunc de quarta tibi dicam,
Quę tamen a prima fore hic octava probatur.
Ista ciclum retinet, quem magnum iure vocamus,
Nam plenis centum lustris ternisque decadis
Annorum geminos addit hic insuper annos.
Communesque quidem sunt incausto titulati,
Ast embolismi miniato flore rubescunt.
Maior apex huius cycli primordia monstrat,
Ex illis bissextiles B litera signat,
Quam his praepostam licet e regione videre.
Solares ciclos concurrentumque recursus
Annorumque notat numerus hinc inde locatus.
Hic a principio tantum semel ecce peractus
Sex concurrentes et primum replicat annum,
Qui, postquam dominus carnali prodiit ortu,
Nunc quartus post sex fit et octoginta decadas.
Quocirca si nosse cupis, quis pascha kalendis
Quis quoque festa cluant supra praemissa colenda,
Seu retro numeres seu forsan in ante requiras;
Mox ut ad hunc, quem perquiris, perveneris annum,

19 *signant *F*

VIII 6 *titulari *F* 17 kalend, *at* 26 kalendis *F*

8 *cf. VI 8.* 10 prima *i. e. suprema.*

VIII 1 *sq. cf. V 1.* 11 *concurrentium series in sinistra parte appicta est; dies concurrentium Agio non IX kal. April., sed XI kal. April. est, idem qui sedes epactarum.*

Signa literulam, quae illic descripta tenetur;
Tunc ad paginulam rursus tu retro recurre,
Quo pariter dixi positas quorumque kalendas.
Hic ipsa notula mox e regione reperta
Omnia, quae supra posui, sine nube videbis,
Haec tria festa quibus sint inicianda kalendis.

MIRACULA NYNIE EPISCOPI.

In Alcuini florilegio ***M*** *= cod. Bamberg. B II 10, olim S. Michaelis, de quo cf. supra p. 452, f. 157^v—161^v miracula et hymnus Nyniae*[1] *extant, quae hic primum in lucem prodeunt.*

De sancto Pictorum Australium apostolo, qui circa annum 400 semen amoris Christi sparsit, ne Bedae quidem temporibus multum constabat; utitur nempe his verbis Hist. eccl. III 4 (ed. Holder) Namque ipsi Australes Picti, qui intra eosdem montes habent sedes, multo ante tempore, ut perhibent, relicto errore idolatriae fidem veritatis acceperant praedicante eis verbum Nynia episcopo reverentissimo et sanctissimo viro de natione Brettonum, qui erat Romae regulariter fidem et mysteria veritatis edoctus; cuius sedem episcopalem[2] sancti Martini episcopi nomine et ecclesia insignem, ubi ipse etiam corpore una cum pluribus sanctis requiescit, iam nunc Anglorum gens obtinet. Qui locus [ad provinciam Berniciorum pertinens] vulgo vocatur Ad Candidam Casam, eo quod ibi ecclesiam de lapide insolito Brettonibus more fecerit. *Quae unde compererit Beda, nescimus, sed fortasse coniecturam facere licet*[3]. *In bibliotheca monasterii, quod Nynia fundaverat, antiqua vita sancti extabat. Ailredus enim abbas Rievallensis cum saeculo XII id operis suscepisset, ut vitam moresque s. Nyniae litteris daret*[4], *vitam adhibuit a monachis illius coenobii suppeditatam. Hanc vitam* sermone barbarico obscuratam *fuisse et* veraci quidem sed nimis barbarico a prioribus exaratam stilo, *quam ipse* a sermone rustico quasi a quibusdam tenebris eruens in lucem latinae locutionis educere *sibi proposuisset, Ailredus in prologo*[5] *exponit. Hinc alii vitam lingua Celtica conscriptam fuisse concluserunt, alii Anglica*[6], *de Latina nemo cogitasse videtur*[7]. *Ad hanc quaestionem solvendam magni momenti sunt Miracula Nyniae, de quibus Alcuinus in epistola ad fratres in loco deo servientes, qui dicitur Candida Casa, missa ed. E. Dümmler M. G. Epp. IV 431:* Deprecor vestrae pietatis unanimitatem, ut nostri nominis habeatis memoriam. Intercedere pro mea parvitate dignemini in ecclesia sanctissimi patris vestri Nynia[1] episcopi, qui multis claruit virtutibus, sicut mihi nuper delatum est per carmina metricae artis, que nobis per fideles nostros discipulos, Eboracensis ecclesiae scolasticos, directa sunt. In quibus et facientis agnovi eruditionem et eius perficientis miracula sanctitatem per ea, quae ibi legebam. — Direxi ad sancti patris vestri Nyniga corpus

1) *De nomine cf. adn. ad v. 18.* 2) *De Casa Candida cf. v. 84 sq. Est Witerna, Whithern, Whithorn, Solway Firth inter Wigtown Bay et Luce Bay.* 3) *cf. quae de carmine exposui N. A. XLIII 1 sq.* 4) *ed. I. Pinkerton, Vitae antiquae sanctorum, qui habitaverunt in ea parte Britanniae nunc vocata Scotia vel in eius insulis. Londini 1789. A. P. Forbes, Lives of S. Ninian and S. Kentigern. Edinburgh 1874. — Ailredus Casam Candidam visitavit, Christiani episcopi (consecrati a. 1154) tempore vitam describendam suscepisse videtur.* 5) *Forbes p. 138.* 6) *cf. e. g. O'Hanlon, Lifes of the irish saints VII 364 sq. — Cod. mus. Brit. Cott. Tib. D III f. 186* Incipit vita Sancti Niniani epi et confessoris ab Aelredo Rievallense abbate de Anglico in Latinum translata. *(Ailredi vita Niniani codice Bodleiano Laud. F. XV, hodie Laud. misc. 668 servata est, cuius Cottonianus apographon est; librarius igitur illud* de Anglico *hariolatus est.)* 7) *Arch. Scott, Ninian, apostle of the Britons and Picts, Lond. 1917, non vidi.*

sagum olosericum ob memoriam nostri nominis, ut illius atque vestram piam merear intercessionem habere semper[1]. *Carmina igitur in honorem s. Niniae composita ad Alcuinum missa sunt; in florilegio ab illo composito duo carmina de Nynia exarata sunt, miracula et hymnus*[2]*: num quis dubitare potest, quin illa carmina ad Alcuinum missa etiam nunc habeamus?*[3] *Quae res eo pluris habenda est, quod vitam ab Ailredo conscriptam et miracula illa artissima inter se cohaerere cognatione apparet: uterque auctor postquam pauca de vita tradidit, miracula, maximam partem eadem, ante mortem, postremo ad tumulum facta enumerat. Cum Ailredus Miracula metrica non noverit, utrumque ex eodem libro hausisse concludendum est*[4]*. Hic liber lingua latina conscriptus erat*[5]*. Quo tempore compositus sit, nescimus, at notandum est quae Beda l. l. de vita sancti tradidit* 'ut perhibent', *eadem fere esse atque ea, quae apud Ailredum et in Miraculis legimus, unde Bedam eundem librum adiisse suspicor*[6].

Vetustam illam vitam in scriniis Casae Candidae latentem barbarico sermone compositam esse Ailredus queritur. Neque is, qui Miracula confecit, multo elegantiore stilo utebatur, qui v. 29 venati *pro* venenati, *v. 247* reviscunt *scriberet pro* reviviscunt, *328* tetendens *pro* tendens, *418* lectet *pro* delectet, *legumque prosodiacarum perquam esset ignarus*[7]*. Cuius rei cum sibi conscius esset, subsidia in suum usum convertit haud mediocria: imitandos sibi proposuit illustrissimos compatriotas Aldhelmum et Bedam; huius enim vitam Cuthberti metricam hymnumque s. Edilthridae, illius cum metra reliqua tum carmina ecclesiastica diligentissime compilavit. Sed doctrina utebatur ampliore: poetas illos Christianos optime norat Iuvencum, Sedulium, Aratorem, Paulinum Nolanum, neque Cypriani Galli, quem Angli in deliciis habebant*[8]*, notitia destitutus erat*[9]*. Quid quod ex Dracontii satisfactione et ipsa ab Aldhelmo allata unum affert versum?*[10] *Vergilii atque etiam Ovidii vestigia invenisse nobis videmur.*

Miracula in Anglia lectitata esse documento est Aedilvulfi carmen P. A. C. I 583[11]*, at Ailredi aevo in oblivione iacebant; in Francia Alcuinum thesaurum non sub modio occultasse inde intellegitur, quod Radbertus Paschasius caput decimum tertium in librum de corpore et sanguine domini (Migne CXX 1319, 5)*[12] *recepit. Post eum liber delituisse videtur.*

Miracula et hymnum F. Vollmer a. 1903 Traubii in usum transscripsit, cuius apographi partem in schedis a Paulo de Winterfeld relictis inveni; quae deerant, ipse denuo descripsi et totum apographon cum codice contuli.

MIRACULA NYNIE EPISCOPI.

f. 157v I. Rex deus eternus, patris veneranda potestas,
Tempore completo celi de culmine Christus
Venerat et castę matris de corpore carnem
Suscepit, ut nostrum quemquam salvaret ab ira.
Divinorum operum rerumque ęterna potestas
Matris concessit cum virginitatis honore

1) *cf. etiam Guilelmum Malmesberiensem, Gesta pontif. III § 118 ed. Hamilton p. 256.* 2) *Miracula et hymnum ab eodem poeta composita esse docui l. l. p. 25.* 3) *Huius carminis ad Alcuinum missi iam Iacobus Usserius, Britannicarum ecclesiarum antiquitates 1639, 669 mentionem fecit.* 4) *cf. N. A. XLIII 8 sq.* 5) *N. A. XLIII 15 sq.* 6) *N. A. XLIII 17.* 7) *Nonnulla ad v. 4. 7. 10. 11. 18. 21 collegi.* 8) *Traube, Karol. Dichtungen 21.* 9) *cf. ad v. 210.* 10) *De Prudentio cf. ad v. 393.* 11) *cf. N. A. XLIII 22.* 12) *cf. ad v. 374 sq.*

I *Quae Ailredus primo capite narrat, apud poetam desunt.* 1 *Aldh. aen. X 1* rerum veneranda potestas *(Iuvencus IV 684).* 2 tempore completo: *cf. v. 266. Aedilv. 597, 9, epist. ad Galat. 4, 4.* 4 suscĕpit: *cf. v. 116. 195(?). 438. Aldh. aen. LXXXVII 6* suscipit, *multi codd.* suscepit. 5 *cf. v. 1.* 6 *Sedul. c. pasch. II 67* gaudia matris habens cum virginitatis honore. *Aldh. c. d. virg. 898.*

Fulgere perpetuo cunctis venerabile corpus,
Clara salutifere posuit solatia vitę.
Multa per innumeras micuere lumina terras,
Late per populos domini pia gratia fluxit,
Ut cecinit lyrico psalmista carmine plenus
Flamine divino: 'Dominus regnavit in orbe,
Exultent terrę, lętetur et insula quęque.'
Dixerat, et celsi completa est sanctio vatis,
Nam deus omnipotens, lychinos qui sparserat orbi,
Multa suis late concessit lumina seclis.
E quibus enituit praeclarus doctor in orbe,
Nomine qui Ninia patrio de sermone dictus
Extitit egregius celesti gurgite pollens,
Magnificus meritis, divino munere fretus;
Plurima nostratim patravit signa stupenda,
Eius et eloquio multi precordia Christo
Credula pandentes vasta glomerante caterva,
fol. 157r col. 2 Mistica qui sedule Christi precepta capessunt.
Sic hominum cuneos gravi de morte vocatos
Duxit ad astriferi rutilantia sidera celi;
Semper enim sacrum Christi pro nomine pectus
Iungi deo mavult primo conversus ab ęvo
Ydri quam nimbis venati cedere saevis.

---

15 qui *scripsi*, qs *M* lychinos (?) *M (in Aldhelmi codicibus plerumque* lychinus*)* 21 * $\overline{\text{nra}}$ tym- paravit *M*, nostras tunc patr. *coni. Vollmer* 23 * glomerante uasta *M*, *correxi, at cf. adnot. v. 11.* 29 Ydri, Y *loco raso, fuit* I, *M*

7 fulgĕre: *cf. v. 236* frigĕre *(Paulin. Nol. XV 176).* 8 *Iuv. III 358* solatia vitae. 9 *sq. ad v. 15.* 10 lātē per populos: *cf. v. 16. 98. 155. 280, Aldh. praef. aen. 19,* lātĕ per p. *v. 71.* 11 psalmistā: *sic 153* luridā; *vice versa abl. sing. 122. 403* praesentiă, *87* perfectă nitentiă, *v. 144. 262. Traube, Karol. Dichtg. 28, 1. Ehwald ad Aldh. p. 754.* 11 *sq. Sedul. II 176* sacro spiramine plenum, *Aldh. c. e. IV 10, 16, praef. c. d. virg. 25. c. d. virg. 396.* 12 *ps. 96, 1.* in orbe: *cf. v. 15. 17. 57. 62. 77 etc.* 14 *Sedul. V 108* completa est sanctio Christi. 15 *sq. Beda, Cuthb. praef. 8* multifidos varium lychnos qui sparsit in orbem; *v. 1* multa suis dominus fulgescere lumina saeclis donavit. 16 *Hunc versum respicit Alcuinus v. Mart. c. 1 Migne CI 657* Multa saeclis doctorum lumina concessit. — *Iuv. II 103* nostris concessum est surgere saeclis. 17 enituit: *cf. v. 83. 450. 488, Aedilv. passim.* 18 Ninia: *v. 171. 402* Nyniau; *de hac forma cf. O'Hanlon, Lives of the irish Saints VII p. 368; gen.* Ninie *tit. abl. Beda l. l.* praedicante Nynia. *Alcuinus l. l. gen.* Nynia *et* Nyniga A_2, Niniani A_1. *Wilhelmus Malmesb.* confessor Ninia, *acc.* Niniam. *Radberti codices (cf. ad v. 374) maximam partem gen.* Nyniae *praebere videntur. Posteri* Ninianus. *Scoti* Monenn, Monein, Maoineann, Nennio, Ringan, Ringen *cf. O'Hanlon, Lives of the irish Saints VII 364 sq.* sermŏne: *prosodiam poeta non multum curat cf. v. 152, 222* clamŏre, *432* terrŏre, *485* virtŭte, *137* expedītis, *454* imperīto, *45* lŭminaria, *57* măgnus; *25* grāvi, *120* scēleris, *211* pēcorī, *201* perfīcere, *232* sūis *multaque alia; nonnulla fort. corrigenda sunt.* 19 *Aldh. c. e. II 21, c. d. virg. 1699* caelesti gurgite pollens. 20 *cf. v. 364. 436. Aldh. c. d. virg. 2903* divino munere fretus. 21 nostratim, *si recte conieci, idem videtur esse ac* in nostra regione; *carmen Winternae, in Casa Candida compositum esse versibus 82, 99, 324 comprobatur. — Aldh. c. e. IV 4, 9* plurima hic praesul patravit signa stupendus (stupendi m_1, stupenda m_2 *S). c. e. IV 6, 15.* — signa pătravit *v. 188,* pātrare *v. 231.* 22 *sq. cf. v. 495. Aldh. c. e. IV 3, 11 sq.* illius eloquio . . credula pandentes regi praecordia Christo. 23 *Aldh. c. e. IV 6, 8* vasta comitante caterva *cf. Aedilv. 597, 11.* 24 *Aldh. c. e. IV 1, 6* pectore qui patulo Christi praecepta capessunt. *Aedilv. 591, 9* Christi praecepta . . servare. 25 *Aldh. c. e. IV 1, 9* sic hominum cuneos mundi de gurgite raptos ducit ad aeternum caelesti remige regnum. 28 primo ab aevo: *cf. v. 102. 379. Beda, Cuthb. I 1.* 29 nimbis: *similiter v. 178* zabuli succubuit umbris. — venati *pro* venenati: *cf. Aldh. pr. d. virg. 301, 17* venatos *AG, c. d. virg. 2636* venatis *V; an corrigendum* venĕnati?

II. Quomodo vir dei Romam venerit, ubi et domino iuvante pontificatus gradu sublimatus est.

Exin fluctivagi conscendit litora ponti
Atque sacer pande captabat viscera cymbę
Extensaque avidis volitabant carbasa flabris,
Donec barcha rudi transvecto robore pontum
Liquerat et fulvis proram defixit harenis.
Inde pedem referens conscendit passibus Alpes,
Lactea qua tacito labuntur vellera celo,
Aggeribus niveis cumulantur germina montis.
Exin sacratis perrexit querere plantis
Pontificis summi sanctis firmarier orsis,
Qui tum forte sacer veterum munimenta priorum,
Culmen apostolicis meruit servarę triumphis.
Cuius in adventu gaudet clementia Romę,
Terrarum domine candentia menia mansit
Perque dies plures divina oracula visit
Pervigil excubiis mundi luminaria poscens
Et ceteros passim lustravit in ordine sanctos,
Quos deus ęternis ornatos iure triumphis
Aurea florigere provexit ad atria vitę.
Sed hominem sanctum tenuit dum candida Roma,
Gesserat eximios meritis fulgentibus actus,
Rex etiam Christus magno redimivit honore:

II *in lemmate* ubi — sublimatus *loco raso M* 35 consendit *M. f.* *transcendit *cf. locum Aldhelmi;* conscendit *fort. ex v. 30* 36 * qđ acito *M* 37 *f.* * gramina (gram. *et* germ. *saepe permixta)* 39 * $\overline{\text{scs}}$ *M* 51 redimiuut, *una hasta puncto, sed satis leviter deleta, M*

II *Ailredus cap. 2* Advenit Romam. Episcopus ordinatur a pontifice. Conversatio cum sancto Martino. Reditus in patriam. 30 *Aldh. c. d. virg. 5* fluctivagi ponti, *cf. v. 423, c. e. IV 3, 5* per litora ponti, *aen. 37, 2.* 31 *Aldh. c. e. IV 1, 12* panda de puppe *et saepius; IV 5, 13* cumba trans caerula vectum. 32 *sq. Aldh. c. e. III 22 sq.* algida ventosis crepitabant carbasa flabris, donec barca rudi pulsabat litora rostro. 33 *Sed. III 47* robora cumbae, *ibid. III 70* placido transvectus marmore puppem liquerat. 34 *Beda, Cuthb. VIII 9* fulva arena. 35 *sq. Aldh. c. e. III 24 sq.* exin nimbosas transcendit passibus Alpes aggeribus niveis et montis vertice saeptas, *ibid. aen. C 54* candidior nivibus, dum ningit vellera nimbus. 36 *Paulin. Nol. XVIII 24* lactea qua tacito labuntur vellera caelo *(Verg. Aen. III 515).* 38—48 *Ailred. c. 2* veniens Romam adolescens beatissimus cum ante sacras apostolorum reliquias devocionis suae obsides lacrimas dimisisset ipsorumque patrocinio desiderium suum multis orationibus commendasset, accedens ad summe sedis praesulem *eqs.* 38 *Aldh. c. e. III 8* exin sacratam perrexit quaerere vitam. 39 *Beda, Cuthb. XXX 4* cupiens solitis sacri firmarier orsis. 40 *Aldh. c. d. virg. 55* veterum monumenta librorum (munimenta *V*, monimenta *CEGOPpS*^{1}*Bm*$_2$*Sm*$_2$*), cf. Verg. Aen. III 102 VIII 356. P. A. C. I 93, 9. II 678 (XXX) 1. Aedilulf. 586, 19.* 41 *Aldh. c. e. V 6* culmen apostolici celsum perdebat honoris, *ibid. c. 13* iunctus apostolicis gratatur iure triumphis. 42 *Aldh. c. e. III 26* cuius in adventu gaudet clementia Romae. 43 candentia menia *(cf. v. 49* candida Roma*) cum spectaret, consilium cepisse putandus est Casam illam candidam condere.* terrarum domine: *cf. Arator II 1227 sq.* — mansit: *er bewohnte die glänzenden Mauern, cf. hymn. Nyn. 17, 1.* 44 oracula *i. e. oratoria.* 45 *sq. Arator I 754* Pervigil excubiis commissi Petrus ovilis, postquam cuncta videns lustravit in ordine sanctos. — *Aldh. c. e. I 3* Petrus et Paulus tenebrosi lumina mundi; *carm. anom. ed. R. Ehwald, Aldh. p. 6, II 1* P. et P., quadrati luminaria mundi. *Hieron. comm. in Ezech. Migne XXV 375* dum essem Romae puer et liberalibus studiis erudirer, solebam cum caeteris eiusdem aetatis et propositi diebus dominicis sepulcra apostolorum et martyrum circuire crebroque criptas ingredi *etc.* 47 *Aldh. c. e. IV 1, 35* quem deus aeternis ornatum iure triumphis arbiter omnipotens ad caeli culmina vexit. — *Aedilv. 595, 42* ad atria vitae. 49 candida: *cf. v. 43.* 50 *Aldh. c. e. III 14* meritis splendentibus. 51 *cf. v. 186. 456. Iuv. IV 189* maiori . . redimibit honore. *Aedilv. 591, 7.*

Namque sacerdotis summi fastigia nanctus,
Scilicet ut sacrae lampas fulgesceret edis
Posset et umbriferas noctis auferre tenebras
Splendens ac pateat summo de stipite fulgens.

fol. 158 col. 1

III. Quomodo patriam reversus Pictorum nationes, quę † naturę dicuntur, Christi converterit ad gratiam.

Hinc vertens gressus patriam revisit amenam.
Agonitheta magnus saturavit in orbe phalanges
Et patrias fines prudenti famine pernix
Assiduo docuit praesul certamine clarus,
Quatenus devicto instantis discrimine belli
Purpureas tenerent Christo veniente coronas.
Quę tibi digna canam, praesul venerandus in orbe,
Vel quis digna potest componere carmina versu,
Prospera qui populis Christi praecepta dedisti
Doctor ubique pius Pictorum examina nanctus?
Idola colentes turparunt mortis in umbra,
Quos ille ad Christum vertit pietate magistra;
Cuncti certatim merguntur gurgite sancto,
Flagitium sceleris purgabant fonte perenni.
Sic namque ore pio seminavit germina vitę,
Iam late per populos auxit lucranda talenta,
Plurima basilicis construxit rura novellis,
Quę nunc eximio monachorum examine pollent,
Vere Christicole servant monastica iura.
Ultima sic docuit terrarum docmate regna,
Praemia capturus, cum terrę sponte deiscunt
Atque omnes surgunt Christo veniente per orbem.

---

53 *sacris *M* 56 *uergens *M* 57 magnus *M*, *f.* *bonus 59 *Docuit assiduo *M* *cf. v. 75* dŏcuit, *quamquam v. 481* nōcuit, *v. 66* cōlentes 61 *f.* *teneant 64 *ppere *M* 65 *nanctis *M* 68 *cincti *M* 74 iura, i *ex* r *corr.* m_2, *M*

52 *Beda, Cuthb. XXII 1* ergo sacerdotis summi fastigia nactus. 53 *sq. Ailred. c. 4* (Ninianus) lucerna super candelabrum posita cepit . . signis lucere caelestibus. *Aldh. c. d. virg. 2168 sq. exod. 37, 19* de stipite candelabri. III *Ailredus c. 3 Ninianum ex Italia in patriam reversum Casam Candidam extruxisse tradit. — nationes, quae* naturae *dicuntur, quid sibi velit nescio,* nativę *coni. Hofmeister.* 57 agonitheta *apud Aldh. saepius, sed non in versu.* falanges *vox Aldhelmiana cf. e. g. c. d. virg. 676.* 58 *Aldh. c. e. IV 12, 10* facundo famine. *v. 60 repetitus est v. 334. Aldh. aen. XXVI 4* belli discrimina — quātĕnūs devicto: *cf. 312* nigrāntībūs desuper. — *Aedilrulf. 587, 15* quatinus exhausto instantis certamine belli perpetuam caeli capias sine fine quietem. 61 tenĕrent: *cf. v. 7* fulgĕre, *at cf. app. crit.* — *Aldh. c. e. IV 3, 16* purpureas sumens Christo regnante coronas. 64 praecepta Chr.: *cf. v. 24.* 65 examina: *cf. adnot. ad v. 72.* — *i. e. postquam Pictorum examina pro grege nanctus es.* — *Igitur Ninia patria denuo relicta, ut Pictos converteret, profectus erat. Poeta haec iusto succinctius narravit.* 66 *cf. v. 293, Aldh. c. e. IV 8, 5* qui dudum tetra torpebant (turpebant *A)* mortis in umbra *cf. Beda, Cuthb. XXX 22. Aedilv. 590, 39* mortis in umbra. *In Vulgata passim. Aldh. c. e. IV 8, 13* idola . . colebat. 67 *Aldh. c. d. virg. 82.* 68 *sq. Aldh. c. e. IV 8, 10* omnes certatim merguntur gurgite sacro flagitium sceleris purgantes fonte lavacri, *c. e. IV 2, 7* gurgite mersus, *c. d. virg. 984.* 71 lucranda talenta: *cf. Aldh. c. d. virg. 1787* caeli regna lucranda. lātĕ: *cf. ad v. 10.* 72 *sq. Aldh. c. e. III 6* plurima basilicis impendens rura novellis, qua nunc christicolae servant monastica iura. *Beda, Cuthb. III 4* eximio iam tunc monachorum examine polleus *(cf. Venant. Fort. IV 11, 9) Aedilv. 590 IX 7* monachorum gaudia pollent. 75 *Aldh. c. e. IV 8, 3* barbara qui docuit doctrinis agmina sacris; *ibid. v. 16.* 76 *sq. Aldh. c. e. IV 6, 24 sq.* praemia sumpturum, cum tellus sponte dehiscet omnia de priscis et surgent corpora tumbis; *cf. etiam c. e. IV 5, 18, c. d. virg. 278. 1248.*

IV. Quomodo veniens patriam Casam edificavit Candidam.

Pictorum interea populos et rura relinquens
Venerat ad natos domino comitante Britanos
Mente manu castus curans ovilia pastor
Commissosque greges fervet defendere ab hoste;
Finibus et nostris vulgato nomine vatis
Enituit clarus cunctis habitantibus istic,
Candida qui primus nitide fundamina Casę
col. II Fecerat et celsi veneranda cacumina templi,
Quo pater omni evo mentis splendore coruscans
Sideris ad speciem perfecta nitentia fulsit.
Martini hęc meritis aedis veneranda coruscat,
Quam pater excelsus Christi dignusque sacerdos
Coctilibus muris fundatam et culmine celsam
Sanctificans domino Martini nomine dicat.
Hęc domus est domini, quam plures visere certant;
Ardua murifici fulgent insignia templi,
Nam curant multi morbo contracti vetusto,
Prompta salutifere capessunt munera curę
Omnibus et membris sancti virtute virescunt.

V. Quomodo regem gentis eiusdem nomine Thuvahel deus pro reatu suo cecitate multaverit, et iterum per benedictionem viri dei sanaverit.

Arbiter eternus, qui condidit omnia, sanctum
Late per populos lustravit stemmate claro,
Finibus in nostris cuius radiante nitore
Virtutum species vir vere in pectore sacro
Omnibus et meritis micuit venerandus in orbe.
Extitit hic letus primo vocitatus ab evo
Iamque sacris fulgent praeclara cunabula factis.
Rex fuit incestus Tudvael pariterque cruentus,
Sub quo servator praecelsi pastor ovilis

78 relinquunt *in* relinquens *corr. M* 79 brictanos, c *erasa, M* 81 *seruat *M* 84 *fundamine *M* 85 cacumine, a *ss., M* 87 *et speciem *M* *perfectam *M* 88 edis *M* 91 *ditat *M* 94 *f.* *Nam currunt *sive* Concurrunt; Curantur *Frenken* 96 Omib› *M* 99 *gradiante *M* 104 incestu' *M*

IV *cf. ad v. 65.* 79 natos *non intellego; fort. poeta dicere vult: ad Britanos nationem suam, sive: apud quos natus erat,* adnatos *(sic M) i. e.* agnatos *Vollmer.* — venerat *i. e. revenerat.* 80 mente manu, castus curans: *alia allitterationis exempla v. 90. 96. 134. 248. 339. 380 al. 262. 322.* 81 *Beda, Cuthb. XXII 3* commissosque greges. 82 nostris: *cf. ad v. 21. Aldh. c. e. IV 12, 8* vulgato nomine Iudas. 83 enituit: *cf. ad v. 17. Aldh. c. e. IV 12, 15* cunctis habitantibus orbem. 84 *sq. Ailred. c. 3* ibi igitur iussu viri dei cementarii, quos secum adduxerat, ecclesiam construunt; ante quam nullam in Britannia de lapide dicunt esse constructam. Et quoniam iam sanctissimum Martinum, quem miro semper venerabatur affectu, a terris ad celos didiscerat(!) transmigrasse, ipsam ecclesiam in eius honore studuit dedicare. 87 *Iuv. IV 749* nivis ad speciem. — nitentia *a nitens ut dementia a demens aliaque.* 90 *Ovid. met. IV 58* coctilibus muris. 91 *Aldh. ed. Ehwald p. 6, 17* ede Christi genetrice dicata. 92 *Similiter Rossi, Inscr. chr. u. R. II 151, 22. 28, 53 al., cf. Aedilv. 599, 24.* 95 *Aldh. c. d. virg. 1083.* IV Tuduvallus *Ailred. cap. IV cod. Bodlei.,* Tudwalus *Breviarium Aberdonense.* 97 arbiter: *cf. Ehwald ad Aldh. p. 97, 1.* 98 *i. e. illustravit.* 100 *'als ein Musterbild der Tugend'.*

Eximium columen vigili tutamine mandris
Praefuit et moderans eternis legibus illas,
Congessitque sacras multis de gentibus oves,
Ex quibus et plures ceu fulgida lumina celi
Virtutum titulis florebant in bona vitę.
Sed rex praefatus non sontem pelleret arvis
Deque suis praedis extorrem trusit inicus.
Continuo meritam praesumptor senserat iram,
Siquidem extimplo languescens damna oculorum
Incidit et nigras extinctis vultibus umbras
158v col. I Suscepit et cecus, non longo tempore, mansit.
Et rex continuo memoratus ille malorum
Affatus famulum: 'procerem visitare memento
Proque meis rogitans culparum nexibus esto.
Pęnitet, en fateor, commissi sceleris olim.'
Dixerat, et properis volitabat gressibus inde
Nuncius ac vatis praesentia corruit almi,
Sternitur et glebis, quin plantis oscula figit
Ac lacrimis rigat omne solum, pro calcibus orans
Affatus Christi servum gemituque precatur:
'O, carus dominus viduatus lumine claro,
Confiteor, iacet tenebrosis saucius umbris,
Morte luet meritum, nec me sententia fallit.
Sed perge, obsecro, tam nigram discute noctem,
O decus et famae merito pars maxima nostrę.'
Culpa quidem gravis est, venia sed digna, reatus.'
Hęc ubi dicta dedit lacrimoso gurgite plenus
Nuncius ac trepidus balatu impleverat auras,
Olli respondens sonuit pia verba propheta:
'Surge igitur properans humidosque abstergere fletus,
Dona novella ferens dominum visitare memento
Et me venturum expeditis praecurrere plantis
Incipe, nam regi cunctus donabitur error.'

---

107 *illos *M* 110 in bona *M cf. Paulin. XV 71* 111 pelleret *M*, *f.* *pepulit; *an* pellerat? 114 languesens *M* 118 *f.* *affatur, *at cf. in adnotatione* 123 *fingit *M* 131 *sed uenia digna *M* 133 nunciu' ac trepidu' *M* *balatibus *M*, *at cf. in adnotatione* *aures *M* 134 *prophetis *M*

106 *Beda, Cuthb. IV 16* vigili tutamine mandris *cf. Alcuin. vers. de s. Eubor. eccl. 1120, Aelberhti v. P. A. C. I 201 in adnot., carm. Salisb. XIV 8 P. A. C. II 647, Candidus de vita Aeigili II 28 P. A. C. II 106. N. A. XLIII 20, 1.* 109 *cf. v. 9.* 112 praedis: *cf.* nuptis *v. 176,* saucis *304. Aldh. c. e. IV 5, 12* quem rex extorrem .. trusit in exilium. *Apud Ailredum exilii mentio non fit.* 114 siquidem extimplo: *similiter Aldh. aen. LXVI 4* numquām altera. 116 suscĕpit: *cf. ad v. 4.* 117 *i. e. memor,* malorum *sc. quae fecerat.* 118 affatus *sc. est cf. 150. 258. v. 174* pulsus *sc. sum.* visitare memento: *cf. v. 136. 192.* procerem: *cf. v. 154. 206. Beda, Cuthb. XIII 1. Aedilv. 592, 27.* 121 *Iuv. I 346* properis passibus. 123 quin *i. e. et cf. 309. 320. 371. 406.* 128 morte luet: *v. 114 de mortis periculo nil legitur, sed cf. Ailredum c. 4* iudex caelestis .. intolerabili morbo superbum percussit in capite .. intantumque praevaluit aegritudo *e. q. s. Similia poetam legisse manifestum est. Beda, Cuthb. XLIV 11* nec me sententia fallit. 129 *Beda, Cuthb. IX 17* discutit umbras. 131 *Dracont. satisf. 53 ed. Vollmer, Auct. ant. XIV 116* culpa quidem gravis est, venia sed digna, reatus. 133 *Sedul. II 114* implent balatibus auras. 135 *cf. v. 418, Arator II 822* surge citus, *Iuv. II 90.* 136 *cf. ad v. 118.* 138 *i. e. condonabitur. Iuv. II 81, III 436.*

Dixerat, et gaudens domini penetralia visit,
Omnia veridicis pandebat in ordine dictis,
Quę sint gesta pie vel quę sint dicta per illum.
Venerat interea vates summusque sacerdos,
Quo rex depressus morbo languebat acerbo.
Continuo cephal iacentis dextera signat.
Instaurata salus serpit tenebrasque repellit,
Saucia restituit gemmarum lumina clemens
Et stipulante deo pulse periere tenebrę.
Quod rex prospiciens laudes gratesque rependit
Et dominum promsit per sanctum mira operantem.

col. II VI. Quomodo presbyterum suum a crimine incesti per infantem nuper natum et sermocinantem liberaverit.

Presbiter interea baptistę munere functus,
Quem novo incesti pulsabat mania demens
Sacrilegum patrare nefas cum clamore latrans;
Lurida sancto medicante infamia cessit.
Splendida dum proceris fluitabant dogmate dicta,
Late per populos provulgans ore loquelas
Plurima quadrifluis seminavit flumina rivis,
Gurgitibus puris populorum corda rigabat.
Ast ubi credentes inrorat dogmate claro,
Ecce inter populos matris profertur ab alvo
Hesternę noctis natus sub tempore parvus
Atque sacer sancti culpatur crimine prisco
Presbiter, at senior petito silentio dixit:
'Hunc credo insontem, sed tu quoque famine, pignus,
Dic nunc, adiuro summi per regna tonantis,
Quis tuus est genitor vel quis hoc fecerat auctor.'
At tener extimplo cunctis mirantibus infans
Intonuit stolido doctis de pectore verbis —
Hoc unius spacium noctis complevit, ut ante
Diximus — et rumpens retinacula tarda loquele
Cepit ab ore pio mysteria pandere sancta:

---

144 *f.* *Continuoque, *at cf. adnot.* 149 *mira·o· (parentem) *M* VI prb̄m *M* 151 *inania *M* 153 *f.* *Lurida sed sancto *meditante *M* 154 *proceri *M* 155 *f.* *promulgans 160 Hestenę *M* tēpre *M*, *item v. 205. 209 etc.* 162 ad *M* 164 *summa per regna parentis *M* 165 *fecerit *M*

139 penetralia v.: *cf. v. 202. 274.* 140 veridicis verbis: *Iuv. II 275. 610.* in ordine: *Iuv. II 563.* 144 cēphal: *Aldh. praef. aen. 20. c. d. virg. 1016.* 145 *Aldh. c. d. virg. 1089* caelitus instaurant . . salutem *sic codd.* . 146 gemmarum l.: *cf. Aldh. aen. XXXIX 6.* 149 *cf. v. 208.* 150 *sc. est.* 150 *ff. cf. vitam s. Goaris SS. rer. Merov. IV 7 p. 418, Aldhelmi vitam Fericio auctore Migne LXXXIX 69.* 151 novo *si lectio integra est, ad* clamore *referendum videtur = unerhört;* nunc *coni. Vollmer.* 153 medicante: *cf. v. 256.* 154 *sq. Aldh. c. e. IV 10, 8* fontis, . . . de quo quadrifluis decurrunt flumina rivis: quattuor ut quondam nascentis origine saecli limpida per latum fluxerunt flumina mundum, quae rubros flores et prata virentia glebis gurgitibus puris et glauco rore rigabant. Sic doctrina dei fluxit de fonte quaterno arida divinis irrorans corda scatebris. 155 *Aldh. c. e. IV 12, 11* edidit antiquas promulgans ore loquelas. 160 sacer sancti *coniungendum i. e. presbiter.* 164 *cf. 355. Beda, Cuthb. XXI 13* dic ergo, adiuro summi per regna tonantis, *cf. VII 15. XLV 23. Aedilv. 595, 11.* 165 quīs hoc: *175* vultum huc, *255* quí homines, *263* āc homines, *494* docuít homines. 170 *Aldh. c. e. IV 10, 6* pandens misteria rerum.

'O sacer et felix Nyniau cognomine dictus,
Insinuans digito genitorem voce fatebor,
Mandas ut altithroni contestans nomine regis.
O populi, patris pulsus discernere causam —:
En meus hic genitor, vultum huc vertite cuncti,
Hic nam me genuit matris de corpore nuptis,
At castus membris pura sub mente sacerdos
Permanet et nullis zabuli succubuit umbris.'
Hęc ubi dicta dedit naturę iura resolvens,
Conticuit stringens silenti guttura nodo.
Quod populus cernens pia Christo verba resultat
fol. 159 col. I Et domino pariter laudes gratesque rependit.

VII. Quomodo holera eodem die terrę plantata sola voluntate ad maturitatem perducta fratribus largiri praeceperit.

Virtutum dominus venerandum claruit orbi
Innumerisque operum meritis benedixerat illum.
Arbiter omnipotens mundi, veneranda potestas,
Hunc semper pulchre redimivit honore coronę
Et celebrem sanctis equavit in ordine sanctum,
Cuius et auxilio virtutum signa patravit.
Dum sancti famulus quondam cum fratribus intus
Sederat ad mensam, tum forte virentia desunt.
Sic ait ad quendam: 'Geminis discurrere plantis,
Irriguas horti glebas visitare memento,
Nobis de terris grassantia gramina defer.'
Olli respondit frater, qui hortuli curam
Percepit, et sancto insonuit veracia dicta:
'En hodie sulcis plantata virentia fixi
Nec ea producunt viridi de cespite rura
Roscida, quę cunctos generant de viscere flores.'
At sacer ad famulum casto de pectore dixit:
'Curre ergo et dominum credens plantaria quęre,
Nam deus omnipotens poterit perficere cuncta.'
Tum dicto cicius horti penetralia visit
Ac dubius cernens cunctos de germine terrę
Herbarum flores surgendo crescere tantum,
Quantum illic vernent ęstatis tempore toto;
Hos carpens manibus fratres proceremque revisit,

---

173 *f.* *nomina nyniau *sic M* 173 nom̃e *M* 187 *ordinē *M* 195 *precipit *M* 197 *producuntur *M* 205 *f.* * vernant 206 Hoc *M*, *corr. Vollmer*

171 cognomine: *cf. 324 Aldh. c. e. III 36.* Nyniau: *cf. ad v. 18.* 172 *Ailred. c. 5* extendensque dexteram propriumque patrem designans in populo. 176 nuptis: *cf. ad v. 112.* 179 *Aldh. c. e. IV 7, 28* humanae penitus naturae iura resolvens. 180 *i. e. silentii.* 182 *Iuv. I 117.* 183 claruit *transitive.* virtutum dominus: *cf. Sed. III 95.* 185 *cf. v. 1.* 186 *cf. 51.* 187 in ordine: *cf. ad v. 140.* 188 virtutum signa: *Sedul. I 95. Aldh. c. d. virg. 543. 685. 1455.* 190 *Iuv. I 646* fruticumque virentia laeta. 191 sic: *cf. Thiele, Der lateinische Aesop d. Romulus p. 334.* 192 *cf. ad v. 118.* 194 *cf. Verg. Aen. VIII 18.* 195 percĕpit: *cf. v. 4.* 202 penetralia visit: *cf. v. 139.*

Partitur attonitus cunctis pia munera Christi
Conlaudans dominum per sanctos mira operantem.

VIII. Quomodo fures oratione dementasset et eorum principem a tauro occisum vitę restituerit pristinę.

Tempore non alio famulus Christique sacerdos
Quosdam cleptantes vincit virtute superna.
fol. 159 col. II Dum quondam sanctus benedixit pecori caro
Inque sibi attiguis habitabat corpore tignis,
Mentis in excessu transcendit nubila cęli;
Cumque soporifera torpebant omnia nocte,
Adveniunt subito cursantes clancule fures
Et furvis temptant tenebris auferre iuvencos.
Sed deus omnipotens mavult cito perdere sontes,
Qui castum meritis stolidi cleptare volebant,
Rapto praedonum quam lectum reddere tristem.
Siquidem extimplo fures vertigine clausit
Et cunctos pariter tetra dementia sepsit,
Donec bomboso processit clamore taurus;
Setiger horrendis crispato vertice pilis
Occurrit minitansque infixit cornua fibris,
Discutit atque agitat vehementi viscera pulsu,
Donec vitales moriens amiserat auras.
Extitit infandus iam ductor sontibus iste,
Et (mirum dictu) torvus vestigia taurus
Impremit ⟨in⟩ silici velut ⟨in⟩ mollissima cera,
Unguibus et teneris cessit firmissima cautes;
Omnia nam Christi poterit patrare creator,
In sanctis suis preclarus omnia patrat.
Ast ubi pallentem nox furva ammoverat umbram,
Tum pius egreditur previante spiritu sancto
Invenit et cunctos trepidantes lingere terram

---

207 *f.* *attonitis 212 *auitat *M cf. Paulin. XVI 158* 213 *aspectu *M cf. Paulin. XVI 164* 214 *soporifere *M* *torpebunt *M* 221 *clementia *M* 229 in *bis cum Vollmero supplevi* 232 *f.* *sanctisque parat, t *ss.* m_1, *M*

208 *cf. v. 149. Ailred. cap. 7:* deumque in sanctis suis operantem . . magnificant. VIII *de hoc capite cf. N. A. XLIII 12.* 210 cleptantes: *cf. v. 218. 237 ex Cypriano Gallo (ed. Peiper) exod. 827. 881. cf. etiam Aedilvulf. P. A. C. I 588, 17.* 211 *Ailred. c. VIII* . . volens greges suos . . episcopalis benedictionis esse participes. Congregatis itaque in uno aliquo loco animalibus . . se et sua omnia divine custodie commendavit. Circuiens deinde omnia baculo, cui innitebatur, quasi aracuinculam modicam circumducens peccora circumcinxit . . . ad domum cuiusdam honeste matrone . . divertit. Refectis autem cibo corporibus, verbo dei mentibus, cum se cuncti sopori dedissent, fures advolant. 214 *Iuv. III 97 (Beda, Cuthb. XXXVI 1)* iamque soporata torpebant omnia nocte. 216 *Aldh.* tenebrae furvae *passim.* 219 *i. e. raptu.* 220 *sq. Ailred. l. l.* quos amencia quaedam concluserat. 222 *sq. Ailred. l. l.* taurus armentarius quasi in furorem versus invadit homines latronumque principem inter ceteros inpetens prostravit miserum, cornibus ventrem perforat animam simul cum visceribus excuciens. Deinde terram ungulis fodiens mirabili impetu saxum quod invenerat pede percutit ac mirum in modum in tanti miraculi testimonium quasi in molli cera in lapide pes mergitur relinquens in petra vestigium, et ob vestigium loco nomen designans. Adhuc enim ipse locus anglice 'Farres Last', latine 'Tauri Vestigium' nuncupatur. 222 bombosus *rox. Aldhelmiana.* 223 setiger *de leone Aldh. aen. XXXIX 1.* 226 vitales auras: *Verg. Aen. I 387.* 227 Extitit *i. e. fuit, er war ihr Führer gewesen, war tot cf.* fuimus Troes? 232 *ps. 67, 36* mirabilis deus in sanctis suis. 235 *ps. 71, 9* et inimici eius terram lingent. *Aedilvulf. P. A. C. I 593, 51.*

Atque illum exanimem sopitis frigere membris,
Qui prius ad stabulum cleptantes ducere temptat.
At sacer adsistens egris raptoribus infit:
'Cur, precor, inmerito voluistis ledere, quem vos
Nec parvis umquam voluit fraudare rapinis?'
Hęc ait et cunctis morbum culpamque relaxat.
At pius ad Christum rogitans sua corpora flexit
Et sonuit casto de pectore talia dicta:
'Te precor altithronum, vivifica immobile corpus,
Artibus et gelidis tepefacto corpore toto
fol. 159v col. I Spiritus ingrediens restauret munera vitę.'
Dixerat et functi praemortua membra reviscunt.
Tum pavidi stupuere, viri quia vita revertit,
Et cuncti pariter domino pia verba frequentant.

IX. Quomodo vir dei post multa miracula, quę gessit, morbo adtactus ęterna ad gaudia transierit et quomodo in sua sepultus sit ęcclesia.

Talia dum multis mirandus gesserat annis,
Cecorum tenebras mutavit lumine claro,
Turgentem mundat squamoso corpore lepram
Nec minus et multis vestigia languida curat,
Ast aures surdas penetrat per stimula vocis,
Qui homines multos vario languore ruentes
In priscam renovat Christo medicante salutem:
Inde dies venerat, quo felix tempore plenus
Attactus: sensim languoris tabe peresa
Pontificis summi plectuntur membra dolore,
Et morbo obsessus penetrat super ethera mente.
Iusticię cultor venerandus hęc memorabat:
'Vasa quatit figuli fornax vi fervida flammę,
Ac homines iustos sevissima pondera coquent.
Vellem dissolvi et praesentem cernere Christum.'
Hęc ubi dicta dedit mirandus in ordine vates,
Tempore completo gelidantia membra relinquit
Spiritus atque sacer casto de corpore tractus

---

236 *suspicatis *M* 239 *fort. corrigendum* (eum) qui 246 munere, a *ss.* m_1, *M* 254 *par stimula *M*, pars tinnula *coni. Vollmer* 257 *f.* *Venerat inde dies *cf. v. 399* 258 pes/a, t *eras.*?, *M* 263 coquent *sic M* 266 relinqd *M cf. Aedilvulf. XVII 10* linquerat, *Traube, Karol. Dichtungen 36, 1* 267 custode *M, corr. Vollmer*

236 sopitis *conieci cf. Aldh. c. d. virg. 470* quamvis iam leti sopitus sorte fuisset. *c. e. IV 12, 25.* frigĕre: *cf. ad v. 7.* 241 *Beda, Cuthb. VIII 28* languorem pellit culpamque relaxat. 246 munera vitae *Iuv. II 229, Arator I 591. 845.* 247 reviscunt: *cf. ad v. 29* venati; *Iuv. II 203* reviscere *cod. M.* 250 *Aedilv. 591, 29* talia dum sanctus quam multis gesserat annis. 251 *sq. Iuv. II 517 sq.* caecorum tenebrae mutantur lumine lucis debiliumque vigent firmato robore membra, lurida discutitur squamoso corpore lepra, aeriae vocis penetrat surdas sonus aures. 255 *Iuv. II 4* multos homines mentis languore ruentes. 256 *cf. v. 153. Sedul. IV 142* domino medicante. 257 *gen. 25, 8* plenus dierum, *Aedilv. 593 XII 3* tempore tum plenus. 258 attactus *sc. est. Iuv. I 440* languoris tabe peresos. *Beda, Cuthb. XXVIII 2.* 261 Justitiae cultor: *Fortun. VI 1a, 21 (Lucan. d. b. civ. II 389).* 262 *ecclesiasticus 27, 6* vasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis. *Iuv. III 267* vis fervida flammae. 264 *ep. ad Phil. 1, 23.* 266 tempore compl.: *cf. v. 2. Aedilv. 597, 9.* 267 *Aedilv. 591, 35* animam casto de corpore sumunt.

Limpida stelligeri penetrabat culmina celi.
Ergo ubi vitalis morientes liquerat artus
Spiritus, extimplo praecinctus agmine claro
Tegmine iam niveo fulgens ceu fosforus axe
Angelicis vectus ulnis super astra polorum
Inter sanctorum globos cuneosque perennes
Transit et altithroni penetralia visere regis
Letus in aula poli turmis celestibus ille
Iunctus conspicue cernit trinitatis honorem,
col. II Carmina leticię summis cum civibus altus . . .

X. Quomodo paraliticum ad tumbam eius adportatum sanitati restituerit.

Nec tamen in sanctis divina gratia membris
Hic potuit tumulata mori sub gremio terrę,
Currere per populos sed late infusa fideles
Incipit irradians per plurima tempora seclis.
Hinc canere incipiam brevi narranda relatu,
Quę post busta sacer Christus patravit in illo.
Carmina vera loquor pangens miracula sancti.
Vir quidam in populo genuit de coniuge natum,
Informem cunctis tenuit quem carnibus ingens
Morborum ingeries, quatitabat corpore fesso.
Supplicio comitante miser vestigia ferre
Nescius ex utero compressis currere plantis,
Nam geminas retro vergebant vulnera plantas;
Perque dies plures defunctus vivere membris
Incipit atque miser morborum tabe peresus
Vulnera semper habens torpebat mortis in umbra.
Hunc comitante fide ad templum vexere parentes,
Corpus itaque sacri cineres visitare satagunt,
Culmina celsa petunt praeclarę gressibus aulę.
Portantes puerum multis cum fletibus intrant
Ac calidis mesti rorabant imbribus ora,
Poplitibus flexis rogitabant munera vitę
Et crebris precibus sacrata busta sacelli
Obsecrant, merent, lacrimant cum murmure fantes:

---

268 limpia, d *ss.* m_1, *M* 271 bosforus *M* 272 *f.* *angelicis ulnis vectus *post* 277 *nonnulli versus intercepti sunt, cum* carmina *vocabulum construi non possit; neque non narratio sepulturae (cf. in lemmate) deest* 279 potuit *loco raso scr.* m_1 *M* 284 *pingens *M* 286 carnibus *M*, *f.* *cruribus 292 *labe *M* *pems *M* 294 Hūc *M* *uehere *M*

268 *Aldh. c. d. virg. 1445* lucida stelligeri scandentes culmina caeli. — penetrabat *Iuv. I 767. Aedilv. 594, 5.* 269 vitalis spir. *Aldh. p. 250, 13.* 272 *Sedul. II 206* angelicis subvectus eas ut tutior ulnis, *Aldh. c. d. virg. 2273.* 273 *Aldh. c. d. virg. praef. 9.* 274 *coniungas* laetus visere. — penetralia visere: *cf. ad v. 139.* 275 *sq. Aldh. c. e. III 15 sq.* 279 *Aldh. c. d. virg. 159* de gremio terrae, *1248.* 282 *Beda, Cuthb. V 2* memori narranda relatu. 283 *cf. v. 450* post busta: *Arator I 14. 186.* 285 *Ailred. 12* cuidam de plebe de uxore propria natus est filius miserabilis. 289 *sc.* erat nescius currere plantis *cf. v. 191. 305. 372. Aldh. c. e. IV 1, 21.* 290 *Ailred. l. l.* omnibus membris in contrarium versis. 292 *cf. v. 258.* 293 *cf. v. 66.* 294 *Iuv. II 693* vocibus fides comitabitur. 294 *sq. Aldh. c. e. IV 1, 22* quem prius ad templum gestabant forte propinqui. 296 culmina celsa *de caelo Aldh. c. d. virg. 953. 2759.* 299 poplitibus flexis *perusitatum e. g. Arator I 943.* munera vitae: *cf. v. 246.*

'O dilecte dei, celorum lumina cernens,
Te requiem fessis Christus concessit in orbe,
Te saucis medicum statuit regnator Olimpi,
Claudum laxatis, confessor, currere plantis
Protinus instaurans tu fac virtute superna.'
Ergo ubi prostrati seminarunt talia dicta,
Languescente die linquebant saucia membra
fol. 160 col. I Languentis pueri, sese quin edibus arcent
Atque fores templi crepitanda pisula cludunt.
His demum exactis fulgentia sidera celi
Nox gelida operuit nigrantibus desuper umbris.
Tum lux enituit mediꝫ libramine noctis,
Quo puer effebus tenebris arcentibus intus
Iacuit ad tumbam morbo depressus acerbo,
Cum subito intrantem niveo iam tegmine vatem
Conspicit et sacram pingentem vertice dextram.
Hinc medicina potens macerata in membra cucurrit,
Et, mirum dictu, verbis vestigia torsit
In rectum statum, gelidus quin torpor abibat,
Et dicto cicius, pedibus cum pergere temptat,
Surrexit sospes saltans per marmora templi.
Post hęc adtonsus numerosa in tempora vixit
Menibus in nostris dictus cognomine Pethgils.

XI. Quomodo leprosus quidam elephantuosus ad corpus viri dei damno mundatus est.

Nec minus interea viciato corpore toto
Vir volat ad tumulum, quo sanctus corpore praesul
Marmore sulcato fatali sorte quiescit.
Qui sacris pedibus variata membra tetendens
Procubuit venerans et supplex talibus orat:
'En cuncta obsidens foedarat viscera tabo,

---

308 linq̄bant *M* 309 languentis, g *ex* q *corr. m*$_1$, *M* 310 pisula *cf. Paulin. XVIII 411 codd. RG* 312 *aperuit *M* 313 *libramina *M* 317 *sacra *M* 319 uerbis *M*, *f.* *varus, *at cf. Ailredum* 324 *dictis *M* XI *tit.* damno *scripsi*, dn̄o *M*

304 saucis: *cf. ad v. 112.* regnator Olympi *Aldh. passim.* 305 *sq. Aldh. c. e. IV 1, 20 sq.* claudum restaurat fretus virtute tonantis et cito sanatis praecepit pergere plantis. 306 virtute superna: *Aldh. c. de virg. 1190.* 309 quin: *cf. ad v. 123.* 311 *Verg. Aen. VI 637.* 312 *Aldh. c. d. v. 1380* nigrantes .. ad umbras. *Verg. Aen. IV 351* umbris nox operit terras. 313 *similiter, sed casu Hrotsvit Mar. 574* noctis tranquillae medio libramine. 316 *sq. Ailred. l. l.* et ecce intempeste noctis silentio videt miser adventantem ad se virum celesti luce coruscum pontificalibus insigniis prefulgentem. Qui tangens ei caput iubet sanum consurgere, et deo sanatori suo gracias agere. Quo abscedente quasi de gravi sompno evigilans pauper membra singula ad loca naturalia facili motu retorquet ... Deinde totum se in ecclesia, ecclesiasticis disciplinis *(lacuna videtur esse)*, primo attonsus in clericum et postmodum in presbiterum ordinatus, in ipsius patris obsequiis vitam finivit. *Nomen* Pethgils *deest.* 317 *i. e.* impingentem; vertice *i. e. vertici.* 327 *Aldh. c. e. IV 8, 17* in qua post obitum fatali sorte quiescit, *IV 12, 26, aen. XII 4.* 328 *sq. Iuv. I 733 sq.* ecce sed horrenda confixus viscera tabe, quem toto obsessum foedarat corpore lepra, procubuit venerans iuvenis Christumque precatur: Ut caream tandem languoris pondere tanti .. tum dextera Christi adtactu solo purgavit lurida membra; *sed* tabo *ex Aldhelmo deprompsit aen. XCIV 7* cladibus horrendae, dum vexat viscera tabo, ne virus serpat, possum succurrere, leprae, *ubi* tabo *pro nominativo accepit.* — *Aedilv. 597, 8* membra tetendit. tetendens: *cf. Arch. f. lat. Lexicogr. I 557.*

Excolorata cute erupuerunt pondera leprę;
Sed precor, ut caream per te languoribus istis
Deque tuis meritis oriatur gratia larga,
Quatenus devicto instantis discrimine morbi,
Haut mora, poscenti iubeas remeare salutem.'
Hęc ait et propere purgavit lurida membra
Virtus celsa dei meritis cumulantibus almi
Atque novo priscę redierunt munere formę.
Ille ubi cognovit, quid gessit vivida virtus,
col. II Laudibus accumulans miratur dona salutis.

XII. Quomodo feminam longo tempore cecatam ad eius corpus deductam deus sanitati donaverit.

Venerat et mulier tetris cecata tenebris,
Haut quicquam cernens patulis fuscata cavernis,
Tempore quam longo vetuerat cernere lucem
Nox oculis infusa, chaos dum iuncta cerebro
Tinxit non madide fuscans primordia venę.
Hanc diu vexatam tandem duxere parentes,
Quo praecelsa nitent sacrati męnia templi.
Ergo ubi pervenerat somno depressa vetusto
Femina, quo sanctum defossae viscera petrę
Inclausum corpus captant, penetralia saxi,
Sternitur et venerans carpebat talia dicta:
'O dilecte dei, geminas sub fronte fenestras
Decedente die nigrę tenuere tenebrę,
Nox mihi longa manet nullo de lumine clara.
Sed precor obsecrans summi per regna tonantis,
Discute praenigram tenebris fugientibus umbram
Et clarum largire diem redeunte salute.
Fac tenebras exire graves, fac cernere lucem.
Semper amica manus tua numquam munera tardat,
Credula si fuerint hominum precordia semper.
Nam dominum constat tonuisse talia dicta,
Dilectas docuit cum turbas discipulorum:
'Poscenti dabitur, querens inventa tenebit.'
Unde ego, pars hominum minima, isto munere freta
Inclamitans lacrimis obsecro munera Christi,
Ut mihi iam miserę dignetur reddere lucem.'

XII *tit. i. e. reddiderit; an corrigendum* sanitate? 342 **caterais M* 343 *f. *vetabat* 345 *f. *texit, an* cinxit? 349 **de ossae, in marg.* r *i. e.* require *M* 359 **tardant M* 360 fuerint *ex* fuerunt *corr. M* omnium hominum *M, corr. Vollmer* 364 **ergo M *fretus M*

331 pondera: *cf. Iuv. l. l.* 334 discrimine m.: *cf. v. 60, Beda, Cuthb. II 1.* 336 lurida membra *Iuv. l. l. Aldh. aen. LVI 7. c. d. virg. 956.* 340 *Beda, Cuthb. IX 31* laudibus accumulans. — *Iuv. II 66. 334* dona salutis. — *viro nomen Aedelfridus erat, cf. Ailred. c. XII 2.* 343 *cf. ad v. 358.* 344 *Arator II 232* pars iuncta cerebro maxima sunt oculi. 348 *Sed. IV 37* lumina . . quae somnus presserat ingens. 349 defossae: *cf. 327. 369. Aedilv. 589, 22* cumque diu corpus mordebant viscera terrae. 352 *Sed. IV 38* diu clausas reserans sub fronte fenestras. *Aldh. c. d. virg. 958. 2869. aen. LXXII 4.* 355 *cf. v. 164.* 358 *Arator II 222* da tenebras exire graves, da cernere lucem. 363 *Matth. 7, 7.* 364 *Paulin. XV 43.*

Talibus exorat mulier sine luce fidelis
Verbis et precibus, proiecto corpore toto
fol. 160v col. 1 Fronte premit terram defossoque incubat antro;
Exilit et splendor tenebris fugientibus orbes
Implet, quin mulier gaudens penetralia nota
Adiuvante deo sospes transcurrere plantis
Incipit et laudem domino modulare per orbem.

XIII. Quomodo quidam presbiterus ad corpus viri dei missam celebrans iuxta postulationem suam Christum filium dei in disco sedisse in forma pulcherrimi infantis conspiceret.

Presbiter egregius venerando nomine Plecgils
Dilectam coluit iusto moderamine vitam.
Hic meritis dignus precibus pulsare tonantem
Sepius et suerat sancti venerabile verbis,
Quo sacer in tumbę requiescit gremio, corpus.
Quem primo ab evo legis praecepta tenebant,
Nam Christo famulans viguit virtute superna.
Hic patrię fines et dulcia liquerat arva
Sedulus, ut domini mysteria disceret exul.
Inde domum repedans visitabat męnia nota
Perque dies plures divina negotia mensae
Multiplicans domino tranquillo pectore dona
Obtulit venerans ferventi plenus amore,
Continuosque dies venerans altaria donis
Offert munda deo casto libamina corde
Solibus ac multis dominum deposcere curat,
Ut sibi monstraret naturam corporis almi

Radbertus Paschasius, liber de corp. et sang. domini cap. XIV 5 (Migne CXX 1319 sq.). Addidi lectiones gravissimas codicum, qui mihi praesto sunt, **P** *= Berolin. Phill. 1691 s. XII f. 24v, quem contuli,* **Be** *= cod. lat. Monacens. 4608 (Benedictobur. 108) s. XI f. 33v,* **S** *= cod. lat. Monacens. 17112 (Scheftl. 112) s. XII f. 33v, photographis usus.*

Nonnumquam vero ad votum desiderantibus Christum haec praemonstrata leguntur; sicut illud in gestis Anglorum, quod quidam presbyter fuerit religiosus valde, Plecgils nomine, frequenter missarum sollempnia celebrans ad corpus scī Ninie episcopi et confessoris; qui cum digno moderamine sanctam Christo propitio duceret vitam, coepit omnipotentem deum piis pulsare precibus, ut sibi monstraret naturam corporis Christi atque sanguinis. Itaque non ex infidelitate, ut adsolet, sed ex pietate mentis ista petivit. Fuerat enim a puero divinis legibus imbutus et propter amorem superni regis olim patriae fines et dulcia liquerat arva, ut Christi mysteria exul sedule disceret. Idcirco eius amore magis succensus cotidie pretiosa munera offerens poscebat sibi praemonstrari,

1 Quod autem dixi sępe quibusque ardentius Christum amantibus hęc praemonstrata fuisse, unum e pluribus pandam. Nam quidam presbiter fuit *BeS* 2 plecgis *del., in marg.* pecgils *eadem m. P*, PLECGIL^{V}S *S* 3 ninię, e *expunx.* m_2, *P*, Nyni *Be*, Nini *S* 4 piis *om. BeS* 6 a puericia *BeS* 8 offerens munera *P*

369 * defessoque *M* 373 laudē, ē *in ras., M* XIII 377 * sanctis *M* 386 obtulit, b *ex* p *corr., M, f.* * obtulerat? venerans *ex v. 387 irrepsisse videtur.* * amori *M* 388 * libamine *M in marg.* r *cf. v. 349*

373 Deisuit *ei nomen erat secundum Ailredum (cod. Bodlei.).* XIII 375 dilectam *sc. deo i. e. gottgefällig? an = delectam?* sanctam *Radb.* ~ iusto moderamine: *Iuv. II 575. Aldh. c. d. virg. 831.* 376 *i. e. suerat precibus pulsare tonantem et verbis venerabile corpus Nyniae.* 379 *Iuv. I 7* ambos .. legis praecepta tenebant. 381 *sq. Beda, Cuthb. XXI 59* nam patriae fines et dulcia liquerat arva *(Verg. ecl. 1, 3)* sedulus, ut domini mysteria disceret exsul. 383 *Verg. Aen. II 756* Inde domum.

Sanguinis atque sacri, preciosa⟨que⟩ munera litat,
Anque foret latitans nitidi sub tegmine farris
Christus ubique deus, quem totus non capit orbis,
Sepius obsecrat lacrimis madidatus amaris,
Non quia sic rogitans de corpore dubius esset,
Sed quia sic poscens pie Christum cernere vellet
Corporis in specie, quem nemo carne gravatus
Iam super astra poli radiantem cernere valet.
Venerat ergo dies, quo celsi culmina templi
col. II Ingrediens precibus supplex consistit ad altar,
Quo domino letus tumulato corpore pausat
Antistes Nyniau, gaudens sed splendet Olimpo
Spiritus altithroni fungens praesentia regis.
Tum pie sacratę celebrat sollempnia missę
Moribus et solitis lacrimarum fonte rigatus
Incubuit genibus, quin poplite flexo
Marmore prostratus memorabat talia dicta:
'Te precor, omnipotens, misteria pandere Christi
Incipe portendens naturam corporis almi,
Ut mihi sit licitum praesentem cernere visu,
Quem matris gremio quondam visitare satagunt
Pastores, puerum gracili praesepia voce
Implentem cernunt, celi qui sidera torquet,
Cognovere simul, cecinit quod nuncius ante.'
Talia dum fatur humili de corde sacerdos,
Nuncius e summo visus descendere celo
Eius et a dextris consistens talia fatur:
'Surge igitur properans, si Christum cernere lectet.
Corpore nunc praesens, carnis vestitus amictu
Christus adest dominus, mundi fabricator et auctor:
Hic est ille puer, qui sanctis horrea celi

---

quae foret species latitans sub forma panis et vini; non quia de Christi corpore dubius esset, sed quia vel sic Christum cernere vellet, quem nemo mortalium iam super astra levatum in terris passim conspicere potest. Venerat ergo dies, ut idem celebrans pie solempnia missarum more solito procubuit genibus: 'Te deprecor', inquit, 'omnipotens, pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam corporis Christi, ut mihi liceat eum conspicere praesentem corporeo visu et formam pueri, quem olim sinus matris tulit vagientem, nunc manibus contrectare. Qui dum talia precaretur, angelus de celo veniens affatur: 'Surge', inquit, 'propere, si Christum videre placet; adest praesens corporeo vestitus

10 supra *Be* 11 prospicere m_1, conspicere m_2 *P* 12 omnipotens inquit *BeS*^{2} 13 conspicere *BeS*

---

391 que *addidi* 394 Sepiu' *M* 395 dubius *Radb.*, debitus *M* 396 * pia *M* 398 radiantem, *altera a correcta (?), sed non fuit* radientem, *M* 399 *sic Radb.*, Ergo dies uenerat *M* 404 pie *Radb.*, pia *M* 406 *versus quinque pedum* procubuit *Radb.* 407 * Marmori *M* 410 ut mihi *Radb.*, O mihi *M* 416 celo *Radb.*, olimpo m_1, celo *corr.* m_1 *M* 418 lectet *M*, placet *Radb.*

393 *Prudent. apoth. 705* totus quae non capit orbis *cf. N. A. XLIII 20.* 399 *Beda, Cuthb. IX 6* venerat alma dies. — culmina templi: *Aldh. c. e. II 2. c. d. virg. 562.* 408 *Arator I 950, Beda, Cuthb. I 34* mysteria pandere Christi. 412 *Iuv. I 168* signum . . puerum quod cernere vobis iam licet implentem gracili praesepia voce. 414 *Luc. 2, 10.* 418 *Arator II 823* surge citus. — lectet *i. e. delectet.* 419 *Arator II 98* carnis vestitus amictu. 420 *Sedul. I 61* caeli fabricator. *Aldh. c. d. virg. praef. 11* mundi formator et auctor. 421 *Arator I 368* horrea caeli.

Iam super (astra) parat. Constanti corde tonantem
Aspice monstrantem vestrę consortia carnis,
Hospicio ventris quem sacra puerpera gessit.'
Presbiter at pavidus prostratus vultibus herbas
Liquerat et stupidus sacrę super ardua mensę
Cernere promeruit patris venerabile pignus:
Conspicit in disco puerum sedisse beatum,
Quem senex Simeon veteris sub culmine templi
Infantem venerans palmis portare sacratis
Promeruit letus. Nitidus tum nuncius infit:
'Terrore discusso Christum si cernere velis,
Quem prius absconsum nitidi sub tegmine panis
Mystica verba canens semper sacrare solebas,
fol. 162 col. I Nunc oculis spectans manibus tractare memento.'
Presbiter inde pius celesti munere fretus,
Quod mirum dictu est, puerum trementibus ulnis
Accepit et pectus venerandum pectori iunxit,
Fusus in amplexum dat vultibus oscula sanctis,
Attingens labris pulcherrima labia Christi.
His demum exactis fulgentia corporis almi
Membra restituit praeclare in vertice mensę;
Rursus sub pavido compressit pectore terram
Obsecrans dominum cęli, dignetur ut ipse
In panem verti naturam corporis album.
Post hęc exsurgens nitidam super ardua lancis
Invenit oblatam in formam remeasse priorem.
Tumque pius meruit sacro libamine pasci
Ructavitque sacras pasto de gutture laudes.

---

amictu, quem sacra puerpera gessit.' Tum venerabilis presbyter pavidus ab imo vultum erigens vidit super aram patris filium puerum, quem Simeon infantem portare suis ulnis promeruerat. Cui angelus inquit: 'Quia Christum videre placuit, quem prius sub specie panis verbis mysticis sacrare solebas, nunc oculis inspice, attrecta manibus.' Tum sacerdos celesti munere fretus, quod mirum dictu est, ulnis trementibus puerum accepit et pectus proprium Christi pectori iunxit; deinde profusus in amplexum dat oscula deo et suis labiis pressit pia labia Christi. Quibus ita exactis praeclara dei filii membra restituit in vertice altaris et replevit celesti pabulo Christi mensam. Tum rursus humo prostratus deprecatus est deum, ut dignaretur ipse iterum verti in pristinam speciem. Qua expleta oratione surgens e terra invenit corpus Christi in formam remeasse priorem, uti deprecatus fuerat.

16. 19. 22 Tunc *BeS* 20 dictum *S* 22 cęlestis *BeSm*$_1$

---

422 * astra *om. M* 424 ventris *R. Koebner*, uīris *M* 425 * prostratas *M* herbas *M*, ab imo *(v. l.* humo*)* vultum erigens *Radb.*, *f.* * terram, *cf. v. 443; certe herbae pavimento templi (cf. v. 399) haud ita conveniunt; an* * arva *cf. Beda, Cuthb. III 22* vultu mox presserat arva? 427 pmeruit *M* 430 palmis *M*, ulnis *Radb.* 433 panis *Radb.*, pannis *M* 435 * expectans *M*, inspice *Radb.* 438 *f.* * venerando *cf. Radb.* *f.* * pectore 441 exactis *Radb.*, exaltis *M* 442 membra *Radb.*, Corpora *M* 443 * Ac rursus *M* 447 remeasse *Radb.*, remeare *M*

422 *cf. Aedilv. p. 590, 64.* 423 *cf. Aedilv. p. 593, XII 3* linquit consortia carnis. 424 *cf. Alcuini vit. Willibrordi P. A. C. I 220, 81* deum ventris in hospitio genuisti (gessisti?). 429 *Luc. 2, 28. — Sedul. V 270.* 433 *cf. Verg. ecl. I 1.* 436 *cf. ad v. 20.* 437 *Iuv. I 200* trementibus ulnis *de Simeone dictum.* 438 accĕpit: *cf. v. 4. — Beda, Cuthb. I 31* devotusque deo sacrum coniungere pectus. 439 *Paulin. XV 275.* 441 *Verg. Aen. VI 637.* 446 *Arator I 5.* 449 *Paulin. Nol. c. XXVII 104* ructavere sacras ieiuno gutture laudes.

XIV. De mirabilibus pretermissis et quod nullus sermo ad eius omnia opera sufficiat . .

Talibus enituit post sancti busta cadaver
Virtutum signis, tumulo de claruit orbi,
Versibus ut nullus poterit contingere digne;
E quibus ista mihi tenui sermone profare
Satius imperito quam cuncta linquere verbis.
Christus ubique deus patrans miracula multa
Post mortem corpus claro redimivit honore:
Morbi diffugiunt, fluitant miracula membris,
Inmortale decus praefulget martyris almi,
Funera post medicans, vivensque solebat ut ante
Signorum monstrare iubar sub celo coruscans:
Christus adest semper, qui in sancto corpore patrat
Omnia, quę poscunt non dubia mente fideles.
Hic fuit egregius per omnia gesta sacerdos,
Omnia quę nullus potuit perstringere lector,
Ex quibus innumera scribendo linquere quondam
Predixi, obsequio sed sancti pauca relatu
col. II Incipiam pandens cellaria pauperis horti.
Vir humilis sapiens hic iustus et bonus almus
Castus ubique pius cunctis solatia vitę
Exhibuit populis celestia dona ministrans;
Hospitibus largus patuit cellaria cunctis
Ingessitque pius venerandis fercula verbis;
Quin etiam nudis blandissima tegmina praestat
Carceris et poenis depressos visere curat
Et famis in paenis tribuit solamina panis
Atque sitim passis praedulcia pocula tulit.
Hic pater orbatis iudex viduisque benignus
Pauperibusque fuit presentis portio vitę
Extitit atque malis metuendus in omnibus auctor,

XIV *tit. sic M, fort. post* sufficiat *suppl.* * enarranda 451 * declarauit *M* 453 *an* * profari? 454 cuncta *scripsi*, cunctis *M* 457 * morbidi fugiunt, *at* morbi diffugiunt *hymn. Nyn. 19, 2* 459 medicans, d *ex* tl *corr., M* 462 *an* dubia non mente? 463 egreius *M* 465 in^{n}umera *M* 466 *sancta *M* relatu, r *ex* l *corr., M* 472 * uenerandos *M* 476 * sit inpassis *M*

Ad vv. 450—67 Sedulius comparandus est: 451 virtutum signis, *452* contingere, *464* perstringere, *465* innumera, *466* pauca relatu, *467* cellaria pauperis horti: *cf. Sed. I 95 sq.* virtutum signa, ex quibus audaci perstringere pauca relatu vix animis conmitto meis, silvamque patentem ingrediens aliquos nitor contingere ramos. Nam . . cuncta quis expediet, quorum nec lucida caeli sidera . . aequantur? *idem praef. 15* exiguum de paupere . . horto holus *(cf. Paulin. XVI 268).* 454 *cf. 465: es ist besser dies wenige zu berichten als von all seinen Wundertaten wegen ihrer unermesslichen Zahl garnichts zu bringen. Beda, Cuthb. praef. 32* cuius cuncta licet nequeam, tamen ultima malim . . vestigia tangere versu. 456 *cf. v. 51.* 457 morbi diffugiunt: *cf. Bedae hymn. Edilthridae 22, 2. hymn. Nyniae 19, 2. — Wunder gehen von den Gliedern aus.* 458 *Beda, Cuthb. XXXIX 7* Immortale decus cohibens, quae martyris almi praefulget . . signis. . Morborum fugiunt labes . . . 459 funera post: *cf. v. 450. Beda, Cuthb. XXXIX 10* vivensque solebat ut ante signorum monstrare iubar. 465 quondam *sc. v. 454.* 466 *cf. Sedul. l. l. Arat. II 328. — in hingebender Liebe zu den Heiligen.* 467 incipiam *sc.* perstringere. — *Sedul. praef. 15.* 469 solatia vitae: *cf. Iuv. III 358.* 470 *Beda, Cuthb. XXIII 1* doctor ubique pius caelestia dona ministrans. 471 *i. e. patefecit.* 472 *i. e. cum venerandis verbis.* 474 *sq. cf. Iuv. IV 288 sq.* namque sitim passo quondam mihi pocula nulla nec famis in poena parvi miseramina panis. 475 *Aedilv. 588, 18* tribuens solamina panis. 478 *Iuv. II 454* haereat iniustae ne vobis portio vitae.

Nec minus atque bonis magno diligendus amore.
Vir fuit hic felix, qui nulli nocuit umquam
Et nimium felix nostrarum gloria rerum
Instructus pietate aliquem contemnere nolens.
Vir domino dignus, qui terque quaterque beatus
Effulsit cunctis praeclarus virtute Christi,
Actibus et verbis confessor dignus in orbe
Laudibus et meritis terras lucebit in omnes
Enituitque poli veluti clarissima lampas.
Hic decus omne suis horrendę noctis in antro
Celestem intento meditabat corde sophiam,
Doctoris celebravit iter dans dona salutis,
Doctiloquis meruit linguis comprendere libros,
Predicat inde potens verbis, quod actibus implet,
Quęque alios docuit homines, prius omnia complet,
Eius et eloquio lectorum corda virescunt
Dulcisonos mirata modos, quis intonat ipse;
Vera loquens famulis eternę gaudia vitę
Pandit ad astra volans meritis celestibus aures,
Omnibus ęque sacer monstrabat dogmata digna
Gentibus ac populis regnum ad celeste vocandis.
Cumque per innumeras celebraret talia gesta
fol. 161v col. I Plebes ac gentes vir tam bonus ore magistro,
Clausit iter laetus domini translatus ad aulam;
Nunc Christum laudat sacris concentibus illic.

HYMNUS SANCTI NYNIE EPISCOPI.

1. **A**rbiter altithronus, solus deus omnicreator,
   Maiestate potens, arbiter altithronus,
2. **B**landus in arce poli genuit de lumine lumen,
   Principium et finis, blandus in arce poli.
3. **C**rescit ubique patens ęterni gloria regis,
   Rex dominusque pius crescit ubique patens.
4. **D**ebita pena reos tenuit pro crimine prisco,
   Linquerat in domino debita pena reos.
5. **E**rror ab orbe ruit medico veniente superno,
   Dum patitur Christus, error ab orbe ruit.
6. **F**lorida quem genuit mater sine patre fecunda,
   Virginitas felix florida quem genuit.

---

480 diligendu' *M* 492 cōphendere *M* 496 ꝗs *M*, *f.* *quos 500 *uocandus *M*
3, 1 ęterna m_1, ęterni *radendo M* 4, 2 dno *in* dn̄o *corr. m. rec. M*

484 *Verg. Aen. I 94.* 486 *Aedilv. 588,9* actibus et verbis. 489 decus omne *formula perusitata.* 490 *Beda, Cuthb. XXI 58* caelestem intento spirabat corde sophiam. 491 dona salutis: *Iuv. II 66. Arator I 169. 286. Beda, Cuthb. III 32 al.* 493 *Greg. Magn. dial. mir. II 36* non potuit aliter docere quam vixit. 495 eius et eloquio: *cf. v. 22. Aedilv. 588, 7* monachorum corda virescunt. 498 *Iohannis evangelistae instar. Sed. praef. 12* quidquid ad astra volat. 502 *Paulin. XXVII 233.* 503 *laetus clausit iter, ut primo ab aevo* laetus *vocitatus erat v. 102.*

Hunc hymnum conferas cum Bedae hymno sanctae Edilthridae. 1, 1 arbiter altithronus: *Aldh praef. c. d. virg. 7.* 2, 1 de lumine lumen: *Sed. I 313, Aldh. c. e. II 5.*

7. Gaudia longa tenet cum virginitatis honore,
Quę genuit dominum, gaudia longa tenet.
8. Hostia summa patris mundum de morte redemit,
Cęli sceptra petit hostia summa patris.
9. Iure micat rutilo sanctorum gloria celo,
Lux veneranda polo iure micat rutilo.
10. Karus in arce nitet coniunctus civibus illis,
Antistes Nynia carus in arce nitet.
11. Lumina cordis habens terras lucebit in omnes,
Iam super astra nitet lumina cordis habens.
12. Mitis in orbe pater multa miracula gessit,
Federa firma tenet mitis in orbe pater.
13. Noster in orbe decus squamoso corpore lepram
De tumulo purgat, noster in orbe decus.
14. Omnia posse dedit benedictio larga tonantis,
Intemerata fides omnia posse dedit.
15. Pausat in aula sacer tumulatus corpore praesul,
Culmine sub templi pausat in aula sacer.
16. Quem deus ethereis ornatum iure triumphis
col. II Vexit ad astra poli, quem deus ethereis.
17. Regna beata manet, qui castis moribus istic
Vixerat in domino, regna beata manet.
18. Spiritus astra petit casto de corpore latus
Angelicis manibus, spiritus astra petit.
19. Te medicante, deus, hominum tot vulnera curat,
Morbi diffugiunt te medicante, deus.
20. Viscera casta vomant firmissima caute soluta
Virtutum pocula viscera casta vomant.
21. Xristus in aula poli claro redimivit honore
Pontificem Nyniam, Christus in aula poli.
22. Ydrus in orbe gemit Christo dominante per orbem,
Lumen adesse dei ydrus in orbe gemit.
23. Zemma parata manet nigidis cumulata tenebris,
Quo redeunt miseri zemma parata manet.

24. Alma quiete boni pausant per secula cuncta
Laudantes dominum alma quiete boni.
25. Mystica verba canunt ad regia vota fideles
Agmina sancta polo, mystica verba canunt,
26. Et tibi perpetuo modulantur carmina regi
Nocte dieque simul et tibi perpetuo.
27. Nobilitasque poli sanctis concentibus illic
Excubat obsequio nobilitasque poli.

10, 1 Carus *M* * coniunctis *M* 18, 1 * lętus *M cf. Mirac. 272* 20, 1 uomant *M*, *f.* * vomunt soluta *Vollmer*, salute *M* 23, 1 nigidis *M*, *fort.* rigidis *vel* nigris commulata *M* 26, 1 * rei *M* 27, 2 * excubuit *M*

7, 1 *Sedul. II 67* gaudia matris habens cum virginitatis honore *(Mir. Nyn. 6).* 13, 1 *Mirac. Nyn. v. 325 sqq.* 15, 1 *Mirac. Nyn. 401.* corpore pausat: *cf. Alcuin. P. A. C. I 230, 73.* culmine sub templi: *cf. Mirac. 399.* 19, 1 *Mirac. 153.* 19, 2 *Mirac. 457, Beda, hymn. s. Edilthr. 22, 2.* 20, 1 *gelöst aus dem Stein des Grabes.* 20, 2 virtutum *i. e. miraculorum.* pocula vitae: *Arator I 555.* 21, 1 *Mirac. 456.* 23, 1 *i. e. ζημία; de ζέμα = ignis gehennae Vollmer cogitat.*

VULFINI CARMEN DE MARCELLO EPISCOPO DIENSI.

Anno 463 praesule Diensi defuncto Mamertus episcopus Viennensis Dia[1] *hostili more occupata contra sedis apostolicae constituta invitisque Diensibus novum episcopum consecravit*[2]. *Qua re Romam delata Hilarus papa Leontium episcopum Arelatensem, cuius iura Mamerti protervitate fuerant violata, conventu synodali congregando quae acta essent discutere et ab illo rationem iussit exigere*[3]. *At altera epistola a. 464 Febr. 25 ad viginti episcopos missa*[4] *episcopum a Mamerto indebite, licet sede non indignum*[5] *Diensibus invitis ordinatum a Leontio praecepit consecrari. Nomen illius a papa non affertur, sed omnia ad ea, quae de s. Marcello nota habemus, tam bene quadrant, ut illum a. 463 Petronio fratre mortuo a Mamerto in sedem elevatum esse episcopalem pro certo fere possit affirmari*[6].

De Petronio eiusque germano Marcello ad hoc tempus nihil fere constabat nisi quod ex antiquo Breviario Diensi elici poterat[7], *at forte fortuna G. Kirner in B = cod. 1232 bibliothecae universitatis Bononiensis s. XVI ex. vel XVII in.*[8] *vitas s. Marcelli invenit prosaicam et metricam. De quibus accurate et dilucide egit*[6], *propediem utramque vitam se publici iuris facturum esse promisit*[9], *at obiit, priusquam promissum solveret. Quae cum ita essent, quamquam haud exigui esse laboris intellexi metrum plus solito corruptum et lacunosum edere, priusquam prosaica vita, quam Kirnero teste poeta secutus est, in lucem prodisset, tamen, ne quid huic volumini deesset, hic inserere animum induxi.*

In codicis laudati folio quod numero caret exaratum extat: Vita sancti Marcelli confessoris et episcopi Diensis scripta a Posthumo Vulfino eiusdem urbis antitiste. Cuius originale extat ms. apud me CM. *Quis ille* C. M *fuerit, ignoratur, at saeculo XVII utramque vitam et alibi notam fuisse epistula demonstratur a Polycarpo de la Rivière ad Ioh. Columbum missa, cf. Ioannis Columbi opuscula varia, Lugduni 1674, 279:* Vitam s. Marcelli utraque oratione in vetustissima membrana conscriptam habuit Parisiis. Vlfinus Marcelli successor auctor est solutae numeris. Servat etiam Polycarpus nomina martyrum et confessorum, qui sub Eurico Gothorum rege passi sunt in Gallia Narbonensi. Haec omnia typis aliquando mandabit et a se recensitos episcopos suis firmabit auctoribus. *Sed Polycarpus vitas typis non mandavit; neque iusta sine causa rem omisit*

---

1) *Dia, Dea, Dea Vocontiorum in Alpium radicibus ad Dromam (Drôme) sita.* 2) *Epistola Hilari papae ad Leontium episcopum Arelatensem missa a. 463, Oct. 10. M. G. Epp. III p. 28.* 3) *Ecclesia Diensis non ad Viennensem, sed ad Arelatensem pertinebat episcopum; at rem non Leontius ad papam detulit, sed Gundricus rex Burgundionum, unde quaestionem in politicis rebus versatam esse intellegitur cf. Iul. Chevalier, Essai historique sur l'église et la ville de Die I, 1888, p. 93 sq., G. Kirner cf. notam 6.* 4) *Epp. III p. 30 sq.* 5) *l. l. p. 31, 28* etiamsi est meritus. 6) *Rem fuse exposuit G. Kirner, Due vite inedite di S. Marcello vescovo di Die. Studi storici IX, 1900, 289 sq. I. Chevalier l. l. Duchesne, Fast. épisc. de l'anc. Gaule I*[2]*, 1907, 233 sq. — De Marcello cf. Gregor. Turon. de glor. conf. c. LXIX.* 7) *Antiquissimum breviarium anni 1498 nunc rarissimum est cf. Chevalier l. l. 90, 1. Ex breviario Bollandiani AA. SS. April. I 824 hauserunt.* 8) *Descripsit G. Kirner p. 95 sq., 289 sq.; cf. etiam Pflugk-Harttung, Iter Italicum 1883, 8 sq.* 9) *Paucos locos et prosae et metri imprimendos curavit.*

falsarius ille impudens, qui quattuor episcopos Diensium vetustissimos, quorum nomina adulteravit, ex vita s. Marcelli carmine edita se hausisse confirmaret[1]. *Sed licet nomina episcoporum finxerit, quin utraque vita Parisiis apud eum fuerit, dubitari non potest*[2].

Vitam prosaicam, quae lemmate supra allato Vulfino episcopo auctori adtribuitur, metrica sequitur cum hac inscriptione f. 13 Posthumi Vulfini antistitis *(corr. ex* antestis*)* helegii poemate carminis. Vita beati Marcelli incipit. *Adnexus est hymnus beati Marcelli ex brev. Diensi notus AA. SS. l. l. p. 829*[3] *teste Kirnero duabus strophis plenior et nonnullis locis correctior, sed lacunis deformatus. — Carmen metricum a Vulfino antistite compositum esse versibus 395 sq. demonstratur*

Praesul in arce Diae Vulfinus forte regebam
Pontificis summam, qui modo nota cano.

Quaeritur, num idem auctor prosae fuerit, id quod inscriptione supra allata indicatur[4]. *In promptu sane est opinari librarium haec ex inscriptione carminis sive ex carmine ipso sumpsisse. Neque vero prosam genuinam habemus sed retractatam*[5], *fortasse igitur a Vulfino retractatam. Hanc retractatam versionem ab auctore carminis adhibitam esse apparet. At sunt loci, quibus dissentiat*[6]. *Cum prosa nondum publici iuris sit*[7], *rem in dubio esse relinquendam censeo, praesertim cum Kirner ipse, cui utraque vita praesto fuerit, dubitet.*

Vulfinum episcopum a. fere 800 floruisse Rivierus, nescio quibus argumentis nisus[8], *posuit; neque minus Kirnerus, quem tota carminis indole ad aevum Carolinum iniens nos deduci non fugeret*[9], *illi adstipulatus poetam eundem esse Vulfinum censuit, ad quem Theodulfus episcopus Aurelianensis scripsit P. A. C. I 542.*

Nam, Vulfine, tibi debentur praemia laudum,
Cuius ab amne fluunt metrica dicta bene.

Quam sententiam per se haud improbabilem aptis rationibus stabiliri posse docui[10]*: vita enim Marcelli cum Theodulfi carminibus collata non solum Vulfinum Theodulfo 'saepe carmina tulisse pergrata'*[11], *sed ipsum quoque Theodulfi exemplo nonnulla debere intellegimus*[12].

---

1) *Duchesne, Fast. épisc. I 233 n. 4* Les quatre premiers évêques du Gallia Christiana, mentionnés avec beaucoup de signes de doute par M. Hauréau, ne sont connus que par Polycarpe de la Rivière, ce qui est assez dire. 2) *Facile eo aliquis progrediatur, ut vitas ipsas ab eo adulteratas esse opinetur. Quam suspicionem stricte repudiandam esse prorsus cum Kirnero consentio: si Rivierius vitas adulterasset, certe ea, quae ementitus est, inprimis nomina illa episcoporum ab eo inventa, eis inseruisset; codex Bononiensis, quem ex antiquiore libro transscriptum esse nemo non videt, aut vetustior est Polycarpo aut certe coaequalis; particula vitae prosaicae transsumpta est in breviarium Diense, cuius antiquissimum exemplar a. 1498 est impressum; vitam metricam ad aevum Carolinum referendam esse ipsa forma poematis demonstratur, quod si fingere voluisset, certe non potuisset; cf. etiam n. 9.* 3) *Antiquissimum breviarium anni 1498 nunc rarissimum est cf. Chevalier l. l. 90, 1.* 4) *Bedam, Alcuinum aliosque easdem vitas sanctorum et metrice et prosaice descripsisse notum est.* 5) Marcelli, cuius historiam fideli relatione revocavimus ad statum primae narrationis *apud Kirnerum p. 292.* 6) *Conferas inprimis, quae ad locum gravissimum v. 165 adnotavi.* 7) *Ex eis, quae Kirner hic illic excerpsit, adscripsi, quae usui esse viderentur.* 8) *Hauréau, Gallia Chr. XVI 1865, 515* Vulfinum, Wualdum, Vulfaldum *saeculi XI fuisse credit.* 9) *Vulfinus cum in arte metrica Venanti Fortunati esse discipulus multis locis comprobetur (cf. W. Meyer, Der Gelegenheitsdichter Ven. Fortunatus p. 3:* Die Schriftsteller der Karolingerzeit ... stehen im Bann des Fortunatus*), si in universum iudicas haud ineleganti utitur stilo. At in prosodia vacillanti gressu incedit cf. v. 33* lătitudo, *92* pavĭmentum, *125* crĕber, *110* mănat *(iam Sedulius aliique), 177. 181* lōcus, *183* dāret, *196* spēcu, *314* Cŏnsuranis *aliaque. Versus leonini rari sunt; nonnulli versus elisionis usu frequentato confragosi velut 73, 135, 147. 167. Brevis syllaba in arsi producitur, imprimis in tmesi pentametri ut 74, 88, 125, ante* h *69, 161 al., in thesi ante* h *153. Contra grammaticam haud ita saepe peccatur ut 168* plura caterva (?), *393* occulit. — *Praeter Fortunatum vestigia Iuvenci, Sedulii, Aratoris, Vergilii, Ovidii apud Vulfinum deprehendi.* 10) *N. A. XLIII 487 sq.* 11) *P. A. C. I 542, 1.* 12) *cf. ad vv. 27 sq. 38 sq. 81 sq.*

Iam sequitur carmen, quod invitus hercle edidi[1], *cum textum multis locis corruptum lacunisque hiantem taedeat prelo dare. Quae menda quam difficile sit et saepe impossibile corrigere, ex vv. 247 sq. intellexeris cum Fortunato, unde hausti sunt, comparatis. Omnes lacunas explere, omnes locos corruptos coniciendo emendare repudiavi, cum editoris esse credam tradita verba edere, non sui ingenii commenta. — Carmen vv. dd. Iul. Bertoni et maximam partem Ludovico Frati, Gustavo Schnürer benigne intercedente, liberalissime meum in usum ex codice transscripserunt, quibus viris de Vulfino poeta aevi Carolini ad hoc tempus ignoto optime meritis hoc quoque loco gratias ago quam maximas.*

Praesul in arce pius rutilat Diense cathedrae
  Marcellus sacri culminis altus apex;
Sacra ministerii merito rutilante sacerdos
  Pontificalis agens fulsit in urbe iubar.
Inculpata sui studio dum temporis aetas
  Principium sumit, surgit abinde decus.
Hic morum gravitate nitens, probitate refulgens
  Exsuperat pueri pectore cuncta puer,
Ardua secreti tyro iuvenilis adorsus
  Incola terrenus fit quoque mente poli.
Membra gerens instar lanis contecta cameli
  Praecursoris heri, parcus et ipse cibo,
Vincit amore dei membrorum incendia sollers,
  Mactat inaccessis cum sua membra locis.
Lurida squalenti pallescunt ora colore
  Et tenues artus forma venusta gerit;
Sicut cupidineas vicit certamine flammas,
  Aetatis fluxa strinxit ab ore rigor.
Respuit in terris generosi rite parentis
  Praedia seu famulos iusque decoris, opes,
Divitias animo fortis calcavit inanes,
  Perpetuas coeli ut possit habere suas.
Exiguus censu, largus pietate, Croesi
  Innumeras Christi vincit alumnus opes,

---

1) *Versus 11—16, 59—60, 69—74, 81—98, 113—120, 123—126, 147—160, 175—181, 199—210, 363—366, 375—378, 385—98 iam Kirnerus l. l. edidit.*

titulus deest 1 * cathedra *B* 10 * sit *B* * monte *B* 13 * uicit *B* 15 squallenti *B* 20 * opts *B* 21 inanes: * manos *B* 22 * sensu *B*

1 in arce: *cf. v. 28. 230.* Diense: *similiter v. 230* urbis in arce sua *pro* suae. — rutilat: *cf. v. 3. 55. 91 etc. Hunc versum respicere videtur auctor hymni in brev. Diensi* Sorte Marcellus cathedra potitur .. arce praelatus rutilat Diensi. 7 *AA. SS. April. I 824* quod in iuventute gravitate morum didicerat studiosus. *Fortunatus VI 2, 61* gravitatis norma refulges. 8 *Coniungendum videtur* pueri cuncta *i. e. puerilia. Fortun. I 15, 8* parvus eras annis et gravitate senes. *VI 1, 80. Prosa de Marcello:* dum .. iuveniles annos quemadmodum matura senectute calcaret. 9 *Fort. II 11, 1* Ardua sacrati. secreti: *litterarum spiritualium.* adorsus: *confundit* orsus *et* adortus. 10 *At prosa:* hic sancti Petronii, germani sui senioris, Diensis urbis episcopi studio spiritalibus litteris eruditus divinis semper vacavit eloquiis; *de vita anachoretica nihil. Kirner l. l. p. 302.* 11 *sq. Matth. 3, 4.* 16 Forma venusta *elocutio Fortunatiana, c. g. IV 26, 20.* 17 *Fort. VI 5, 25* cupidineis ... flammis. 18 *pueriles vanitates rigor ab ore destrinxit.* 19 rite *i. e. ritu?* 23 *Sedul. Scott. II, XIV 14. P. A. C. III 182* Croesi seu Darii qui superabat opes, *ubi Traube hexametrum de largitate excidisse suspicatur.* — Croësi: *cf. Milonis carm. P. A. C. III 624, 292.*

Arte coaeva inter genuinos sanguine pollens
Hic celer ingenuae intulit artis opes.
Quod libitum, quod in arte viget, quod monstrat honestum,
Mentis ovans .... servat in arce sua.
Quidquid ab ingenuis iuvenili pectore sumpsit
Artibus, hoc totum legis in arma dedit.
Pervigil oratu studio currente laborem
Erexit in sancta lege tonantis heri,
Eloquio nitidus, sensus latitudine fulgens,
Coelitus arcana cui bona plura patent,
Cor non in vietis, potior rimando sed almae
Assidue legis intima quaeque dei;
Hanc manibus, hanc corde gerit, hanc pectore sacro;
Actibus exercet, mens quod acuta capit.
Hanc in parte thori, modico dum tempore noctis
Membra quiete fovet, angulus eius habet.
Post modicam somni statura levata quietem
Membra creatoris lex reposita subit;
Eius ab ingenti dapibus dulcedine pastus,
Mens devota deo fit super alta poli,
Tamquam serena poli dapibus praecordia replet,
Elisii civis fit quoque iamque † ims:
Quo magis inlecebras sprevit libidinis, escas,
Inde magis pulchras † ab hore condit opes.
Moribus interea sacratum pectoris antrum
Dum gerit, in stolidis singulus esse locis ...

Frater erat senior praesul Petronius eius,
Sorte datus ..... pontificalis honor.
Moribus et meritis et claro nomine fulget,
Ut Petrus a petra, inclitus iste Petri.
Hic rutili de stirpe nitens generosus Aveni
Ortus rure fuit fertilioris agri;

25 * genuino *B* 26 celer *scripsi cf. v. 217,* color *B; quae lectio si vera est, v. 25 fort.* pallens *scribendum est* * ingenii *B* 28 *lacunam indicavi* 29 * ob *B* 30 arma *B, f.* * acta 31 currente *B, f.* * fervente 32 *f.* * erigit (dirigit?) 35 *sic Vollmer,* vi͡etis = *caducis,* nunc in uinctis *B* 36 * quaque *B* 41 * medicam *B* 46 * ciues *B* 47 * inlecebra *B* 48 ab hore *B,* ubere = *divitiis coni. Vollmer* 50 *f.* * in solis; *post v. 50 nonnulla excidisse videntur* 52 *lacuna in codice nulla, dativus desideratur* 54 a Petra *B* 56 * fuit *scripsi,* sui *B*

25 coaeva *non intellego.* — pollens *sc. est cf. v. 76. 153.* 27 *cf. Theodulf. P. A. C. I 536, 159* Quod ratione viget vel quicquid amatur in illis. 28 *Coniungas* mentis in arce. 29 *Theodulf. P. A. C. I 536, 157* Quicquid in ingenuis mundana discitur arte artibus. 35 potior: *sc. est ille.* 37 *Theodulf. P. A. C. I 538, 321* Hanc gere corde, manu, proprio non desit ab ore. 38 *Theodulf. P. A. C. I 538, 236* mens quod acuta canit *(legas* capit, *cf. ibid. v. 243).* 39 *Theodulf. P. A. C. I 538, 223* Haec in parte thori sedeat, hanc lumina cernant — ad caput haec sedeat, solito dum tempore stertis, dumque fugit somnus, te petat illa celer. 41 statura levata *pro ablat. abs. accipiendum videtur = postquam surrexit.* 'a *ablativi correpta cf. v. 153. 186. 231, Traube, Karol. Dicht. 28, 1.* 42 reposita *i. e. repausata? an = in mensam sublata?* 43 *Sedul. c. p. I 150* dulcedine pastum. 44 alta poli: *Theodulf. P. A. C. I 536, 138.* 45 *lex dei tamq. poli dapibus serena praecordia satiat.* 49 *Theodulf. P. A. C. I 537, 208* hoc inhabitet pectoris antra tui. 52 *Fort. V 2, 70* pontificale decus. 53 *sq. Fortunatum VII 23, 1—2 imitatur* Nominis auspicio fulgent tua facta, Paterne, .. qui .. te facis esse patrem. *Arator I 1013* de nomine petrae nomen Petrus habens. 54 *Matth. 16, 18.* 55 *i. e. Arignon. Vita pros.* Avennicae urbis. *Kirner l. l. p. 302.* 56 Ortus *i. e. Hortus.*

† Alterius tollere pater habet, altera patrem
Essae da, pontificem nunc tenet urbsque sibi,
(Hanc Essam cives quondam dixere priores,
Nunc vocitant Diam), moenibus ampla satis.
† Ruine adepta almi, sacrum sacer ipse cathedra
Praesulis eximie pervigil implet opus,
Pastor oves vitalis aquae sic semine pascit
Hostis et insidias † agi depellit atri.
Dumque fide populus crescens pastore ministro,
Coepit in immensum crescere nempe labor,
Consortemque sui germanum fecit honoris,
Hoc populi ut pondus sit minuente minus.
Marcellus eremi promptus habitator et ingens
Hostiles coelitus exsuperare dolos,
Fratre vocante pio deserti rura colonus
Liquit et urbani fit novus hospes agri.
Praesul in arbitrio anachoritae denique fratris
Impositum plebis omne remittit onus.
Ecclesiae populi clerique domestica cura
Eius in arbitrio summa recumbit ovans.
Primus et ante alios, cuius devotio fratrem
Excolit obsequiis atque veretur eum,
Et monitus sollers eius servare salubres
Et parere libens ac velut ipse deo.
Sacra peracturum circumdans veste sacrata
Pontificem digitis comit alumnus eri.
Ille caput vestemque pedes satagitque decoros
Et totum pariter subnitidare patrem,
Ne maculent habitum sordes, ruga foedet enormis,
Ne vestem pulvis, instita laxa, cinis.
Ille domum famulosque simul componit et omnem
Invigilans alacer omnibus addit opem:
Ne foris adveniens maneat peregrinus et hospes,
Circuit et cunctis consulit ille libens,
Lampada si rutilet, si templi fulgeat aula.
Si pa⟨ries⟩ nitidus, si pavimenta nitent,
Vasa ministerii sacrumque altare perornent
Pallia, sacratus si bene limbus eat.

57 *sq. perquam corrupti,* Essa ē D(i)a *marginale fuisse cum Vollmero credo* 58 quae *B* 61 Nomen, *scil. Dia a deo almo coni. Vollmer* 64 agi *B, f.* * arte *cf. Fort. III 8, 41,* aegide *(i. e. scuto) coni. Vollmer* 66 * Capit *B* in imensum *B* 75 * curas *B* 79 solers *B* 80 * parare *B* 92 paries *Kirner,* pa *B* 93 * perornant *B*

59 *Aen. III 693* nomen dixere priores. *De hoc nomine nihil constare videtur.* 63 *ps. 22, 2. Ev. Ioh. 4, 10.* 68 *cf. Theodulf. P. A. C. I 457, 221 sq.* 69 *sq. Coniungas* ingens exsuperare *cf. v. 79. 80* libens parere. 73 anachorita: *Fort. I 5, 6.* 76 ante alios *sc. est.* 80 ac velut: *cf. v. 204* ut .. quasi. — ipse *pro* ipsi? *cf. Traube, Karol. Dicht. 28, 1.* 81 *Poeta Theodulfum P. A. C. I 453, 35 sq. respicit, cf. inprimis ad v. 84 Theod. v. 46* subnitidare patrem; *cf. etiam Theod. p. 457, 210.* 89 *Fortun. III 21, 3. V 18, 5. vita Mart. II 131. P. A. C. III 575, 294. 612, 5. 619, 133.* — *Coniungas* foris maneat. 92 nitent *pro coniunctivo accipiendum videtur cf. v. 91. 94. 95. 96.*

Clericus in sacris sacratus splendeat ordo,
Ordine si pulchro et omne recurrat opus.
Plebs, adytis cum rite sacris intrare frequentat,
Ne sine lege ruat, hostia servat ovans.
Disponit loca personis et congrua rebus,
Si matrum et populi stat reverenter apex,
Sollicitus servare fores, percomere clerum
Atque iuvare libens, qua valet usque, patrem.
Sic populo, sic ille patri, sic rite placebat
Omnibus: unde minor fieret inde prior:
Post fratrem populis una est sententia cunctis
Pontificem meritis et probitate fore.
Virginis interea niveo candore coruscans
Fit levita potens, plebibus aptus honor,
Splendet in ore decus, resplendet et actio rebus,
Nectar dulce manat eius ab ore meri,
Fons refluit perpes roseis argenteus undis
Eius ab ingenti pectore, sorte, sacris.
Vota deo sacris cum praesul cumulat aris,
Stat levita agni sanguine honustus heri;
Porrigit ei latices sacro libamine mixtos,
In manibus vitae pocula rubra refert.
Felix qui tali fruitur consorte ministro,
Cui populi magnum subvehit alter onus!
Ille liber caelos mente speculatur et omne
Officii sacrum gestat alumnus onus.

Cumque sacer peragit medio iam fructus honore
Lustra duo, fratris triste propinquat iter.
Eminet interea extremi iam meta laboris,
Solvuntur penitus membra calore febris,
Urget pectus creber anhelitus, extuat ardor
Et tenues artus vexat acerba lues.
Alta trahens populos inter suspiria sensus
Exhortans verbis talibus ipse suos:
'Cum generis debitum humani solvo recessu,
Grex commisse mihi, solvito quaeso meum:
Si quem forte mei laesit censura proterva
Ordinis auctura, parcite cuncta mihi,

---

98 * orans *B* 100 Sic *B*, *corr. Vollmer* 117 * tale *B* 124 * ponitus *B* 129 solvo *scripsi*, solus *B* 131 * sorte *B* * sensura *B*

98 *i. e. ostia.* 104 *i. e.: ut eo quod esset minor, prior fieret.* 110 *Fort. IV 8, 15* cuius ab eloquio nectar per verba fluebat. *Similia apud Fortunatum perusitata.* 110 mănat: *cf. praefationem p. 964, 9.* 111 *cf. v. 275.* 115 e͡i *legendum est.* 118 *sq. cf. v. 66 sq.* 125 *Aen. V 199* creber anhelitus artus . . quatit. extuat *i. e. aestuat. Arator I 147* aestuat ardor. 127 *alta inter suspiria sensus i. e. vitam trahens (est), populos suos exhortans.* 129 *cf. Fort. IV 25, 3* naturae debita. *Theodulf. P. A. C. I 479, 94* debita persolvunt, mors inamata, tibi. 130 solvito meum *i. e. löse mich von meiner Schuld (debitum).* 131 censura: *cf. Fort. VI 1, 96.* 132 parcite *i. e. condonate.* auctura *substant. = gehobene Stellung (Vollmer)*

Omne decus, summa regnet concordia vestris
Actibus in cunctis, pax, socialis amor.
Non livor mentem urat, non detractio fratrem
Mordeat infelix semper iniqua bonis,
Sed pietatis opus vigeat probitasque redundet
Et teneat summam perpetualis amor.
Divinis intenta manens mens optima rebus,
Fulgeat officiis clericus ordo sacris:
Plebs veneranter opus devota exerceat omnis
Pareat et monitis semper ubique sacris.
Omnipotentis opem populus deposcat opime,
Pontificem tribuat coelitus ipse sibi:
Luceat exemplo, vestros qui corrigat actus,
Conservet nostra cum pietate libens.'
Ista loquente patre atque novissima verba monente,
Plebs dedit ad sacros talia verba sonos:
'Totius in fratrem cleri populique caterva
Suspendunt oculos et sua vota ferunt:
Hunc sibi pontificem optant . . . . ,
Illius ut populi te venerentur ope;
Eius in aspectu, litans cum hostia Christo,
Concio ne(mpe) patrem sacrificare putet.'
Interea tenuis postquam calor ossa reliquit,
Funeris exequiae rite parantur ei.
Templa manent hodie Petri de nomine sacra,
Quorum tecta nitor aureus alta replet.
Hic solito terrae conduntur membra sepulchro:
Corpus habet tellus, spiritus astra tenet.
Tam non flendus eris humana sorte, sacerdos,
Dum patriam coeli, praesul opime, tenes.

Haec cum iure sacris celebrantur funera votis,
Coepit in ambiguum plebs fluitare modum.
Maxima pars populi Marcellum sorte cathedram
Germani dignum rite subire sui
Et residere loco illiusque altaribus aptum
Pontificem reboat, plura caterva, fore:
'Insignis genere, eximia de stirpe senatus
Moribus et gestis clarior extat apex,
Pollens eloquio, fulgens pietate, venustus,
Cuius ab ore favi dulcia mella fluunt:

---

133 * uestrae *B* 141 *f.* * omne 154 nempe *Kirner*, ne . . . *B* 161 *f.* * Iam 164 * fruitare *B* 165 * cathedrum *B*

134 *cf. v. 138.* 135 *i. e. detrectatio.* 137 pietatis opus: *Fort. IV 27, 1. VIII 17, 6 al.* 146 conservet, *si lectio vera est, cum* nostra *coniungendum videtur* = *conservet, quae ego institui.* 153 hostiă *ablativus est;* cum litans: *cf. ad v. 25.* 155 *Verg. Aen. III 308.* 160 *Fort. IV 8, 6* Membra sepulchra tegunt, spiritus astra tenet; *cf. III 7, 15. 9, 40 al.* 161 *Fort. IV 18, 25* Non iam flendus eris humana sorte recedens, dum patriam caeli, dulcis amice, tenes, *cf. IV 17, 12.* 165 *Secundum prosam minor pars Marcello favebat, qua re ille fugere est coactus, non humili animo. Kirner l. l. p. 305.* plura = *maior (?).* 167 *Arator I 552* sacris altaribus apti. 172 *Fort. IV 8, 15* Cuius ab eloquio nectar per verba fluebat.

Quovis non potior heres modo possit haberi
Hoc quisquam, meritis vincit ubique suis.'

Haec ubi fama levis Marcelli venit ad aures,
Delituit subito montis in arce fuga.
Mellis erat locus speluncaque pumice pendens,
Pendulaque ad clivum semita pandit iter;
Vertice devexo quo mons super aethera tendit,
Parva sedet media rupe cavata domus.
Indiderat Mellis loco diuturna vetustas
Nomen, ut a rupe surgeret almus honor,
Dulcia dum populis qui daret pabula legis,
Funderet . . . . . .
Ignis bis seno devolutus in ordine caelo
Inradiata poli duxit in urbe suos,
Hi superant numero, praefulgent stemmate regis;
Militiam fugiens miles in arce venit.
Ter quater . . . . quadrati climate mundi
Semina missurus, surgeret unde seges.
Quatuor . . . procerum documenta secutus,
Est quibus in dictis omne salutis opus.
Hinc duodenus apex radiat pollente magistro
Et rutilat horis verus in orbe dies.
Marcellum refugam fama est reperisse beatum,
Quod latuit specu montis in arce cavo;
Participavit ei sacrato nomine vernans,
Esset ut almificis actibus ille comes.
Magna catervatim glomeratur turba fidelis,
Coepit in immensum effluitare modum:
Coepit . . . clivum conscendere montis
Foemina virque puer, sexus uterque simul,

173 Quovis *Vollmer*, Quamvis *B* 178 que ad *scripsi*, pendula quod *B* simita *B* 177 lucus, 181 luco *coni. Vollmer* 179 * devexa *B* 182 * suggeret *B* 183 quidaret *B* 184 *fort. complures versus intercepti sunt* 185 * bis sono *B* 186 In radiata *B* 187 * stemmata *B* 188 * uenis *B* 189 * quadrate .. mundum *B* 190 * inde *B* 194 *f.* * Tot 195 * Marcellus *B* 196 *f.* * Qui 201 *lacuna in B notata*

173 Quovis: *quovis .. modo non = nullo m.* 175 *i. e. fama volans.* 176 *Fort. VIII 3, 122.* 177 *Ovid. am. III 1, 13* speluncaque pumice pendens. 178 *Fort. III 3, 12* haec via pandit iter. — pendula: *cf. Fort. VIII 3, 234. X 9, 54.* 180 cavată *cum* rupe *coniungendum est, cf. Aen. III 229 (Ovid. met. IX 211)* sub rupe cavata. 181 *Fort. I 1, 3* voluit vocitare vetustas. *Prosa:* Hoc vocabulum quondam inhabitantium vetustas imposuerat. 183 *Prosa:* Non immerito de loco Mellis prolatum est, inde dulce quod saperet. 185 *sq. AA. SS. April. I 825* — dum rurali loco fertur duodecim dierum spatio latuisse, ... ut merito iam verus Christi discipulus ad totidem discipulorum numerum, qui est sacro ordini proprius, dicatur accessisse. *Singula obscura sunt. Fortasse huc etiam pertinet, quod secundum prosam (Kirner p. 306) de monte ad ecclesiam sanctorum apostolorum perductus est.* 186 Inradiata *ablativus est cf. v. 180. 231.* 189 *cf. e. g. Sedul. Scott. P. A. C. III 182, 19.* 190 *Fort. X 17, 14* surgat ut alta seges. 191 Quatuor proceres *euangelistae sunt cf. Sedul. c. p. I 359.* 192 *Fort. III 26, 2* salutis opus. 193 *sq. Sedul. c. p. I 361* Sic et apostolici semper duodenus honoris fulget apex numero menses imitatus et horas, omnibus ut rebus totus sibi militet annus. *Nescio, num ad nomen* Dia *alludat cf. brev. Diense (Chevalier l. l. p. 90 n.)* Dyam dies illustravit. 197 *Prosa:* ubi sanctus vir etiam a quodam Marcello ignotus absconditur. *Kirner p. 305.* 200 *cf. v. 164.* 202 *Theodulf. P. A. C. I 490, 25* Sexus uterque, senex, iuvenis, puer, advena, civis. *Ceterum* sexus uterque *formula est tritissima.*

Haud secus ingenti lustrans indagine saltum,
Quaerit ut absconsum quasi venator aprum.
Saltibus omne nemus stridet, clangoribus aether,
Et tectum nemore prodidit umbra virum.
Exultat clerus, pretiosum gaudet in agro
Thesaurum populus quod reperisset heri.
Vertice de summo collis cum laude tonantis
Concio paulatim vertit in ima gradum.

. . . . . .

. . . . . .

Ordine castrorum videas properare phalanges,
Hostis de invisi fraude triumphus ovat.
Marcellum clerus resonat populusque resultat

. . . . . .

. . . . . .

Talia reginae protulit ore pio:
'Non morietur amans, feretro consurget ab isto.
Mox oculis tenuis defluit umbra sui.'
Illa thoro celer ingenti perterrita visu
Excutitur famulae certa salutis ope.
Quas habuit sedes, inquirit, in urbe sacerdos.
Protinus et sputum colligit inde suum.
Provida tunc sputo latices de fontibus haustos
Miscuit et gelidis fontibus ora rigat.
Mox oculis visum, linguae priscumque vigorem
Concipit incolumis fitque puella valens.
Hoc meritis gestum Marcelli claret opimis
Rexque suis votis mox facit inde pia,

---

203 saltum quaerit *dist. Kirner* 204 quasi: quando *(i. e.* aliquando*) coni. Vollmer* 206 nemore *ex 205?, f.* * fronde *post v. 210 in margine scriptum est* Desunt aliqua resumenda ab originali, ubi hec apparet nota ✠, *cf. in adnot.* 212 * orat *B* 213 * resurtat *B* *post 213 lacunam indicavi* 214 * pia *B* 217 * color *B, cf. v. 26* color. *124* ponitus, *242* inerme 223 * linguam *B* 224 * sitque *B* 226 * piis *B*

203 *sq.* Haud secus .. ut .. quasi = H. s. . . *ac si.* 205 *Aen. II 418* Stridunt silvae. 208 *cf. Matth. 13, 44.* 210 *sq. lacuna magna pars narrationis intercepta est; e. g. tradebatur Marcellum ab Eurico rege Visigothorum sub custodia Arelatensem in urbem perductum esse. Kirner l. l. p. 316. Raria dux crudelis sanctum in casam aliquam includi iusserat, quae ruinam minaretur; qua subito collapsa cuncti illum mortuum credebant. Cum incolumis esset effossus, populus gaudio exultabat. Kirner 317. Huc v. 211—13 referendos esse censeo.* 211 *Fort. Vita M. II 249* credas pugnaces volitare per astra falanges et videas .. 214 *sq. sc. Caratthonae (*Caretene *vocatur in epitaphio Auct. antiquiss. VI 185, 2) reginae Burgundionum. Cum Marcellus post dedicatam basilicam Michaelis archangeli sub octavo lapide Viennensis urbis in fiscali praedio pernoctaret in oratione, famula reginae gravissimum incidit in morbum. Regina pervigilans et somno oppressa somnium vidit* . . . illa domum, ubi in civitate Lugdunensi beatus Marcellus mansionem habuerat, requisivit . . . cellam, ubi grabatum habuerat vir sanctus, ingreditur et sputum, quod in pariete iecerat, non crapulae squalore confectum, sed ieiunii maceratione mundissimum, diligenter eradens . . . addito liquore aquae faucibus puellae sitientis infudit. *Rex Gundobaldus autem beneficium immunitatis, quod antea recusaverat, concessit. Kirner 324 sq.* 215 amans: *cf. Fort. IV 18, 1. 26, 3. P. A. C. IV 173, 1, 2, ubi Winterfeld male correxit* amatissime. 216 Mox defluit *i. e. defluet.* 217 celer: *cf. Fort. v. Mart. IV 554* celer indulgentia. *Theodulf. P. A. C. I 538, 226 et passim. Neue, Formenl. II 19; vide etiam infra ad v. 304.* 218 *cf. v. 305. Fort. III 9, 60* salutis opem *al.*

Cernuus impositum depellit civibus omne
Impietatis onus praesulis ille prece.

Antistes domini coepit sacer ipse sacerdos
Urbis in arce sua condere templa deo.
Structile qui primum posuit sua dextera saxum,
Extendit normam cuius et alma manus.
Aulica cum crescunt iacto fundamine templa,
Sorte columnarum prominet ordo patens.
Circumquaque bases fundantur margine pulchro,
Ponitur atque loco quaeque columna suo.
Una columnarum subnixa stipite pendens
Coepit in obliquum confluitare sinum
Undique disruptis librato pondere vinclis
Moxque ministrorum turba pavescit onus.
Praesul signa crucis dextra subeunte corusca
Defigens tenuit pondus inorme manu,
Donec stricta basi condatur fune columna
Staret et immotum ponderis huius opus.
Splendida marmoreis attollitur aula columnis,
Fornice multiplici fit radiata domus;
Vertice sublimi patet aulae forma triformis,
Quo delicta Adae Christus in amne lavat.
In medium turritus apex super ardua tendit
Quadratum, quod nunc crista rotundat opus;
Altius ut stup⟨eas arce ascendente per arcus⟩
Instar montis apex aedis acumen habet.
⟨Illic expositas fucis animantibus artus⟩
⟨Vivere⟩ picturas arte ⟨reflante putas.⟩
Sol vagus ut dederit per stagnea tecta colorem,
Lactea lux resilit, ⟨cum rubor inde ferit.⟩
Ire redire vides radio crispante figuras,
Atque lacunar agit, quod maris unda solet.
Fulgorem astrorum meditantur tecta metallo
Et splendore suo culmina sidus habent.
Luna coronato quotiens radiaverit ortu,
Alter ab aede sacra surgit ad astra iubar.
Si nocte inspiciat hanc praetereundo viator,
Et terram stellas credit habere suas.
Tota rapit radios patulis oculata fenestris
Et quod mireris hic foris, intus habes.

---

241 signâ *B* 242 * inerme *B* 246 * sit *B* *v. 247. 249—268 ad verbum fere ex F(ortunato) c. III 7, 27 sq. transscripti sunt, 245 = F. II 10, 11, 248 = F. II 11, 2. Lacunas ex F. expletas uncis indicavi* 247 aulae *F*, aula *B* 248 Quo *F*, Ad *B* 250 quadratum quod nunc *B*, quadratumque levans *F* *quod nescio an recipiendum sit* crista *F*, arista (christa?) *B* 252 apex *B*, agens *F* 254 putas *F*, plenas *B*, *fort.* * putes 255 vagus *F*, magno *B* stagnea *(*lancea *cod. R.) F*, lignea *B*, *cf. etiam F I 8, 14* 259 *sic F*, fulgor est astro *B* meditamur *B* 261 radiaverit *F*, radiante fit *B* 263 nocte *F*, noctem *B* hanc *F*, hac *B* 265 oculata *(*oculta *cod. Barb.) F*, oculta *B* 266 quod *F*, quo *B* intus *F*, hortus *B*

230 *sq. Baptisterii s. Iohannis aetate Columbi (cf. praef.) non nisi rudera supererant. Ceterum quae viri docti de illo egerunt (cf. Kirner p. 326), ad hunc locum explicandum nullius pretii sunt, cum totus ex Fortunato pendeat cf. in app. crit.* 238 *cf. v. 164. 200.* 245 *sq. cf. in apparatu.*

Tempore quo redeunt tenebrae, mihi dicere fas sit,
Mundus habet noctem, detinet aula diem.
Dexter in arce domus . . . fert angulus aram,
Alma Ioannis heri pignora plúra gerit.
Altera pars templi crucis inradiata trophaeo
Promicat insignis pignus adepta sacrum,
Et radiata domus media sub fornice vernat
Praecursoris heri nomine dicta sacri.
Fons manat in medio modicis argenteus undis,
Crimina quo Christus inveterata lavat.
Traxit origo necem primo genitore gehennae
Et de stirpe gemens laesa propago ruit.
Quo pastore deo puris grex mergitur undis,
Ne maculata diu vellera gestet ovis,
Delibuta caput surgat veneranda propago
Et petat alta poli consocianda choris.

Est locus in niveo vicinus rure Suevo
Haud procul a Gallis affinitate rigens,
Nobilis ampla domo mulier vetusque venusta
Degebat proprio quo viduata viro;
Unica cui proles dulcis ludebat in aula,
Funera post patris spes genitricis erat;
Coniuge defuncto nulli sociata iugali
. . . . . .
'Ille meos corde crebro volvebat amores;
Qui rapuit primus, servet amator eos.'
Optime devoto carpebat pectore vitam
Pervigil et precibus scandit ad astra poli,
Pauperibus larga propriis et prodiga rebus,
Actibus in cunctis prole benigna cluens;
Proh dolor! alta febris subito pestisque perosa
Corripuit puerum, culminis omne decus,
Abstulit atra lues gressum celeresque recursus
Atque thoro recubant crura soluta gradu.
Mater in alma precum currens praesidia nota
Nocturnas solito rumpit anhela moras,
Pervigiles noctes ad prima crepuscula iungens
Vim factura polo fletibus instat acer.

---

267 tenebrae *F*, tenebra *B* 268 *Fortun. pergit:* dextera pars templi meritis praefulget Hilari . . . altera Ferreoli pars est 269 *lacuna in cod.* 275 * argenteis *B* 277 *f.* * primo a genitore 279 Quo *B*, Hic *F II 11, 3* 280 * gestat *B* 284 vigens *coni. Vollmer* *post 289 lacuna in B* 299 astulit *B*

271 *cf. Fort. II 2, 2* super crucis tropaeo. 275 *cf. v. 111.* 276 *cf. v. 248. Fort. II 11, 2* quo delicta Adae Christus in amne lavat. 277 *cf. v. 341* Traxit origo nefas. *Fort. II 11, 5* Traxit origo necem de semine. *IX 2, 11* Ecce hoc triste nefas nobis genuere parentes; coeperat unde prius, hinc ruit omne genus. 279 *sq.* = *Fort. II 11, 3—4.* 282 *Fort. VIII 3, 56* consociare choro. 283 *Prosa:* Quodam in loco Alamannis commanentibus, qui vicinus Suevorum Galliae finibus, ut habet quorundam relatio *Kirner p. 319.* 287 *Iuvencus II 225* unica proles; *ibid. 234. Aen. IV 328* si quis mihi parvulus aula luderet. 289 *Fort. VI 1, 100* placitura iugali. 291 *sq. Aen. IV 28* Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores abstulit, ille habeat secum servetque sepulchro. 295 *Similia post Aratorem I 835 usitata, maxime in epitaphiis.* 297 perosa: *cf. v. 367. Arator I 90.* 303 = *Fort. II 9, 49.* 304 *Fort. II 9, 52* Vim factura polo. — acer: *cf. v. 217* celer.

In somnis meruit Marcellum audire loquentem
Atque suae proli ferre salutis opem.
Dum loquitur mater, paulatim languida nati
Membra calore tepent et rediviva vigent,
Firmanturque bases, gradiendi concipit usus
Mox vigor, et quassus surgit abinde thoro.
. . . . . .
Ne foret incerta speciei visusque, requirit,
Qui locus, unde genus, praesul et unde sacer.
Antistes sacrum prodit nomenque locumque
Consuranis, ubi constitit exul egens.
Post morbum genitrix, nati post ipsa salutem
Concessam peregre praeparat arma viae,
Exquirit portus sollers, ignota viarum,
Atque Tolosana moenia celsa petit.
Pontifice et sacro secum comitante Tolosae
Tramite directo sic Consuranis abit;
Tugurii hospicium, quo praesul constitit exul,
Amplificata satis fit spatiosa domus,
Fundamenta locat, certat superaddere culmen,
Pignere cum proprio construit illud opus:
Templa manent hodie Marcelli nomine sacra
Et radiant meritis eius opima piis,
Fessus opem recipit, languens quo rite medelam,
Daemone vexata membra foventur ubi.
Conlocat antiquum, studio servante piorum,
Membra sacrata diu quo iacuere, thorum.

Plura pio poterant sacri miracula gestis
Praesulis adscribi inradiata stylo,
Parva sed exiguo certis bene nota relatu
Deprompsit rebus nostra camaena suis.
Magna loquens Erato sacros dilapsa per actus
Extremi † monet funeris aegra pavet,
Saucia nunc trepidant nostrae precordia mentis
Extima sacrati promere gesta viri,
Quatenus istius metas compleverit aevi
Atque triumphando vicerit orbis iter.
Traxit origo necem vetiti dulcedine pomi,
Unde genus hominum nox rapit omne tetra,

---

305 * somniis *B* 311 * specie uirusque *B* 312 * Quae *B* 314 * Et Consuranis *B* 316 * Concessant *B* 321 * auspicium *B* 328 * uexa . . *B*, vexatis *Kirner* 331 * peterant *B* 336 monita *coni. Vollmer* 341 necem *F*, nefas *B*

307 *sc. in somnio Marcello respondet; an* matri *scribendum est?* 310 *lacunam indicavi.* 311 speciei *legendum est, an corrigendum* specie visuque? 314 *Secundum prosam Arelatensi ex custodia sanctus Consuranum transportatus erat (Couserans, St. Lizier, Ariège), ut etiam in illa regione virtutes domini resplenderent. — Fort. V 18, 8* exul inops. 325 hodie: *cf. prosam* etiam praesenti tempore. 328 *Prosa:* lectum etiam, in quo quondam iacuerat, . . . providentia antiqua servavit. 331 *sq. cf. Sedul. c. p. I 94 sq.* 335 Erato: *Fort. VI 10, 4. Theodulf. P. A. C. I 542, 10. 563, 13.* 341 *cf. ad v. 277. Sedul. c. p. I 70* pereuntem vetiti dulcedine pomi.

Missus ab arce poli Christus rex, conditor orbis,
De torrente bibit istius inde viae;
Quid faciant famuli, dominus cum talia Christus
Pertulit in sacro corpore factus homo?
Hic miranda sacer vivens in corpore gessit,
Pertulit et probra plura tremenda satis,
Saevitiam regis, comitum crudele decretum,
Rerum damna, necem, carceris antra feri.
Post varios casus, post sedis incendia passus
Hoste triumphato principe victor abit.
Spiritus astra petit, pretiosum habet arida corpus,
Illa polo fruitur, hoc requiescit humo.
Ter lustris ternis Diensem rite cathedram
Rexit et ecclesiae tutor et arma fuit.
Culmine . . . radiant nunc solis ab ortu
Nomine apostolico templa dicata deo,
Ill . . . . . conduntur membra sepulchro,
Urna tegit corpus, spiritus astra tenet.

Neve gravi populus luctu post funera cunctus
Pontifice orbatus afficeretur inops,
Post obitum recubant eius quo membra sepulchro,
Copia virtutum fulget et alma salus.
Nempe Valentina nuper tellure sacerdos
Cum genitrice pia frater et alter erat.
Subripuit morbus genitricis membra perosus,
Concidit et proprio debilitata gradu.
Ore patrem genitrix tristi vocat anxia prolem
Orsaque devote talia fecit inops:
'Compositum feretro corpus sine gressibus aegrum
Marcelli ad tumulum quaeso referte meum!'
Praesulis ut tetigit tumulum lachrymisque rigavit,
Incolumis facta propria tecta petit.

Orta domo parva, parva tellure puella
Degebat quaedam cum genitrice sacra.
Haec oculis capta aeternis damnata tenebris
Carcere perpetuo vincta luebat inops.
Caecatos gressus sibi matre regente ministra
Marcelli ad tumulum se tulit illa sacrum.
Tunc prostrata rigat lachrymis altaria circum
Et lambit . . . . . pios,

---

343 arche *B* 344 *unde *B* 357. 359. 361. 382 *lacuna in B* 357 montis ubi *coni. Vollmer* 359 Illic sacra pii *coni. Vollmer* 360 *corvus (?) *B* 361 *N . . . *B* *luctus *B* 363 *recum *B*, recumbit *Kirner* 369 *tristem *B* 378 lūgebat *Kirner* 379 *Coecato *B*

343 *sq. Fort. IX 2, 41 sq.* Christus . . quia natus homo est, carne sepultus humo; quis, rogo, non moritur mortem gustante salute? *III 9, 56* factus homo. 344 *Matth. 26, 39. Ps. 109, 7* De torrente in via bibet. 345 *Verg. ecl. III 16.* 348 *sq. Haec in prosa fusius exposita.* 353 *sq. 360: cf. ad v. 160;* arida *ex Vulgata.* 356 *cf. Fort. IV 9, 2* fuit arma gregis *et saepius.* 358 apostolico: *cf. ad v. 185.* 365 *Valence ad Rhodanum sita.* 367 perosus: *cf. v. 297.* 368 debilitata: *cf. v. 388.* 369 patrem *i. e. sacerdotem.*

Haec ubi mox meruit concepto lumine nosse,
Lampade qua rutilat praesul in arce poli.

Temporibus nostris nostro de rure puella,
Dum pingebat acu, perdidit ecce manum:
Quattuor in palmae defixo(s) fortiter arce
Gestabat digitos debilitata manus.
Haec dum forte sacrum tremula stetit ante sepulchrum
Et noctem peragit insoporata vigil,
Praesulis ante oculos veneranda senilis imago
Nocte eadem visa est talia verba loqui:
'Montis in arce, sacer Marcellus quo occulit olim,
Scandat et incolumis mox erit illa manu.'
Praesul in arce Diae Vulfinus forte regebam
Pontificis summam, qui modo nota cano.
Cernua devoto cum paret pectore virgo
Pontificis monitis, sana repente valet.

---

383 *f.* * ibi 387 defixo *B*, *corr. Kirner* 388 * debilitate *B* 393 occubat *coni. Vollmer* *cf. app. ad 357 sq.*

395 *cf. v. 1.* 393 occulit *i. e. latuit.* 395 *cf. v. 1.*

CARMINA DE SANCTO QUINTINO.

Paulus de Winterfeld supra p. 178 sq. carmina de sanctis Cassiano, Quintino, Benedicta, quae artissime inter se cohaerere evicit, edidit coniuncta. Ex quibus Cassiani quidem carmen in codice s. Germani Parisiensis nunc Paris. bibl. nat. 12958 s. X—XI extat exordio et fine intercepto mutilum[1]. *Sed integrum illud legisse Ianningum olim societatis Bollandianae sodalem ex eis, quae ad Fontaninum scripsit, nemo non concluserit. Notavit quidem Fontaninus:* 'Nunciavit nobis Ianningus in codice decimi saeculi, qui fuit monasterii Sancti Quintini, idem poema *(sc. acta Cassiani metrica)* dividi in duas partes, et priorem dempto prologo quadringentis scilicet circiter versibus constantem hoc habere principium in apographo a sociis Bollandianis descripto:

Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes
Ad solium patris devicta morte revertens,
Coetus apostolicus toto se sparserat orbe.

Secundam vero partem totidem et amplius versibus conflatam sic incipere significavit:

Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris
Cerneret afflictam.'

Quare Winterfeld[2]*, qui et codicem pleniorem monasterii s. Quintini frustra quaesivisset et apographon illud patrum Bollandianorum non iam extare a domno van den Gheyn comperisset, tres illos versus* Astrigeros *e. q. s. tamquam initium carminis de Cassiano mutili p. 181, versus* Ecclesiam *e. q. s. tamquam exordium alterius partis p. 196 impressit. At Ianningi verbis in errorem inductus est. Albertus enim Poncelet vir doctissimus, quem his studiis ereptum esse valde dolemus, cum eodem fere tempore Bibliothecam hagiographicam latinam conficeret, in codice* ***P*** *= Parisino 17627 s. XI tria carmina invenit metrica, quorum primum inciperet* Astrigeros *e. q. s., alterum* Ecclesiam *e. q. s. Quae cum accuratius inspiceret, maxima cum admiratione ad Cassianum omnino non pertinere intellexit, sed esse opuscula quaedam ad id tempus prorsus ignota, 1) Passionem s. Quintini, 2) Inventionem s. Quintini per Eusebiam factam, 3) Inventionem s. Quintini per Eligium factam*[3]*; aevo autem Carolino adscribenda esse, quia auctor Sanquintinensis Inventionis secundae, quem versibus 27—32 Passione et Inventione priore posteriorem esse demonstratur, opus suum acrosticho epilogi* Otgero decano *dedicavit i. e. procul dubio eidem, qui, olim canonicus s. Quintini, ab anno c. 890—928 episcopatu Ambianensi fungebatur. Accedit, quod Stephanus episcopus Leodiensis, 901—920, AA. SS. Sept. V p. 583 n. 22 versus 169 et 176 Inventionis alterius exscripsit*[4].

Paucis disputandum est de ratione, quae intercedat inter Cassianum, Carmen Quintini[5]*, Benedictam, Passionem Quintini, Inventiones priorem et posteriorem. Atque Passionem et Inventionem priorem ad eundem poetam pertinere cum A. Poncelet consentio: 'idem dicendi genus, idem verborum delectus, eadem rei metricae ratio'. Addo, quod auctor*

---

1) *Primus edidit Fontaninus, De antiquitatibus Hortae, Romae 1708, p. 342 sq.* 2) *Fontaninus et Harster, Novem vitae sanctorum metricae p. IX, rem neglexerunt.* 3) *Edidit Anal. Bolland. XX 1 sq., 158.* 4) *Ponc. p. 4. 158.* 5) *Hoc nomine notamus carmen a P. de Winterfeld supra p. 197 sq. editum, Passionem dicimus illud carmen, quod a Poncelet primo impressum hic repetimus.*

Inventionis alterius, quem non multo post, certe aevo Carolino floruisse vidimus, utrumque carmen eidem poetae adscribit v. 32 Haec qui composuit*; cui rei non obnititur, quod haec duo opuscula in codice dissecta sunt*[1]. *Fuit autem poeta Passionis et Inventionis I prior carminibus a Paulo de Winterfeld editis. Atque cum Benedicta quidem permultos versus communes habet; in promptu igitur est suspicari poetam Benedictae, qui Cassianum et carmen Quintini data opera compilaverit*[2]*, hos versus ex Passione et Inventione I deprompsisse: rem sic se habere Poncelet acutissime demonstravit. Postquam enim sociae solam reliquerunt Benedictam*

v. 167 Hinc iterum monitor supero sermone relatus *(cf. v. 101)*
Accelerare iubet Lauduni moenia montis.
His dictis iam fida deo consurgit ab arvo
Ad superos palmas tendit *eqs.*

At Benedicta versibus praecedentibus neque dixisse quicquam narratur neque in arvum se proiecerat. Econtra Eusebia Inv. I 96 sq. humi se prostravit et prolixam cernua ad caelum profudit orationem. Merito igitur

v. 121 His dictis iam fida deo tunc surgit ab arvo
Ad superos palmis pansis Eusebia spectat.

His extra dubitationem positis Poncelet quaestionem movet multo intricatiorem, utrum Carmen Quintini Passione et Inventione I prius sit an versa vice. Magnam enim inter ea intercedere necessitatem luce clarius est cf. adnot. ad Pass. 3—6. 19 sq. 58 al., uter autem poeta alterum aetate praecedat, haud facile definieris. Alicuius certe momenti videtur esse, quod Poncelet dubitans quidem affert: cum uterque (carm. Quint. 17, Pass. 78 sq.) eundem locum Vergilianum (ecl. I 24) afferat, eum, qui poetae verba pressius sit secutus, i. e. auctorem carminis, priorem putandum esse; huc accedere, quod auctor carminis permulta habeat Vergiliana, auctor Passionis rara. Sed cave, huic argumento nimium tribuas. Notandum sane est, quod auctor Carminis vitam martyriumque s. Quintini centum fere versibus enarravit, auctor Passionis per plus quingentos versus in eadem re versatus est. Auctor carminis v. 136 se sanctum silentio praeterire noluisse profitetur: nonne iam vitam Quintini latam atque explicatam in coenobio lectitatam fuisse, auctorem carminis 'quia illum diligeret' gravissima repetivisse probabile est? At obiciat quis auctorem Passionis vitam tam fuse tractavisse, quia auctor Carminis rem solummodo obiter tetigisset. Quae quaestio cum argumentis ex materia repetitis solvi non posse videatur, subsidia ex arte metrica quaerenda sunt eaque non parvi aestimanda: cum auctor Carminis versus leoninos in deliciis habuerit, auctor Passionis in leoninitate adhibenda eas rationes, quas Alcuinus, Theodulfus eorumque coaevi secuti sunt, non excesserit, Passionem et Inventionem I ante Carmen compositas esse mihi persuasum est[3]. *Idem ad auctorem Cassiani pertinet, qui ipse quoque Passionem legit, sed pauca inde desumpsit. Auctor Inventionis II non multa praecessoribus debet; nonnulla ex Cassiano hausit cf. ad v. 53. 131. 171. 273. Num v. 271 sq. ad carmen Quintini referendi sint, nescio, propius certe ad Quintinum quam ad Cassianum accedunt; de Benedicta non cogitaverim.*

---

1) *Brevitati studens, quae Poncelet p. 6 sq. fusius exposuit, paucis perstrinxi. Cod. Paris. lat. 17 627 Passionale est amplissimum saeculo XI in dioecesi Bellovacensi exaratum, postea in bibliothecam maioris ecclesiae b. Mariae Parisiensis translatum. In codice se excipiunt f. 1—6 prior pars tertiae passionis prosa compositae, qua usus est auctor carminis s. Quintini, f. 6—15 passio s. Q. metrica* Astrigeros *eqs., f. 16—17 altera pars passionis tertiae, f. 17—21 prior inventio metrica* Ecclesiam *eqs., f. 21—22 inventio altera per Eligium facta i. e. vitae s. Eligii cap. VI, f. 22—27 carmen de inventione altera* Carmine dulcisono. *Is igitur, qui passionale collegit, singulis narrationibus prosaicis singula carmina subiunxit, quibus eaedem omnino res referrentur.* 2) *Cassianum ab auctore Benedictae compilatum esse Winterfeld p. 179 demonstravit, de Quintino excerpto cautius iudicavit, sed Poncelet p. 8 n. 2 collatis Quint. v. 188 et Bened. v. 300 dubitationis locum esse nullum ostendit.* 3) *Fusius rem tractavi in Archivo nostro XLIV fasc. 2.*

Codex ille s. Quintini s. X, cuius mentionem fecit Ianningus, et apographon Bollandianorum periisse videntur; aetatem tulit solum Passionale Bellovacense, cod. Paris. 17627. Quod vehementer est dolendum, cum et in fine Inventionis I mutilum sit et multis locis menda prae se ferat gravissima, quorum magnam partem sustulerunt unus corrector aequalis, alter recentior, sed multa restant, quae ut omnia corrigeremus neque Alberto Poncelet contigit neque mihi. Mirae socorditatis rubricator fuit, qui quamquam scriba atramento litteras initiales, quae minio depingendae essent, adscripserat[1]*, tamen saepenumero falsas intrusit, quas Poncelet partim correxit, partim corrigendas reliquit. Codicis adeundi cum nulla mihi facultas daretur, editionem Ponceleti etiam in orthographicis stricte sum secutus. Nonnullos locos H. Delehaye qua est erga nos humanitate meum in usum cum codice Parisino conferri iussit.*

I. PASSIO S. QUINTINI.

INCIPIT PRAEFATIO IN LAUDE TRINITATIS.

f. 6v Laudibus ecce tuis intendens, o dee Christe,
Carmina laetanter promere sumo tibi.
Nam licet in caelis sanctorum coetus adorans
Te canat exultans et pia vota ferat,
Non tamen in terris abhorres munia laudis,
Quae mortalis homo pangit ab ore pio.
Ergo libens votis semper, rex Christe, faveto,
Dulciter ut liceat carmina digna loqui.
Tu Deus immensus, tu caeli conditor arcis,
Tu verbum patris et sine fine manens;
Sidere tu caelos, tu terram floribus ornas;
Tu regis imperio cuncta creata tuo;
Tu lumen, tu splendor, honor, tu gloria perpes,
Tu spes vita salus pax decus atque via;
Tu patris a solio missus certissima mundo es
Nempe salus factus in redimendo tuos;
Tu matris sanctae es germen flos fructus et auctor,
Quod tantum nostra tempora nosse licet.
Te patriarcharum sonuit sanctissimus ordo
Atque prophetalis protulit ore cohors;
Coetus apostolicus te toto praedicat orbi,
Quos docuit summus spiritus ipse tuus;
Testantur sancti, quorum cruor orbe coruscat,
Sis quia tu populis palma, corona tuis;

---

1) *In versa foliorum parte illae litterae etiamnunc extant, in recta cum in exteriore margine adscriptae essent, compactoris scalpello excisae sunt.*

2 sumo *(i. e.* praesumo?*) Ponc.*, sūmo *P* 5 nimia laudis P^1, munia laudis P^2 8 carmia P^1, carmina P^2 13 honor tu, *dist. Ponc.* 15 mundo es, *dist. Ponc.* 17 actor P^1, auctor P^2 24 pulis P^1, populis P^2

3—6 *cf. c. Q. (i. e. carmen de s. Quintino supra p. 197 sq.) p. 198 orat. 5—8, Ben(edicta) praef. 19.* 5 munia laudis *Ben. 74.* 13 *sq. cf. Ben. 591.* 19 *sq. cf. c. Q. praef. 15 (Ben. praef. 25 sq.)* nam patriarcharum clangens te coetus in unum . . . *17* Teque prophetarum legio . . . *21 sq.* praesentem duodenus apex *(Sedul. I 361)* imitatur . . . imbutus toti tandem pronuntiat orbi . . . *27* hinc testum innumerosa falanx te laudat . . *35* virginitatis honos . . *49 sq.* omnia quae retinet caelum, mare, nutrit et arvum, depromant iubilos . . . . 21 *cf. infra v. 73.*

Alma sacerdotum te clamat contio laudans,
Quorum vita placet, o bone Christe, tibi:
Virgineumque decus niveo candore coruscans
f. 7r Tē docet ore pio, te iubilando sonat.
Omnia quaeque polus retinet, mare, continet arvum,
Persolvunt odas, o dee Christe, tuas.
Non caeli reticent, turba caeleste canente;
Plebs sacra cum resonat, sed neque terra tacet.
Nam mare fluctivagum, metas servare recurrens
Quod novit iussu, nec sine laude manet.
Omnia quippe sonant, quae vastus continet orbis,
Dignanter laudes cognita, sancte, tuas.
Has monet egregius David cytharista canendo,
Has rex ipse docet versibus innumeris.
Has pueri flammis iniecti carmine promunt,
Quos metuens sacris laudibus ardor abit.
Lingua beatorum te semper, Christe, fatetur,
Teque deum pangit mens bonitate cluens.
Vocibus ac gestis pariter haec omnia produnt,
Quaeque tuis factis constat inesse sacris.
Namque deo missus de caelis angelus infit:
'En paries virgo nescia lege viri.'
Sidus in excelsis spargens sua lumina terris
Te puerum regem narrat adesse poli.
Te mare sustentans terra et tremefacta locuntur,
Subdita quod pariter sint tibi cuncta Deo.
Te lumen caeci, medicum te lepra fatetur,
Quae fugit ad tactum, rex benedicte, tuum.
Te Lazarus vita congaudet tartara linquens,
Et mors victorem monstrat adesse suum.
Haec etiam sancti, quorum tu maxima vita es,
Testantur morte, quae pretiosa manet;
Qui te prae cunctis solum bonitate secuti
Terrea spernentes praemia magna tenent.

f. 7v E quorum numero Quintini martyris almi
Haec monstrant merita munere, Christe, tuo.
Cuius abhinc praestes nostro miserando labori
Promere gesta, peto, martyris, alme deus;
Ut pateat cunctis, qua te bonitate secutus
Is fuerit, quem tam glorificando tenes;

---

27 niveo *scripsi*, n . . . no *P*; '*corroso infimo margine desunt tres litterae; reliquos apices bene complerem legendo* magno, *nisi vox frigida esset.*' *Ponc.* 29 continet *Ponc.*, concinet *P* 39 *inuecti *P* 41 ligua P^1, lingua P^2 54 adesse suum *Ponc.*, adessuum *P* 62 prome P^1, promere P^2

31 *ps. 18, 2.* — caeleste *pro* caelesti: *cf. Traube, Karol. Dichtg. 28, 1.* 33 *ps. 103, 9.* — fluctivagum: *c. Q. praef. 48. Ben. 331b.* 37 *cf. e. g. ps. 148. Cass. 446.* 39 *Daniel 3. Cass. 419. Ben. prol. 15.* 45 *sq. Luc. 1, 26 sq.* 47 *Matth. 2, 2 sq.* 49 *Matth. 14, 25 sq. 27, 51.* 51 *Matth. 9, 27 sq. Matth. 8, 2 sq.* 53 *Ioh. 11, 44.* 55 *sq. cf. supra v. 23.* 56 *ps. 115, 15.* 58 *c. Q. 47* terrea vitantes. 63 *v. supra v. 57.*

Sicque mihi liceat post haec pia carmina laudis
Metrica mox testi pangere parva tuo.
Sit tibi, sancte deus, laus virtus gloria perpes
Et decus imperio sit sine fine tuo,
Qui deus immensus regnas sine fine per aevum
Cum patre tu genitus, spiritus atque tuus.

INCIPIT PASSIO SANCTI QUINTINI.

POST ASCENSIONEM CHRISTI DISPERSIS PER ORBEM APOSTOLIS PETRUS ET PAULUS ROMAM VENERUNT.

Astrigeros postquam Christus transcenderat orbes
Ad solium patris devicta morte revertens,
Coetus apostolicus toto se sparserat orbe,
Iusserat ut Christus librando per aethera corpus,
Finibus ut cunctis resonarent verba salutis.
His igitur missis mundum penetrantibus omnem
Petrus Romanam Paulus simul inclitus ore
Mox urbem petiere quidem, quae tunc caput orbe
Extulit et sceptrum gestabat honore superbo,
Illius ut fierent primo tunc subiuga colla,
Inde sequens Christi peteret vestigia mundus,
Cum Romam posset prostratam cernere Christo,
Ferre monarchiam quae se iactaverat olim.
His quoque iam domini magna virtute peractis
Cessit apostolici Roma hinc sermonis honori.
Quamvis nam rubris illos perfuderit undis,
Haec tamen et victa est et mox virtute subacta,
f. 8r Vincere quae cunctos solita est invicta manendo.
Indeque sanctorum nutrix, quae perfida dudum,
Iam fieri voluit mater, non saeva noverca,
Non gladium sed lac tribuens, quo pasceret omnes
Munere christicolas perfecto dogmate sanctos.

QUOD ROMA MULTOS SANCTORUM GENUERIT, INTER QUOS ET BEATUM QUINTINUM PRODUXIT.

Haec quondam genuit multos urbs inclita Roma
Sanctorum populos spargens per competa mundi.
Inter quos noster Quintinus nascitur ut flos
Egregiae stirpis, quam tunc senatorius ordo
Extulit ad primos post magni Caesaris ortus;
Quem Zenon magnus genuit hoc ordine dignus.
Sed licet is carnis fuerit pater, altor et auctor,
Quaeritur hoc maior, summa qui laude coruscat,
Progeniem formans caelestem sorte beata.

---

71 *in lemmate* dispersis . . apostolis *Ponc.*, diuersis . . apostoli *P* 74 Iusserat *Ponc.*, Susserat *P* liberando P^1, librando P^2 75 conctis P^1, cunctis P^2 77 in//clitus *P* 98 dgn' *P* 99 his *P*

65 *c. Q. orat. 7. Ben. praef. 36c.* 71—92 *c. Q. cf. 1*—18.* 71—75 *Ben. 34—40.* 71 *Arator I 33 sq., Ben. de sole 5* astrigeros cursus. 76 *sq. cf. c. Q. 23* sq. c. Q. 17 (c. Q. 74).* 77. 78 *Ben. 47 sq.* Romanae Petrus, Paulus simul inclitus urbis moenia mox peciere quidem *c. q. s.* — *Verg. ecl. I 24.* 89 *sq. c. Q. 7* Quo non saeva noverca foret, sed mater honesta. *15 sq.* sanctorum genetrix et testum dura necatrix, ut pia mater alens, ut saeva noverca reflectens. 91 *ep. Petr. I 2, 2.* 93 *c. Q. 20 sq. Ben. 58.* 94 competa mundi: *Cass. 79. Ben. 57. 212.* 96 *Ben. 60.* 101 sorte beata: *infra 395, Inventio I 116.*

Hunc sibi Quintinus dum iudicat esse sequendum,
Fontem baptismi petit et pia munera Christi,
Mundior ut factus caelestis filius extet.

UBI BEATUS QUINTINUS CUNCTA DESERENS CHRISTUM SECUTUS EST ET GALLIAS VENIT.

Post igitur iuvenis carne et baptismatis unda
Aeterni regis vestigia sancta secutus
Obtimus ut miles populum patriamque relinquens
Pergit ad externos, quos Gallia finibus ambit,
Ut multos faceret Christum cognoscere regem,
Non cinctus mucrone quidem nec comptus in armis,
Sed virtute dei, potuit qua vincere mundum,
Confisus properat contempto turbine cuncto.

QUOD BEATUS QUINTINUS SOMANOBRIUM VENIENS CHRISTUM PRAEDICAVERIT.

f. 8v Interea adgrediens urbem, quae florida Gallis
Extiterat, quondam nomen Somanobria gestans,
Ambianen quam nunc mutato nomine dicunt,
Incipit egregias Christi mox pandere laudes
Et pia facta dei multis committere verbis,
Esse deum caeli monstrans per saecula summum.
Qui genuit Christum nullo sub tempore de se,
Quem voluit nasci post haec de virgine sancta,
Quae mater tunc virgo fuit, post virgo remansit.
Talibus et dictis cum plurima necteret ore,
Non modicum populum Christo adquisiverat illic,
Lumine virtutum signis quoque valde coruscans,
E quibus alta dei virtus tunc compserat illum,
Ut sua verba sequens firmaret munere signum.

DE VIRTUTIBUS BEATI QUINTINI.

Incipit interea fama vulgante per orbem
Quintini resonare fides nomenque beatum,
Quem dominus tantis voluit praefulgere signis,
Ut nosset mirans tunc Gallia cernere quosdam,
Quos caecos genuit, quos claudos, currere laetos,
Aut quos dira febris tetigit vel turgida lepra,
Saepe crucis signo sacrae consurgere sanos.
Quae pia turba videns ad laudes ora resolvit.
Impia nam gladium vibrare assumpserat exin,
Militis ut Christi conpesceret acta minando.

DE PRINCIPIBUS ROMANIS.

Tunc etenim Diocletianus regalia sceptra
Rexerat et sotium perfecerat Herculianum,
Cui vis bellorum nomen concesserat illud,
Ante licet dictus fuerat qui Maximianus,
Saevus et infelix torvus cultorque deorum.

---

102 Quinus P^1, Quintinus P^2 114 Somonobria *P* 127 vulgare P^1, vulgante P^2 130 posset *P*, *corr. Vollmer*

105 *c. Q. 23. Ben. 61. 394. 478. 504.* 106 *c. Q. 47. cf. infra 251.* 107 *Ben. 104.* 108 *Ben. 150 sq.* 109 *Ben. 139.* 114 *sq. c. Q. 121—123.* 115 *Verg. Aen. VI 441. VII 607.* 116 *sq. Ben. 197 sq.* 119 *cf. infra 265. c. Q. 164.* 119—21 *Ben. 345—48.* 124 *cf. Sedul. c. p. I 95.* 127 *cf. c. Q. 138.* 139 *c. Q. 79.*

f. 9r Hic sitis, hem, rabiem sanctorum sanguine stingui
Posse suam credens, mox milia sternere sancta
Aggreditur plectique iubet, quos nomine Christi
Signatos potuit cognoscere perfidus, armis.
Mittit et ad Gallos, lateat ne sanctus in illis,
Quem suus in gladii non miles sterneret ictu.
E quis unus erat Rictiovarus impius, urguens
Sacrificare diis, quos Caesar sanxerat olim,
Non gladio parcens, non ignibus ille beatis,
Quos Christi vinxit nomen regnumque fidesque
Daemonibus nullum persolvere munere censum.
Interea hic famam Quintini perfidus aure
Discere cum primo potuit, mox callida fraudis
Vertit ad aumentum perversi dogmatis instans,
Flectere christicolae mentem si posset ad aras,
Quas coluit Caesar, quas nescius ipse beabat.

UBI BEATUS QUINTINUS TRIBUNALIBUS RICTIOVARI SISTITUR.

Sed Quintinus ad haec dum nollet flectere sensus,
Ducitur ad magnum praefecti valde tribunal.
Talibus hinc praeses sermonibus esse loquutus
Dicitur ad sanctum, quem nullis fallere verbis
Posse docet gladius, quem merserat ille cruentum
In collum corpusque viri pectusque beati:
'Dic mihi, dic, iuvenis, quis tu aut qua stirpe creatus,
Quod nomen quisnamque locus, quae patria constat,
Est tibi quaeque fides aut quae religio, narra.'

RESPONSIO BEATI QUINTINI PRIMA.

At Quintinus eum quamvis cathenatus ab ipso
Carcereis tenebris iam ductus sisteret ante,
Haec responsa dedit sancta spe conscius olli:
f. 9v 'Si, praefecte, mei perquiris corporis ortus:
Roma mihi locus est, Zenon pater, Itala tellus,
Quintinus nomen, spes semper gloria Christus,
Signa crucis gestans cuius quoque dogmata porto,
Qui nomen sumpsi sancto de nomine Christi,
Christianus ego ut dicar praenomine summo.'

AGGRESTIO PRAEFECTI SECUNDA.

Tunc praefectus ait: 'Cur te dementia tanta
Decepit, iuvenis, tam magna stirpe creatum,
Ut Christum dominum dicas regemque polorum,
Quod Iovis est proprium quin nostrorumque deorum?

---

173 dogmata: *expectaveris* stigmata *cf. infra v. 313, ep. ad Gal. 6, 17, sed auctor Benedictae 264* dogmata *legisse videtur, qui cum non intellegeret, quid sibi vellet illud* porto, *scripsit* dogmata narro. *Cass. 228* populis ferret pia docmata.

142 sitis rabiem: *c. Q. 85* quantum sitiebat. — *aliter AA. SS. Oct. XIII 788 cap. 3* tantae crudelitatis, ... ut eorum sanguine rabiem suam numquam satiari posse putaret. 149 *infra v. 157. 294. Ben. 244. 248. 464a.* 150 *c. Q. 99.* 157 *c. Q. 258. Ben. 464a. 602a.* 159 *c. Q. 249. Ben. 249. 459.* 160—166 *Ben. 252—257.* 162 merserat *i. e. (postea) mersit.* 164 *c. Q. 20. infra v. 177. 291. Verg. Aen. X 543.* 170 *sq. Ben. 260 sq.* 173 *cf. infra 313 cum adnot., Ben. 264.* 176 *sq. Ben. 282 (Verg. Aen. V 465, ecl. VI 47). 312. 386. 499.* 177 *cf. supra v. 164.*

Nunc quibus accedens dignanter solvere tura
Perge; reflecte animos, neu nostra efferveat ira.'

RESPONSIO BEATI QUINTINI SECUNDA.

Denegat haec fieri Quintinus talia profans:
'Non equidem, praeses, quaequam est dementia nobis,
Qui dominum Christum regemque deumque fatemur;
Sed potius demens extat, qui daemonis aras
Excolit et cultus infandis reddere curat.
Namque mihi Christus semper deus extat in aevum,
Cuius honor vetuit numquam dis promere laudes
Solvere nec census divinis cultibus aptos.
Ergo deum memorans nunquam diis sacrificabo
Nec iussis parebo tuis, quae tempnere dignum est,
Tu licet occidas corpus hoc sorte feroci.'

UBI PRAESES SANCTO MARTYRI IURANDO MINATUR.

His igitur praeses dictis mox valde furore
Motus ait: 'Quintine, tibi per grandia iuro
Numina magnorum semper quoque summa deorum,
Insuper addo deas, quas cunctus percolit orbis:
f. 10r Nunc nisi convertens sensus animosque rebelles
Adpropies venerando deos et semper adores,
Multis te poenis, multis quoque trado flagellis.'

RESPONSIO SANCTI QUINTINI TERTIA.

Martyr ad haec sanctus nullo terrore minantis
Motus ait: 'Iam credo tibi sat posse videri
Flectere me nullis constantem, perfide, verbis,
Sed nec poenarum diversis fascibus unquam.'

UBI PRAEFECTUS FUSTIBUS SANCTUM MARTYREM MACTARE PRAECEPIT.

Hinc praefectus eum iam tunc fervore repletus
Fustibus affligi diro cum verbere iussit.
Haec quoque Quintinus dum laetus sustinet, orat
Omnipotentis opem, neu linquat semet in aevum.
At mox de caelis vox dicitur intonuisse:
'Nunc suffer, Quintine, tibi quaeque irrogat hostis.
Adsum ego defensor, qui te salvabo per aevum.'
Tunc cecidere viri, quos praeses iusserat ante
Quintinum torquere flagris dirisque flagellis,
Nec constare queunt, quos torsit flammeus ardor
Interiora vorans, ultor tunc martyris almi,
Quem deus e caelis protexerat ut pius auctor.
Interea effugiunt magno terrore repleti
Praesidis atque domum repedantes talia multis
Vocibus exclamant necnon auxilia poscunt.

---

181 Pergere flecte *P*, '*id est* flecte animos ut pergas solvere tura . . ? *vel legendum* Perge; reflecte animos . . ? *cf. infra v. 197, v. 428.*' *Ponc.* 183 Non equidem *Ponc.*, None quidem P^1,Nonne quidem P^2 191 tempnere *Ponc.*, tempore *P* 193 *in lemmate* iurando minatur *Ponc.*, iurando dominatur *P* 197 Nunc si P^1, Nunc nisi P^2 211 iuserat P^1, iusserat P^2

181 reflecte: *cf. infra 197. 428. Invent. I 155. Ben. 315.* — neu: *cf. v. 207.* 187 *Ben. 366.* 192 *cf. infra 287.* 194 *Ben. 297. 331.* 196 *Ben. 327.*

UBI PRAESES BEATUM QUINTINUM IN CARCEREM SECUNDO CLAUDI PRAECEPIT.

Mox praefectus ad haec turbatus duriter inquit:
'Ecce deos nostrasque deas iuro, iste rebellis
Est magus et nocens cantamina praecluit ipsis,
Quaeque gerens manibus nostris elabere temptat.
f. 10v Duriter ergo illum nunc sumite, hincque trahentes
Carcereis tenebris includite valde peratris;
Hoc quoque condignas persolvat munere poenas.'

DE ANGELO, QUI IN CARCERE BEATUM QUINTINUM CONSOLATUS EST ET ABIRE PRAECEPIT.

At tunc Quintinus tractus sat duriter inde
Carceris ingreditur gaudenter taetra profundi
Nomine pro Christi, cui se commiserat olim,
Pro quo iam nexus artos et saeva flagella
Sustinuit patiens, spe semper conscius alma.
Hic post haec martyr cum semet nocte sequenti
Traderet afflictus somno dulcique quieti,
Cernit adesse sibi de caelis gaudia magna
Angelico adventu, qui se tunc astitit ante
Missus ab excelsis clementer munere Christi.
Ast igitur, qui tunc aderat, mox angelus inquit:
'Nunc ego descendens caelorum missus ab arce,
O Quintine, tibi paradisi gaudia narro
Esse parata quidem, si non te flectere poenae
Hae poterint, praeses quas irrogat ecce feroces,
Nescius infelix, quod saeviter ipse peribit
Cum cunctis, quos ille trahit per crimina vinctos
Ad claustra inferni, contempto nomine Christi.
Tu modo consurgens Christo persolve triumphos,
Qui voluit tenebris te his nunc absolvere taetris,
Ut populis pandas eius virtutis honores,
Praesidis iniusti poterant quos forte furores
Mergere in occasum fidei terrendo minaces.'
Credulus his martyr sacras de pectore laudes
Reddit et altithrono iubilos laetanter ab ore.
f. 11r Ilico consurgens, vestigia sancta secutus
Angelica, egreditur de carcere, claustra relinquens
Sola; suos pariter custodes stertere cernit,
Quos somnus pressit vincxit quoque gratia Christi,
Gressibus ut sanctis liber foret inde recursus.

UBI SANCTUS MARTYR URBEM INGRESSUS CHRISTUM PRAEDICAT.

His quoque iam factis ingressus moenia martyr
Urbis, vallatus venientibus undique turmis,
Vocibus excelsis narrat praeconia Christi,
Pandens virtutes et grandia munera profans,
Quae clemens praestabit eis, quos novit amore

---

221 *f.* * magus et noscens cantamina praevalet ipsis — praecinit *coni. Vollmer* 229 * artus *P*, *at cf. Ben. 428.* 239 flecterepone P^1, flecterepene P^2 248 * Pergere *P*, Vergere *coni. Ponc. coll. infra v. 383.* 250 iubi laetanter P^1, iubilos laetanter P^2 259 virtutes *Ponc.*, uirtute *P*

220 *cf. v. 196.* 221 *cf. pass. II AA. SS. Oct. XIII 789 c. 8* magus est et praecami(ni)bus utitur, quibus sibi manifestum est opitulari *(v. l.* quibus eum manifestum est adiuvari, *pass. I cap. 5* magus est et maleficia sua praevalent*)*. 227—230 *Ben. 425. 427—29.* 251 *cf. supra v. 106.*

Esse suos, quos ipse etiam per sanguinis undam
Mercatus fuerat, dampnata sorte reatus.
Talibus edictis cum plurima necteret, hortans
Hos populos summum dominum iam credere Christum,
Cui pater aeternus de se sine tempore nato
Omnia donavit tradens subdensque per aevum,
Credere sexcenti calefacti dogmate tanto
Mox coepere viri dominumque deumque fatentes
Et fidei tantae sancxerunt nectere corda.

UBI CUSTODES CHRISTUM CREDENTES AD PRAESIDEM VENIUNT.

Tum quoque custodes reserato carcere cumque
Inspicerent nec adesse virum, quem praesidis ante
Vinxerunt iussis, tremebundi ergastula linquunt,
Noscentes magna domini virtute fuisse,
Carcere quod clauso posset quis deinde meare,
Festinant celeres sanctum perquirere in urbe.
Quem mox cum sacri spargentem semina verbi
Conspicerent, regi caelorum promere laudes
f. 11v Nam coepere quidem, qui Christo corde fideli
Credentes veniunt ad praesidis atria saevi.

UBI PRAESES OBIURGATIS CUSTODIBUS QUINTINUM ADDUCERE IUBET DIIS SACRIFICARE SUADENS.

Talibus infelix auditis quippe tyrannus
Ira perfusus, stridens quoque dentibus, inquit:
'Hem, vos dementes decepit hic magus omnes,
Qui docet almorum fieri hostes valde deorum,
Caesareis iussis qui et sat parere resultat.
At modo vos oculis celeres abscedite nostris,
Ne meus hic gladius pariter pertranseat omnes,
Plectere Quintinum placuit quo sorte feroci.'
Dixerat haec praeses iussitque adducere sanctum.
Cui primo blandis orsus sermonibus inquit:
'Quin fateor, Quintine, tibi me valde rubore
Confundi, iuvenem tanta de stirpe creatum
Talibus inmergi sectis tantisque piaclis
Contra fas hominum contra vel iura deorum,
Quos Caesar Romae colit et respublica nostra.
Nunc igitur nostris sermonibus adde benignis
Cor placitum flectendo animos et suscipe iussa.
Accedens tantum nostris diis tura dicato,
Exorans supplex clementes poplite flexo,
Ut nostris placeas populis et Caesaris aulae,
Qui te muneribus magnis ditabit et auro,
Ut tibi sit vestis pro vili hoc purpura panno

---

263 orans P^1, hortans P^2 265 Cui *praescriptum rubricatori, at ille* Qui *P* 267 Crede P^1, Credere P^2 273 *Poscentes *P* 278 Nam *P*, Iam *coni. Ponc., sed ipse affert v. 379. 416.* 285 Admodo *P*, *'id est* amodo? *aut forsan legendum* At modo? *cf. invent. Quint. I 110' Ponc.* 287 *Flectere *P* 289 *Qui *P cf. v. 265* 292 *periclis *P cf. supra p. 765, 65*

263 *Dracont. l. d. II 260.* 265 *cf. supra v. 119. Inventio I 28. Cass. 352. c. Q. 164. 273. Ben. 345. Florus P. A. C. II 530, 7.* 271 nec *i. e. non.* 274 deinde *i. e. de — inde, deintus.* 280 *sq. Ben. 309 sq.* 286 *c. Q. 236. Ben. 603 sq.* 287 *cf. supra v. 192.* 294 *cf. v. 157. Ben. 244.* 298 *Cass. 388.*

Et candens byssus, torquis quoque pendula collo,
Balteus et cinctus multum praestabit honoris,
Hereditasque tibi reddetur tota parentum.
f. 12r Omnia sic pariter Caesar dabit obtima regni,
Si fueris tantum nostris diis semper amicus
Ac sotius noster cuncto notissimus orbi.'

RESPONSIO SANCTI QUINTINI MARTYRIS.

At quoque Quintinus his dictis talia profans:
'Miror', ait, 'praefecte, satis te mollius ista
Nunc dixisse mihi, tua quem non flectere poena
Iussio nec poterit terror nec quin furor ullus.
Namque mihi Christus semper deus ore sonabit,
Cuius signa gerens excelsa et sticmata porto.
Hic mihi semper honor summum decus hereditasque,
Cuius sola manet pretiosa et gratia semper,
Cuius perpetuum est cunctis obtabile regnum,
Divitiisque suis solis ditarier opto,
Pro quibus ecce tibi denuntio spernere cuncta
Me; mihi quaeque valet Caesar dare munera mundi,
Respuo. Nam quoniam quicquid hic continet orbis
Pro Christi regno, pro regni munere Christi
Parvipendo, etiam corpus hoc tradere poenis
Nomine pro Christi, vitam quoque ponere laetor.
Qui mihi commisit, totum illi namque reservo,
Nec dubitare licet, poenis vel morte parata.'

ITEM AGGRESTIONES PRAESIDIS ET RESPONSIONES SANCTI MARTYRIS.

Talia cum praeses constanter dicere sanctum
Cerneret et fixo corde haec narrare loquelis,
'Ergo', ait, 'o Quintine, mori vis sorte reorum?'
At quoque Quintinus profert mox talia dictu:
'Non equidem, praeses, mortem me crede timere,
f. 12v Quam mihi tu poteris gladiis inferre reductis,
Est quia vita mihi, quam nullus terminus artat.'
Inde deos praeses iurat nectitque deas mox
Supplitiis saevis Quintinum tradere morti,
Ni venerando deos supplex progressus adoret.
Denegat hoc fieri martyr sanctissimus unquam
Nec se posse deos tales venerarier inquit,
Quos tenet inferni fundus taetra ollaque flammae,
Mortales quondam quos turpia saecla tulerunt,
Daemonia aut, mundum fallunt quae saepius istum.
Dum se quippe deos iactant fallacibus orsis,
Innumeros populos secum mergentia flammis.

---

302 Ut P^1, Et P^2 305 dabit *loco raso P* 324 * Qui me *P.* '*Corrigendum videtur* Cui me commisi *cf. supra v. 228.*' *Ponc.* 327 marrare P^1, narrare P^2 338 olloque P^1, ollaque P^2 339 * qui *P cf. Verg. Aen. I 605*

313 *ep. ad Galat. 6, 17; cf. supra v. 173.* 317 *sq. Ben. 304. 305.* 323 *Ben. 306. 323.* 327 *Ben. 198.* 332 *cf. infra v. 476.* 333 *cf. supra v. 220.*

DE VARIIS TORMENTIS SANCTI QUINTINI.

His igitur praeses motus fundotenus ira
Insontem domini famulum comprendere iussit
Et trocleis diris strictim torquere beatum,
Nexibus ut propriis artus vi solveret omnes.
His factis martyr semper constantior extans
Flectitur in nullo, quem firmat gratia Christi.
Tunc quoque resticulis compactis undique ferro
Verbera nectit hians ad rubri sanguinis undas.
Nescit et his flecti, qui nullis cesserat ante,
Egregius martyr, sed laudes reddit ab ore
Altitrono regi. Nam nec satis ista fuerunt.
Sulcatum corpus perfunditur omne liquore,
Vulneribus saevis praeses quem miscuit ipse;
Durus nam medicus durum facit esse malagma.
Namque pici calidae candens oleumque adipemque
f. 13r Coniungens iussit totum perfundere corpus,
Quis gelidis hominem cunctum mox conderet una
Turgenti crusta, contracta pelle per artus.
Nec satis ista valent Quintinum flectere posse.
Adlatis facibus mox undique concremat artus,
Ut coctus cedat, non vult qui cedere crudus.
Sed martyr domini sanctus, quem coxerat ante
Spiritus introrsus, flammas contempserat omnes.
Sic quoque Quintinum potuit nec vincere praeses.

RESPONSIO BEATI QUINTINI.

Incipit interea constanter dicere martyr:
'Me modo iam, praeses, cernis non vincere posse,
Nec iussis parere tuis diis tura dicando.
Quid tibi cum poenis, quas Christus temperat omnes?
Ros mihi de caelis praestans et munera certa
Roborat et firmat solidatque fovensque coronat.
Nomine pro cuius semper daemonia tempno,
Tu quibus incensum sacras veneranter adorans,
Nescius infelix, quod sis periturus et omnes,
Talia qui colitis pro Christo numina falsa.'

UBI PRAESES SANCTUM MARTYREM SINAPI, CALCE ET ACETO POTAT.

Valde dehinc praeses stomachatus nectit enormem
Mox furiam, iussitque sibi deferre ministros
Pocula nam labiis semper durissima cunctis,
Quae liquido placuit tristi et miscere sinapi,
Calcis aceti etiam pariter connectere multam.
E quibus una fuit tunc potio fellea gustu,
Vergere in os sancti iussit quam perfidus hostis.
Ut saltim pleno cesset hac ore loquelis,

---

344 comprehendere *P* · 356 malagma *Ponc.*, maligma *P* 359 *sq.* *unam turgentem crustam *P* 365 *flamma *P.* spiritus introrsus flamma, *dist. P* 369 parere *Ponc.*, parare *P* 370 *sq. distinxi*, omnes, . . . coronat? *dist. Ponc.* 370 Christus *add. al. man. sup. lin. P* 381 **f.* multum

343 *Ben. 458.* 356 facit esse: *cf. v. 409.* 357 *c. Q. 131.* 375 *cf. v. 241.* 377 stomachatus: *cf. Ben. 396. 610.* enormem: *cf. Cass. 39. 527, c. Q. 174.*

f. 13v Quis narrare deum et iugiter laudare solebat
Et blasphema diis constanter dicere falsis,
Quos coluit praeses, quos praesidis atque ministri.
Sed domini martyr sibimet haec dulcia pandit
Constanterque deum, potuit quo famine, laudat,
Praesidis infandi cum poenis tempnit et iras,
Attendens caelum caeli quoque moenia pulcra,
Gaudia sanctorum necnon sacra praemia vitae,
Quae Christus praestabit eis, qui vincere mundum
Et mundi poterunt ponpas, quas tempnere dignum est
Nomine pro Christi caeli quoque sorte beata.

UBI PRAESES BEATUM QUINTINUM VALIDIS CATENIS LIGAT.

Martyris at praeses cupiens differre beati
Cum poenis mortem, cum morte et praemia Christi,
Pondere praegravidas iussit deferre catenas,
E quis colla manus Quintini nectere strictim
Iusserat infelix hostis torvusque tyrannus,
Nescius ille miser, quod nollet hostia Christi
Exire ex manibus lictorum more latronum,
Quos premit introrsus turpis mens conscia facti.
Taliter ergo trai vinctum strictumque catena
Iusserat Ambianis eductum militis ira,
Prosequeretur eum dum praeses perfidus ipse.
Ast ubi deductus ter denis milibus esset,
Augustam veniens, quam nunc sanctissimus ipse
Corpore sacrato inlustrans facit esse coruscam,
Iussus ibi est faciente deo expectare tyrannum,
Ut locus ille pio perfusus sanguine sancti
Mundior effectus Christo sacretur in aevum.

UBI PRAESES AUGUSTAM VENIENS SANCTUM MARTYREM FERRO UNDIQUE CONFIGI PRAECEPIT.

f. 14r Tunc veniens praeses sanctorum maximus hostis,
Postquam lucifluos mundo sol sparserat ortus
Alterius diei perlustrans tempora flammis,
Sistere namque suis Quintinum vultibus atris
Militibus iussit, vinctum quem forte tenebant
Artius et ferro strictum validaque catena,
Flectere nempe putans iam tunc certamine sanctum,
Terreri poterat qui † primis valde flagellis,
Ad cupitos sensus; sed non haec talia martyr
Sentit amando deum, cui se devoverat olim.
Attamen adgreditur primo sermone suavi
Persuadere quidem; post haec terroribus urguet
Quintinum parere sibi, qui fortius ante
Restitit in faciem, nunquam se cedere profans.
Taliter infelix iudex horrendaque pestis,

394 dignum est, *dist. Ponc.* 420 poterat quimis P^1, qui primis P^2. *Intellegerem, si scriptum esset* qui nullis ante flagellis *cf. v. 202. 229. An v. 420 ad praefectum referendus est = ipse primis flagellis territus esset?* flagellis, *distinxi,* flagellis *Ponc.* 423 *Et tamen *P*

403 *cf. Verg. Aen. I 604* et mens sibi conscia recti. 408 Augustam: *cf. ad Invent. I 149 sq.* 414 *Iuvenc. III 293.* 421 cupitos: *cf. Invent. II 246.* 422 *Ben. 427.* 426 *ep. ad Galat. 2, 11.*

Dum putat egregios sensus reflectere posse,
Victoriae fuerat cui iam tunc palma parata
Pro meritis magnis magna et virtute laboris,
Vincere qua voluit cum poenis atque tyrannum.
Quae praefectus inesse animo cum cerneret almo
Nec se posse quidem Quintinum vertere verbis,
Disponit mutare malum poenasque paratas:
Excogitat veribus ferri transfigere sanctum.
Undique namque animam forsan si tangere posset,
Perquirit; victor fieri sic denique certat,
Ut vincens animam superet, qui corporis artus
Vincere non potuit poenis nec flectere verbis.
Martyris ast animus firmatus munere Christi
f. 14v Erubuit vinci, corpus cum vicerit ante.
Vincere nam corpus sed sepius † vincere gestit;
Perseverat superat tolerat patiturque tyrannum.
Regius at miles sic caeli moenia spectat
Atque intrare quidem gaudet post praelia tanta
Valde triumphator, gessit qui insignia Christi,
Sancti quis soliti semper sunt vincere mundum.
Aestimat hinc praeses Quintino taliter actis
Tunc illum superasse quidem multosque per orbem . . .
Dic mihi, dic praeses, Quintini pessime tortor,
Quid gaudes laetando putans vicisse beatum,
Quem rigidum cernis confossum crebro per artus?
Non sentit parere tibi, sed vincere nunc te
Corpus dando tuis poenis animamque supernis
Sedibus, ad caeli mittens pia moenia regni,
Quo tuus haut gladius poterit contingere tractus
Caesareusque furor nullus nec lictor iniquus.

UBI PRAESES SANCTUM QUINTINUM PLECTI CAPITE IUSSIT.

His factis, praeses potuit dum vincere nec sic
Saepius et victum tali se sorte doleret,
Sumere Quintinum plecti quoque vertice iussit.
Tunc famulus domini totus quoque victima Christi
Dum trahitur, nec vox resonat nec murmure verbum.
Insons atque animo simplex velud agnus ad aram
Ductus progreditur, laetus spe gaudet ad oram
Temporis esse sui perventum, qua deus illum
Ex manibus gladii iam iamque ad sidera missum
Susciperet caelo iungens per saecula sanctis.
Postulat interea lictores martyr, ut olli

---

433 * uerbere uerbis *P*, *cf. v. 197*, flectere *Ponc. coll. v. 439* 434 multare *P*, multare malum, poenasque paratas excogitat *Ponc.*, *sed idem coni.* mutare *scribendum esse et post* paratas *interpungendum* 435 * transfingere *P* 447 quîs *Vollmer*, qui *P*; *post 449 lacunam indicavi.* 460 * Mumere *P* (‘den *Q. zu nehmen und zu enthaupten*’, plecti = *plectere?*), Munere *Ponc.*, *quo sensu?* 462 murmere P^1, murmure P^2 466 misum *P*, nisum *Ponc. coll. Very. georg. II 428*

429 *sq. Ben. 399 sq.* 438 *Ben. 253 sq.* 446 *cf. v. 313.* 450 *c. Q. 106.* 460 *cf. v. 144.* 461 *cf. v. 488. Cass. 449. Ben. 71.* 462 *Ben. 248d.* 463 *Hierem. 11, 19.* 464 *ep. ad Rom. 12, 12.* 464 *sq. Ben. 606 sq.*

f. 15r Orandi spatium dominumque deumque precandi
Concedant pro sat magno tunc munere parvum.
Quo concesso equidem mox se prostraverat arvo;
Dicitur et verbis tunc talibus esse locutus:

ORATIO SANCTI QUINTINI.

'O dominator', ait, 'summi patris unica proles,
Deque deo deus et sanctum de lumine lumen,
Principium mundi superas, qui conscius aevi
Es longi, quoniam nullus te terminus artat,
Te precor et supplex, auctor pietatis, adoro,
Quem quoque confiteor, quem semper corde retento,
Hoc cui tradideram corpus, nunc valde libenter
Offero namque animam, quam tu, rex o bone, Christe,
Suscipe corporeis abeuntem sordibus istis,
Longius hautque sinas istic me vivere linquens,
Eripe sed potius animam de corpore mortis
Vulneribus miserando meis, quae saevia gesto,
Qui vivis regnasque deus per saecula semper.'

UBI SANCTUS MARTYR GLADIUM SUSCIPIT.

His dictis cervice data lictoribus inquit:
'Ecce ego, perficite, quod praeses dixerat ante.'
Tunc gladium suscepit ovans sacra victima Christi,
Perfusus liquidis proprii mox sanguinis undis;
Emittens animam de corpore celsa petivit
In spetie volucris, candentis namque columbae,
Cernere quod licuit multis, qui forte fuerunt
Tunc iuxtim, per celsa polos penetrando supernos.

UBI QUINTINUM VOX DE CAELO SONUIT.

His factis stupuere quidem, mirantibus atque
Vox vehemens de nube ruit de et sede superna:
'O Quintine, meus famulus, nunc ecce venito!
Suscipies etenim meritorum sorte coronam,
f. 15v Quam tibi pro factis magnam dignamque paravi.'
Sic domini miles, sic supplex denique servus
Celsa petit regnumque poli penetrando per auras
Suscipit aeterno victurus munere in aevum.
Namque animam caelum, sortita est Somina corpus,
Redditura tamen, Christo praestante magistro,
Undecies lustris annorum sorte peractis,
Quod caelos non posse quidem nec velle supernos
Noscimus. Ergo habeat Quintinum semper in aevum
Sedibus aeternis dignum palma atque corona
Aeternae vitae sanctis per saecula iunctum.

TERMINATIO OPERIS PRAECEDENTIS.

Haec transcursa tuis donis sunt, Christe, benignis,
Pandere quis placuit perfecti militis actus

---

470 Condant P^1, Concedant P^2 476 nulus *P* 495 de *pòst* ruit *add. sup. lin.* m_1 *P* 502 *anima 505 *ante hunc versum aliquid excidisse Ponc. perperam censet.* 506 *Poscimus *P;* supernos. Poscimus ergo *distinx. Ponc. adversante codice*

473 *Iuvenc. II 225.* 474 *Prudent. apoth. 278.* 476 *cf. supra v. 332.* 483 *ep. ad Rom. 7, 24.* 485 *formula liturgica cf. Thalhofer-Eisenhofer I 330 sq. cf. infra v. 520 sq. Inventio I 120.* 500 *cf. v. 490 et 493.* 502 *Ben. 143c.* 504 *Inventio II 44 sq.* 505 quod: *sc. reddere. Somina corpus reddit, caeli animam non reddunt.*

Ob laudes, venerande, tuas et praemia, sancto
Quae dare Quintino voluisti redditor aequus
Pro meritis magnis pro magno et valde labore,
Parcere qui sprevit pro te sibi iunctus amore
Nominis, alme, tui corpus dans sacram animamque,
Ut caelis vivens terram virtutibus ornet
Muneribusque tuis ditatus in orbe choruscet
Dignius et tanto, quanto olim indignius ipse
Est habitus patiendo mala et sat dura ferendo.
Cuius tu precibus nobis miserere, rogamus,
Qui regnas sine fine deus per saecula cuncta.
Sit tibi laus et honor virtus decus imperiumque
Cum patre, Christe deus, semper cum flamine sancto.

II. INVENTIO PRIOR S. QUINTINI.

f. 17r Ecclesiam cum namque suam rex Christus ab astris INCIPIT INVENTIO SANCTI QUINTINI AB EUSEBIA IN FLUMINE SOMENAE.
Cerneret afflictam multisque doloribus actam
Insuper atque fidem caelesti dogmate cretam
Florigeris factis necnon monstrare loquelis,
Flectitur omnipotens motus pietate serena
Sanctorum populos iam tunc recreare per orbem
Reddere et hinc pacem confectis valde beatis;
Constituit regnare pios per saecula reges,
Principibus saevis mortis vertigine mersis,
Sub quibus almorum posset requiescere turba.

Sanctorum interea, qui tunc latuere per orbem, DE SANCTORUM FIDENTIA.
Coeperat augeri populus fecundius olim
Gaudenterque pios Christi narrare triumphos
Nobilia atque sui veri praeconia regis;
Semine quin etiam mundum complere sacrato
Verborum, dominus iussit velut ardua scandens,
f. 18r Ut multos facerent sanctis inmergere limphis
Nomine sub patris geniti simul atque deinde
Flaminis aeterni, colitur qui sic deus unus,
Ob regnum Christi mundi quoque nempe salutem.

Taliter ergo deo subiectis omnibus orbe, DE PRINCIPIBUS ROMANIS.
Constantinus erat regnum ditione gubernans,
Victori Christo collum qui straverat olim.
Hic genuit ternos fratres, quos miserat omnes
Romani imperii sceptrum gestare superbum,
Praecipiens Christum cuncto venerarier orbe
Huncque deum caeli terraeque marisque colendum,

---

512 Quae dere P^1, Quae dare P^2 514 spreuit *sup. ras. P* 519 Est *Ponc.*, Ast *P*
II 27 *marique *P*

514 *coniungas* parcere sibi.

II 10 sub quibus: *sc. piis regibus.* 12 olim: *cf. Pass. 83. 149. 228. 422.* 16 *Pass. 74. Matth. 28, 19. Marc. 16, 15 sq.* 22 ditione gubernans: *Cass. 330.* 25 *cf. c. Q. 24*. 74.*

Quem pater aeternus de se sine tempore natum
Virginis ex utero voluit sub tempore nasci
Subiciens illi mundum mundoque creata.

DE VIRTUTIBUS SANCTORUM

Haec igitur princeps mandans servare per orbem
Constantinus obit, genitis sua regna relinquens.
Temporibus quorum virtutes valde choruscae
Sanctorum nituere deo praestante per orbem,
Sanguine qui fuso mundum vicere furentem.
Inter quos Christi Quintinus floruit olim
Egregius martyr, fulgens virtute triumphi.
Cuius honor nomenque simul cum corpore dudum
Abdita sat fuerant multum certante tyranno;
Ordine quae tali post haec patuere retecta.

DE EUSEBIA ROMANA.

Romani regni iam tunc Constantius extat,
Qui Constantino patri successit honore,
Princeps et pariter cum fratribus induperator.
Huius temporibus florens Eusebia Romae
Nobilis atque opibus ditissima sorte parentum
Tunc fuerat, quae valde deo servirat honore
f. 18v Ieiunans crebris donis precibusque benignis;
Luminibus caecata tamen noctisque tenebris
Obsita haec fuerat, Christi pia munia poscens;
Quae et meruit post dante deo virtute chorusca.

DE REVELATIONE ANGELICA AD EAM.

Namque sacris precibus quadam cum nocte fuisset
Artius intendens, e caelis angelus adstat
Dicitur atque olli tunc talibus esse locutus:
'En tibi de superis veniens, Eusebia, narro,
Quod tua cum precibus ieiunia donaque Christo
Sunt placita, atque tibi restat collatio digna.
Attamen ut properes iussit rex Christus ab astris
Gallorum ad fines, perquirens ipsius almum
Thesaurum limphis mersum taetroque profundo,
Quintini corpus sancti, quod scilicet olim
Abscondit saevus terris undisque tyrannus.
Quod per te mundo pandi cum coeperit, ecce
Nox tibi solvetur, lumen reddetur amicum
Pro merito facti caelestis munere regis.
Et si forte locum tanto de corpore comptum
Perquiris, Somena est, Viromandis publicus amnis.
Haec ubi namque viam graditur, qua ad moenia castri
Lauduni mersam sorbet, tegit atque remittit,
Illic sacratum corpus cognosce iacere,
In tantum tantis servat quod Christus in undis.'

---

40 haec *coni. Ponc.*, hanc, n *loco raso, P* 44 Hulus *(i longa) P* 54 En tibi de sup *loco raso scriptum P* 63 * Mox *P*

28 *cf. adnot. ad Pass. 265.* 35 *Pass. 447.* 39 *v. infra v. 103.* 45 *Ben. 96. 262.* 52 *Ben. 98. 101.* 54 *Ben. 102.* 55 *cf. v. 47.* 67 moenia castri: *cf. Ben. 364.* 68 mersam *sc. viam, cf. prosam de inventione s. Q. alteram c. 21 AA. SS. Oct. XIII 792 F* ubi via publica Ambianis veniens et Laudunum pergens Somnam flumen transeat.

DE PROFECTIONE EUSEBIAE AD GALLIAS.

Angelus his dictis caeli conscendit ad aulam.
At mulier recolens cuncta haec sub pectoris antro
Gaudet et exultat tanto de famine mirans.
Hinc iterum atque iterum monitor sacer angelus adstat,
Accelerare iubens, quicquid sibi iusserat ante.
At mulier veneranda parans mox usibus omne,
f. 19r Quidquid ei pariterque suis cognoverat aptum,
Curriculum ascendens propter sua lumina dempta
Angelico ductu liquit sua regna, peragrans
Gallorum fines, iussit velud angelus olim.
Perveniens⟨que⟩ locum quaerit, si talia forsan
Quislibet ex acolis compertu nosceret aure.

DE ORDINE INVENTIONIS SANCTI QUINTINI CORPORIS.

Ecce senex quidam veniens mox obvius illi
Fatus ait se audisse quidem, sed temporis aevo
Cognita vix cuiquam firmans fore, sed tamen inquit:
'Talia sunt istic quondam patrante tyranno
Gesta, velut patres nobis retulere priores.'
His alacer mulier Christo mox reddere grates
Incipit, atque senem poscit monstrare locellum,
Martyr magnificus quo sit tumulatus in undis.
Inde locum vetulus pandit, velut angelus ante,
Et properat muliere simul venturus ad amnem,
Quo docuit sacrata deo submersa profundo
Membra iacere diu, saevo tumulante tyranno.
Tunc mulier devota deo pia viscera pandens
Curriculum linquit terrae et prosternit adorans
Altithronum dominum, caeli qui praesidet arce.
Vocibus internis et talibus usa refertur:

ORATIO EUSEBIAE.

'Omnipotens o sancte deus, cui machina mundi
Motatur regitur semper moderamine summo,
Te peto teque precor, te ruri cernua posco,
Pande tuum nobis thesaurum flumine tectum
Et terris mersum multum certante tyranno,
Martyris egregii clemens sacra membra revelans,
Ut tuus ipse quidem promisit nuntius olim.
Namque piis liceat venerando amplexibus illum
f. 19v Amplecti, qui tanta tuo pro nomine gaudens
Impia sustinuit nulli parcendo dolori.
Dignus honore pio donis caelestibus atque.
At si forte preces nequeunt hoc tale mereri,
Perfice dignanter, qui solus conspicis omne
Conceptum cordis, semper sanctissime Christe,

---

71 Angelicus P^1, Angelus P^2 80 fines *add. sup. lin. P* 81 que *addidi* 87 uelunt P^1, uelut P^2 99 *qui *P* 100 Motatur *Vollmer*, Ortatur *P*, quo machina m. Rōtatur, regitur *(cf. v. 119) coni. Ponc.* 102 Panda P^1, Pande P^2 104 clens *in linea*, clemens *sup. lin P* 105 ipse *add. sub lin. P* 108 parcendolori P^1, parcendo dolori P^2 110 Ad *P*

72 *Prudent. psych. 6. Cass. 280. Ben. 94 sq., 341.* 74 *sq. Ben. 167 sq.* 80 *cf. v. 58.* 82 ex acolis: *cf. Ben. 168a. 207.* 82 *'h. e.* aurae, *ut videtur; scilicet:* rumoris' *Ponc., mihi est ablat.* 88 alacer: *cf. ad vitam s. Marcelli 217 supra p. 971.* 91 *cf. v. 65 sq.* 94 *cf. v. 39.* 101 *Ben. 172.* 103 *cf. supra v. 39.* 105 *cf. supra v. 80.*

Obtineatque tuus martyr hoc maximus ipse,
Credimus in caelis quem tecum grandia posse,
Et merito, totum qui se tibi contulit ante;
Qui licet in superis requiescat sorte beata,
His tamen est limphis; quem prodere poscimus ecce
Conplerique preces votis famulantibus almis
Te patre praestante haec, quo constant omnia mundi,
Qui regnas sine fine deus per saecula cuncta.'

ELEVATIO CORPORIS.

His dictis iam fida deo tunc surgit ab arvo
Ad superos palmis pansis Eusebia spectat,
Quid deus e caelis iubeat de corpore sancto.
Incipit ecce locus motari deinde sub undis,
Ebulire simul flumen crispante per aequor
Limpha; nam dominus iam tunc virtute benigna
Prodere disponit celatos martyris artus.
Interea corpus tunc sanctum surgit ab imo
Undis subvectum priscum linquendo locellum;
Sicque satis miro deducitur ordine martyr
Usque locum, mulier stabat quo fletibus orans.

SUSCEPTIO CORPORIS.

Suscipit hinc igitur felix Eusebia corpus
Basia quam strictim praebens, amplexibus atque
Valde piis iungit gaudens sua pectora sancto,
Tractat et intactum per multa haec tempora corpus;
f. 20r Non vermis, non piscis eum, non denique quicquam
Tangere praesumpsit Christo servante sub undis.
Non maculare queunt limphae, non terra sub ipsis,
Sed Christi gemmam tamquam servare videntur.
Namque pium corpus multo candore nitebat,
Ut decuit sanctum perlautum sanguine Christi.

EMERSIO CAPITIS.

Haec muliere suisque simul mirantibus ecce
Advenit atque caput sacrum gestantibus undis
Tergo nimphali magna et virtute tonantis
Corporis usque locum. Quod mox Eusebia noscens
Suscipit et laetans tanto de munere Christi
Obtruncis etiam membris caput aptat honore,
Linteolisque suis convolvens munia tanta
Advehit Augustam, iuxta quę tunc fuit illic
Villa. Deinde volens Viromando ponere castro,
Aggreditur cupiens feretrum cum corpore sancto
Ferre loco; sed valde deus hoc fixerat ante
Pondere nempe gravi, tensit quia linquere martyr
Rura cruore suo quondam mercata sacrato.

---

117 prodere *add. sup. lin. P* 133 aplexibus *P* 149 iuxtaquę *P*, iuxta quam *coni. Ponc., sed cf. in adnotatione*

115 *Pass. 228.* 116 *Pass. 101. 395. 502.* 117 *cf. v. 126.* 121 *sq. Ben. 169 sq.* 122 *i. e. expectat.* 133 quam strictim: *cf. Traube, Karol. Dichtg. 28. P. A. C. III 50, 154. 91, 28 al.* 149 *sq. AA. SS. Oct. XIII 800 D* Viromanduensium castrum, quod ab eo loco quinque ferme milibus distat, reverenter tumulandum advehere disposuit; *vita Eligii SS. rer. Mar. IV 698, 7* est enim haut procul ab urbe Vermandense in eo scilicet loco, ubi quondam martyr ex fluvio elevatus ab Eusebia in monte fuerat tumulatus; *cf. AA. SS. l. l. p. 731 sq.* 153 'tensit *i. e.* tempsit, contempsit' *Ponc.*

Quod pia cum mulier noscit, mox ipsa reflectit
Laeta suos animos post tales martyris orsus.

DE SEPULTURA SANCTI QUINTINI ET DE INLUMINATA EUSEBIA.

Hinc igitur felix matrona Eusebia fundum
Accipiens pretio, certat componere templum
Atque locum sancto tali sub tempore dignum.
Inde sepulturam procurat munere qua . . .
Tunc ponit ponitque ᶠ... ʳū sub cepᶠ. . . .
His quoque perfectis rec . . uᵛ . . . . .
Quis caruit proᵛ . . . . . .
Martyris eg . . . . . .
f. 20v Tunc etiam fulsere satis miracula Christi
Multorum in causis, quos saeva aerumna tenebat.
Sic igitur miles, sic martyr denique Christi
Lumine candifluo coepit fulgere per orbem.
His igitur matrona deo sacrata peractis,
Reliquiis sancto secum de corpore sumptis,
Exultans remeat donis pro talibus ipsi
Concessis pietate dei precibusque beati
Martyris; at cuius diros de corpore sudes
Extractos Romam magno pro munere portat,
Quos animam fixit dudum quaerendo tyrannus,
Corporis afflicti posset si forte latentem
Cum carne hanc pariter horrendae tradere morti.
Insuper atque diem, quae noctem gesserat ante,
Sacra refert mulier gaudens iam luce iocunda
Nec solitam praebere manum sibi postulat ullum,
Ipsa suos gressus moderans iam protinus omnes
Exsolvit Christo grates iubilosque perhennes.
Sicque domum regressa venit, sua gesta recensens
Narrat ad augmentum divinae laudis in aevum,
Luminibusque probat propriis quae promit apertis,
Scilicet aeterni regis per saecula Christi
Imperium nomenque simul florere per orbem
Ipsius atque cruci subiectum cardine mundum.
Addit et his sacros Quintini ex ordine gestus,
Quis sit, quis meritis . . . seu quosque triumphos
Qua clarus r (?) . . . . . unere xʳ . . .
. . . . . ᵉu . . . rbi
. . . . . sanctum
. . . . . ᵗemptor
f. 21 Christe patris summi divina atque unica proles,
Rex pie, rex sanctus, regum rex obtime semper.

160—64 '*Lacera est membrana in ultima parte folii, non tamen excidit versus ullus integer.*' *Ponc.* 161 '*forte supplendum* sacrum sub cespite corpus' *Ponc.* 167 Sic *Ponc.*, Hic *P* 170 sumpsit(?) P^1, sumptis P^2 172 Concessi P^1, Concessis P^2 173 ab(?) P^1, ad P^2 177 cane P^1, carne P^2 179 luce *Ponc.*, culuce *P* 181 Ipsa *Ponc.*, Ipse *P* omnes *Ponc.*, oᵐe *P* 183 venit ... recenseus; *dist. Ponc.* 190—94 *cf. app. crit. ad v. 160—64* 191 '(m)unere Xr(isti) *ut videtur*' *Ponc.* 194 'redemptor *ut videtur*' *Ponc.*

173 cuius: *cf. c. Q. 98. 153.* 175 *Pass. 435 sq.*

III. INVENTIO S. QUINTINI ALTERA.

Magnum nostra fides, noster et ord**O**
Ascensum capit hinc, cum meditatu**R**
Rectorum merita prodere lingu**A**,
Tardum quae reparant pectus et ornan**T**
Instantemque animum rite serenan**T**.
Regnum namque poli hac capis art**E**,
Cum nisus fueris famine et act**V**
AEternos aditus volvere ment**E**
Laetum et cum patribus prendere lume**N**.
Ingens quo redolet martyr honore**E**.
Cuius gesta sacra iure canuntu**R**
Omnes per populos voce sonor**A**.
Laus est martyribus psallere carme**N**
Ac miracla simul promere verbi**S**,
Sanctus quis resilit miles in astri**S**.
Verum non decet haec nos reticer**E**
Sanctorum merita, quae venerantu**R**
Caelorum proceres nobile cant**V**
In terris et homo sentit. Ab ort**U**
Patrum quippe decus emicat ut so**L**
Et hoc tendit homo cernere vis**U**
f. 23r **M**onstrarique sibi iura saluti**S**,
Ut sacro pateant mira boat**U**.
Nunc stilo tenui cudere fame**N**
Ultra me incipio; sed, bone Ies**U**,
Sis verbum mihimet, parce miselli**S**.

PRAEFATIO.

Carmine dulcisono quosdam cognovimus actus
Martyris egregii Quintini sat reseratos:
Sed non ad finem ductos perspeximus omnes.
Ordo martyrii nam floret stemate pulchro,
Et quod ab Eusebia relevatur fluminis unda.
Haec qui composuit, post se memoranda reliquit,
Qualiter Eligius praesul pietate serenus
Martyris e gremio telluris menbra revexit.
Amborum prece confisus haec promere tempto,
Illorum merita pateant quo carmine compta.

NARRATIO.

Bis legimus fraudatum humanis visibus almum,
Et bis hunc scimus divinitus esse repertum,

Acrostichis et telestichis: Martir caelicola suscipe munus. Orat te venerans servulus unus. 9 pendere P^1, prendere P^2 19 *versus in margine additus est ab alia manu.* 24 stillo *P* 27 dulcissimo m_1, dulcisono *corr. man. recens P* 30 scemate *coni. Ponc., sed nihil opus est corrigere*

15 *i. e. sancti fama resultat.* 18 nobile: *cf. adnot. ad Pass. 31.* 30 *i. e. Passio.* — floret stemmate: *cf. c. Q. praef. 33.* 31 *i. e. Inventio I.* 37 *Poeta adhibuit vitam Eligii SS. rer. Mer. IV 697 sq.*

Re tamen haud sine qua rursum celatur in antro;
Idcirco decet hoc paulisper commemorare.
Nam Diocletiani nec non lue Maximiani
Gesta ferunt dura Quintinum caede peremptum:
Unde fuit tectus pelago sanctissimus ipse
Sic per quinquaginta dehinc et quinque per annos
Usque ad christicolas augustos valde serenos,
Qui patre christicola Constans, Constantius alter
Nomine sunt dicti, fautores omnipotentis,
Quique fide pleni duxerunt tempora saecli.
Pos quos Iulianus consurgit Caesar iniquus,
Qui furtim viguit, nulli miserando pepercit.
f. 23v Hic mucrone suo sanctorum milia stravit,
Sed non pro meritis hinc indonatus abivit,
Dum fertur saevus divino fulmine fossus.
Cuius temporibus ruit aecclesiasticus ordo
Coepit et in praeceps divinus vergere cultus,
Ceu vi ventorum ad terram ruit arbor opaca,
Caespite cum tenui fuerit submissa parumper.
Undique per populos valido maerore repletos,
Pro dolor, heu, multum male vera fides titubatur,
Membra beatorum traduntur in oblivionem.
Ob hoc mirifico martyr fraudatur honore,
Et patrum excubiae penitus resecantur ab orbe.
In tantum fraus haec viguit crevitque per orbem,
Martyris ut nemo cognoscere membra valeret;
Quippe solo tectus trecentos ferme per annos
Bis denosque simul iacuit non notus ab ullo,
Inmemor humanis, notus conspectibus almis.
Sed tamen hoc Christi constat moderamine gestum,
Scilicet ut populis foret ignorantia caecis
Luxque bonis esset signis patefacta choruscis,
Atque animos toties nova gaudia laetificarent,
Martyr hic e caelo quoties sua ferret ab imo,
Monstrans miraclis, cum quo iam regnat in astris.
Nam tantum latuit, donec condignus adesset,
Sacrum qui manibus posset contingere corpus,
Esset et a populis iam mens truculenta subacta.
Ergo dei pietas hominum misererier optans
Condignum misit, sacra corpora qui relevaret,
Pontificem Eligium Viromandensi ac Novjomensi.
Hic retinens lustrabat ovans loca christicolarum,
Inquirens iugiter, qui cultus et ordo mearet.
f. 24r Affuit extimplo divini nominis ardor
Ac meritis merita iunguntur honore sacrato,

---

39 *i. e. sed non quare rursum sc. postquam ab Eusebia inventus est, celetur (cf. v. 69 sq.); fort. igitur scribendum est* haud sit qua r. celatus 44 quiquaginta *P* 49 Pos P^1, Post P^2 50 nullum P^1, nulli P^2 63 creverit P^1, crevit P^2 70 *versus a correctore intra lin. additus est*

44 *cf. Pass. 504.* 53 *Cass. 104 (cf. Cass. 81—104).* 72 sua: *sc. membra?* se efferret *coni. Vollmer.*

Dum relevantur humo sanctorum membrula digno.
Iustos sancta beant, sed iniquos sat male dampnant.
Tangens nempe sacra sanctus bene sanctificatur,
Impius e contra bona tangens valde gravatur.
Inditium est Iudas, dominum qui tradidit olim.
Isdem igitur praesul peragens, quod coeperat apte,
Ac primum veniens Augustam ad martyris aedem
Sollicite inquirit tanti patris actus honestos.
Repperit hos comptos meritis sub nomine Christi;
Sed nutu domini stimulatus pastor opimus,
Quem dignum meritis ignotum sentit in arvis,
Inde palam clamat non esse ibi, quo colebatur.
Saepius haec repetens, animo hunc perquirere volvit,
Qui licet in terris tegeretur pulvere vili,
Iam tamen aetherea ceu sol flagrabat in aula.
Consilium fratrum super hoc sibi quaerit adesse.
A quibus obicitur, quondam quod contigit uni,
Nomine Maurino sic dicto, valde protervo, —
Nomen cum vita bene concordaverat illi;
Namque sonat nigrum monstratque operacio furvum.
Hic etenim rigidus, fungens tumide atque inhoneste
Sortilego officio, cantoris honore tumebat,
In foribus regis nimiumque superbus abibat,
Exterius fulgens, valide interius tenebrescens.
Esca electa fuit ceu nos docet exitus huius,
Qui, ut dominus dicit, solet ut bos mandere fenum.
Talis cumque foret, populos sic saepe solebat
Alloquier, iactans venerandi militis antrum
f. 24v Sese scire bene pariterque hoc prodere posse.
Sed nitidus digno servatur munere celso,
Impius atque pio divellitur ordine sacro.
Quid plura? adgreditur patrare opus exiciale;
Quin fodiens pavimenta domus terebrante ligone
Mox nutu domini poenas luit improbitatis.
Ambae quippe manus stivae inhaesere ligonis;
Extimplo e manibus vermes bullire videres
Ac miserum hucque illuc volvens putrescere corpus.
Hac lue multatus defecit sole sequenti
Expirans graviter, quia coeperat inreverenter,
Quodque tumens coepit, sub tali fine reliquit.
Ob hoc per populos validus timor exit ubique,
Atque ex hoc latuit per plurima tempora martyr,
In tantum quo nemo hominum hunc perquirere vellet,

---

95 palamat P^1, palam clamat P^2 96 anihunc P^1, animo hunc P^2 uoluit P 108 *sic Ponc. collata vita s. Ascelinae AA. SS. Aug. IV 653* satelles diaboli, cuius esca electa . ., Escę lecta P 109 hos P^1, bos P^2 110 * populis P 112 * Esse P 120 *i. e. se volvens*

84 digno: *cf. v. 113.* 90 *Pass. 408, Invent. I 149.* 91 *i. e. actūs.* 105 sortilego: *cf. c. Q. 89.* 106 abibat: *cf. v. 183.* 108 *cf. etiam Ottonis Fris. chron. VIII 4, ubi vide A. Hofmeister. (Habac. 1, 16* cibus electus, *vers. antiq.* escae electae.) 109 *non intellego. Ponc. dubitans comparat Dan. 4, 21. 29. 30. Num. 22, 4.*

Quamvis vitae aliquis laudabilis esset in arvis,
Praeter pontificem Eligium, ceu diximus ante.
Hic certe solio consessus pontificali
Testis praecipui redimitum pignere tectum
Saepe revisit ovans, aures domini prece pulsans,
Ut claram populis gemmam monstraret ab imis.
Visendi interius lux otius affuit olli,
Qua perdoctus ait non esse ibi membra beati,
Quo coleret populus persolvens munia laudis.
Tandem divina fretus virtute repente
Per pavimenta domus passim temptans properatur,
Sicubi sacratos posset nanciscier artus.
Ast cum nulla foret tumuli via repperiendi,
Coepit destitui populorum voce gementum;
f. 25r Cum luctu super hoc Maurini gesta fatentes,
Hortantes pariter poscentes parcere coepto.
Cumque diu vulgi pertaesus fletibus esset,
Suspirans talemque trahens a pectore vocem
Altius ingemuit, tandemque adstantibus infit:
'Fratres, quandoquidem, peto, desinite ista fatentes;
Fastiditis enim; sed ad haec certare decebat
Continuis precibus, domino pia vota ferendo.
Namque ego factorem vobis pronuntio credens
Membra diu patris tanti non esse sub arvo,
Sed licet indigno tamen haec mihi pandere credo.'
Saepius haec replicans indicit fratribus una
Carpere cum lacrimis ieiunia trina verenter
Atque unum dominum pariterque exposcere trinum.
Tum primus queritans se voto strinxit honesto
Non prius in terris se quicquam sumere panis,
Quam sibi thesaurum caeleste ostenderet arvo,
Qui regit omne quod est solus sine compare, Iesus,
Cum quo nonnunquam fabatur more loquentum
Sic velut in domibus loquitur famulus seniori.
Ergo instans operi, quod coeperat, omnibus inquit:
'Vos moneo, fratres, mecum modo poscere Christum,
Atque fidem verbis sotiantes dicite cuncti:
"Qui es mundi factor, nostri miserere, redemptor,
Ostendens populis membra obfuscata tenebris
Mirifici testis tecum loca celsa tenentis."
Sic fatur lacrimans, dominumque precatur adorans
Poplitibus flexis ac toto acumine mentis:
'O deus omnipotens, caelestia lumine complens,

---

129 consessus *Ponc.*, confessus *P* 135 * colens *P* 138 Sicubi *Ponc.*, Sit ubi *P; add. sup. lin. man. post.* una pars *P* 141 luctu *Ponc.*, luctus *P* 150 arva P^1, arvo P^2

129 *vita Elig. 697, 20. 698, 5.* 131 *cf. Cass. 55.* 132 ab imis: *cf. v. 72.* 135 *Ben. 74, Pass. 5.* cōlens *P i. e. colens esset, at ego* cŏleret *corrigendum esse censui.* 140 *sq. constructio inconcinna.* 144 *Aen. I 371.* 146 quandoquidem *i. e. tandem aliquando.* 147 fastiditis *transitive.* 167 Sic fatur lacrimans: *Aen. VI 1.* 168 *Cass. 388, Pass. 298.* 169 *redit apud Stephanum Leodiensem in vita Lamberti AA. SS. Sept. V 585 n. 22.*

Aethere qui residens pariter terrena gubernans
Quadrifidumque orbem iusto moderamine pensas,
Et nunc hos reprimis, nunc illos scandere cogis,
Es quoniam iustus, disponens omnia iuste;
Nam quia cuncta vides, proprio discrimine servas
Quaedam, quae peragis merito et quae subtrahis aevo,
Ut sint cuncta tuis in tempore subdita votis.
Ergo tuum proprium misereri et parcere scimus,
Idcirco populus respirat ad aethera tendens.
Imple, Christe, meum, peto, quod desidero, votum
Quintinique pii tu nobis pande sepulchrum.
Namque scias, qui scis praesentia prisca futura,
Quod, nisi thesaurum tantum mihi proderis, ipse
Non plus interero populis, nec pastor abibo;
Exul quin potius procul ab hac plebe recedam,
Quo dignum est, moriar cum bestiis belua iunctus.
Nosco quippe hominem quod spiritus est huic unus,
Qui est medius superis nec non terrestribus imis;
Idcirco sociabo imis, quia celsis undique privor.
Iudiciumque tuum spectabo, rex bone, Christe,
Ut spoliatus homo vel sic cernatur ab illo,
Spiritus ipse meus, quem non sum cernere dignus,
Cum fuerit fragili velamine carnis opertus.'
Dixerat, et coepto rursum ferventius instat,
Corde deum poscens, manibus pia menbra requirens.
Cumque diu passim temptans plebs consona abiret
Atque aliqui ex illis rimarent infima ruris,
Vir domini nutu fidenter convocat omnes
Ostenditque locum, qui suspitione carebat,
Exortans cunctos sic omnibus infit ovanter:
'Eia nunc, fratres, huc cuncti vertite mentes,
Sitque laborantum locus istic omnibus unus.'
Inde cavare solum cuncti coepere repente,
Optantes monitis tanti parere patroni.
Cumque decem pedibus tellus perfossa haberetur
Seu plus, ima solique profundius inspicerentur,
Rursum deficiunt taedio cogente priori;
Omnis spes fugit huius corporis inveniendi.
Tertia praeterea siquidem nox cum remearet

---

170 gubernas *coni. Ponc.* 172 horeprimis P^1, hos reprimis P^2 177 simus P^1, scimus P^2 183 populos P^1, *corr. super lin.* vel i 186 *Posco *P* 190 homo P^1, humo P^2 200 vertite *Ponc.*, uertice *P* 203 patronis P^1, patroni P^2

171 *cf. Iuvenc. IV 158, Cass. 526.* 172 *Luc. 1, 52.* 173 *Sap. 12, 15.* 176 = *Stephan. Leodiens. l. l. p. 585 n. 22.* 177 'Deus, cui proprium est misereri semper et parcere . . . *ita incipiunt antiquae orationes liturgicae, e. g. in Sacramentario Gregoriano et saepe alibi.*' *Ponc.* 181 *sq. rita Elig. 698, 28* tu . . scis, quod . . numquam tamen plebis huius episcopatum geram, sed exul potius ab hac provintia procul secedam, ubi ut dignum est inter bestias moriar. *v. 186—91 ipsius poetae sunt.* — 181 praesentia p. f.: *cf. Sedul. II 99.* 183 abibo: *cf. v. 106. 195.* 188 sociabo: *i. e. sociabor cf. Ben. 363.* 190 spoliatus homo: *i. e. ego.* 191 *i. e. quem non sum cernere dignus, cum spiritus meus fuerit velamine carnis opertus. — Sedul. IV 97.* 195 abiret: *cf. ad v. 183.*

Ipsaque iam medio cursu taeterrima adesset.
Amfibalo abiecto praesul de more ligonem
Arripuit, totus domini moderamine fultus;
Cerea cum lichnis stabant flagrantia passim.
Viscera telluris rastro tunc vellere certat;
Sed latus appetiit, declinans ima cavernae.
Post haec paulisper percusso pariete fossae
Otius invenit cumbum sat quippe vetustum,
Quo nitidum Christus servarat ab aethere corpus;
Inde pius pastor gaudens pro munere tanto
Perfusus lacrimis grates persolvit et odas.
Denique cum tumuli audacter latus ipse ferisset
Sarclo. quem manibus complendo opus ille gerebat,
Confestim e tumulo rupto pariterque forato
Exit odor multus nimio cum lumine mixtus,
Ut vix praesul ovans gemino subsistere dono
Posset perculsus tantoque ex munere laetus.
Namque globus lucis de mausoleo ferientis
Ictu procedens micuit super aera fulgens
f. 26v Ac noctis tenebras praeclara lampade vicit,
In tantum ut non nox, sed lux Phaebea diei
A cunctis putaretur ibi, qui tunc vigilarent;
Partem etiam istius regionis lumine lustrans
Extinxit tenebras, perfundens luce catervas;
Quod populi signum multi dixere choruscum.
Hoc penitus factum qui noscere non valuerunt,
Stabant solliciti mirantes atque stupentes.
Fertur et affines, qui talia non sapiebant,
More hominum sibi tunc solitum perquirere victum.
Sicut saepe solent, cum sol rubicundus in ortu
Fulserit in terris. Verum lux ipsa repente,
Ut merito venit, sic signo nempe recessit,
At nox praefurvas retulit sat densa tenebras.
Tunc sacer Eligius comperto corpore sacro
Gaudens cum lacrimis laudes dedit omnipotenti;
Membra suis chelis relevat, simul oscula iungens.
Ima dehinc fossae linquens transvexit ad alta,
Reliquiasque sibi cupidas de corpore sumpsit;
Inter quas vellit dentes languoribus aptos.
Sed mox eximium miraclum fulsit ibidem.
Nam cum pertraheret dentem radicitus unum,
Confestim rosea exivit gutta una cruoris.
Clavos, quis legimus perfossos martyris artus
Consimiles veribusque in mortis tempore fixos,

---

221 complendo *coni. Ponc.*, compendo *P* 237 * sollicitum *P* 240 sic *add. sup. lin. man. pr. P* 241 *f.* *Et 246 **f.* cupĭtas *cf. Pass. 421* 251 perfosos P^1, perfossos P^2

216 cumbum: *i. e. κύμβον cf. vit. Elig. 699, 9.* 218 *cf. 225.* 244 chelis: *i. e. χηλαῖς; an χηλοῖς?* 246 *vit. Elig. 699, 21* reliquias sibi undecumque concupivit segregavit. 247 *vit. Elig. 699, 22* pro languentium medela.

Abstraxit laetus sibimet pro pignere servans.
Hinc capitis crines praepulchros conligat ostro
Ac pro reliquiis sub sacro agalmate linquit.
Membra patris tanti hinc sotiat ratione fideli
f. 27r Atque in oloserico recludit honore sacrato.
Taliter exornans ea retro altare reponit,
Gemmis praeterea redimitam auroque venustam
Composuit tumbam gemino plus munere comptam:
Namque foris clarum fulgebat et intus honestum:
Praesul de meritis martyrque ex praesulis actis;
Taliter acta hominum divinis iuncta beantur.
Basilicam tandem, nimium quae parva habebatur,
Ampliat exaltat reparat distendit et hornat.
Tunc praesul nitidus secum pia pignera sumens,
Artubus e sanctis pridem quae traxerat isdem,
Plurima per mundum loca condivit benedicens;
In quibus eximiae virtutes munere Christi
Luce micant et fine carent ac laude choruscant.
Hic caeci visum capiunt, claudi quoque gressum,
Auditum surdi, verbum prendunt ibi muti.
Undique laus domini iubilatur voce sonora,
Sanctis qui tribuit meritum per saecula vivax,
Apud quem, martyr, tantus cum praesule regnas.

Obtineat meritis veniam, concedat et illu **D**
Temporibus nostris, tribuit quod patribus ips **E.**
Gloria, laus caelo, grates dicantur et isti **C**
Eterno patri, superis qui continet im **A,**
Rex cum quo genitus, simul et sanctum quoque flame**N**
Omnipotens colitur, qui trinus et unus in alt **O.**

EXPLICIT.

---

253 pignore *corr. man. post. P* 255 linquit *Ponc.*, inquit *P* 259 redimittam *P* 266 pignora *corr. man. post. P* 272 prendunt *Ponc.*, predunt *P* 273 vel sorona *add. sup. lin. al. man. P* 280 simul et *Winterfeld*, similem *P*

265 *Cass. 58.* 268 *vita Elig. 699, 30* ipse demum ex reliquiis, quae a sancto corpore sequestraverat, multa loca condivit multimodamque medelam diversis aegritudinum incommodis easdem impertiendo praebuit. 271 *sq. Cass. 5 sq. c. Q. 141 sq.* 273 *Cass. 305 (Prudent. apoth. 524).*

CARMEN DE S. ANSBERTO.

I. DE SANCTO ANSBERTO, QUI TEMPORE FRANCORUM REGUM HLOTHARII, HILDERICI AC THEODORICI ORTUS EXTITIT.

Tempore quo règni Francorum sceptra regebat
Eximius regum Hlotharius atque decorus,
Filius excelsi Hloduvii regis aviti
Nec non et pariter Balthildae coniugis eius,
Germanisque suis, Hilderico et Theodorico,
Eximium iubar ecclesiae, doctorque benignus,
Nascitur Ansbertus virtutibus undique clarus
Atque sacerdotio dignus; post Rotomagensis
Efficitur praesul; haud vili sanguine cretus
Creditur hic primum, sed magna stirpe parentum,
Tempsit amore dei caros qui nempe parentes,
Quo foret aeterni patris post filius almus.
Traditur adprime strenuis doctisque magistris,
Imbuitur sacris studiis ac rite docetur.
Exin, namque domum rediens cum patre manebat,
Cœpit eum genitor venatibus indeque primum
Exercere nimis, sed mens non ista requirens
Devoti pueri cælestia mente volutat,
Æternoque volens potius parere parenti,
Ut caperet miles palmam sine fine perennem.

Carmen extat in **O** *i. e. cod. 764 s. Audomari olim s. Bertini s. X post hymnum de sancto Ansberto cf. Levison, SS. rer. Merov. V 641. De codice vide Archiv VIII 417 sq., L. Deschamps, Mémoires de la société des antiquaires de la Morinie V, 1841, 173 sq., Levison l. l. p. 616. Poeta vitae Ansberti capita I et II in versus redegit; cur rem non confecerit, non constat. An solum fragmentum carminis superstes est? De tempore vitae ca. a. 800 conscriptae cf. Levison N. A. XXV 593 sq.*

Edidit Deschamps l. l. p. 194 sq., mihi facultas codicis adeundi defuit. Menda utrum codici an Deschampio debeantur, nescio. 1 septra *O* 13 strennuis *O* 16 indique *O* 19 * parcere *O*

Vita Ansberti ed. W. Levison SS. rer. Mer. V 619 sq. *cap. I.* Eo igitur tempore, quo sceptra regni Francorum gubernabat Hlotharius filius Hlodovii regis et Balthildae reginae una cum germanis suis videlicet Hilderico et Theoderico, sanctae recordationis ecclesiae Rotomagensis antistes Ansbertus virtutibus clarus ac sacerdotio dignus *e. q. s.* 9 sanguine cretus: *Aen. II 74. IV 191.* 10 stirpe par.: *Aen. III 94.*

II. QUOD SIWINUS GENITOR BEATI ANSBERTI FILIAM CUIUSDAM NOBILIS, NOMINE HROBERTI, FILIO SUO ANSBERTO DESPONSARE FECIT.

Tunc fuerat quidam Hrobertus nomine dictus,
Vir bonus atque potens, generosa stirpe creatus,
Hlotharii regis qui signifer esse solebat.
Cui speciosa quidem necnon gratissima nata
Esse videbatur, proprio quae nomine dicta
Angadrisma quidem, quam tunc Siwinus alumno
Ansbertoque suo cupide sociare volebat.
Cuius enim precibus Hrobertus favit aperte,
Casto quo iuveni spondetur casta puella.
Mox tamen in melius verterunt vota priora,
Carnalem copulam spernentes mente fideli
Inspirante deo, qui supplet corda suorum.
Ipsa puella deum devota mente precatur,
Eius quo faciem pulchram convertat in atram.
Ilicet obtegitur lepra caput undique totum
Virginis, et turpi fedataque scemate mansit.
Cui plures psylli nullam prebere medelam
Quiverunt, donec Christo sacrata fuisset.
Nam pater ut crevit perfusam peste puellam
Nec curam medicorum nec prodesse medelam,
Protinus exquirit, castam si ducere vitam
Eligat et Christo libeat servire marito.
Tuncque puella deo devota mente iugata
Abdita iamque diu cordis depromit aperte:
'Hoc peto, care sator, hoc flagito, hocque reposco
Affectu mentis totis ac nisibus', inquit,
'Luxuriae spurcae carnalem tempnere pestem
Et Christo iugiter sponso servire decoro;
Instans vita quidem tam frivola tamque caduca
Cernitur, alme pater, blanditur, decipit, orbat
Quamplures choici sectantes prospera mundi,
Et rapit ad poenas necnon et ad impia mittit.'

---

29 * Casto caste quo *O* 31 * cernentes *O* 45 * cure *O* 50 orbat, *dist. Desch.*

cap. II l. l. His diebus quidam inlustris Hrotbertus nomine generosa ex stirpe proditus et gerulus fuerat anuli regis Chlotharii *e. q. s.* 22 *cf. Aen. X 543.* 29 *cap. II l. l.* a casto iuvene casta despondetur et puella. 37 *ibid.* medicorum deinde concurrit frequentia iussu genitoris, ut soboli carae si quivissent opitulari medelis collatis praemiis dignis munerarentur. psylli *i. e. physilli, medici cf. Goetz, Corp. Gloss. V 378.* 51 choici mundi *i. e. χοικοῦ Tertull. adv. Valent. 24; Bedae opp. ed. Giles I 193 v.* 2 vetitus coici est cernere regna soli; *Heiricus P. A. C. III 511, 410.*

TITULI ITALICI.

EPITAPHIUM LUNENSE.

. . . . . servans tutamina vite,
. . . gentilium varia hic idola fregit,
. . . delinquentium convertit carmina fide.
Dapes largo fessis munere contulit ovans,
F⟨es⟩si⟨s⟩ ⟨p⟩e⟨r⟩egrinis donans egentibus esum,
. . . decimas per singulos reddedit annos.
. . . almifici fundavit dochium aula,
. . . quam construxit Martini presole Christo.
Af⟨fe⟩cto maluit pio hic se corpore claudi
Et ⟨omni⟩um dapium suarum intulit opes.
⟨Cor⟩pus terrae datur, penetrat celestia sensus.
. . decies olimpiadas addedit unum
. . . um lustrum, quibus hic vixit II . .
. . ⟨A⟩istulfi oviit princip⟨is⟩ . . . . .

L = lapis mutilus a P. Ferrari in vico Filattiera dioecesis Lunensis prope ruinas ecclesiae s. Georgii inventus et editus in Monumenti romanici a Filattiera, Lunigiana A. I n. 9, accuratius ab U. Mazzini, Giorn. stor. della Lunigiana II 153 sq. imagine addita photographica. Initia versuum maximam partem evanuerunt, in photographo ne reliqua quidem satis dilucida sunt. — Hexametri sunt rhythmici, quod genus versuum imprimis apud Lombardos frequentatum esse constat. Alter versiculus plerumque 8 _ ⏑, nonnulli 9 _ ⏑, v. 9 7 _ ⏑?; ultimum vocabulum bisyllabum; prior in _ ⏑ vel ⏑ _ terminatur, reliqua incerta sunt. — Cuius tumulus fuerit, nescitur, sed Aistulfo regnante (749—57) eum obisse apparet. Iure mireris, quod temporibus Aistulfi gentilium idola fregisse dicitur; apte Mazzini confert epistulam Gregorii Magni ad Venantium episcopum Lunensem M. G. Epist. II 110 de ordinandis presbyteris et diaconis . . . cum quibus etiam loqui vos convenit, ut adhortationis suae sollicitudine degentem illic populum ab infidelitate revocare ac contendant a gentilium cultu suspendere; *at illa epistola 150 fere annis ante scripta est.* 4 CONTVLIT *ex* CANTVLIT *corr. L* 5 FESSIS *recte supplevisse videtur Mazzini, quamquam idem vocabulum v. 4 occurrit* 6 DEDMAS *scripsit*, DECIMAS *corr. L* 8 OVAM *Mazzini*, ARAM *Ferrari* PRESOLE *scripsit*, O *post* R *add. L* 9 CLAVD. *scripsit, deinde* I *super* D *insculpsit L* 11 AVS, A *et* V *ligatis Mazzini legit*, CORPVS *scripsit Ferrari sensui certe conveniens* CESTIA, CE *super* ES *scrips. et in* LE *corr. L* SEN, SVS *sup. lin., L*

7 *sq. Mazzini, p. 159, cum* almificus *saepe s. Benedicto adtribuatur, l'ospedale di San Benedetto in Monte Bardone sopra Pontremoli intellegit; at quo pertinet* Martini? *Nonne v. 8* Honore *supplendum est?*

EPITAPHIA LUCENSIA.

I. EPITAPHIUM ERMINGARDIS.

Hic iacet in tumulo felix venerabilis atque
Ermingardis olim namque dicata deo,
Quam rex egregius Lotharius edidit ipse
Germaniaeque decus Francorumve potens.
Huc quisquis veniens epigrammata legeris ista,
Dic: 'Famulae, Christe, probra remitte tuae.'
VIII. Idus Augusti feliciter obiit.

II. EPITAPHIUM ADELBERTI DUCIS.

Hic populi leges saxi sub mole sepultae,
Hic ius paxque iacet, hic patrie auxilium.
Hic chubat ala scutum dolor lacrimeque reposte,
Hic oculus ceci, hic pietas vidue,
Pes claudi, vestis nudi, solamen egeni,
Noster Adelbertus dux pius atque bonus,
Gentibus externis timor atque pavor minitandus,
Militibus propriis gloria summa suis.
Quam fortis fuerit, noverunt ultima Tile,
Qua bonitate fuit, dicere lingua nequit.
In sesto decimo Septembre notante Calendas
Hic posuit membra funereo gemitu.
Quisque legis tumulum, culparum facta suarum
Ante deum recita in precibusque iuva.

I *Epitaphium extabat in ecclesia s. Iustinae Lucensi, nunc est in valetudinario publico (Ospedale civile di Lucca) in pariete scalarum ad dextram intranti. A Fiorentini, Memor. di Matilda III, 1642, 39 accepit Muratori, Inscr. vet. nov. thes. IV 1885 et Leibniz, Ann. imp. II 365; Puccinelli, Memor. sepolcr. 101 sq., 132. Guidà del forestiere per la città . . di Lucca (Tommaso Trenta) 1820. Mihi benignissimo animo denuo* accurate *transcripsit Cesare Giarratano professor Lucensis. Falsas lectiones editorum omisi. De Irmingarda filia Lotharii II cf. Muratorium l. l., Gingins-la-Sarraz, Arch. f. Schweiz. Gesch. IX 102 sq., A. Hofmeister, Markgrafen u. Markgrafschaften i. ital. Königr. Mitt. d. I. f. österr. GF. VII Erg. Bd. 392 n. 3.*

II *Epitaphium Adelberti ducis Tusciae extat in tabula ecclesiae s. Martini Lucensis ad dextram intranti. Adelbertus ob. ante 8. Dec. 915, cf. Dümmler, Gesta Bereng. 1871 p. 39 n. 2, sed tempus epitaphii dubium est, cum litterarum forma Bethmanno teste undecimum saeculum sapere videatur. Ediderunt Fiorentini, Mem. di Matilda III, 1642, 35, Muratori, Inscr. vet. thes. nov. IV p. 1820, Leibniz, Ann. imp. II 295 v. 5—6. 9—12, Ughelli, Ital. sacra I 803, Guida del forestiere per la città . . di Lucca, Dümmler, Liudpr. op.*[2] *p. 166 ex Bethmanni apographo. Mihi denuo contulit C. Giarratano. — Conferas A. Hofmeister, Mitt. d. I. f. österr. GF. VII Erg. Bd. p. 400, F. Schneider, Die Reichsverwaltung i. Toscana I 333 et n. 2.*

II 4 *Iob. 29, 15.* 9 *Verg. georg. I 30* tibi serviat ultima Thule, *Boeth. cons. phil. III metr. V 5.*

III. EPITAPHIUM BERTHAE.

Hoc tegitur tumulo comitissae corpus humatum,
Inclita progenies Berta benigna pia.
Uxor Adalberti ducis Italiae fuit ipsa,
Regalis generis quae fuit omne decus.
Nobilis ex alto Francorum germine regum,
Karolus ipse pius rex fuit eius avus.
Quae specie speciosa, bono speciosior actu,
Filia Lotharii, pulchrior ex meritis.
Permansit felix, seclo dum vixit in isto,
Non inimicus eam vincere praevaluit.
Consilio docto moderabat regmina multa,
Semper erat secum gratia magna dei.
Partibus ex multis multi comites veniebant
Mellifluum cuius quaerere colloquium.
Exulibus miseris mater carissima mansit
Atque peregrinis semper opem tribuit.
Claruit haec mulier sapiens fortisque columna
Totius virtus gloria lux patriae.
Idibus octavis Martis migravit ab ista
Vita, cum domino vivat et in requie.
Mors eius multos contristat pro dolor eheu,
Eous populus plangit et occiduus.
Nunc Europa gemit, nunc luget Francia tota,
Corsica, Sardinia, Grecia et Italia.
Qui legitis versus istos, vos dicite cuncti:
'Perpetuam lucem donet ei dominus.'
Amen.

An dn̄icae incarnationis DCCCCXXV̊ indic̄. XIII obiit de mundo.

III *Epitaphium extat in muro ecclesiae s. Martini Lucensis ad dextram intranti, unde descripsit Bethmannus; illo teste litterarum forma elegantissima optimas antiquitatis Romanae inscriptiones imitatur. Mihi contulit C. Giarratano. Ediderunt Fiorentini, Memor. di Matilda III, 1642, 38, Muratori, Inscr. vet. IV p. 1843, Leibniz, Ann. imp. II 365 v. 1—8, 19—20, 23—26, Ughelli, It. sacra I 803, Guida del forestiere per la città . . di Lucca 1820 v. 1—9, Dümmler, Liudpr. op. 2 p. 167, cf. Dümmler, Gesta Bereng. p. 36 n. 3, Gesch. d. ostf. R. III² 673. — Bertha ob. a. 925, sed hic quoque uxorem cum Adelberto coniuge coniunctam esse volui.*

III 6 *i. e. abavus.* 8 *Lotharii II.* 22 *sq. cf. Zs. f. d. A. LVII 180 sq., ubi praeter alia multa addas Pauli diaconi epitaphium Hildegardis P. A. C. I 59 v. 25 sq.*

EPITAPHIA MEDIOLANENSIA.

I. EPITAPHIUM ANSBERTI ARCHIEPISCOPI.

Hic iacet Anspertus, nostrae clarissimus urbis
Antistes vita, voce, pudore, fide,
Aequi sectator, turbae praelargus egenae,
Effector voti propositique tenax.
Moenia sollicitus commissae reddidit urbi
Diruta: restituit de Stilichone domum.
Quot sacras aedes quanto sudore refecit!
Atria vicinas struxit et ante fores.
Tum sancto Saturo templumque domumque dicavit,
Dans sua sacrato praedia cuncta loco,
Ut monachos pascant aeternis octo diebus,
Ambrosium pro se qui Satyrumque rogent.

Obiit anno incarnationis domini DCCCLXXXII septimo idus Decembris indiĉ. XV, rexit episcopatum suum annis XIII. men. V. diebus XII.

Praesulis Andreas praefati captus amore
Hoc laevita sibi condecoravit opus.

II. EPITAPHIUM LANDULPHI ARCHIEPISCOPI.

Hic sacrum tegitur Landulphi corpus humatum,
Praesul in hac annis qui fuit urbe tribus.
Unica subiectis quamquam iactura fuisset,
Morte sua regno publica damna tulit.

I *Tabula marmorea in basilica Ambrosiana affixa erat in altero primarii altaris latere ad cornu evangelii, nunc in navi dextra ecclesiae superstes est cf. O. A. Puricelli, Ambros. Mediol. bas. monum. I 1645 p. 244 sq. Giulini, Memorie di Milano I*[1] *423. Ughelli, Ital. sacra IV 88. Ferrari, Monum. sacr. e prof. della bas. S. Ambrogio in Milano 1824 p. 151. Forcella, Iscrizioni delle chiese . . di Milano III 205 sq. Mihi liberalissime cum tabula contulit P. Magistretti. — Anspertus archiepisc. 868—882, cf. Dümmler, Gesch. d. ostf. R. III*[2] *1888 p. 101, 2 et passim. Traube P. A. C. III 403 n. 4 epitaphium aliquanto post mortem Ansperti insculptum esse iudicat, qua de re nihil constat.*

II *Landulphus I, archiepiscopus Mediolanensis 896—99, sepultus erat in basilica s. Ambrosii ante altare s. Marcellinae, ubi Puricelli, Dissert. Nazarianae, 1656, p. 424 tabulam marmoream sed sine inscriptione vidit. Inscriptionem habet Castelli, Quodlibeta, cod. bibl. Ambros. n. 295*[b] *sup. p. 9—10, inde descripserunt Puricelli l. l., Valeri, cod. autogr. Trivulzio n. 604 car. 46, Ughelli IV 89, Giulini, Memorie di Milano II*[1] *74, Forcella, Iscriz. d. chiese di Milano III 209 n. 269.* 3 quamquam *vulgo,* quamq̃ *Castelli, item v. 5* faucesq̃

I 3 *ep. ad Titum 2, 14* sectatorem bonorum operum. 4 *Horat. c. III 3, 1* iustum et tenacem propositi. 5 *de moenibus Mediolan. cf. rhythmum P. A. C. I 24.* 6 *i. e. Stiliconis domum; de illa nihil notum est, nullius nimirum pretii sunt, quae apud Puricellium p. 246 sq. de Stilicone proavo gentis Castillioneae eiusque palatio hariolantur.* 8 *de loco ad historiam basilicae multum valente dissentiunt cf. Forcella l. l., Beltrami, La basilica Ambrosiana in: Ambrosiana, con introduzione di A. C. Cardinale Ferrari, Milano 1897 cap. IX p. 14. 52 sq. Quam litem hominibus doctis architecturae Mediolanensis peritioribus relinquo diiudicandam; at* ante *non cum Beltramio pro* antea *acceperim. De Ansperto et epitaphio cf. etiam R. Pietro, Archiv. stor. Lombard. 1895 ser. III, vol. IV 143 sq.*

Pacis enim sectator erat faucesque repressit
Protinus a gregibus improba praeda suis.
Sed quia mortalis nemo sine sorde quiescit,
Da veniam famulo, da, pater alme, tuo.

Obiit anno incarnat. dn̄i DCCCC quarto non̄ Noveb̄. indit. III.

III. EPITAPHIUM PETRI ABBATIS.

Hic sibi constructa tumulatur Petrus in urna,
Quem monachis patrem munus herile dedit.
Fratribus hic requies, cibus et solamen egenis,
Alter hic, ut patuit, nam Benedictus erat,
Templa, domos, vites, oleas, pomeria struxit:
Auxit thesauros, conduplicavit agros.
Quem merita fratres sortiri praemia vitae
Implorent. Precibus annue, trina salus.

Obiit vero anno incār dn̄i DCCCC prid. id. Octub̄. indic̄.
III. In regimine aut̄ praefuit ann̄. XLV. mēn. I. dies XV.

IV. EPITAPHIUM ARNULPHI.

Arnulfi corpus tumulo conclauditur isto,
Cuius ab antiquis clara propago fuit.
Dilexit pacem, lites et iurgia sprevit,
Et sibi laetitia semper amica fuit.
Annos bis denos et lustrum vixit in aevo,
Hinc vitae cessit sidera celsa petens.
Haec quicumque venis lecturus scripta, viator,
'Istius animae' dic 'miserere deus.'

Obiit anno incarnationis dn̄i nr̄i Ihū Xp̄i DCCCXCIII
die XII. men. Aprilis, indic̄ X.

III 'Nel muro di una camera contigua alla capella di S. Satiro e per la quale si passava al convento *Forcella, Iscrizioni . . di Milano III 1890 p. 210 n. 270. Forcella inscriptionem inspexisse videtur, hodie non patet teste Magistrettio. Puricelli, Ambros. Mediol. basilicae monumenta I 1645, 269. Giulini, Memor. di Milano II*[1] *76. Mabillon, Annales o. s. B. III 286* 7 meritae *Mab.* 8 precibus: Annue *Mab.*

IV *Epitaphium Mediolani extitisse in antiqua ecclesia b. Theclae testatur Iacobus Valeri, cod. Trivulzio n. 604 carta 39*[v]. *Lapis in agrum oppidi Arsagi prope Mediolanum transportatus in muro circa ecclesiam b. Mariae del Monticello ducto inventus est et transcriptus a Philippo Argelati, qui inscriptionem cum Muratorio communicavit cf. Thes. vet. inscr. IV p. MDCCCXXXI n. 9. Item transcripsit Giulini, Memorie di Milano II*[1] *29 cf. V. Forcella, Iscriz. delle chiese di Mil. I p. 66 n. 92; F. Bombognini, Antiquario della diocesi di Milano ed. 3. 1856 p. 15, Della Croce, Illustrazione del battisterio di Arsago Lombardo, Milano 1876 non vidi. Mihi v. cl. P. Magistretti, Ioh. Mercati, Fr. Ehrle benigne intercedentibus, liberalissime denuo contulit.* 7 scripta: verba *male Bombognini*

5 pacis sectator: *cf. Flodoard. Migne CXXXV 818 B,* aequi sectator, *epit. Ansperti 3.* 6 improba praeda *non intellego.* 9 *i. e. a. 899, Mediolani enim calculo Pisano utebantur. Dümmler N. A. IV 567 errans 904 scripsit,* quarto nonas *coniungere oportet.*

IV 9 *i. e. a. 892 (calculus Pisanus!)*

V. EPITAPHIUM HILDERAMNI.

Hoc recubat tumulo nuper confossus in isto
Vir humilis formaque micans, dum viveret aevo,
Ingenii floruit variisque decorus in arte:
Hilderamnus erat proprio de nomine dictus,
Quem dominus vallis de nocte vocavit ad astra,
Aeteria felix iudex in arce locatus.
Iustum iudicium legemque tenebat in aula.
Huic fuerat coniux alta de gente creata,
Sagintruda † foret proprio de nomine dicta.
Ante pedes tumulata viri cum pace quiescit.
O factor hominum, his nunc miserere alumnis.
Anno incarn̄s d̄ n̄ Ī X̄ DCCCCII. indic. VI.

VI. FRAGMENTUM EPITAPHII TECLAE CUIUSDAM.

. . . . . tu]mulari membra sepul[cro
. . . . . i]stius urbis honos.
. . . . . o titubanti lumine . .
. . . . . benedixit ei;
. . . . . dicens te virgo be[ata
. . . . . am poscere Tecla su . .
. . . . . pro]prio adquisisti sang . . .
e at . . . . ı o ɹltimus esse loco
a gu . . . edens frater quicumq. re . .
up . . . na quo tibi fiat ita.
en . . . o incarnationis dominice . .
ɔd . . . ns Decembris indīc VII.

V *Tabula marmorea erat in muro basilicae s. Vincentii Mediolanensis exteriore, ubi eam vidit transscripsitque Ant. Castiglione, Mediolanenses antiquitates 1625 p. 22. Inde Giulini, Memor. di Milano II*[1] *99, Muratori, Nov. thes. vet. inscr. IV p. MCCCLXXXV n. 6 'ex schedis suis'. Forcella, Iscrizioni etc. II p. 189 n. 272.* 3 *om. Murat.; f.* * variique 5 *in marg. dextro* M, *sinistro* B 9 fore *Murat.*, foret *rel.; quidni* fuit?

VI *Fragmentum tabulae, 0,85 alt., 0,63 long. in museo archaeologico Mediolanensi asservatum, 'forse proveniente dell' antica chiesa di S. Tecla, di cui l'area fu incorporata nel Duomo' cf. Marmi scritti del Museo Archeologico. Castello Visconteo Sforzesco, Milano 1901, edidit E. Seletti, p. 213 n. 301; repertum est a. 1867, cum porticus dei Figini destrueretur. Catalogus praebet imaginem, quacum benigno animo A. Hofmeister mihi contulit. Forcella, Iscrizioni di Milano I 65 n. 91, qui ex indictione VII ad a. 874 rettulit.* 2 *post* honos, 4 *post* ei, 10 *post* ita *signum conclusionis.* 6 \M (AM?) *lap.* 7 ᵓRIO *lap.* 11 ¯EN *aut* ˆEN (CEN, GEN?) *lap.*

TITULI ROMANI.

I. VERSUS STEPHANI IUDICIS.

I.

Hoc dudum fuerat fanum per tempora prisca
Constructum Phoebo mortiferoque Iovi,
Quod Stephanus veteri purgavit stercore iudex
Atque decora . . . . . .

II.

Virginis in variis radiat domus alta figuris,
Quae dominum castis visceribus tenuit.
Cuius amore pius Stephanus cum coniuge fretus
Cum geminisque pium quod nitet auxit opus,
Nobilis, ingenuus, doctissimus, integer, almus
Aethereum est et erit culmen is Ausoniae.
Praesulis octavi nunc tempore iure Ioannis
Templa dicanda deo plena favore pio,
Ut simul angelicum teneat super aethera thronum
Sitque sui pulcrum seminis inde genus.
Nat. domini H. M. F.

II.

Condita sancta cupis si nosse pignora, lector,
Hunc venerare locum, titulus quem sanctus adornat.
Hoc labor et studium decoravit papae Leonis,
Quod prosit meritis eius in vita peraenne.

I, I *Severano, Sette chiese I, 1630, 334. Torrigio, Grotte Vaticane 1635, 359. Ciacconius, vitae et gest. pontif. Rom. III, 1677, 1044: (Sanctorius card.)* Armenorum ecclesiam Romae olim b. Mariae virgini, nostris hisce temporibus s. Mariae Aegyptiacae sacram instauravit, in cuius instauratione sequentem inscriptionem inter parietinas inventam ad aram maximam suspendit: Hoc dudum *eqs., inde A. Mai, Script. vet. nova coll. V 93 cf. p. 463.*

I, II *cf. ad praecedentem titulum.* 4 duxit *Torr. Ciacc.* 6 Ausonii *Sev.* 8 deo *Sev.*, dei *rel.* 10 Sicque *Ciacc.*

II ***P*** = *cod. Paris. 4841 s. IX f. 34. Primus edidit de Rossi, Inscr. Christ. u. R. II 278.* 4 psit *P*

I, II 1 *cf. in basil. sanctorum Cosmae et Damiani, de Rossi, Inscr. chr. u. R. II 353* Aula dei variis radiat decorata metallis. 11 *Torr. l. l. interpretatur:* hoc monumentum fecit, *Vollmer coni.* heres mon. fec.

II *Rossius ad Leonem III refert collato Libro pont. ed. Duchesne II p. 28* Leo III hospitalem b. Petro apostolo in loco, qui Naumachia dicitur, a fundamentis noviter construens diversa illic domorum aedificia decoravit atque ecclesiam in honore b. Petri . . a novo construxit. In qua etiam . . . martyrum corpora deferens recondidit. *Pro* caconum *v. 6 coniecit idem* Saxonum, *cum tota fere Vaticani montis pars et regio circumsita a circo eiusque cryptis et palatio Neronis ad ripam Tiberis appellata fuerit* vicus Saxonum. *Iure ei oblocutus est Duchesne, Lib. pont. II 47, cum* operosa sub antra *non nisi ad tumbas martyrum referri possit; ceterum Rossium de situ illius hospitalis non recte iudicasse. Ego Vollmeri coniecturam* zaconum = *diaconorum probo.*

Hic veneranda dei consistunt membra piorum
Et clausa recubant operosa sub antra zaconum.
Flagita hic veniam, cie frequens intima cordis
Et fessa diutinis contunde pectora pugnis,
Ut placidus purget tua Christus vulnera mentis
Et letus adeas caelum regnumque beatum.

III.

Ad studium quisquis animumque locumque parasti,
Te prius et fratrem noveris atque deum.

IV. EPITAPHIUM GREGORII CUIUSDAM.

Gregorii lapis iste sepultat nobilis artus,
Aura qui vescens condidit ante necem
Hunc sibimet, sine motu quo requiescat in aevum.
Has, quisquis creveris, postulo funde praeces.
Temporibus quarti construxit ecce Leonis,
Ter bino in anno quo indictio prima tenebat.

V. SYLLOGA TITULORUM E CODD. PARIS. 9347 ET 2773.

In codicibus Parisinis latinis P^1 = *9347 s. IX olim Remensi et* P^2 = *2773 s. X post Prosperi opera sylloga inserta est septem titulorum, quorum primus de sancto Andrea excerptus est ex Aldhelmi carm. eccles. IV 3, secundus de sancto Petro ex Aldhelmi c. eccl. IV 1 cf. Aldhelmi opera ed. R. Ehwald, Auct. antiq. XV p. 22 et p. 19, de Rossi, Inscr. urb. Romae christianae II p. LII sq., septimus epitaphium illud Hadriani I est ab Alcuino compositum cf. P. A. C. I 113, sextus formula est aut ex Alcuini versibus conflata aut ab Alcuino iam adhibita cf. ad n. VI. Quae cum ita sint, cum Rossio, qui edidit l. l. p. 257 sq., syllogam aevo Carolino adscribendam arbitratus hoc loco repetivi. N. III et IV redeunt in* L = *cod. Lugdunensi Bat. Voss. lat. Q 69 s. IX f. 18, qui addit n. IV*^{a}*; de quo vide de Rossi l. l. p. 271; n. V et VI in* F = *cod. lat. Monacensi 6404 olim Frising. 204 s. X f. 45*^{r}*, cuius photographon mihi praesto est. — Rossius p. 257 ad n. II epigrammata I et II ad aedem basilicae Vaticanae cohaerentem a Symmacho papa s. Andreae honori dedicatam (a Leone III titulis ornatam?) refert, n. III. IV et IV*^{a} *ad tria sacella in Vaticano in honorem s. Crucis, Iohannis baptistae, Iohannis apostoli constructa, n. VI ad altare beati Martini ibidem a Fridigiso abbate dedicatam cf. Lib. pontifical. Leo III*

---

7 *ad vocabulum* cie *teste Rossio ad calcem carminis adiecta est 'Glosa' Latina et Germanica, quam non attulit.* 8 plectora *P* *Conferas etiam Grisar, Zs. f. kath. Theol. XIII, 1889, 109 sq.*

III *Solus servavit Petrus Sabinus, de quo cf. ad epitaphia pontificum infra p. 1020. Qui cum 'in quodam cubiculo monachorum antiquis picturis conspicuo' extitisse doceat, Rossius II 438 collato Libro pontificali Sergius II § XXXIX* 'Hic . . . papa . . iuxta latus ipsius basilicae . . monasterium in honore b. Petri apostoli ac Pauli . . . construxit' *hoc epigramma bibliothecae illius coenobii inscriptum fuisse suspicatur. Duchesne, Lib. pont. II 103.*

IV *Epitaphium a. 1658, cum effoderentur fundamenta porticus aedis s. Mariae in Via Lata, inventum et accurate transscriptum in cod. Chis. I. VI. 205 f. 145, edidit de Rossi, Inscr. Christ. u. Romae II p. LX. v. 5 sic legitur* temporibus quarti construxit praesulis ipse, *at lapicida in calce addidit* ecce Leonis. 6 q: mdictio *cod.*

IV 2 *cf. Verg. Aen. III 339* vescitur aura. 5 *Leo IV papa 847—855, sextus annus Leonis 853 = indict. I.*

§ CX (ed. Duchesne II p. 33). Quae coniectura quamvis arrideat, tamen incerta videtur; n. V sane repugnat quam maxime, ubi videas adnotationem.

I. DE ANDREA.

Andreas hic sanctus templi tutabitur aram,
Petri germanus, qui quondam funera leti
Horrida perpessus sancta quoque carne pependit,
Dum crucis in patulo suspensus stipite martyr
Ultima mortalis clausit spiracula vitae
Purpureas sumens Christo regnante coronas.

II. DE PETRO.

Petrus porticum et hanc sanctorum sorte coronat,
Claviger aetherius, qui portam pandit in aethram,
Ianitor aeternae recludens limina vitae.
Omnibus hic geminum digessit dogma per orbem.
Quem deus aeternis ornatum iure triumphis
Arbiter omnipotens ad caeli culmina vexit.

III.

Qui nos spiritu aquaque lavas a sorde benignus,
Conserva in nobis donata charismata, Iesu.

IV. DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA.

Ad caeli qui regna vocas aeterna fideles,
Te precibus sanctis petimus, te poplite flexo:
Pro nobis, baptista potens, dignare precari.

IV[a].

Hoc tibi sanctificans, apostole sancte Iohannes
Accubitorque dei, presens altare precamur:
Nostra tuo sancto peccamina deme precatu.

V, I 2 loeti P^1P^2

V, II 1 portitum P^2 2 aethram P^1P^2R *Aldhelmi*, aethra (aethera *A*) *Aldh.* 3 limina *Aldh.*, lumina P^1P^2

V, III *III et IV in* P^1P^2L, *IV[a] in solo L cf. de Rossi l. l. p. 257 sq., 271 sq., in* P^1P^2 *ante* III *lemma* De sancto Iohanne baptista, *quod ad* IV *pertinet, om. L* 2 chrismata *codd., Rossi coni.* charismata

V, IV *lemma om. L*

V, IV[a] 1 sanctificans *coni. Rossi*, scificatus *L*

V, I 1—3 *Aldh. c. e. IV, III 1—3 ed. Ehwald p. 22* Hic simul Andreas templi tutabitur aram (*PSVR*, templum .. ara *A*) Petri g. q. qu. funera leti (*V*, funera loetus *A*, funere loeti *SP*) h. p. s. quoque (*R*, cum *SV, om. P, /// A*) c. p. 4—6 = *Aldh. l. l. 14—16.*

V, II 1—4 = *Aldh. c. e. IV, I 1—4 ed. Ehwald p. 19* Hanc Petrus absidam sanctorum sorte coronat, claviger *eqs. (v. 3* eterne *AS*, aeterna *VP, v. 4* hoc *PV).* 5—6 *ibid. 35—36.*

V, III *Cum alludat ad lavacrum et suscepta spiritus charismata, Rossius ad sacellum 'consignatorii', in quo neophyti sacro chrismate consignabantur, refert; cum ergo idem Symmachus (cf. supra) in Vaticano tria cubicula condidisse tradatur, sanctae Crucis, Iohannis baptistae, Iohannis apostoli (cf. enchiridion de sacellis et altaribus basilicae Vaticanae, scriptum s. VIII Rossi l. l. p. 227, 15), haec tria epigrammata III. IV. IV[a] in tribus illis cubiculis inscripta fuisse coniecit.* 1 *Ioh. 3, 5.*

V, IV 3 baptista potens: *cf. Alcuin. P. A. C. I 339. XIX 1.*

V, IV[a] 2 accubitor d.: *cf. P. A. C. II 216. LI 2 et supra p. 929, 11.*

V.

Aureus ac simul Iustinus fera proelia mundi
Contempsere dei magno pro nomine passi,
Hic cineres posuere, hinc atria summa petebant
Caelestis regni superato principe Averni.

VI.

Ductus amore dei, Martini et praesulis almi
Iusserat hanc aram sacris ornare metallis
Ille humilis praesul pietate tonantis.
Illius esto memor celebrans pia vota sacerdos.

VII. DE ADRIANO PAPA.

Hic pater ecclesiae *eqs. cf. P. A. C. I 113.*

VI. INSCRIPTIONES CIVITATIS IOHANNIPOLIS.

Ut Leo IV papa basilicam b. Petri civitate Leonina condita contra incursiones Saracenorum muniverat et ante eum Gregorius IV Ostienses aedificata Gregoripoli ab infestis illis hostibus tutos reddiderat, ita Iohannes VIII basilicam b. Pauli extra urbem sitam novo castello circumdedit, cui praedecessores aemulatus magnificum nomen indidit Iohannipolim. Cuius urbis memoria omnino fere evanuit[1]. *Bene igitur evenit, quod ante a. 1347 Nicolaus Laurentii versus, quos papa portae inscribendos fecerat, syllogae inscriptionum a se confectae inseruit. Qua de sylloga eiusque recensionibus lectores ad Rossium, Inscr. Christ. u. R. II 316 relegatos esse volo, quem sequor.*

Codices Rossius adhibuit hos[2]*: recensionis prioris nondum in ordinem redactae codicem Barberinianum lat. 1952 (XXX 25 olim 2709) s. XV exaratum = **Ba**. Alterius recen-*

V, v *Praeter P^1 et P^2 in F f. 45r.* 1 iustinus P^2F, iustimus P^1 fera/ *F* 2 contempsere P^1, contemsere, *ultima* e *loco raso, n. f.* a (at?) *erasa est, F*, contempserat P^2 3 tria, a *ss.* m^2, *F*, tiria P^1P^2

V, vi *Praeter P^1P^2 in F f. 45r.* 2 hac *F*

V, v *Aureum archiepiscopum Moguntiensem (cf. Jaffé, Mon. Mag. p. 2 sq.) et Iustinum martyres Heiligenstadienses ad Romam pertinere (cf. comm. praev.) nullo ostenditur documento (AA. SS. Iuni IV 40), at in porticu meridiana ecclesiae S. Salvatoris Fuldensis hi versus Hrabani legebantur (P. A. C. II 206. IV 5):* Aureus hic praesul Iustinus martyr et ipse *eqs. cf. G. Richter, Beitr. z. Gesch. d. Grabeskirche d. hl. Bonifaz in Fulda 1905 p. XVI; Dümmler et Richter* Aureus *pro adiectivo acceperunt. Alius igitur Iustinus confessor fuit, quem 'Otgarius praesul Romana asscivit ab urbe' P. A. C. II 225. LXXI, cf. Falk, Forsch. z. d. G. XXII 435.*

V, vi *Formula dedicationis, in qua v. 3 pro* ille *nomen proprium ponere oportet, Alcuinus P. A. C. I 334. CVII, III hanc formulam adhibuit aut formula ex Alcuini versibus confecta est. Rossius l. l. 258 cum syllogam ad basilicam Vaticanam persuasum habeat pertinere (cf. supra), collatis verbis libri pontificalis in vita Leonis III § CX* in basilica beati Petri .. ante sanctum Andream *(cf. epigr. I)* investivit altare beati Martini ex argento purissimo deaurato ex transmisso quondam Fridigisi abbatis *pro* ille *scribendum esse* Fridegīsus *(ut* Winigīsus *P. A. C. I 375, 375) suspicatur. Fridegisus abbas Turonensis 804—34.* 1 *cf. P. A. C. II 671, 10 sq. versus Sigolai Turonensis* Christi ductus amore .. praesulis atque beati Martini veneratu, *cf. P. A. C. III 251, 15.*

1) *Nomen Iohannipolis occurrit in Bullario Casinensi II const. CXII a. 1074 p. 9* 'castellum s. Pauli, quod vocatur Iohannipolim'. *Initio saeculi XV anonymus Magliabecchianus (Urlichs, codex urbis Romae topographicus p. 149) scripsit:* Circuitus tamen ipsius est in totum circa miliaria XXVII s. XXIV altus *(altam cod.).* Et civitas porticae impositae, quia a latere sancti Pauli usque ad portam est una alia civitas a papa Iohanne VIII aedificata, quae modernis non videtur et antiquitus pulcherrima aedificata fuit, quae tenebat per circuitum miliaria duo et plus aliquantulum. Et sic Roma in totum circuit miliaria circiter triginta. 2) *Iidem versus super porta civitatis Leoninae inscriptos servaverunt, qui editi sunt P. A. C. II 664 VIII et IX cf. de Rossi l. l.*

sionis i. e. Descriptionis urbis Romae eiusque excellentiae cod. **Ch** *= Chisianum I. VI. 204 s. XIV et* **C** *= cod. Catanensem a. 1378 exaratum. Ad hos testes manu scriptos monumentum accedit licet exiguum, particula scilicet lapidis, in quem versus prioris tituli insculpti erant, nunc affixa parietibus coenobii s. Pauli inter monumenta basilicae Ostiensis, quam huc referendam esse primus intellexit N. Nicolai, cf. illius amplissimum opus della Basilica di S. Paolo 1815, 51. 146. Lectionem lapidis uncis inclusi. Codices Ba et Ch v. v. Giov. Mercati benignissimo animo mihi contulit.*

Titulos notatu dignos permulti ex Nicolao Laurentii repetiverunt, quos omnes, cum apud Rossium enumerati sint, afferre taedet.

LITTERE IN PORTA BURGI SANCTI PAULI.

I.

Hic murus salvator [adest invic]taque porta,
Quae reprobos ar[cet suscipi]t atque pios.
Hanc proceres intra[te senes iuven]esque togati
Plebsque sacrata de[i limina sancta] petens,
Quam praesul domini pat[ravit rite I]ohannes,
Qui nitidis fulsit m[oribus ac m]eritis.
Praesulis octavi de nomine facta Iohannis
Ecce Iohannipolis urbs veneranda cluit.

II.

Angelus hanc domini Paulo cum principe sanctus
Custodiat portam semper ab hoste nequam,
Insignem nimium muro quam construit amplo
Sedis apostolicae papa Iohannes ovans,
Ut sibi post obitum caelestis ianua regni
Pandatur Christo sat miserante deo.

VII.

Sume, Valentine martir, hec dona, beate,
Que tibi fert opifex Teubaldus corde benigno.

Hec itaque sunt, que tibi, beatissime martir, idem Teubaldus concessit, quatinus sint in usum sacerdotum *eqs.*

Tempore pontificis noni summique Iohannis
Est sacrata die suppremo hec aula Novembris,
Dum quinta elabentem indictio curreret annum.

VI, I *Inscriptiones in utraque recensione nullo spatio intermisso exaratae sunt, sed in Ch f. 29 titulus II sine I repetitus est cum lemmate* Supra portam burgi sc̄i Pauli a latere interiori. *Tit. sic in Ba* (L(icte)re), In porta burgi sc̄i Pauli sunt infrascripti versus *CCh* 1 salvator adest *ChC (lapis)*, adest salvator *Ba* 2 quae *Ba*, que *ChC* suscipit atque *Marini (Mai, SS. vet. nova coll. V 329) et Nicolai coniecerunt*, suscipiatque *BaChC* 3 proceres intrate *ChC*, procere sint rate *Ba* 4 sac̄ata *Ch* sc̄a *lapis Ba*, sancta *ChC* 5 quam *CCh*, qua *Ba* 6 nitidis *ChC*, niti... *Ba* fulsit *Ba*, fluxit *ChC* 7 de *ChC*, d. *Ba* iohannes *ChC*, iovannes *Ba*, *item v. 7* iohannis *ChC*, iovannis *Ba*, *v. 8* iohannipolis *ChC*, iovannipolis *Ba* 8 ur.., *post* r *hasta, Ba*

VI, II 1 han *Ch* 2 hoste *ChC*, oste *evanidis litteris Ba* 3 Insignem *Ba*, Insigne *ChC* constr... *Ba* 4 ovan. *Ba* 6 miserante *ChC*, miseranda *Ba*

VII *Tabulam a 1625 in secretario diruto ecclesiae s. Valentini Romanae repertam, nunc in porticu basilicae s. Mariae in Cosmedin parieti affixam edidit Crescimbenius, L'istoria della basilica di s. Maria in*

VI, I 1 *Is. 26, 1* Urbs fortitudinis nostrae Sion salvator, ponetur in ea murus et antemurale. Aperite portas et ingrediatur gens iusta custodiens veritatem.

VIII.

Sergius ipse pius papa, hanc qui coepit ab imis,
Tertius explevit istam quam conspicis aulam.

IX.

Aula dei haec similis Synai sacra iura ferenti,
Ut lex demonstrat, hic quae fuit edita quondam.
Lex hinc exivit, mentes quae ducit ab imis,
Et vulgata dedit lumen per climata saecli.

X.

Augustus Caesar totum cum duceret orbem,
Condidit hanc aulam Silvestri chrismate sacram,
Iamque salutifera lepra mundatus ab unda
Ecclesiae hic sedem construxit primus in orbe
Salvatori deo, qui cuncta salubriter egit,

Cosmedin di Roma 1715 p. 82. Inde Muratori, Inscr. nov. thes. p. MCMXLVI; cf. etiam C. M. Armellini, Le chiese di Roma 1887 p. 394. 652. — Mihi liberalissimo animo contulit K. Schellhass. Prolixam seriem donorum omisi. — Cum Iohannem IX papam a. 900 (indict. III!) obiisse constare videatur, Duret apud Kopp, Geschichtsbl. a. d. Schweiz, II 1856 p. 271 sq. collata inscriptione quadam Faventiensi hic Iohannem IX archiepiscopum Ravennatem (899—904) intellegendum esse proposuit. Quam opinionem prorsus reiciendam esse iudico, cum titulus Romanae ecclesiae inscriptus fuerit. At errorem latere apparet, cf. etiam Gregorovius III⁴ 232. Computistas rem propediem explicaturos esse spero.

VIII *Iohannes diaconus, De ecclesia Lateranensi (cf. de Rossi, Inscr. Christ. u. R. II 195 sq.), ed. Mabillon, Mus. Ital. II 569:* Super ipsas fores ecclesiae scriptum fuit interius: Sergius *eqs. Iohannis librum adhibuerunt Panvinius cod. Vat. 6781 f. 183, cuius usus sum photographo, Marinius ap. Mai, SS. vet. n. coll. V 81. Duchesne, Lib. pont. II 236 alii* 1 pius pius papa *Panvin.* 2 exemplans *pro* explevit *male Mabillon. — Titulus ad Sergium II pertinet.*

IX *Iohannis diaconi libro de basilica Lateranensi in cod. Sessoriano 290 nimium corrupto adnexa est brevis sylloga inscriptionum basilicae Lateranensis saeculo XII confecta. Hanc adhibuit Panvinius, De septem urbis ecclesiis 1570 p. 108 et cod. Vat. 6781 f. 182:* De dignitate basilicae Lateranensis extabant hi versus in absida maiore, qui nunc vetustate exoluerunt egoque eos ex basilicae archivis descripsi: Aula dei *eqs. Sequitur apud Panvinium titulus* Flavius Felix victor *eqs. (de Rossi l. l. 149. 306). Cum in sylloga corporis Laureshamensis prima (de Rossi 142 sq.), cod. Vat. 833, titulus* Flavius Felix *eqs., quem in sylloga inscriptionum bas. Lateranensis huic tetrasticho annexum invenimus, extet,* Aula dei *eqs. desideretur, hos versus post syllogam Laureshamensem saeculo nono confectam insculptos esse apparet. At vetustiores sunt plerisque syllogae Lateranensis epigrammatis, quae leoninitate ad saec. X. XI delegantur: prorsus probabile igitur est aetati Sergii III adscribendos esse (de Rossi 149. 306). — Titulus cum ipsa apside periit, cum a. 1291 Nicolaus IV veterem apsidem restitueret. Ex Panvinio ediderunt Severanus, Le sette chiese 511, Ciampinus, De sacr. aedif. 16, Duchesne, Lib. pont. II 236 aliique. Imitatus est Alfonsus archiepiscopus Salernitanus in usum Desiderii abbatis Casinensis cf. Leonis Ostiensis chron. M. G. SS. VII 718, Br. Albers, N. A. XXXVIII 667, Wilpert, D. roem. Mos. u. Malereien d. kirchl. Bauten v. IV—XIII. Jh. p. 1199, qui ipse quoque eos Sergio III attribuit.* 4 dedit lumen *Panvin.*, nomen dedit *cod. Sess. cf. de Rossi p. 306.*

X ***P*** *= Panvinius, De septem ecclesiis 1570 p. 110 et* ***V*** *= cod. autogr. Vatic. lat. 6781 fol. 183 ex eadem sylloga inscriptionum basilicae Lateranensis ante a. 1291 confecta, de qua conferas ad tit. praecedentem. Ex Panvinio Rasponus, De basilica et patriarchio Lateran. p. 28, Marinius ap. Mai, Script. vet. nova coll. V 81, Leibniz, Ann. imp. II 219, Reumont, Gesch. d. St. Rom II 1225, Duchesne, Liber pont. II 236 aliique. Usus sum Panvinii impressa editione et photographo codicis 6781.* 1 quum *PV* 4 in orbe *editur,* in orbem *PV*

X *Panvin. De sept. eccl. 110:* 'Sergius III basilicam reparavit, musiveis signis ornavit ... eius rei memoria extabat in his versiculis absidae ex musivo depictis, qui exoleverunt'. *Iohannes diaconus, De eccles. Lateranensi apud Mabillon, Mus. Ital. II 575:* anno, quo baptizatus est piissimus imperator Constantinus augustus a beatissimo Silvestro sanctae apostolicae sedis pontifice et a lepra per lavacrum sacri baptismatis mundatus est, aedificavit hanc basilicam in honore ... Iesu Christi et commemora-

Custodemque loci pandit te, sancte Ioannes.
Inclinata ruit senio volventibus annis.
Spes dum nulla foret vestigia prisca recondi,
Sergius ad culmen perduxit tertius ima
Cespite et ornavit pingens haec moenia papa.

XI. EPITAPHIUM DEMETRII SUPERISTAE.

Hoc iacet humatum tumulo corpus superistae
Demetrii, dominus nomine quem veniens
Reddere, quae gessit fallaci tempore quisque,
Advocat affatim: 'Euge, serve bone,
Suscipe mansurum regnum peritura relinquens,
Quo sanctis iunctus carmina laeta canas.
Posside tu caeli sublimia culmina gaudens
Nec timeas potius, quicquid obesse potest.'
Accedens forsan quisquis huc vertis occellos,
Supplex: 'Parce deus', dicito, 'Demetrio'.
Depositus in pace mense Aprili die XVII indict. XI.

XII.

Quisquis huc pr⟨operas⟩ . . . . . .
Illustrem nat⟨um⟩ . . . . . .
Demetrii quonda⟨m⟩ . . . . . .
Qui bonus et cu . . . . . .
Idcirco dominum . . . . . .
Pandantur qu . . . . . .
Et sancta fovent . . . . . .
Possideat cum . . . . . .
Qui vixit ann⟨os⟩ pl⟨us⟩ mi⟨nus⟩ . . . . .

---

10 cespite et ornavit *Rossi p. 306,* cespite ornavit *VP,* cespiteque orn. *P Marin.* pingens *sic PV*

XI *Ios. Melchiorri, In veterem Demetrii Superistae inscriptionem commentarius. Dissertazioni dell' Accademia Romana di archeologia II 1825 p. 129 sq., descripsit de lapide in villa cardinalis Albani reperto, p. 146 tabulam addidit, unde intellegitur vv. 9. 10 una serie minoribus apicibus exaratos esse. Ultima verba sic scripta sunt* DP. INP. M. APRIL̄. D. XVII. JND. XI., *praeterea in dextra parte* TEMP. DN̄MI *(sic)* FORMOSI PP ANNO II *(i. e.* III, *tertia hasta ansa ferrea superposita latere videtur.)*

XII *Fragmentum in porticu S. Mariae Transtiberinae parieti immissum mihi benignissimo animo transscripsit K. Schellhass. Primus edo. Ad filium Demetrii cuiusdam referendum videtur; de eodem Demetrio superista cogitat Rossius, Inscr. chr. II p. LX n. 6.* 7 fovent *sic lapis*

tione sancti Iohannis baptistae. Permansit enim ab eodem tempore, licet separatio parietum et tectorum curvatio eius ruinam ante ostenderent, per aliquot annos usque ad tempus Stephani piae memoriae VI. Tempore autem illius ruit et fuit in ruinis dissipata et comminuta usque ad tempus, quo revocatus est dominus Sergius presbyter et electus de exilio et consecratus est Romanorum tertius praesul . . . incipiens ab antiquis laborare fundamentis finetenus opus hoc consummavit et decoravit ornamentis *eqs. cf. ibidem p. 562.* *v.* 7 volventibus annis: *cf. epitaphium Sergii III v. 7.*

XI 1 *De vocabulo* superista *Melchiorri p. 131 fusius agit.* 4 affātim *ab 'affari'.* 5 *sq. Matth. 25, 21. 23; legendum* ēuge. 8 nec potius *nicht mehr.*

XIII. EPITAPHIA PONTIFICUM.

Sequuntur epitaphia pontificum inde a Benedicto III usque ad Anastasium III, quotquot supersunt[1]*; maxima pars eorum excerpta est ex descriptione basilicae Vaticanae, quam Petrus Mallius*[2] *saeculo XII. Alexandro III (1159—81) obtulit*[3]*. Cuius de fide optime disputavit Rossius in egregio libro 'Inscriptiones Christianae urbis Romae' II 196 sq. Cum enim Sartius*[4] *p. 136 Mallium in inquirendis et exscribendis pontificum epitaphiis haud multum diligentiae praestitisse contendisset, Rossius, quod Mallius multa omiserit, id ei non crimini esse vertendum, sed quae silentio praeterierit, eius aetate delituisse, in archivo autem, quo se usum esse iactat*[5]*, syllogas epigrammatum descriptionesque basilicae Vaticanae tunc temporis ignotas fuisse probabiliter exposuit; immo Petrum ut quam plenissimam proferret syllogam epitaphiorum operam impertivisse Rossio adsentiendum videtur.*

Descriptionis Mallianae apographa post medium s. XVI exarata in tabulario basilicae Vaticanae extant quattuor, sed multo praestantior est cod. Vatic. 3627 s. XV/XVI, qui transscriptus est ex exemplari ante obitum Innocentii III magna cum sollertia[6] *exarato*[7]*. Mallii libellum primus edidit C. Ianningus AA. SS. Iuni VII in appendice p. 34*—52* ex codice quodam Claromontano nunc ignoto.*

Haud multo post a. 1192 Romanus, qui se in capite III beati Petri presbyterum profitetur[8]*, Mallii descriptionem recensuit, nonnulla addidit, haud pauca, quae non ad rem essent, expunxit. Huius recensionis unicus testis est cod. Vatic. 6757 s. XIII, quem Paulus de Angelis Messanae repertum a. 1650 bibliothecae Vaticanae dono dedit; idem textum Romanianum edidit*[9]*. Licet Romanus textum Mallii cum monumentis non contulerit, tamen cum codices prioris recensionis multo sint recentiores, Vaticanus 6757 ad edenda epitaphia haud exigui est pretii.*

Quicumque post Mallium de monumentis Vaticanis sepulcrisque pontificum egerunt, omnes fere vestigia eius presserunt. Ex priore recensione — nam recensione Romaniana praeter Paulum de Angelis nemo usus est, Ianningus editionem Pauli cum Claromontano suo compilavit — saeculo XV hauserunt Maphaeus Vegius[10] *et Hartmannus Schedel*[11]*,*

---

1) *Epitaphium Hadriani I vide P. A. C. I 113, Sergii II P. A. C. II 663, epitaphia Leonis III, Stephani IV, Paschalis I, Eugenii II, Valentini, Gregorii IV, Iohannis antipapae, Leonis IV, Anastasii antipapae, Hadriani III, Formosi, Bonifatii VI, Romani, Theodori II, Leonis V perierunt.* 2) *Ita virum appellare solent; verum nomen esse Petrum Mallii i. e. Malli filium optimo codice Vat. 3627 probatur. Ceterum plerique nominis forma* 'Manlius' *utebantur, quam retinendam esse C. Ianningus AA. SS. Iuni VII 33* censuit, 'quia latinius videtur et originale'.* 3) Sanctae et apostolicae sedis Alexandro dei gratia summo pontifici et universali papae Petrus Mallius sola dei pietate beati Petri basilicae presbyter qualiscumque libellum ex archivo eiusdem sacrosanctae basilicae compilatum *cf. AA. SS. Iun. VII 34*. Libellus incipit:* Licet haec quae sequuntur in sanctorum libro pontificum et in eorum quoque sepulcris plenissime scripta reperiantur, quia tamen dominis et fratribus meis idoneum et utile visum est haec me breviter in unum colligere, ut ad quorumlibet notitiam facilius pervenirent, quod fraterna mihi caritas imperavit, fideliter adimplere proposui *eqs. ibidem.* 4) *Ad Philippi Laurentii Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix auctoribus Aemiliano Sarti et Iosepho Settele, Romae 1840. De insigni opere cf. de Rossi l. l. p. 125.* 5) *Iohannem diaconum aemulatus, qui ex archivo Lateranensi veterem libellum protraxerat. Mabillon, Mus. Ital. II 560 sq. Iohannis et Petri libri comparati: de Rossi p. 195.* 6) *Librarius cum in epitaphio Nicolai I v. 12 compendium aliquod non intellegeret, formam accurate expressit: de Rossi p. 194.* 7) *Fragmentum Mallii extat in codice Augiensi fragm. 163 s. XIII; cf. A. Holder, Die Handschr. v. Reichenau II 616, at epitaphia in eo non servata sunt.* 8) *Codex nomen auctoris titulumque libelli non prae se fert primo folio evulso, sed cap. III:* ego presbyter Romanus huius sacrosanctae basilicae canonicus. 9) *Basilicae veteris Vaticanae descriptio auctore Romano eiusdem basilicae canonico. Romae 1646.* 10) *Maffei Vegii Laudensis de rebus antiquis memorabilibus basilicae s. Petri Romae (c. a. 1450), edidit C. Ianningus, AA. SS. Iuni VII 56* sq.* 11) *Cod. lat. Monacens. 716, cf. W. Wattenbach, Forsch. z. d. Gesch. XI 373, Allgem. d. Biogr. XXX 661.*

saec. XVI Panvinius Honuphrius[1]. *Maximum autem valuit ad epitaphia pontificum divulganda, quod Caesar Baronius ea in amplissimum illud opus, quod inscripsit 'Annales ecclesiastici', 1588—1607, ex Mallio inseruit et haud paucis locis emendavit. Inde recentiores notitiam epitaphiorum haurire solent*[2]. *Omnium autem optime de his monumentis meritus est Aemilianus Sarti*[3]*; qui cum non satis esse codicis textum exprimere, sed quam plurima esse adhibenda subsidia intellexisset, summa industria ipsa monumenta, si quae superessent, pervestigavit et quae reppererat in usum vocavit; quamvis pauca sint et misere lacerata, tamen ad primigenium textum restaurandum haud parvi pretii sunt*[4]. *Et aliud quoque adiumentum sibi comparavit gravissimum. Iam Papebrochius*[5] *enim Flodoardum in prolixo carmine 'De triumphis Christi apud Italiam' ad pontificum vitas enarrandas aut ipsa epitaphia descripsisse aut syllogam quandam ad suum tempus perductam in rem suam convertisse animadvertit; inde Sartius in comparando canonici Remensis carmine cum epitaphiis diligentissime versatus fructum cepit amplissimum*[6]. *Sed recensionem Romanianam codicis Vaticani 6757 non noverat; qui cum codicibus prioris recensionis multo antiquior sit, de Rossi in edendo Mallii libro illius inprimis lectiones respexit et sic rem absolvit. Quae cum ita sint, cum hi duumviri nihil fere reliquerint*[7]*, meum esse credidi quam maxima possem sollertia illorum messem in mea colligere horrea.* ***M*** *est editio Malliana codicis Vaticani 3627,* ***R*** *recensio textus Malliani per Romanum facta in codice Vat. 6757. Utriusque codicis mihi praesto sunt photographa. Praeterea* ***J*** *= editionem Ianningi, cum illius codex Claromontanus lateat, adhibui. Cum lapidum fragmentis quamvis raris de scriptura edoceamur,* ae *pro* e, i *pro* y *codicum suo loco restituendum censui.*

Hadriani II epitaphium apud Mallium deest, sed nonnulla fragmenta supersunt, quae Sartius quo solet acumine supplevit; eius errores corriguntur Petri Sabini[8] *sylloga inscriptionum Christianarum, quam Rossius e codice Marciano lat. X 195 primus publici iuris fecit l. l. 407—455.*

1. EPITAPHIUM BENEDICTI III.

Quisquis huc properas Christum pro crimine poscens,
Quam lacrimis dignus sit, rogo, disce, locus.
Hac gelida praesul Benedictus membra quiete
Tertius en claudit, quae sibi reddat humus.
Quodque fores tectus servat sub tegmine saxi,
Indignum sanxit se sociare piis.

XIII, 1 *R f. 11r, M f. 14r.* Benedictus papa III *(855—7. 4. 58).* Hic requiescit iuxta portam argenteam de foris. Cuius epitaphium est istud. *Sarti p. 135, de Rossi p. 214* 3 Hac *RM*, Haec *J*, *f.* *Hic? 5 fores *RJ*, foret *M* tectus *RM*, tectos *J*

XIII, 1 1 *cf. Fortunat. IV, XI 1, epit. Nicolai I v. 2, Sergii III, Stephani V.* 3 *sq. cf. epit. Marini I v. 3, Iohannis VIII v. 2.* 5 fores servat: *cf. epit. Anastasii II, de Rossi p. 126 IIII 1* Limina nunc servo. *Epit. Sergii III v. 2.*

1) *De rebus antiquis memorabilibus et praestantia basilicae s. Petri apostolorum principis, edidit A. Mai, Spicil. Rom. tom. IX 194 sq., epitaphiis ex Sartii recensione clam emendatis.* 2) *Affero Torrigio, Le sacre grotte Vaticane, Roma 1635. Bosius, Roma sotterranea 1632. Ciacconius, Vitae et res gestae Pontificum 1677. Cancellierius, De secretariis basilicae Vaticanae, Roma 1786. Watterich, Pontificum Romanorum vitae, I, 1862, 83 sq.* 3) *Ad Philippi Laurentii Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix auctoribus Aemiliano Sarti et Iosepho Settele, Romae 1840. Pretiosum opus mihi praesto est.* 4) *cf. epitaphia Nicolai I, Hadriani II.* 5) *Conatus chronicohistoricus ad catalogum Romanorum pontificum, AA. SS. Mai, Propyl. 1* sq.* 6) *Papebrochii non memor rem denuo tractavit Scheffer-Boichorst, Zur Kritik Flodoards v. Rheims und päpstlicher Epitaphien. Mitt. d. Inst. f. österr. Gesch.-Forsch. VIII 423. IX 177 n. 3.* 7) *Duchesne, Liber pontificalis II titulos ex Rossio repetivit.* 8) *Exeunte s. XV epigrammatis, quae Cyriaci aliorumque syllogis usus collegerat, 200 fere titulos adnexuit Christianos cf. Rossi 407 sq.*

II. EPITAPHIUM NICOLAI I.

Scire volens, cur tr[iste genus mortale, repente]
Quisquis ad haec prop[eras eois partibus aulae]
Templa vel occidu[is pollens austroque beatae]
Axe vel a gelido, [carmen scrutare memento.]
Conditur hoc a[ntro sacri substantia carni]s
Praesulis egregii [Nicolai, dogmate sancto]
Qui fulsit cunc[tis, mundum replevit et orbem].
Intactis nituit m[embris castoque pudore],
Quae docuit ve[rbis actuque peregit opimo],
Sidereae plenus [mansit doctusque sophia]e,
Caelorum cla[ris quem servant regna triumph]is,
Ut vernet soli[is pr]oceru[m per saecula vatu]m.

III. EPITAPHIUM HADRIANI II.

Ei m[ihi, composuit m]ortal[is pondera carnis]
Ha[drianus p]rae[sul: hic sua mater h]umus
In ci[neres mersit], qu[icquid de pulvere su]mpsit,
Ast a[nimam caelo reddidit, ossa] solo.
Vir pius et [placidus fuerat, super aet]hera clarus,
Pauperib[us largus divitibusque] simul,

XIII, II *R f. 11r, M f. 14v* Nicolaus papa II. Hic requiescit iuxta portam Iudicii. Cuius epitaphium est istud: Conditur *eqs. Mallium nescio quo pacto quattuor priores versus omisisse intellectum est, cum fragmentum lapidis sub Petri Carranzae monumento repertum esset cf. Sarti p. 58. Cancellierius, De secretariis bas. Vatic. IV p. 1621 primi versus apicibus, quorum inferior tantum pars servata est, neglectis versus 2—4 ex Crescentii epitaphio, quod in ecclesia sanctorum Cosmae et Damiani apud forum Romanum extat cf. Galletti, Inscr. Rom. III p. CCLXXI* Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu Axe vel a gelido sive calente polo, Flecte, precor, geminos carmen lecturus ocellos Sortis et humanae flebilis esto memor *eqs. supplevit. Sartius p. 58 sq., 135 rem confecit eiusque editionem repetimus. Fragmentum in cryptis Vaticanis superstes vide in Sartii tab. XV. Quae Cancellierius et Sartius suppleverunt, cursivis litteris expressimus, quae lapis servavit, uncis inclusimus. Mallium falso epitaphium Nicolao II adscripsisse consentiunt. Sartius p. 58 sq., 135, tab. XV. Rossius p. 215.* 5 sacri *L (apis)*, sacre *RMJ* 9 optimo *M* 10 Sydereae *Baron*, sydereo *MJ*, sidere *R* doctusque *LMJ*, doctus *R* 12 uẽnꝫ *M*, vernet *J*, ueneret *R* vatu/ *L*, natum *RMJ. Litterae* OCERV *in calce lapidis praefractae sunt.*

XIII, III *Mallius omisit, sed in basilica Vaticana nonnulla fragmenta reperta sunt. Primus duo frustula edidit Torrigius, Grotte Vat. p. 333 et 440. Aliis frustellis repertis et Flodoardi carmine adhibito supplevit tabulamque pro posse restituit Sartius p. 87—90, 136, tab. XXXII, quae tabula restituta adhuc cernitur in cryptis Vaticanis cf. E. Diehl, Inscriptiones latinae 1912 p. XXVIII 40 a et tab. 40 a. Ultimum distichum minoribus apicibus insculptum unam lineam effecisse videtur. Sartii supplementa magnam partem a vero abesse ex Petri Sabini apographo intellegi videtur, quod primus Rossius in lucem protraxit l. l. II 419; ultimum distichum apud illum deest. Petri lectio num in omnibus vera sit, in dubium vocari videtur eis, quae in app. crit. ad v. 8 attuli. Sartii supplementa omisi, in Addendis repetam. Petri textum sic edidi, ut lectiones lapidis superstites uncinis includerem. — Petrus Sab.:* Ad dextram templi partem sub quodam intercolumnio e regione sacrarii. *Iure versus ad Hadrianum II referuntur cf. Cancellierius, De secret. bas. Vat. p. 1750 LV, Hadriani I enim epitaphium extat, Hadrianus III et V Romae non sunt sepulti, Hadriani IV sarcophagus superstes non nisi haec habet* Hadrianus papa IV; *accedit consensus Flodoardi cf. adnot. ad v. 5.* 3 pulvere *lapis*, corpore *Petr.*

XIII, II *Nicolaus I 858—13. 11. 867.* 1 *Fortunat. IV, XI, 1* Quisquis ab occasu properas huc, quisquis ab ortu, munus in hoc tumulo quod venereris habes, *cf. epit. Benedicti III, Stephani V, Sergii III.* 6 dogmate sancto: *epit. Hadriani I v. 9 P. A. C. I 113, 9, Stephani VI 7.* 9 *cf. epit. Gregorii I, de Rossi p. 52 v. 9* implebatque actu, quicquid sermone docebat; *epit. Dionysi levitae, de Rossi p. 93 n. 63, 8.* 12 *Sartius* vernare *pro* canere *interpretatur ex Cangio, ego proprio sensu acceperim.*

XIII, III *Hadrianus II 867—Nov. Dez. 872.* 5 *sq. Flodoard. p. 823 A* Qui pius ac placidus laudatur et ordine clarus, Pauperibus largus locupletibus atque benignus, Omnibus et medius, nulli nisi carus habendus. 6 *Similia perusitata cf. de Rossi l. l. 69, 37, 6. 111, 71, 6. 126 III 5. 137, 19, 7.*

Omnibus et [medius, nullis nisi caru]s habendus,
Dapsilis, eg[regius, rectus u]bique, bonus.
Pro qu[o iur]e deum la[cri]mis venerabere, visor,
[Ut sit cu]m domino iam super astra suo.
[Qui legis hos] . . . . . .
. . . . . .

IV. EPITAPHIUM IOHANNIS VIII.

Praesulis octavi requiescunt membra Iohannis
Tegmine sub gelido marmorei tumuli.
Moribus, ut paret, fulsit qui nempe beatis
Altisonis comptus actibus et meritis.
Iudicii custos mansit, pietatis amator,
Dogmatis et veri plurima verba docens.
De segete Christi pepulit zizania saepe
Multaque per mundum semina fudit ovans.
Doctiloquus, prudens, verbo linguaque peritus,
Sollertem sese omnibus exhibuit.
Et nunc cęlicolas cernat super astra falanges
. . . . . .

V. EPITAPHIUM MARINI I.

Quam sollers domino placuit, quam mente modesta
Praesul apostolicus orbis et omne decus!
Hic statuit tumulo claudi sua membra sub isto,
Haec eadem sperans ut sibi reddat humus.
Ardua qui fulsit cunctis ut sidera caeli
Augustis carus, gentibus et tribubus.

---

8 *in Sartii tabula super* IVR *servati sunt apices* SM, *qui in Petri textu locum non habent; item post* LACRIMIS *pro* VE *suprema pars apicum* AL (?) *agnoscitur.*

XIII, IV *R f. 11v, M f. 15r* Ioannes VIII papa *(872—15. 12. 82).* Hic requiescit ante ecclesiam iuxta portam Iudicii, cuius epitaphium est istud. *Sarti p. 136, Rossi p. 216.* 1 ioannis *M* 3 nempe *sic RMJ* beatus *scr. J* 4 Altisonis *RJ*, Altisoñ *M* 6 veri *Baron.*, varii *RMJ* 9 Doctiloquus prudens *ex Flodoardo Sartius,* Doctrina prudens *R*, Docti prudens *MJ*, Prudens et doctus *Baron.* verbo *J*, uerba *M*, uerb' *R* 10 exibuit *M* 11 cernat *R*, cęnat *M*, cernit *J* *Finis deest.*

XIII, V *R f. 11r, M f. 14r* Inter portam Argenteam et portam Romanam videlicet in porticali fuit sepulchrum cuiusdam Ioannis pp. *(*fuit sepultus quidam Iohannes p̄p. *R)* b. m. Cuius epitaphium est istud. *Hinc alius ad alium Iohannem rettulit. Sartius p. 137 ex Flodoardo Marini I (882—15. 5. 884) esse docuit, cf. etiam Scheffer-Boichorst, Mitt. d. Inst. f. österr. Gesch. VIII, 1887, 428 sq. Pauli de Angelis aliorumque coniecturam primum distichum excidisse Rossius refutavit collato elogio Inscr. Christ. II 83, 26* Quam domino fuerant *eqs. Sarti p. 137, de Rossi p. 215.* 1 quam mente *editur*, qui m. *RMJ*, *in M man. recentior in marg. adscr.* q̄, *i. e. quam* 5 ut *RMJ*, per *P. de Angelis* 6 Augustis *RM*, Augusti *J* charus *J*

XIII, IV *Flodoard. p. 823 B* quique effulsisse beatis Moribus adstruitur, doctrina ornatus et actis, Iudicii custos recti, pietatis amator, De Christi segete crebro zizania pellens et rationales per agros pia semina spargens; Utpote doctiloquus, prudens sensuque peritus, Sollicitum qui se gregibus praebebat alendis. 2 *cf. epit. Benedicti III v. 3.* 5 *cf. epit. Bonifat. III v. 9, Rossi p. 126, cf. ibid. p. 67, 27, 9. 173, 32, 6.* pietatis amator *formula perusitata.* 10 sollertem: *cf. epit. Marini I v. 1.*

XIII, V *Flodoard. p. 824 A* sollers subit alta Marinus Regmina, qui placitus domino et decus orbis habetur, Augustis charus, populorum dignus amator, Doctrinis renitens sacris et semina diva Cordibus infundens hominum per climata mundi. Nam Graios superans pulsis erroribus unam Reddidit ecclesiam scissumque coegit ovile. 4 *cf. epit. Gregorii I, Rossi p. 52, 1 sq.* Suscipe terra . . reddere quod valeas; *epit. Benedicti III v. 4.*

Doctrinis comptus sacris et dogmate claro
Per patrias sancta semina fudit ovans.
Nam Graios superans eois partibus unam
Scismata pellendo reddidit ecclesiam.
Principis hinc Petri sed quisquis tendis ad aulam,
Dic supplex, isdem regnet ut arce poli.

VI. EPITAPHIUM STEPHANI V.

Accedis quisquis magni suffragia Petri
Caelestis regni poscere clavigeri,
Intentis oculis, compuncto corde locellum
Conspice perspicuum, quo pia membra iacent.
Hic tumulus quinti sacratos continet artus
Praesulis eximii pontificis Stephani,
Bis ternis annis populum qui rexit et urbem
Et gessit, domino quae fuerant placita.
Suscepit tellus consumptum pulvere corpus,
Aethera sed scandit spiritus almus ovans.
Unde peto, cuncti venientes dicite fratres:
'Arbiter omnipotens, da veniam Stephano.'

VII. EPITAPHIUM BONIFATII VI.

Atria magnifici sunt membris plena sepulti
Sedis apostolicae Bonifati praesulis almi.

VIII. EPITAPHIUM STEPHANI VI.

Hoc Stephani papae clauduntur membra sacello,
Sextus dictus erat ordine quippe patrum.

---

8 ouans *RM*, oras *J et man. rec. in R* 9 Nam *MJ Flod.*, Iam *R* 10 Schismate *J* 11 hinc *sic RMJ* 12 Dic *J*, D *fort. loco raso M*, Hic *R*

XIII, VI *R f. 11r, M f. 13v* Stephanus papa V *(alias VI, 885—14. 9. 891)*, de quo est istud epitaphium. *Post epitaphium addunt* Hic praedictus Stephanus V requiescit ante ecclesiam b. Petri. *Sarti p. 138, de Rossi p. 214.* 5 Sacratos RM^2J, Sacrato M^1 7 $\overset{m}{pp}$ *R* 10 sed *om. J*

XIII, VII *R f. 7v, M f. 7v* Bonifatius papa I. Hic requiescit in porticu pontificum, de quo habetur hoc epitaphium. *Cum Bonifatius I sepultus sit in coemeterio Maximi via Salaria nova, epitaphia Bonifatii II III, IV, V nota sint cf. corporis Laureshamensis syll. II apud Rossium II 126. 128, sexti Bonifatii (a. 896) esse Sartius p. 138 coniecit. Panvinius l. l. p. 352 reliqua excidisse suspicatur, cui adstipulantur Sartius et Rossius p. 207, qui versus sic restituendos esse proponit:*

Atria magnificis quae sunt iam plena sepulcris
Sedis apostolicae Bonifati praesulis almi
Suscipiunt corpus *eqs.*

At cum Bonifatius quindecim tantum dies sederit, iure dubitaveris, num maius habuerit elogium. Flodoardus p. 829 D nil fere affert. — Benigno animo mihi contulit Giov. Mercati. 1 Atria, A *man. rec., M* sepulchri *R*, sepulti *MJ*

XIII, VIII *R f. 11r, M f. 14v* Stephanus papa VI (VII) *(896—97)*. Hic requiescit ante ecclesiam. Cuius epitaphium est istud. *Sarti p. 139, de Rossi p. 215. Menda codicum ex epitaphio Benedicti VII, quod ex pannis epitaphiorum Stephani VI, Benedicti IV, Sergii III, conflatum superstes est in basilica Sessoriana (cf. Galletti, Inscr. Rom. I p. XXXII n. 41), sanari posse Baronius ad a. 984 vidit cf. Sartium.* 1 sacello *MJ*, saccello *R*, locello *Baron. et Paulus de Angelis*

8 *cf. epit. Iohannis VIII v. 8.* 9 *cf. Scheffer-Boichorst l. l.*

XIII, VI 1 *cf. epit. Benedicti III, Nicolai I, Sergii III.* 8 *cf. e. g. Tobias 14, 10.*

XIII, VIII *Flodoard. p. 829 D* Tum sextus Stephanus sacra regmina culmine carpit, Durus qui nostris, propriis at durior instat. Saeva quidem legat vivis, truciora sepultis, Folconemque minis,

Hic primum reppulit Formosi spurca superbi,
Culmina qui invasit sedis apostolicae.
Concilium instituit, praesedit pastor et ipsi,
Lege satis fessis iura dedit famulis.
Cumque pater multum certaret dogmate sancto,
Captus et a sede pulsus in ima fuit,
Carceris interea vinclis constrictus in imo,
Stranguilatus ubi exuerat hominem,
Post decimumque † diem regnanti transtulit annum
Sergius huc papa funera sacra colens.

IX. EPITAPHIUM IOHANNIS IX.

Ecclesiae specimen, clarissima gemma bonorum
Et mundi dominus hic iacet eximius
Iohannes, meritis qui fulsit in ordine nonus,
Inter apostolicos quem vehit altitonans.
Conciliis docuit ternis qui dogma salutis
Observare, deo munera sancta ferens.
Temporibus cuius novitas abolita malorum est
Et firmata fides, quam statuere patres.
Qui moriturus eris, lector, dic: 'Papa Iohannes
Cum sanctis capiat regna beata dei.'

X. EPITAPHIUM BENEDICTI IV.

Membra Benedicti quarti sacrata quiescunt
Pontificis magni, praesulis eximii,
Qui merito dignus Benedictus nomine dictus,
Cum fuerit largus omnibus atque bonus.
Huic generis decus ac pietatis splendor opimus,
Ornat opus cunctum, iussa dei meditans.

---

3 reppulit *RM*, repulit *J*: repp. *in lapide extitisse ex consensu codicum RM cum epit. Benedicti VII verisimile est* 5 consilium *RMJ, cf. Flodoardum* 9 *sic epit. Bened. VII v. 6, idem coniecerat de Angelis,* vinci constrictus in uno *(imo R?) RMJ* 10 *sic epit. Bened. VII 7,* stranguit latus *(strangulatus J)* uerbi exuerat homine *RMJ,* nervo exuit et hominem *Paul. de Ang.* 11 demum dum regnat *coni. Rossius,* deo regnantis *coni. Janning.*

XIII, IX *R f. 11v, M f. 15v* Iohannes nonus papa *(898—Mai 900).* Hic requiescit ante ecclesiam prope portam Guidaneam. Cuius epitaphium est hoc. *Sarti p. 140, de Rossi p. 216.* 4 altitonas, *m. 2 correxisse videtur, M* 5 qui *Baron.,* qd *R,* quid *MJ* salutis *RJ Baron.,* saluti *M* 6 sancta *RM,* sacra *J* 7 abolita *RMJ,* ablata *coni. Janning.* mali *RMJ,* maligni *vel* malorum *(cf. Flodoard.) coni. Jann.,* maligna *Rossius.*

XIII, X *R f. 11v, M f. 15v* Benedictus papa IV *(900—Aug. 903).* Cuius epitaphium est istud. Hic sepultus fuit iuxta aditum, qui vadit ad sanctum Gregorium de palatio. *Sarti p. 141, de Rossi 217.* 1 hic quarti *Baron.,* hic *om. RMJ (Rossius erravit).* 5 Huic *RMJ Flod. (cf. ad v. 1).*

Formosum concutit actis. Concilium gregat infaustum, cui praesidet atrox .. Captus et ipse sacraque abiectus sede tenebris Carceris inicitur vinclisque innectitur atris Et suffocatum crudo premit ultio leto. 3 *cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III 426 n. 4.* 7 *cf. epit. Hadriani I v. 9, P. A. C. I 113, 9, Nicolai I v. 6* stranguilatus: *cf.* guilę *in regula s. Bened. cap. I cod. Sangall. 914.* 12 *Sergius III i. e. inter 904—911.*

XIII, IX *Flodoard. p. 831 A* Ioannes subit hinc, qui fulsit in ordine nonus; Pellitur electus patria quo Sergius urbe *(cf. epit. Sergii III)* .. Conciliis tamen is ternis docuisse refertur Dogma salutiferum novitasque aboleta malorum Et firmata fides doctrinis tradita patrum.

XIII, X *Flodoard. p. 831 A* Pontificis magni, merito qui nomine tali Enituit cunctis ut dapsilis atque benignus. Huic generis nec non pietatis splendor opimus Ornat opus cunctum, meditatur iussa

Praetulit hic generale bonum lucro speciali,
Mercatus caelum cuncta sua tribuit.
Despectas viduas necnon inopesque pupillos
Ut natos proprios assidue refovens.
Inspector tumuli compuncto dicito corde:
'Cum Christo regnes, o Benedicte, deo.'

XI. EPITAPHIUM CHRISTOPHORI.

Hic pia Christophori quiescunt membra sepulchro.

XII. EPITAPHIUM SERGII III.

Limina quisquis adis papae metuenda beati,
Cerne pii Sergii excubiasque Petri.
Culmen apostolicae sedis is iure paterno
Electus tenuit, ut Theodorus obit.
Pellitur urbe pater, pervadit sacra Iohannes
Romuleosque greges dissipat ipse lupus.
Exul erat patria septem volventibus annis,
Post multis populi urbe redit precibus.
Suscipitur, papa sacratur, sede recepta
Gaudet, amat pastor agmina cuncta simul.
Hic invasores sanctorum falce subegit
Romanae ecclesiae iudiciisque patrum.

---

7 *sic MJ. Flod.*, speciale b. l. generali *R*

XIII, XI *R f. 11v*, *M f. 16r* Christoforus papa *(903—4)*. Hic requiescit in ecclesia b. Petri, de quo habetur hoc epitaphium. *Aut Mallium aut librarium reliquos versus omisisse Sarti p. 141 coniecit, cf. etiam Rossium p. 217. At notandum est Flodoardum quoque, Migne p. 831 B, hoc solum praebere:* Christophorus mox sortitus moderamina sedis Dimidio ulteriusque parum dispensat in anno. quiescunt *RM*^{1}, requiescunt *M*^{2}*J* sepulchro *R*, sepulti *MJ*

XIII, XII *R f. 10r*, *M f. 11v* Sergius papa I . . . Hic sepultus est in ecclesia b. Petri inter portam Argenteam et portam Ravennaticam *(rauinianā M)*. Cuius e. e. i. *Non primi, sed tertii Sergii (904—Ian. 911) esse dudum intellexerunt adversante quidem Baronio ad a. 701. Res extra dubitationem ponitur collato Flodoardo cf. Sarti p. 141 sq., de Rossi p. 212, P. Fedele, Sergio III. Archiv. della R. soc. Rom. d. stor. pat. XXXIII, 1910, 177. 192 sq.* 1 pape *RM*, p̃p *M*, petri *JM in marg.* 2 excubiasque *sic RJ*, Esc. *M* 4 obit *R*^{2}*M*^{2}*J*, obiit *R*^{1}*M*^{1} 6 gregis *J* 8 *sic codd.*, post populi multis *emendav. Baron., at hiatus in dihaeresi pentametri persaepe admittitur.* rediit *M* pcib' *R* 9 sacratur *RM*, sacrata *J* 11 invasores *RMJ*, pervasores *Flodoard* 12 iudicisque *M*^{1}

tonantis. Praetulit hic generale bonum lucro speciali, Despectas viduas, inopes vacuosque patronis Assidua ut natos proprios bonitate fovebat. 7 *Epit. Bonif. V, Rossi p. 128 X 12* propria lucra putans publica subsidia. 9 *sq. cf. epit. Benedicti VII apud Galletti, Inscr. Rom. I p. XXXII v. 15* confovens viduas nec non et *(sic)* inopesque pupillos ut natos proprios assidue refovens *etc.*

XIII, XII 1 *cf. epit. Benedicti III, Nicolai I.* 2 *Coniungendum est* limina beati Petri *et* excubias Sergii papae; *inter portas enim Argenteam et Ravennaticam quasi excubias agit (Sarti); cf. etiam epitaphium Benedicti III v. 5.* 3 *sq. cf. Flodoard., Migne CXXXV 831 B* Sergius inde redit, dudum qui lectus ad arcem Culminis exsilio tulerat rapiente repulsam; Quo profugus latuit septem volventibus annis. Hinc populi remeans precibus sacratur *(— tor Mab.)* honore Pridem assignato, quo nomine tertius exit Antistes. Petri eximia quo sede recepto Praesule gaudet ovans annis septem amplius orbis. Ipse favens cleri censura in culmine rapto Falce ferit pervasores. *Idem p. 831 A de Iohanne IX* . . pellitur electus patria quo Sergius urbe Romulidumque gregum quidam traduntur abacti. 10 *sq. cf. epit. Benedicti VII apud Galletti, Inscr. Rom. I p. XXXII n. 41, 10* Hic quoque predones sanctorum falce subegit Romane ecclesie iudiciis quae patrum . . gaudet amans pastor agmina cuncta simul; *cf. ad epit. Stephani VI et Benedicti IV.*

XIII. EPITAPHIUM ANASTASII III.

Vatis Anastasii quiescunt membra sepulchro,
Sed numquam meritum parvula claudit humus.
Sedem apostolicam blando moderamine rexit
Tertius existens ordine pontificum.
Ad Christum pergens peccati vincula sperat
Solvere clementer omnia posse sibi.
Limina currentes ad templi undique huius,
Ut praestet requiem, poscite corde deum.

XIII, XIII *R f. 11v, M f. 16r* Anastasius papa III *(911—Aug. 913)*, cuius epitaphium est istud. *Sarti p. 142, de Rossi p. 217.* 1 quiescunt *RM*^{1}, requiescunt *M*^{2}*J* 3 Rexit ap. bl. m. sedem *Baron. et Pauli de Angelis metri causa. Eidem v. 6* Omnia cl. s. p. sibi *et 7* Undique c. h. a. l. templi. 5 peccati *RJ*, pacati *M*

XIII, XIII *Flodoardus p. 831 C* Tertius hoc praesul renitet qui nomine Romae, sedis apostolicae blando moderamine rector, sentiat ut Christum veniae sibi munere blandum. 2 *cf. epit. Augusti cuiusdam presbyteri, de Rossi p. 137, 19 v. 2* sed nunquam meritum parvula claudit humus *(cf. epit. Hadriani II v. 2).* 3 *cf. epit. Iohannis XIV, de Rossi p. 216, 3* sedem Papiae blando moderamine rexit.

EPITAPHIA VARIA.

I. EPITAPHIUM ARMANNI EPISCOPI LAUSANNENSIS.

Hoc iacet in tumulo Armanni corpus fidelis,
Qui fuit antistes clemens Lausonnis in urbe.
Artibus omnigenis conversus, pectore largus,
Doctor doctilogus, doctorum dogmate doctus,
Clemens et castus, sollers et valde modestus.
Destructis omnibus his locis hicque mutavit
In melius, ut vos videtis in visibus vestris.
Ergo vigens tumulum quicunque aspexeris istum,
Funde preces domino pro hoc antistite summo.
Donet ei dominus requiem sine fine perhennem
Et lux perpetui splendoris fulgeat ipsi,
Altipotens dominus, qui mundum continet omnem.

I *Exstat in cod. Bernensi* **B** *219 s. XIII i. e. Chartulario Lausannensi, quod ca. a. 1235 a Conone de Staviaco confectum ediderunt G. A. Matile, 1840, Mémoires et documents publiés par la société de la Suisse Romande VI, G. Waitz, SS. XXIV 793. Epitaphium etiam apud Egli, Die christl. Inschr. d. Schweiz 1895 p. 51 et Duchesne, Fast. épisc. III, 1915, 221. Antecedit epitaphium David episcopi P. A. C. II 656. Lapis periit.* 4 * doctilegus *cod., an* doctiloquus? 6 *corruptus,* Destructisque locis his omnibus hicque . . *versum iustum quidem efficeret; Vollmer post v. 5 lacunam indicat. Duchesne a v. 12 alterum epitaphium incipere censet.*

I *Chartular. SS. XXIV 796* Armannus Lausannensis episcopus fuit ordinatus . . . anno ab inc. d. DCCCLI et tenuit episcopatum XXVIII annis *(851—14. 4. 878).* Epitaphium . . . Hoc iacet *eqs.* Eius facta plurima scripta erant in veteri kartulario et David predecessoris sui; *altera manus addidit* Et fuit helemosinarius sancti Bernardi montis Iovis. 6 *quo pertineat, compertum non est.* 10 *sq. cf. introitum missae defunctorum* Requiem aeternam dona eis, domine, et lux perpetua luceat eis. *(Esdra IV 2, 34 sq.)*

II. EPITAPHIUM ANSEGISI EPISCOPI GENEVENSIS.

Non meritis precor ut ve(?) . . .
(P)raevaleat pietas qu . . .
Et quicumque legit co . .
Simque suis praecibus f . .
Adsit almificus Victo . . .
Perpetuis valeam . . .
Ansegisus eram p . . .
Sis memor ipse mei l(?) . . .

III. EPITAPHIUM BOSONIS REGIS.

Epitaphium Bosonis, qui regno Burgundiae a. 879 usurpato a. 887 obiit, apicibus saec. XIII tabulae marmoreae insculptum extat in ecclesia s. Mauricii Viennensis parieti affixum. Iure illud hic inserimus, nam non s. XIII compositum esse, sed de vetusto lapide transsumptum et ad normam prosodiae correctum documento est fragmentum lapidis s. IX. mutilum pedibusque fidelium valde detritum, quod ad hoc tempus Viennae asservatur. En misera frustula, quae adhuc legi possint:

. . . I . . I . . SC . . . . . SFVIT AVD
ORNAVIT GEM . . . . . VPATQ. CO
MVITA FUIT SANITA. ET LETA MANER
N MVLTIS DEV . T . PECTORE MAGN
I METIBI SCEPTR . . DIADEMA PARAVIT
SOL: QVAMVIS HVNC PLVRES V
VIVO PANE REFECTV

Titulum saeculi XIII ediderunt C. F. Menestier, Hist. civile . . de la ville de Lyon 1696, 253, M Mermet, Hist. de la ville de Vienne II 234; nonnullos versus attulit E. Duemmler, Gesch. d. ostfr. Reiches III² 277 n. 1; optime de eo meruerunt Allmer et Terrebasse, Inscriptions de Vienne. Inscr. du moyen âge I, 1875, 129 sq. et Atlas n. 343 et 344; repetivit docteque enarravit R. Poupardin, Le royaume de Provence 1901, 139 sq., 357 sq.

Regis in hoc tumulo requiescunt membra Bosonis.
Hic pius et largus fuit, audax, ore facundus.

II *Lapis mutilatus in fundamentis ecclesiae s. Victoris Genevensis saec. XV destructae repertus asservatur in museo Genevensi (Fazy, Catal. du mus. de Genève 1863 n. 33). Ediderunt Spon, Hist. de Genève, 1730, II 346 n. 52, Blavignac, Hist. de l'architect. sacrée 1853 p. 192 et pl. XLI 3, Egli, Die christl. Inschr. d. Schweiz etc. 1895, p. 46 et tab. III 42. Integrum epitaphium extat apud F. de Bonnivard, Chron. de Genève (ca. a. 1550), cod. autogr. Genevensis 138 p. 35, cuius photographon liberalissime mihi dono dedit A. Bouvier, bibliothecae publicae Genev. director; illius lectiones cum a lapide haud mediocriter discrepent, dubito an Bonnivard epitaphium iam tum mutilum suo marte suppleverit, certe eius auxilio textum restituere non audeo. At hic afferre libet:*

Non veniam meritis tribuas, quaeso, miserator,
Praevaleat pietas, quod rogitat famulus.
Haec quicumque legis, consors sis regna polorum,
Simque tuis precibus fultus ubique bonis.
Adsint almifici Victor, Vincentius, Ursus,
Perpetuis valeam suppliciis erui.
Anseginus eram praesul Genevae civitati.
Sis memor ipse mei, sit dominusque tui.

Textum Bonnivardi Spon l. l. I 31 denuo correxit, inde deprompserunt Gelpke, Kircheng. d. Schw. II 63 sq., Duchesne, Fast. épisc. I² 229. Egli Bonnivardi omnino non meminit. — Ansegisus ob. post a. 877, ante 882 cf. Epist. VII 225. 1 *ultima littera* E *videtur esse* 8 *ultima littera dubia,* S *fuisse non credo. — Una cum lapide alterum fragmentum inventum est cum his litteris* GISVS EPS.

III L^1 = *scriptura lapidis originalis,* L^2 = *scriptura saec. XIII apud Allmer l. l. I 132, Menesterium et Mermetum omisi.*

Sancti Mauricii capud ast circumdedit auro,
Ornavit gemmis claris super atque coronam
Inposuit totam gemmis auroque nitentem.
His, dum vita fuit sanitas et leta maneret,
Munera multa dedit patrono carmine dicto.
Urbibus in multis devoto pectore magna
Contulit et sanctis pro Christi nomine dona.
Stephane prime, tibi sceptrum, diadema paravit,
Lugduni proprium rutilat velut hignicomus sol.
Quamvis hunc plures voluissent perdere reges,
Occidit nullus, sed vivo pane refectus
Hoc linquens obiit Christi cum sanguine regnum.
Quem deus ipse potens, celi qui climata pingit,
Cetibus angelicis iungat per secula cuncta.
Obiit tertio idus Ianuarii VIII. anno regni sui.

IV. EPITAPHIUM CAROLI CALVI.

Hoc domini Caroli servantur membra sepulcro,
Conspicuus Romae qui fuit imperio,
Dardanidaeque simul gentis non sceptra relinquens,
Sed potius placide regna tenens alia.
Ecclesiamque pio tenuit moderamine Christi,
Semper in adversis tutor et egregius.
Italiam pergens febribus corrumpitur atris
Et rediens nostris obiit in finibus.
Quem deus excelsis dignetur iungere turmis
Sanctorumque choris consociare piis.
Quinta dies mensis lumen cum panderet orbi
Octobris, spiritum reddidit ille deo.

---

3 CAPVDAST L^3 6 HIS *sic* L^3 SANITA/ ET LETA MANER/ L^1 BONA DVM VALITVDO MANERET L^2 10 SCEPTR/ L^1, CEPTRVM L^2 11 hignicomus *Allmer (iam Menestier* ignicomus*)*, HIG. NICOMINVS L^3

IV *In coenobio Nantuacensi Caroli Calvi effigies in pariete videbatur cum hoc epitaphio; ediderunt C. F. Menestier, Hist. civ. de Lyon 1696, 249 et ex Cl. Roberti Nomenclatura abbatiarum Galliae Bouquet, Recueil d. H. VIII, 1752, 678. Cum v. 1 legatur* servantur membra, *epitaphium compositum esse haud improbabile mihi videtur, antequam Caroli corpus ex illo monasterio ad s. Dionysium transportaretur; neque prosodia v. 8 illis monachis indigna videtur. De Caroli morte et sepultura cf. e. g. Reginonis chron. a. 877. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III² 54 n. 2—4. — Epitaphium* Imperio Carolus Calvus *eqs., Mabillon, Ann. Ben. III 190 posteriore tempore factum est.* 2 *Leibniz, Ann. imp. II 12* Dardaniaeque.

III 3 *s. Mauricii Viennensis, cf. Aymari Rivallii de Allobrogibus libri novem ed. A. de Terrebasse p. 384* et coronam auream splendidamque et gemmis ornatam divo Mauricio Viennensi Hugo abbas dedit . . . et haec corona e capite divi Mauricii tolli potest, altera autem, quam Boso dedit, capiti divi M. perpetuo adhaeret et minor est. 6 *i. e.* is *cf. v. 11* hignicomus. 7 *de donis Bosonis cf. Obituar. eccles. s. Mauricii Viennensis apud Poupardin l. l. p. 363. Extrait du registre des bienfaits de l'église de Vienne I. Preuves de l'hist. de Dauphiné recueillies par Gaspard Moise de Fontanieu in cod. bibliothecae Parisiensis apud Allmerum p. 137.* 10 prime *i. e. protomartyr scil. Lugdunensis; hunc Boso muneribus ornasse videtur, quia ab Aureliano pontifice Lugdunensi in regem unctus erat cf. Regino, chron. ad a. 879. Menestier l. l. p. 254 recte interpretari videtur Bosonem sceptrum et diadema ecclesiae Lugdunensi dedisse, Allmer p. 138* sceptrum *pro nominativo accipit: 'son sceptre c'est à dire sa royale munificence.'* 11 *Iuvenc. III 1* ignicomus sol. 12 *Regino, chron. ad a. 879 ed. Kurze* Ludowicus et Carlomannus industria ac studio Hugonis abbatis . . in regnum sublimati sunt et eundem Bosonem diebus vitae suae omni instantia sunt persecuti. Nec solum illi, verum etiam alii reges Francorum . . adeo graviter nomen eius tulerunt atque exosum habuerunt . . . a nullo tamen capi aut circumveniri aliquando potuerit. *Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III² 145 sq., 242. — Titulus diadematis infra edetur.*

V. EPITAPHIUM THEODRICI.

Francia quem genuit, Lugdunus flumine sacro
Diluit et Christo participare dedit:
Theodricum innocuum retinet hic urna sepultum,
Quem dura ex ipsis mors tulit uberibus.
Nec tamen in mortis poterit consistere regno,
Quem vitae aeternae fons sacer exhibuit.
Germine praeclaro, claris natalibus ortus
Vix anni unius transierat spatium.
Sed Christi in regno aeternos ille obtinet annos
Atque agnum niveum candidus insequitur.
Deponat lacrimas pietas iam sancta parentum,
Praemissum studeat pignus ad astra sequi.
Abstulit hunc terris Octimbris concita mensis
Quinta dies celso restituitque deo.

VI. EPITAPHIUM ACARDI.

Hic princeps triplicis requiescit Acardus honoris,
Consulis arce tenens triplicati numinis omen.
Exegit meritis vivens celestibus uti,
Laudes egregii sibi dum tulit helemosynis.
Ex quibus una tibi conceditur, Aurea Vallis,

V *Mabillon, Ann. Bened. ed. Lucae III 133:* His *(sc. Gerardo comiti et Berthae)* unus filius fuit Theodericus nomine in cunis mortuus, uti nos docet eius epitaphium, quod integrum superest, tabulae marmoreae insculptum in basilica Pultariensi *(Pothières)* in hunc modum. *Imaginem lapidis exhibuerunt Martène et Durand, Voyage litt. I, 1717, p. 106, qua lapidem fractum esse docemur; post Mabillonium igitur fractus esse videtur. Nunc fragmentum teste Bédier, Les légendes épiques II 36 in bibliotheca Castellionis ad Sequanam asservatur, quod in similitudinem expressit A. de Terrebasse, Gérard de Roussillon, Lyon 1856 p. XXXVI (non vidi). De Gerardo cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. II² 311, Poupardin, Le royaume de Provence 1901, 10 sq., 37 sq., 366, 4. Versus, quos Bertha, uxor Gerardi, pallio intexuit, P. A. C. III 687.* 1 genuit *Mab. Mart.*, GEN . . . *L(apis teste Martenio)* 2 Christo *Mab.*, Christum *Mart.*, $\overline{\text{XP}}$. *L* 3 innocuum *Mab. Mart.*, INNOC . . . *L* 4 ex ipsis *Mab.*, ex matris *Mart.*, EX . . . IS *L* 5 in mortis *Mab. Mart.*, INMO . . IS *L* 6 AETERNA . . ONS *L* 7 praeclaro claris *Mab. Mart.*, PRAECLAR . . ARIS *L* 9 SED $\overline{\text{XPI}}$, *reliqua pars versus intercidit L* 13 MESIS *L*

VI *V = cod. Vatican. reg. 980 s. XI f. 39r. Codicem descripserunt L. Bethmann, Archiv f. ä. d. G. XII 311 sq., M. Elie Berger, Biblioth. des écoles françaises d'Athènes et de Rome VI, 1879, 31 sq. Ediderunt Mabillon, Annal. Benedict. III ed. Lucae 1739 p. 183 ex apographo domini Estiennot (Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12689 f. 61) et M. E. Berger l. l. p. 36. Mihi liberalissime cum codice contulit E. Tisserant v. cl.* 4 heleymonis *V*, helesymonis *Mab.* 4 egregiis *coni. Hofmeister*

V *Auctor vitae Girardi de Rossellon ed. P. Meyer, Romania VII 190, 74 hoc epitaphium respicere videtur:* duos liberos genuerant, Theodericum scilicet puerum, qui infra spatium unius anni vita excedens innocentium turmis . . glomeratur. *Girardus Berthae ante a. 819 nupsit, Poupardin p. 11.* 1 Francia quem genuit: *cf. P. A. C. II 636, 2*, Fr. me genuit: *epit. Adventii (infra n. XVII) v. 17. P. A. C. II 26, 63 (172, 6).* 10 *apocal. Ioh. 14, 4.*

VI *Mab. l. l.* in eodem *(testamento)* obnixe rogat Eccardus, ut corpus eius Floriaci ad sanctum Benedictum sepeliatur. . . Non diu post conditum testamentum superstes fuit Eccardus comes sepultus utique Floriaci, sicut vivens praeceperat, cui posteri rude hoc epitaphium apposuerunt . . . quibus significatur Eccardum seu Acardum obiisse quarto decimo die quam sol Arietis signum intraverat. Annum eius obitus colligimus ex undecima charta tabularii Patriciacensis data anno incarn. octingentesimo octogesimo quinto, in qua olim beatae memoriae Heccardus comes laudatur ob Patricii donationem Floriaco factam. *E. de Certain, les miracles de Saint Benoît 1858 p. 161.* 4 *Recueil des chartes de l'abbaye de Saint Benoît sur Loire par M. Prou et Alex. Vidier, Paris 1907 p. 61:* Elemosina Heccardi comitis. 5 Aurea Vallis *i. e. Fleury cf. Certain l. l. 126.*

Quam cuncti dicunt vocitatam Patriciacum.
Hinc, Benedicte pater, dilecto parce potenter
Et largita tibi sibi corde repende fideli.
Nam bis septenas lustraverat Arī fenestras,
Dum tumulo corpus, celo tibi spiritus itur.

VII. EPITAPHIUM ALMANNI.

Hic iacet Almannus, sophiae praeclarus alumnus,
Altvillarensi gymnasio elicitus.
Qui studiis radians et *Αρητης* germine vernans
Ecclesiam Christi sparsit odore bono,
Instituens a *Π* transire ad *Θ* gradatim
Sicque philosophicum purificare oculum.
His intentus erat phononem bisque secabat.
Quando hominem hic ponit, spiritus astra petit.
Quintilis decimas solis statione Kalendas
Vergens tristis huic diluculo occubuit.
Dic igitur, lector: 'Almanno parce, redemptor,
Concedens illi te sine fine frui. Amen.'

VIII. EPITAPHIUM REINOLDI.

Reinoldus iacet hic cum Hildegarde sorore,
Ambo germani stemmate conspicui.
In vita cari, post mortem hic quoque iuncti,
Hos nec mors dirimit, quos humus una tegit.
Hi duo diversas tenuerunt ordine vitas,
Vir speculativam, femina pragmaticam.
Has igitur tibimet pariter coniungere caelo
Non dedigneris, Christe redemptor. Amen.

---

8 repende *ex* rependa *corr.* m_1 *V*

VII *Edidit* ***M****(abillon) Ann. Bened. III, 1739, p. 628 cf. p. 139 ex vetere codice Laudunensi qui latet. Ex eodem codice* ***Ma****(rtène) et Durand, Voy. litt. de deux Bénédict. 1724, 46, inde Hist. litt. V 619.* 1 praeclarus *Ma*, clarus *M* 2 Altvillarensi *M*, Altivillarensi *Ma* 3 *Αρητις M*, *Αρητης Ma* 7 phononem *M*, phenonem *Ma* 9 Kalendas *M*, Calendas *Ma* 10 diluculo *M*, diluculum *Ma* occubuit *M*, accubuit *Ma* 11 Dic *M*, Da *Ma* parce *M*, parte *Ma*

VIII *Ex pervetusto illo codice Laudunensi, in quo epitaphium Almanni exstat, impresserunt Martène et Durand, Voyage litt. 1724, 45. De hoc Reinoldo nihil constare videtur, propter leoninitatem nondum excultam saeculo nono exeunti adscripserim.*

6 *ibidem p. 62:* villam quae vocatur Patriciacus *(Perrecy) in* pago Augustidunensi. *De Eccardo cf. etiam Poupardin, Le royaume de Provence p. 310 sq., E. Philipon, Bibl. de l'école d. ch. LX, 1899, 497 sq.*

VII *De Almanno cf. Dümmler N. A. IV 540. Mabillon, Anal. vet. 425 ex necrol. Altivill. ad Iul. 22:* Commemoratio domni Almanni nostrae congregationis monachi, qui Franciam suo tempore a Normannis devastatam exemplo Hieremiae quadruplici planxit alphabeto *(cf. Sigebert., De script. eccles. c. 98).* Scripsit etiam vitas sanctorum *eqs. Theudoinus praepositus Catalaunensis in epistola a. 868 ad Almannum missa vocabulis Graecis luxuriat (M. G. Epp. VI 169); eundem hoc epitaphium confecisse suspicari licet.* 4 odor bonus: *ep. ad Cor. II 2, 15.* 5 *Boeth. phil. cons. I 1* Harum *(sc. vestium)* in extrema margine *Π* Graecum, in supremo vero *Θ* legebatur intextum. Atque in utrasque litteras in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum esset ascensus; *cf. etiam P. A. C. III 460, 275 sq.* 6 *ibid. I 2* quod ut possit, paulisper lumina eius mortalium rerum nube caligantia tergamus. 7 *quo spectat? An de 'quadruplici alphabeto' cogitandum est?* fonum *apud Vergilium Maronem = vocabulum.* 8 spiritus a. p. *post Fortunatum tritissimum est.*

IX. EPITAPHIUM ATANASII.

Hoc iacet in tumulo monachus Atanasius, annos
Qui vixit decies quater et tres ter quoque denos.
Floruit actibus in sanctis et ordine sacro,
Vocibus alternis docuit subpsallere Christo.
Occubuit in pace die vicesima sexta
Octobris, suscepit ovans quem Christus in aetra.
Qui legis ista: 'Tuo famulo', dic, 'parce, creator!'

X. EPITAPHIUM ARDONIS.

. . . . . lo bonus Ardo magister
. . . . . pariterque sacerdos,
. . . . . o qui dramate plures
. . . . . igravit plus minus annos
. . . . . travit in ordine soles.

XI. EPITAPHIUM ARDONIS.

Hic licet indignus monachus tamen Ardo quiescit,
Inferior cunctis meritis et moribus extans.
Multa quidem novit, docuit quam denique plures,
At nunc quod iuste, caste quod vixit, habebit.
Hic etenim laetus carpebat tempora grata,
Qui iacet abiectus vili de cespite tectus.
Haec quicumque legis, modicum subsiste, viator:
Es, quod ego fueram, sum quodque, eris ipse futurus,
Dic, queso: 'Miserere tuo iam plasma, creator.'

IX *P i. e. cod. Paris. 2974 s. X f. 74, de quo cf. ad epitaphium XI. Descripsit Bethmannus, edidit Dümmler N. A. X 342. V. 1—6 iam ediderat Du Méril, Poés. popul. 1843, 73.* 3 sacro *P*, sancto *Du Méril* 4 subpsallere *Du Méril*, subpsillere *P* 5 Occubuit *Du Méril*, Occubit *P*

X *Fragmentum epitaphii Ardonis, qui vitam Benedicti Anianensis descripsit, edidit Mabillon AA. SS. IV 1, 590:* Epitaphium, quod quinque versibus constabat, Pario lapidi inscriptum nunc fere detritum est exceptis versuum extremis verbis, quae sic se habent, ... quod sic restituendum putant Anianenses nostri

Hoc clausus iacet in tumulo bonus Ardo magister
Nomine Smaragdus monachus pariterque sacerdos;
Conscripsit libros sacro qui dramate plures.
Natus sex denos migravit plus minus annos,
Supra ter denos lustravit in ordine soles.

Hist. litt. V 31 sq. G. Waitz SS. XV 198. Ad v. 3 cf. L. Traube, Textgesch. d. B. R.² p. 114. Quae fratres Anianenses suppleverunt, nullius auctoritatis esse apparet. 1 lo bo *incerta lectio*

XI *Ex P i. e. Paris. lat. 2974 s. X f. 74, quem saeculo XI ecclesiae Aniciensis fuisse Delisle, Le cabinet d. M. I 513 docuit, Dümmler edidit N. A. X 342 cf. Waitz, SS. XV 198 n. 2. Eodem codice Mabillon usus est, cum AA. SS. o. s. Ben. IV 1 in indice 'ex vetusto codice Aniciensi' ex apographo Stephanoti hoc epitaphium imprimi iuberet; cf. etiam Hist. litt. V 31 sq. Saeculi noni esse tota ex indole intellegitur; num cum Mabillonio ad eundem Ardonem Smaragdum referendum sit, nescio.*

XI *Ad v. 7, 8, 9 conferas epitaphium Alcuini, P. A. C. I 350, quod saepius formulae instar adhibitum esse constat (cf. L. Traube, Karol. Dichtg. 55), v. 1. 5. 6. 18.*

XII. EPITAPHIUM FRIDERICI.

Hoc Fridricus adest tumulo, quem Francia misit
Nobiliter natum, gaudia nostra diu.
Laudato laicam tenuit moderamine vitam
Ut prudens, fortis, iustus ubique satis.
Pene senex mortem morbo sibi sensit adesse,
Mox fidei merito creditur isse deo.

XIII. EPITAPHIUM ANSEISI ARCHIEPISCOPI.

Anseisus Senonum pręsul hic clausus habetur,
Iudicio Christi surget et ipse sui.
Galliarum primax papa Iohanne levatus
Egregiis meritis hoc fieri meruit.
Hic Karolum regem Romanis imperatorem
Constituit, Francis principibus placuit.
Gregorii papę secum capud adtulit istuc.
Pacis amator obit flebilis ipse piis.

XIV. EPITAPHIUM MARQUARDI ET EGILIS.

Hic pater et natus recubant Marquardus et Egil.
Istius abbates ambo fuere loci.
Ambos hos veniens iudex hic suscipe, Iesu,
Blandus, cum iustis gaudia plena dabis.

XII *Cod. Londinensis Harleianus 2736 s. X cf. Catal. of. anc. mss. II 69. Chatelain, Paléogr. d. class. lat. I 27. Versus editi sunt in Catal. of anc. mss. II 69, repetiti a L. Delisle, Bibl. de l'école d. ch. XLVI p. 320.*

XIII *Ex sylloga epitaphiorum Senonensium, quam Odorannus confecit, in* **V** *= cod. Vatic. reg. 577 s. XI (cf. Bethmann, Arch. f. ä. d. G. XII 295) f. 95v, ed. A. Mai, Spicil. Rom. IX 103; cf. Bouvier, Hist. de l'église de Sens I 295; Duru, Biblioth. historique de l'Yonne II 387 sq. Usus sum photographo.* 2 *f.* *at

XIV ***B*** *= Brower et Masen, Metropolis eccl. Trever., cod. autogr. Trev. 1365. Inde descriptus cod. Trev. 1366 cf. ad epitaph. Reginonis (nr. XVI).* ***T*** *= cod. Trev. 1759, epitaphium manu saec. XVI insertum est. In marg. librarius adscripsit* Sequentia sunt descripta ex lapidibus sepulcralibus. *Cod. 1365, 1366, 1759 G. Kentenich liberalissime mihi contulit.* 1 Marquardus *T* 3 Ambos hos ven. *B*, An Donos ven. *et supra lin.* 'Ad nos adveniens' forte *et in marg.* Hoc initium carminis in lapide vix legere potui, proinde nescio an sit 'ambos' aut aliud *T* Ihesu *T* 4 praemia, *in marg.* gaudia *B*, gaudia *T*

XII *Gallia Christ. XIV instr. col. 27* placuit Audachro abbati Cormarici monasterii congregationique consistenti ibidem et viro nobili Frederico . . pro utilitate utrorumque inter se res aliquas subterscriptas intermutare. *De Autachro cf. infra ad titulum Herardi praesulis.*

XIII 3 *sq. 2. Ian. 876. Jaffé, Reg. pont. n. 3032, Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. II² 400 sq., Bouvier I 273.* 7 *cf. Odorannum in Bibl. hist. de l'Yonne II 394* . . ab urbe Roma capud s. Gregorii doctoris plumbo inclusum cum brachio s. Leonis deferens *eqs.* 8 *obiit 25. Nov. 883 cf. Duchesne, Fast. épisc. II² 422, Molinier, Obituaires de la province de Sens I p. 2. 13. 332.*

XIV *Marquardus abb. Prumiensis ob. a. 853, Egil abb. Prum., deinde Flaviniacensis, postremo archiepisc. Senonensis ob. 29. Mai 871. Duchesne, Fast. épisc. II² 421, Molinier, Obituaires de la prov. de Sens I 318. 347. Kraus, Christl. Inschr. d. Rh. II n. 438.*

XV. EPITAPHIUM DOMNI EGILONIS ARCHIEPISCOPI.

Artus almiflui conduntur hic tumulati
Presulis Egilis, quem capit aula poli.

XVI. EPITAPHIUM REGINONIS.

. . . . . fossa Reginonis continet ossa.
Abbas egregius praefuit ipse pius
Coenobio quondam Prumensi moribus almis,
Postquam . . . . . .
. . . . . ⊖ DCCCCXV.

XVII. EPITAPHIUM ADVENTII EPISCOPI.

Tristis origo hominis, sed tristior ultima sors est,
Invida mors repetit, quod sua iura debent.
Divitiis pollens, nimium hanc formidet egenus,
O puer atque senex, mortis amara cave!
Impavidus pavidus, fortis perterritus ipse,
Heu, pereunt cuncti sorte sub occidua.
Hic ⟨et⟩ ego vanis quondam ostro comptus et auro,
Fortunamque avidam experior tumulo.
Innumeras concessit opes mihi conditor orbis,
Sumpsit inops modicas, pauper et exiguas.
Praesulis officium populo acclamante recepi,
Semina distribui parcius alma gregi.
Ecclesias Christi cultu venerabar honesto,
Peccati hinc veniam caelicola obtineam.
Carmina laeta olim cecini, nunc tristia fingo,
Funeris exequias musa venusta parat.
Francia me genuit, genitor cognomine Saxo,
Oromatis merui nomen habere novum.

XV *Ex cod. Vatic. reg. 577 s. XI f. 96r, de quo cf. ad n. XIII, ed. A. Mai, Spicil. Rom. IX 102. Usus sum photographo. De Egilone cf. titulum praecedentem. Etiam Marquardus pater praeter communem titulum (n. XIV) proprium habuit prosaicum cf. Kraus, Christl. Inschr. d. Rh. II n. 438.*

XVI *Frustulum lapidis a. 1581 in monasterio s. Maximini prope muros urbis Trevericae repertum. Lapis periit, epitaphii fragmentum memoriae prodiderunt Brower-Masen, Metropolis ecclesiae Treverensis, cod. autogr. Trever. 1365. Ex 1365 Hontheim cod. Trev. 1366 descripsit, hunc edidit Stramberg 1855. Cum reliqui ex Browero hauserint, lectionem codicis 1365 afferre sufficit, quem G. Kentenich meum in usum contulit. — Epitaphium persaepe impressum est, nostris temporibus SS. I 537, Ermisch, Die Chronik des Regino, Goettingen 1871, 8; Kraus, Die christl. Inschr. d. Rheinl. II n. 387; F. Kurze, Reginonis abbatis Prumiensis chronicon p. VI. —* fossa *lectio vera, post Wyttenbachii errorem Archiv f. ä. d. G. III 293 praeter Krausium perperam ediderunt* fessa *cf. Strecker N. A. XLIV 210 n. 5.*

XVII *Meurisse, Hist. des evesques de Metz, 1634 p. 689 'trouvé depuis l'impression de sa vie'. Hist. litt. V 431. Kraus, Christl. Inschr. d. Rh. II n. 303.* 6 forte *Kraus* 7 et *addidi* 14 * caelicolae obtineant *Meur.*

XVII *Adventius episcopus Mettensis ob 31. Aug. 875.* 1 *Fort. IX 2, 2* tristis origo; *cf. epitaph. Nicolai I papae supra p. 1021.* 2 invida mors: *Anthol. lat. ed. Riese² n. 345, 1; Anthol. epigraph. ed. Bücheler n. 429; Fortun. IV 5, 1 cet.* 3 *Alc. P. A. C. I 297, 19* quod timeat dives pauper, iuvenisque senexque. 6 *Sedul. IV 272* occidua tumulatus sorte. 7 *Verg. Aen. XI 72* auroque ostroque. 16 funeris ex.: *Fortun. III 9, 59. P. A. C. I 189, 890 al.* 17 Francia me g.: *cf. ad epitaph. Theodrici supra p. 1029, 1.* 18 nomen novum *sc. Adventius, quia pater* Saxo cognomine *in Franciam advenit? De veriloquiis nominum cf. Winterfeld supra p. 264 n. 4. Sed quid est* oromatis?

Dic relegens: 'Requiem teneat Adventius almam,
Cum grege candidulo regna beata petens.
Rex caeli adveniens plasmatis reddere digna
In paradisiaco gramine pande viam.'
Obsecro per trinum Dominum, contestor et unum,
Mausolei septum nulla manus violet.

XVIII. EPITAPHIUM LUDOVICI GERMANICI(?).

. . . . . .

Et rex cum sanctis regnet per secula felix
Et sit, quo mundo, carus amore deo.
Non fluitat populus generis sine prole relictus,
Sed nec adhuc penitus deficit inde genus,
Nam tres in regno iam fulgent more paterno:
Funiculum triplicem rumpere quis poterit?
Qui linquit tales post se, non deperit ille,
Sed vivit domino germine stante suo.
Hos servet nobis, posuit qui sydera caelis,
Quique est nunc obitus, huic sit in arce locus. Amen.

XIX. EPITAPHIUM IRMINGARDIS.

Hoc loculo Irmingart Hludowici filia pausat
Magnifici regis virgo beata nimis.
Visa abbatissae sub . . . tuta d . . .
. . . . sed multos prefuit anniculos.
XVII Kal. Augusti hominem exu⟨it⟩.

---

21 coeli *Meur.* 22 parisidiaco *Meur.*

XVIII Ex *T* = *cod. lat. Monac. 19413 olim Tegernseensi s. X/XI f. 120, de quo cf. N. A. IV 553, edidit P. de Winterfeld N. A. XXIII 177, cui versus ad Ludovicum Germanicum referenti adsentiendum videtur: Ludovicus Pius quoque tres filios regnantes reliquit, at ipse imperator erat filiique quam maxime inter se dissidebant. Adde, quod versus leonini tempori Ludovici Germanici magis conveniunt; v. 6 propter locum ex vulgata allatum leoninitate caret.*

XIX *C* = *lamella plumbea a. 1631 in sarcophago marmoreo Irmingardis abbatissae Chiemseensis reperta, nunc in museo nationali Bavarico asservatur. Imaginem habes in Monumentis Boicis II 445 tab. VII et nuper apud I. Doll, Frauenwoerth im Chiemsee 1912 p. 3. Ph. M. Halm musei praefectus liberalissime epitaphium mihi et transscripsit et imitando expressit.* | = *littera evanida.* 1 irm//gart *C*, irmingart *Mon. B.* pausat: p/us// *Mon. B. C*, s *incerta* 2 nimis: n(?)///is *C* 3 abbatissae *lectio certa*, abbatissa *Doll* sub /// /// tuta d/// *C*, sub marmore *coni. Doll, dubito, num recte* 4 multos *Mon. B.*, mu//os *C* anniculos *Mon. B.*, annicul/s *C*, *reliqua certa; quae Doll scripsit* . . sed multis peractis anniculis *metro excluduntur v. 5 prosa est* XVII *scripsi cum Mon. B, sed lectio* XXVII *certa, prior* X *supra lin.* Kal: //l *C Haec verba circumscripta sunt:* Credite et gau⟨dete in⟩ dn̄o semper. iterum ⟨di⟩co gau . . *(Phil. 4, 4). In aversa parte:* Gerhardus abbas fecit. *A — Ω.* crux | lux | rex | lex. *Circum marginem* Ora pro nobis. ⟨Modes⟩tia vestr⟨a⟩ nota sit omnibus hominibus. ⟨D⟩n̄s prope. *(Phil. 4, 5.)*

21 *cf. Beda de die iud. 49 (Giles I 100)* adveniet iudex mercedem reddere cunctis. 23 *sq. cf. epit. Alcuini v. 19. P. A. C. I 350* Obsecro nulla manus violet pia iura sepulcri.

XVIII *Num epitaphium sit, dubitare licet. De Ludovici sepulcro cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. II² 413 n. 2 ad p. 412.* 6 *eccles. 4, 12* funiculus triplex difficile rumpitur.

XIX *Quis Gerhardus abbas sit, incertum est. Si iure ad abbatem Seonensem referunt, cf. M. Deutinger, Beitr. z. Gesch. u. Topogr. d. Erzbist. München u. Freising I, 1850, 279, Doll l. l., versus ca. a. 1000 lamellae insculpti sunt. Quae opinio cum incerta sit, epitaphium hic inserendum esse censui. — Necrol. s. Galli, Necr. I 477* XVII Kal. Aug. Irmingarda Hludowici regis filia . . ob. *Necrol. Seon., Necr. II 228*

XX. EPITAPHIUM HROTROHC SCRIPTORIS.

Hic iacet opertus cespite telluris in aula
Corpore sepultus inclitus arte,
Lector venerabilis, scriptor famosus,
Litterarum sophysta nomine Hrotrohc.
Hic pie vivens feliciter migravit ad Christum.
Huc venientes fratres, versos quicunque legentes
Hos, vestris rogito precibus animam adiuvate suam.

XXI. EPITAPHIUM EGINONIS EPISCOPI.

Hac sunt in fossa praeclari praesulis ossa,
Quem Verona dedit, nomen Egino fuit.
Hanc posuit cellam Petro Pauloque dicatam.
Febris pulsa probat factaque mira pium.
Obiit DCCCII.

XXII. EPITAPHIUM BERNHARII EPISCOPI.

Ossibus et nervis iam sum disiunctus in antro;
His precor obnixe versibus exiguis
Te quoque devote, frater, ceu ore loquendo,
Ut quis eram, agnoscas prorsus in orbe manens:

XX *T = cod. lat. Monacensis 19410 (Tegerns. 1410) s. IX f. 66r, de quo conferas L. Rockinger, Quellen u. Erörterungen VII 21 sq., Dümmler P. A. C. I 168, Zs. f. öst. Gymn. 1864, 395, N. A. IV 574; Müllenhoff-Scherer, Denkm. II³ 353; Holder-Egger N. A. IX 581; Zeumer, Formulae 456. Epitaphium in fine manu s. X scriptum est. Versus continuo exarati sunt, sed littera initiali indicantur. Hexametri rhythmici videntur esse, hinc v. 7* hos, *quamquam initiali caret et insequens vocabulum* Vr̄is *est, ad extremum versum refero. Ultimus versus clausuram pentametri habet. De sequentiis Riezler (vide infra) p. 226 cogitavit. Procul dubio rusticitate versuum, licet manus saeculi X sit, ad aevum Carolinum (iniens?) revocamur. Ediderunt B. Pez, Thes. anecd. I 1 praef. p. XXVII, Krusch, SS. rer. Mer. VI 542. — De Hrotrohc, quem Pezius l. l. vitam Corbiniani quandam conscripsisse autumat, conferas, quae post Lindnerum, Oberb. Arch. L 50 et S. Riezlerum, Abh. d. Münch. Akad. III cl. XVIII, I 226 sq., Br. Krusch l. l. p. 541 sq. exposuit, cui adsentiendum esse iudico. Usus sum photographo.*

XXI *Extat in tabula aenea ante altare ecclesiae Cellae inferioris Augiensis. Quae tabula licet saeculi XVIII sit, epitaphium ipsum ad saeculum nonum referendum esse persuasum habeo, cf. N. A. XLIIII 211 sq. Quibus argumentis usus Neuwirth, Die Bautätigkeit d. Klöster St. Gallen, Reichenau u. Petershausen. SB. d. Wiener Akad. d. W. phil. hist. Kl. 1884, 54 hos versus Walahfrido adscribat, nescio. Edidit M. Gerbert, Iter Alemannicum 1773, 273. Post illum Neugart, Episcop. Const. I 88, Schoenhut, Chron. d. ehem. Klosters Reichenau 1836, 23, Neuwirth l. l., Kraus, Kunstdenkm. d. Großherzogt. Baden I 360. — Kraus, Die christl. Inschr. d. Rheinl. II p. 322 inter inscriptiones spurias exhibet, sed antiquius epitaphium repetitum esse censet. Egino episcopus Veronensis ultimos vitae annos Augia in insula degebat, SS. IV 450.*

XXII *Z = Wormser Chronik von Friedrich Zorn (ob. a. 1610) mit den Zusätzen Franz Bertholds v. Flersheim herausgegeb. v. W. Arnold 1857 p. 23. Epitaphium a Flersheimio Zornii aequali additum est. K = monachus Kirsgartensis apud H. Boos, Monumenta Wormatensia III 1893 p. 15 (Duo codices in archivio Wormatiensi K¹ et K² mihi contulit Dr. Ilbert). B = chronicon, quod dicitur Jüngere Bischofschronik. Praesto mihi sunt lectiones codicis lat. Monacensis 24163 s. XVI f. 11. Contulit I. Sturm. S = Schannat, Historia episcopatus Wormat. I 1734, 313. Kraus, Die christl. Inschr. d. Rh. II n. 163.* Bernharii episcopi apud Poenitentes epitaphium *Z*, epitaphio, quod in ecclesia s. Andreae apostoli in monte, ubi praesulis cadaver inhumatum fuerat, olim legebatur *S* 1 *Ossibus enervis *codd. pro* iam *expectaveris* qui disiunctus *sic codd.* 2 exiguis. *dist. S. Boos, at* te . . precor *coniungendum est*

XVII Kal. Aug. Irmgart abbatissa Chiemse; *cf. S. Riezler, Gesch. Bayerns I 216 n. 3. Dümmler, Gesch. d. ostf. R. II² 426 n. 3.*

XXII *Bernharius ep. ob. 21. Mart. 826.* 1 *cf. P. A. C. I 179, 419* ossibus et nervis. *P. A. C. I 217. XXXI 2* nervi vix ossibus haerent. *Vita Brigidae AA. SS. Febr. I 144 F. Est vox Lucretiana cf. e. g. I 866.*

Bernharius praesul fuerat mihi nomen, honorem
In regali aula promerui procerum,
Nunc vero ut cernis stricto inclususque sepulchro.
Quod plebem regerem, hanc ut et annumerem,
Quippe quater quini et trini sunt plus minus anni.
Mutavi hanc lucem carnis ab hospitio,
O frater, duodenis Aprilisque calendis.
Cum scriptum hoc recitas, dicere ne pigeat:
'Omnipotens genitor rerum et rex magnus Olympi,
Sanctorum turmis Bernharium socia.'

XXIII. EPITAPHIA MOGUNTINA.

Iam sequuntur tituli, quos in ecclesia s. Albani Moguntina extantes ca. a. 1500 Ioh. Hebelinus de Heymbach[1] *in historiam civitatis Moguntinae inseruit = W cod. Wirceburgensis fol. 187*[2]*. Qui cum f. 136 dicat* in ea ecclesia hodie aliqua antiquitatis insignia ... e quibus nostris temporibus sequentia insculpta lapidibus epigrammata visuntur, *suo tempore versus de lapidibus transscriptos esse significare videtur. Quod si vere dixit, nescio, cur de Liutberto non nisi quatuor illos versus apud eum inveniamus, qui in annalibus Fuldensibus ad a. 889 (ed. Kurze p. 117) traditi sunt. N. I. II. III etiam in V = cod. Vindobonens. 3381 ca. a. 1500 exarato f. 36*^{v} *sq., quem benigno animo mihi contulit O. Redlich.*

Cum ecclesia s. Albani a 1552 combusta sit, eodem tempore titulos periisse consentaneum est; at Megingozi epitaphium etiam Chr. Broweri temporibus superstes fuisse ex eius verbis (cf. ad n. IV) concludamus oportet. Unde S = (Serrarius, Moguntiacarum rerum libri V 1604) et L = (Latomus, Catal. archiepisc. Mogunt. apud I. B. Mencken, SS. rer. Germ. III (1730) p. 455 sq.) titulos sumpserint, non constat: ex Hebelino certe non

---

5 Berenharius *B, Boos erravit* 8 Quod *ZK*^{1}, qui *BK*^{2}*S* regerem *ZKB*, regeram *S* hanc ut et *(om. K*^{1}*)* annumerem *ZK*, hanc et amminere *B*, hanc ut et innumeram *S* 9 plus et m. *K*^{1} 10 ab: e *K*^{2} 12 ne *ZKB*, non *S* 14 turmis *scripsi*, meritis *codd. cf. e. g. P. A. C. I 545, 15. 550, 16. III 608, 479 al.* Berenharium *B*

vv. 8—10 recte construi et explicari despero. Maxime v. 8 arridet lectio quod: 'es sind 23 Jahre, daß ich leitete' *cf. Florus Lugdun. P. A. C. II 550, 1* annuus excurrit .. orbis, quod tua vox .. insonuit; *epist. Gozperti abb. Tegernseensis, Meichelbeck, Hist. Fris. I 2. 471 II* tres anni transacti sunt, quod ..; *scrupulum quidem movet, quod pentameter hexametrum antecedit; at eodem modo vv. 10. 11 coniungendi sunt. Schannat v. 9 pro anno incarnationis accepit: 'diem obitus scriptores passim referunt in XII Kal. April., quem nos ad Chr. ann. DCCCXXIII referimus teste epitaphio', cf. etiam A. Hofmeister, Weissenburger Aufzeichnungen vom Ende des 8. u. Anfang d. 9. Jh. Zs. f. Gesch. d. Oberrh. XXXIV 412 n. 6, qui quidem cum Bernharium a 826 obiisse traditiones Wissenburgenses doceant, poetam fortasse in testimonio quodam (prosaico?) quod ante oculos haberet pro DCCCXXVI male legisse DCCCXXIII arbitratur; hinc dubitationem, quam Kraus l. l. argumentis non allatis moverat, an titulus inferioris esset aetatis, confirmari quam maxime. At ego epitaphiis illius temporis collatis tota ex indole quin aevo Carolino adscribendum sit nullus dubito. His in epitaphiis moris est exponere, quot annos qui in tumulo iacet gregi praefuerit sive quot annos lucem viderit cf. e. g. P. A. C. II 237, 5 al., annum incarnationis, quo defunctus sit, toto aevo Carolino non inveni; neque scio, num poeta numerum DCCC omissurus fuerit. Si vere iudicavi, Bernardus ille episcopus, qui a. 799 inter Leonis papae comites fuisse narratur, cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II 6, Hofmeister l. l. 411 n. 1, Wormatiensis non fuit. At nova difficultas oritur, cum a. 793 Ermbertus episc. Wormat. obierit (Ann. Xantens. 793. Hofm. 410, 5.): quis 793—803 plebem Wormatiensem rexit? Huic nodo solvendo impar sum.* 8 annumerem *i. e. numerando reddam cf. ev. Ioh. 17, 12* quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex iis periit, *ibid. 18, 9.*

1) *cf. Forsch. z. d. Gesch. XX 53 sq.* 2) *De codice accuratissime egit A. G'sell N. A. XLIII 51 sq.*

hausisse videntur. Suo iure igitur Ph. Jaffé eorum libros in edendis titulis, Monumenta Moguntina p. 714, adhibuisse videtur; textum eorum coniecturis tentatum esse apparet. Codicem W Berolini contuli. Orthographica praeter nomina propria omisi.

I. DE KAROLO.

Quis lateat tumulo quisquis miraris in isto,
Nolo mireris, tu quoque pulvis eris.
Sic equidem dura mors exercet sua iura,
Ut nulli parcat parcere nec valeat;
Est testis Karolus, regali semine natus,
Praesul magnificus, vermibus esca datus.
Sed legi fragilis quia parent omnia carnis,
Dic, animae perpes ut maneat requies.

II. DE LIUTBERTO.

. . . . . .

Largus erat multum, patiens, humilisque, benignus,
Omnibus exemplum in bonitate manens,
Hister qua fluitat currit Rhenusque bicornis,
Litterulis doctis doctior ipse fuit.

. . . . . .

III. DE SUNDROLDO.

Quae maneat merces, nosti, qui cuncta coherces,
Qui servire tibi vel meruere mori.
Constat, quid valeant, qui nunc virtute coruscant,
Sicut qui modico clauditur hoc tumulo,
Praesul magnificus, Sundroldus nomine dictus,
Vitae mandatis notus ubique satis.
Tali pastore, tali Maguncia prole
Mater eras felix, es quoque nunc et eris.
Pro te proque deo sacrato sanguine fuso
Consors est caelis. Sic memor esse velis.

XXIII, I *W f. 149r, L p. 462, S p. 654, V f. 36v. Werner, Dom zu Mainz I 458, Jaffé l. l. 717, Kraus, Chr. Inschr. d. Rh. II n. 221. Num epitaphium a poeta coaevo confectum sit, propter leoninitatem excultam dubito, cf. epit. Sundroldi.* *Tit. om. WV* 2 quoque *(ex coniectura!) S*, qui *W*, quia *LV* 3 exercet mors *L* 6 *om. V* 7 legi *LV*, lege *W*, lector *S* quia *LSV*, qui *W* parent *LV*, paret *W*, putrent *S*

XXIII, II *W f. 149v, F = Annales Fuldenses ed. Kurze p. 117, L p. 464, S p. 666, V f. 37. Werner, Dom zu Mainz I 466, Jaffé l. l. p. 717, Kraus l. l. n. 222. Lemma deest in WV* 3 Hister *FL*, Hyster *WV*, Ister *S* Rhenusque *L*, Hrenusque *F*, Renusque *WSV* bicornus *WV*, bicornis *reliq.* quem *V* 4 doctior *FV*, doctor *W*, doctor et *LS* ipse *F*, ille *rel.*

XXIII, III *W f. 150r, L p. 464, S p. 668, V f. 37. Werner, Dom zu Mainz I 468. Jaffé l. l. p. 718. Kraus l. l. n. 224. Lemma om. WV* 1—2 *om. S* 3 *sic LS*, valeat .. coruscant *W*, valeat .. coruscat *V* 5 Synderoldus *WV*, Sindroldus *S*, Sunderholdus *L* 6 satis *LSV*, fatis *W* 7 Maguncia *W*, Moguntia *LV*, Magoncia *S* 8 eras *L*, eius *WSV* 10 consors est *Jaffé*, consortem *WLV*, consors es *S* coelis *WLSV*, coeli *Jaffé contra leoninitatem* sic *L*, si *WSV* velis *LS*, fidelis *WV*

XXIII, I *Karolus archiepisc. Mogunt. 856—63, ob. 4.(5.) Iuni.* 2 *cf. epit. Alcuini P. A. C. I 350, 6.* 5 *filius fuit Pippini, nepos Ludowici Pii.* 6 *cf. epit. Alc. 8* vermibus atque cibus; *epit. Angilberti P. A. C. I 420, 22.* 8 *cf. epit. Alc. 18, epit. Angilberti 24.*

XXIII, II *Liutbertus archiepisc. ob. 17. 2. 889.* 3 *Verg. Aen. VIII 727* Rhenusque bicornis.

XXIII, III *Sundroldus ob. 26. Iun. 891. Regino a. 891 ed. Kurze p. 137:* in quo proelio episcopus Mogontiacae urbis Sunzo et Arnolfus comes occubuerunt, *cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III² 348 n. 1.* 1 *cf. P. A. C. II 427. IV 12.*

IV. EPITAPHIUM MEGINGOZ.

Postquam primus homo paradisi gaudia liquit,
Illius omne genus mors inimica tulit.
Nullus enim regum, nullus mediocris in orbe
Aspera ab hac liber conditione fuit.
Hanc legem sequitur, tumulo qui clauditur isto
Nomine Megingoz fonte sacrante pio.
Qui domino sanctisque dei servivit honeste,
Donec in hoc saeclo vivere eum licuit.
Regibus hic carus multis et moribus aptus
Omnibus et placidus pro bonitate sua
Extitit; at postquam meritis maturus et annis,
Illius hinc animam, qui dedit, ipse tulit.
Quaeso igitur, frater, titulum qui legeris istum,
Dic: 'Requiem aeternam donet ei dominus.'
Obsecro per dominum, nullus his ossibus istum
Ante diem magnum evacuet tumulum.

XXIV. EPITAPHIA WERTHINENSIA.

Cincinnius, Vita divi Ludgeri, Coloniae 1515 cap. XLVIII[1] *de s. Ludgeri cognatis haec habet:* . . qui quidem venerandi episcopi singuli hic apud suum cognatum sepulturam eligentes se post obitum eorum fecerunt reponi et simul in cripta reconditi cum eo pariter diem iudicii extremi expectare voluerunt . . . De Hildegrimo . . Halberstadensi prothepiscopo *(ob. a. 827)* . . . in facie cripte ad dextram locatum requiescit. De Gerfrido secundo Monasteriensis ecclesie episcopo *(ob. a. 839)* . . . in facie cripte ad sinistram feliciter requiescit. De Thiatgrimo secundo Halberstadensis ecclesie episcopo *(ob. a. 840):* cuius corpus . . penes eiusdem antecessoris sui ossa digne collocatum est . . De Altfrido tertio Monasteriensis ecclesie episcopo *(ob. a. 849)* . . . in cripta

---

XXIII, IV *W f. 136r et 148r, L p. 456, S om. Wiltheim, Ann. s. Maximin. ms. I 964 f. Chr. Brower, Annal. Trev. I 1670 p. 439. Ioannis, Rer. Mogunt. lib. II 785. Kraus l. l. n. 225. Lemma deest W 136 et Brow.*, Epitaphium Megingoz regis, *sed* regis *del. W 148* 1 linquit *W 136,* liquit *rel.* 4 aspra — condictione *W 148* 6 Megingor *W 136* 8 saeclo *Brow.*, seculo *reliq.* litubit *vel* lituhit *W 136* 10 pro bonitate *W 148 L Brow.*, probitate *W 136* 11 et *L,* at *rel.* 13 fratri *Brow.*, frater *reliq.* 15 his *WL,* hic *Brow.* 16 magnam *W 148,* magnum *reliq.*

XXXIII, IV *Brower l. l.* Ceterum huius Megingozi *(sc. comitis in pago Warmacensi et Meinifeldensi cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III² 358, 1),* quia non illustrior in regno Lotharingiae fama, quam conspicuus inde vitae fulgor fuit eius epitaphium, quod, nisi me multa fallunt, Moguntiae in aedis s. Albani parietinis ac ruderibus invenisse me conicio, eleganti charactere fragmento turris insertum, priusquam pereat iniuria temporum, hic subserere placuit. *At Browerum errare, cum Megingodus comes a. 892 trucidatus sit, hic* meritis maturus et annis *obisse dicatur, iam Ioannis vidit. Quis sit, non constare videtur, sed metri ratione habita hi versus saeculo nono adscribendi videntur. Quocum congruit, quod poeta Fortunatum et Alcuinum adhibuit.* 1 *Alc. P. A. C. I 229, 1* Postquam primus homo paradisi liquerat hortos *(Walahfr. Strabo P. A. C. II 392, 1).* 2 *Fortunat. IX 2, 12* hinc ruit omne genus. *ibid. append. 8, 4* mors inimica tulit. 4 aspera conditione: *Fort. IX 2, 1.* 9 *epit. Angilberti P. A. C. I 420, 6* principibus multo carus amore piis. 10 *Fortun. IX 1, 23* bonitate placens, *Walahfr. P. A. C. II 387, 6* pro bonitate places. 11 *Alc. P. A. C. I 204 v. 1563* totus meritis maturus et annis *cf. ibid. p. 207 v. 13.* 14 *cf. ad epit. Armanni supra n. I v. 10.* 15 *sq. Alcuini epit. P. A. C. I 350, 19 sq., Angilberti ep. ibid. I 420, 27 sq., epit. Adventii supra p. 1034 v. 23.* 16 diem magnum: *cf. supra p. 507 XVII 1, 1.*

1) *Apud Diekamp, Die Vitae s. Liudgeri 1881 p. 265 sq.*

ad dexteram post caput scilicet Hildegrimi collocatus feliciter requiescit. De Hildegrimo posteriori quarto Halberstadensi episcopo . . . post caput Gerfridi episcopi ad sinistram collocatus feliciter requiescit. *Haec crypta Ludgeridarum cum crypta, quae ossa s. Ludgeri continebat, orientem versus conexa, ad basilicam s. Salvatoris pertinebat, quam a. 875 consecratam esse testatur diploma pretiosum*[1] Ego Willibertus gratia dei archiepiscopus Coloniensis . . basilicam s. Liudgeri episcopi confessoris in Werthina ab ipso quidem primum inchoatam, sed a nepotibus suis quinque episcopis Hildegrimo, Thiedegrimo, Gerfrido, Altfrido et Hildegrimo fratre suo in honore s. Salvatoris *etc.* constructam cum Hildegrimo episcopo dedicavi ao. dom. inc. DCCCLXXV.

Qua de crypta cum per longum tempus obruta fuisset, optime meruit W. Effmann, qui 1890 pulvere remoto trium sarcophagorum fragmentis protractis[2] *Gerfridiani epitaphii exiguas particulas servavit*[3].

Epitaphia[4] *viderunt Martène et Durand, Voyage litt. 1724, 235* 'on voit encore dans la même cripte *(sc. Ludgeri)* les tombeaux de quatre saints evêques . . . ici leurs epitaphes'. *Neque minus Gregorium* **O***(verham), qui epitaphia Annalibus suis Werthinensibus et Helmstadiensibus inseruit, cum ipse ad illud coenobium pertinuerit, ea legisse probabile est*[5]. *Eius manuscriptum, Landeshauptarch. VII B 94, v. cl. P. Zimmermann liberalissime mihi contulit. Praeterea usus sum* **B***(ucelino), Germania sacra II 308 et* **M** *= Voyage litt. l. l.; cf. etiam Chr. Brower, Sidera 90 sq.*

Epitaphia saepe repetita sunt velut AA. SS. Iun. IV 35 (n. I). Leibniz, Annal. imp. I 378 (I 1–2). Gelenius, De admiranda magnitud. Coloniae 1645 p. 668 n. III, 721 n. II, Hist. litt. V 57 (n. IV), P. Jacobs, Gesch. d. Pfarreien im Gebiet d. ehemal. Stifts Werden a. R. I, 1893, 20 sq., P. Clemen, Kunstd. d. Rh. II 345, Kraus, D. christl. Inschr. d. Rh. II p. 290 sq., W. Effmann l. l. p. 53 n. 4.

I. EPITAPHIUM HILDEGRIMI.

Iuli tredecimis resolutus carne kalendis
Hildgrimus tumulo clauditur opposito,
Frater Liudgeri coepiscopus atque beati,
Compar huic meritis sicut in officiis.

II. EPITAPHIUM GERFRIDI.

Gerfridi patris tumbam venerare fidelis,
Cuius apud dominum forte viget meritum.
Idus Septembris persolvit debita carnis
Deponens massam pridie corpoream.

XXIV, I 1 Iuli *OB*, Iulii *M* Hildgrimus *OB*, Hildegrimus *M* 2 apposito *M*, opposito *OB* 3 Ludgeri *M*

XXIV, II *In frustulis sarcophagi haec vocabula vel litterae servata sunt cf. W. Effmann 54 sq.*
1 . . . atris t . . . . . l . .
2 us apud do . . . te v . . eri . . .
3 . . . . . vit . . . . . .
1 Gerfridi *OB*, Gerfredi *M*

XXIV, I *De Hildegrimo I (ob. 19. Ian. 827) cf. A. Hauck, Kircheng. D. II*[3. 4] *p. 421 n. 1—4.* 2 opposito: *cf. P. A. C. III 679. VII.*

XXIV, II *Gerfridus, episc. Monaster., ob. 12. Sept. 839.*

1) *Crecelius, Tradit. Werdinenses. Zs. d. Berg. Gesch. Vereins VI 36.* 2) *W. Effmann, Die karoling. otton. Bauten zu Werden I 1899 p. 29. p. 52 sq.* 3) *Cum nullius pretii esse putarentur, denuo infossa esse v. v. Zimmermann parochus Werthinēnsis certiorem me fecit.* 4) *Versus leonini pro illo quidem tempore insoliti facile suspicionem moverint; quam suspicionem reiciendam esse exposui N. A. XLIV 209 sq.* 5) *O. Schantz, Werdener Geschichtsquellen II. Die Annalen des Propstes Gregor Overham nach der Originalhandschrift, 1916, epitaphia omisit.*

III. EPITAPHIUM THIDGRIMI.

Hac recubant fossa Thidgrimi praesulis ossa,
Terra tenet corpus, pneuma fovet dominus.
Idibus in Februi senis obit assecla Christi
Promeritus vitae gaudia perpetuae.

IV. EPITAPHIUM ALTFRIDI.

Altfridus tumulum praesul sibi vendicat istum,
Pneuma creatori dans, cinerem cineri.
Obiit in decimis Mai pater iste kalendis;
Cuius nos sacris protegimur meritis.

XXV. EPITAPHIA CORBEIENSIA.

I. EPITAPHIUM GEROLTI.

Geroltus Ludovico Pio imperante 'sacri palatii archidiaconus' fuit, cui Hrabanus Maurus commentarium in libros Machabaeorum dedicavit[1]. *Eodem fere tempore quo Agius Corbeiae Novae habitum s. Benedicti sumpsisse videtur*[2]. *Quo anno obierit, non constat*[3].

Epitaphium a multis tractatum primus edidit Ioh. Letzner[4]. *Quae ille de poeta epitaphii aliisque hariolatur, apud eum relegenda sunt, sed epitaphium ipsum ab eo non adulteratum esse, id quod in primis P. Wigand*[5] *contendit, testes sunt Chr. Brower a. 1616*[6] *et Nic. Schaten*[7]*; et iam 1609 Iustus ab Hoexer*[8] *se lapidem vidisse pro-*

XXIV, III *Affert etiam Paullini, Theatrum ill. vir. Corbeiae Sax. p. 45 sq.* 1 Thidgrimi *sic MOB* 2 pneuma *MB*, pneva *O* 3 assecla *OM*, adsecla *B*

XXIV, IV 1 Altfridus *MB*, Altfridi *O* vendicat *OB*, vindicat *M* 2 pneuma *MB*, pneva *O* 3 Mai *OB*, Maii *M* *Epitaphium Hildgrimi alterius, ob. a. 886, cod. Guelferbyt. Helmst. 64, 6 f. 62, a recentiore auctore compositum esse concentu bisyllabo v. 1. 3. 5. 6 demonstrari videtur. Ne quid desit, in apparatu addidi:*

Hoc saxo in Christo requiescit episcopus isto
Annis Hildgrimus, non meritis iunior.
Abbas Hildgrimus numeratur in ordine primus,
Huius dum quondam pastor ovilis erat.
Sollicitus duris post tot molimina curis
Templi explevit opus, quo nitet ipse locus.

cf. Effmann l. l. p. 55, Clemen, Kunstdenkm. d. Rheinl. II 345.

XXIV, III *Thidgrimus ob. 8. Febr. 840. De concentu* ossa — fossa *cf. Strecker N. A. XLIV p. 210 n.*

1) *Hraban. M. G. Epp. V 424* Reverentissimo et omni honore dignissimo Gerolto sacri palatii archidiacono *(cf. Simson, Ludw. d. Fr. II 251 n. 7). Catal. donator. Corbeiens. (Wilmans, Kaiserurk. v. Westf. I 509 M. G. SS. XV 1043):* post imperatorem *(sc. Hludovicum)* primus erat ipsius capellanus Geroldus diaconus vir omni scientia eruditus. Qui traditis s. Stephano et Vito omnibus quae habebat, inter quae obtulit Gudolmon et argenteam crucem XII librarum magnamque copiam librorum *etc.* 2) *In catalogo fratrum, qui Warino abbate (826—56) propositum acceperunt monachicum (Jaffé, mon. Corb. p. 67), se excipiunt* Ovo, Geroldus, Agicus *(sic scriptum est)*, Werinhardus. *Hüffer, Korv. Stud. p. 1 a. fere 847 utrumque in monasterium intrasse computavit.* 3) *At cf. in app. crit.* 4) *Corbeische chronica 1590 c. 11* ein Levita Geroldus genandt ist in infimo choro für dem heiligen Creutz genandt begraben, demselbigen ist ein Epitaphium ohne Jarzahl in einen Stein geschnitten und in die Maur daselbst gesetzt worden wie folget: Inclytus *eqs.* 5) *Die Corveyschen Geschichtsquellen 1841 p. 121.* 6) *Schol. in v. Meinwerci* Adscribam epigramma illustris viri, quod in saxo cryptae ecclesiae Corbeiensis post summam aram ad parietem oblitescens mecum communicavit . . Iohannes Roberti tunc Paderbornensis collegii rector. 7) *Annales Paderborn. 1693 ad a. 834* hodiedum eleganti et Romano charactere hoc epitaphium legitur. 8) *In elegia apud Paullinium, Dissert. hist., Gießen 1694 p. 190:* Quorum non minimus sacer est levita Geroldus, Cuius adhuc praesens ossa sepulta vides.

fitetur[1]. *Epitaphium ad formam lapidis effectum extat in chronico cod. tabularii Monasteriensis I 251 p. 255 s. XVIII in. exarato, quam imaginem post Ioh. Friedr. Falke*[2] *in tabula exprimendam curavit F. Philippi*[3]. *At auctor chronici lapidem post a. 1680 evanuisse narrat: haud iniuria igitur Wilmans*[1] *miratur, unde illam imaginem sumpserit. Neque minus Philippi l. l. p. X propter litterarum formam ligatarum dubitationem movit, de qua conferas, quod ad epitaphium Avonis (infra n. II) exposui. Idem de Gerolti epitaphio iudico. — De poeta nihil constat, quamvis G. Hüffer in libro a multis laudato, a pluribus repudiato*[4]*, ut omnia fere, quaecumque exeunte saeculo nono in Saxonia conscripta sunt, in Agium suum accumulat, eidem Gerolti laudes funebres attribuere studuerit. Confert v. 3* servire deo malens *cum Poeta Saxone V 129 (de Arnulfo Mettensi)* malens . . . esse dei famulus. *Non nego, quamquam non credo Poetam illum Saxonem auctorem epitaphii esse, at Agius non fuit, qui vocabulo* iugis, iugiter *antiquo more numquam non utatur* u *producta, cum in epitaphio v. 6 et apud Poetam Saxonem more frequentato medii aevi semper* iūgis *adhibeatur. Ut id quoque addam: Agium pentametro leonino delectatum esse, cum hexameter hoc ornamento careret, P. Lehmann l. l. p. 7 acute docuit: num quisquam sibi persuaserit eundem in solemni carmine funebri illo artificio abstenturum fuisse?*[5]

Inclitus est istic positus levita Geroldus
Quondam regali clarus in obsequio,
Sed servire deo malens hic, quicquid habebat,
Secum praesenti contulit ecclesiae,
Cuius doctrinis gaudet donisque refulget.
Pro quo, Christe, iugem confer ei requiem.

II. EPITAPHIUM AVONIS ABBATIS.

Haec rogo quisquis adis limina sacra,
Quem calcas pedibus, noscito quis sim:

XXV, I *Extat in codd. tabularii Monasteriensis s. XVIII in. I 251 p. 255 et I 244 p. 88; in I 244 v. 1 teste Schmitz-Kallenberg scriptus est* Inclitvs .. positvs .. Geroldvs *et apices* i, l, v, c, d *infra lineam deducti sunt, quo de artificio cf. I. Letzner l. l.:* und zeigt dabei ferner an, das im ersten Vers die Jahrzahl seines Todes sein soll. Darůmb wann nun das D mit in die zahl Buchstaben gerechnet wird, wie dan bei vielen der Gebrauch ist, so geben sie 876 *(i. e.* DCCLLLVVVVIIIIII*)* unnd müste demnach vielgemelter Geroldus Anno 876 gestorben sein. *Hinc concludendum videtur imaginem codicis I 251, quae non formam chronostichi, at multas ligaturas prae se ferat, non genuinam esse. — Nostris temporibus epitaphium impressum est apud Wilmans l. l. I 67, Hüffer l. l. 1, Lehmann l. l. 13, Strecker l. l. 506.*

XXV, II *Edidit R. Wilmans, Kaiserurk. d. Provinz Westfalen I 501 ex* **A** *= cod. tabularii Monasteriensis Westf. I 244 p. 226 et* **B** *= cod. tab. Monast. I 251 p. 297. Uterque s. XVIII in. exaratus est. In B epitaphium inverso lateri cippi insculptum a. 1676 in 'ambitu antiquo' repertum esse traditur; ibidem imagines epitaphiorum Gerolti (cf. supra n. 1) et Avonis extant, quas F. Philippi, Abh. über Corv. Geschichtschreibung Ser. I 1906 in tabula exprimendas curavit. Qui, cum ligaturae apicum in utraque imagine frequentatae a noni saeculi usu abhorrere viderentur, scrupulum movit, an epitaphia a falsariis, quibus historiam Corbeiensem*

1 Haec *B*, Hoc *A* adis *B*, ades *A*

XXV, I 3 *cf. Poet. Sax. V 129 in comm. praevio.* 4 *in magna copia librorum, quos coenobio obtulit, fuit cod. lat. Monacens. 3781 s. IX, cui in folio praefixo inscriptum est* Hunc librum Geroldus pro remedio animae suae concessit ad reliquias sanctorum martirum Stephani atque Viti *cf. Lehmann l. l. 40.* 6 iūgem: *cf. in comm. praevio.*

XXV, II *Avo abbas Corbeiae Novae 877—879.* 1 *Fort. I 2, 1* Quisquis ad haec sancti concurris limina templi.

1) *Conferas quae R. Wilmans, die Kaiserurkunden d. Prov. Westfalen I 67 sq. et nuper P. Lehmann, vir de historia bibliothecae Corbeiensis optime meritus, in libro quem inscripsit 'Corveyer Studien' p. 12 sq. exposuerunt.* 2) *Codex traditionum Corbeiensium 1752 p. 289.* 3) *Abhandl. über Corv. Geschichtschreibung ser. I in tabula.* 4) *Korveier Studien 1898 p. 1 sq.* 5) *cf. quae fusius exposui N. A. XLIII 490 sq.*

Abbas Avo fui nomine dictus,
Nunc cinis in cinerem hic resolutus
Tempus iudicii specto supremi.
Hinc Christi domini te per amorem
Pro me quaeso preces fundere crebras;
Ob hoc me petii hic sepeliri.
Quinto idus obii ipse Novembris.

XXVI. EPITAPHIUM GERSVIDAE ABBATISSAE.

Quisquis in hoc templo Christum reverenter adorat,
Sit simul ipse memor Gersvidae istic tumulatae.
Haec aliis dives sibi pauper . . . .
Prima monasterium fundans erexerat istud
Exemplisque regens propriis monumenta reliquit
Clara lucris rerum . . . et dogmate morum.

XXVII. EPITAPHIUM WALBURGAE ABBATISSAE.

Hic veneranda iacet Walburg, quae mente virili
Struxit et hoc rexit prima monasterium.
Subiectis vitae tribuens exempla beatae
Ecclesiae cunctas amplificavit opes.
Nunc te, Christe, pium videat, quem semper amavit,
Ut dextris illam consocies ovibus.
IIII. Non. Mart. obiit.

---

scatere constat (cf. I. Backhaus, Die Corb. Geschichtsfälschungen apud Philippi l. l. p. 1 sq.), adulterata essent. At iam illis temporibus hanc apicum formam adhibitam esse negari nequit cf. N. A. XLIII 508 sq. Accedit quod metrum ad Boethii (Consol. phil. I 2) exemplum usurpatum saeculis IX et X saepius occurrit (cf. infra ad elogium Lotharii I), falsariis Corbeiensibus certe insolitum fuit. Quid quod v. 8 productio syllabae ob *ante* h *consonantem illo aevo fuit legitima cf. adnotat. ad p. 938, 14; neque minus hiatus in dihaeresi pentametri legitima est cf. epicedium Hathumothae P. A. C. III 378, 274. 458, Poeta S. V 68, 114 etc.*
6 te *B*, ter *A* 9 ipse *B*, ipso *A*

XXVI *Epitaphium Gersvidae primae abbatissae Assindiensis in sacello s. Quintini tumulatae, cum illud a. 1817 destructum esset (Organ f. christl. Kunst II 1852 p. 3. G. Humann, Der Westbau des Münsters in Essen 1890 p. 3 n. 2. Jahrb. d. Altertumsf. i. Rheinl. 93 p. 95), evanuisse videtur, servaverunt* **L** = *Leibniz, Ann. imp. II 19 ad a. 877 et* **B** = *Bucelinus, Germania sacra II 1662, 143, quocum consentit fere* **O** = *Greg. Overham, Ann. Werthinenses cf. O. Schantz, Werdener Geschichtsq. II 54, repetiverunt A. Lüntzel, Gesch. d. Stadt Hildesheim I 22, 3, Binterim u. Mooren, Die Erzdiöz. Köln i. Mittelalt. I (1892) 453, Kraus, Chr. Inschr. d. Rh. II p. 292, Clemen, Kunstdenkm. d. Rh. II 302.* 1 adorat *LO*, adoras *B* 2 Sit *LO*, Sis *B* Gersvidae *BO*, Gerswinae *L* isthic *B* 3 *sic L*, Haec aliis dives, pauper sibi rebus, alumnis *BO* 5 propriis *L*, sanctis *BO* *post v. 5 perperam:* desiderantur aliqua *B* 6 *sic L*, Clara sui rerum lucris et dogmate *BO* *B addit:* obiit Christi famula 3 Kal. Ian.

XXVII *N. Schaten, Annal. Paderb. I, 1693, 166 de Walburga sorore Luthardi episcopi Paderbornensis (ob. a. 886), prima abbatissa monasterii Herisiensis (Heerse apud Paderbornam):* alterum sanctimoniae testimonium ex sepulchri inscriptione producimus, quod eiusmodi hodie legitur: Hic *eqs.; cf. Mabillon, Ann. III 256 'per Liuthardum . . episcopum et sororem eius Walburgam'. — In vita Rimberti c. XV tacito nomine neptis Liuthardi dicitur.* 1 Walbruc *Mab.* 2 hoc et *in marg. Schaten.*

XXVI *De Gersvida cf. O. Seemann, Die Äbtissinnen v. Essen. Beitr. z. Gesch. d. St. Essen V 1 sq. K. Ribbeck, ibidem XX 51 et 135, cf. XXI 111, K. Ribbeck, Gesch. d. St. Essen 1915 p. 23.* 3 *cf. de Rossi, Inscr. Christ. urb. Romae II 67, 27 v. 10* pauperibus dives, sed sibi pauper erat; *ibid. 126, 3 v. 5.*

TITULI VARII.

I. TITULUS METTENSIS(?).

Nunc novitas . . . pace deleta vetustas
. . . . . .
Ritu priscorum crucis hic male nota manebat.
Ast urbis huius clarus cathegita plebis
Hanc Agilrannus tum formam frangere iussit,
Sub qua capsellas placidas geminasque latentes
In latebris saxorum hominumque molimine mentis
Invenit septas ⟨et⟩ sacro munere plenas.
Mox gremium pandens praesul patrocinia sumsit,
Capsellam gaudens unam deduxit ad urbem,
Altera nunc templi in huius sancta ara refulgit.
Ambarum facies licet exteriusque flagrabat
Argento, eboreum constat corpusque biforme,
Plus tamen interius ditantur viscera vasis,
Candida quam specie gazarum gloria fulget:
Pignora sanctorum ⟨priscis⟩ felicia seclis
Tempore iam nullo fraudentur luce serena.
O clemens custos, conserva hanc pervigil aedem,
Fletibus enixis plebem foveto gementem,
Ut scelerum dominus ⟨dignetur⟩ solvere facta.

I *P i. e. cod. Parisinus 8071 olim Thuaneus incertae originis s. X vel XI in. teste L. Delislio, s. X F. Vollmer, Auct. ant. XIV p. XLI, s. IX ex. vel X in. A. Riese, Anth. lat. I² p. XXXIV, f. 60 post anthologiam carminum antiquorum centonem continet epigraphicum partim certe in Gallia ortum, cf. de Rossi, Inscr. Christ. urbis Romae II 242 sq. Titulus, quem ex Rossii editione p. 245 repeto, Angilramni episcopi mentionem facit, quem Mettensem (a. 769—91) esse probabile est. Kraus, Christl. Inschr. d. Rh. II p. 352. Antecedit* Pariete, *quod ad aenigma interceptum* De pariete et ariete *(Riese, Anth. II² n. 738ᵇ) pertinere Rossius acutissime coniecit.* 1—2 *lacunas indicavit* ***R****(ossius)* 1 delaeta *P* Nunc novitas fulget, nunc pace *suppl. R* 3 male *R*, mala *P* 4 *A turbis *P*, At urbis *R* chategita *P* 6 placidas *(i. e. gefällig, zierlich) P*, placide *R* latentes *R*, latestes *P* 7 mentis *P*, moeniis *R cf. adnotat.* 8 et *add. R, praetulerim* septas, sacrato 11 altera *R*, alteram *P* huius sancta ara *R*, huiusʰ . caara *(i. e.* sc̄a ara*) P* refulget *scrips. R* 12 ambarum *R*, ambrarum *P* 13 eboreum *R*, eborreo *P* biformę *P* 15 quam *R*, quas *P* specie *R*, species *P* glora *P* 16 priscis *suppl. Vollmer*, cunctis *R* 17 fraudentur *R*, fraudenter *P* 18 clemens *R*, demens *P* 19 ʰenixis *P* *faueto *P* 20 dignetur *R, rasura in P* facta *R*, facto *P*

I *Angilramnus capsellas interius eboreas, exterius argenteas sanctorum pigneribus repletas sub vetere altari invenit, quarum alteram ad urbem deduxit, alteram loco, quo reperta erat, hoc epigrammate inscripto reliquit (Rossi).* 5 *sc. veterem aram cf. v. 1* deleta vetustas. 7 *coniungas* molimine mentis hominum septas. 8 sacro munere: *Rossius intellegit 'crucis particulis et sanctorum pigneribus'; de crucis particulis dubito, v. 3 non intellego.* 18 *Kraus de s. Clemente cogitat.*

II. HI VERSUS CONTINENTUR IN CORONA PIPINI.

Christe fave votis Pipini gratia regis,
. . . . . , quam misit supplex, dignare coronam,
. . ore quo passus iacuisti, vita, sepulchro,
. . de quo surgens solvisti vincula mortis.
Illum tu firma regno pariterque salute,
Coniuge quin etiam nec non et stirpe nepotum,
Pro quorum vita par(iter)que hec munera regno
Obtulit eternum sperans Pippinus honorem.

III. TITULI TEGERNSEENSES.

I.

Celipotens tuba hic baptista Iohannes adesto
Nostri electa dei precibusque faveto sagitta.
Iustitię sedis [hic] hec est, fidei aula, pudoris,
Hirsutus ast quondam erimus erat aridus istic
Belvarumque boatus horrendum auditus et echo;
Nunc modolamine chori crepunt cum carmina vocum

II ***M*** = *Martène et Durand, Second voyage littéraire 1724, 292: 'il faut encore ajoûter icy les vers suivans, que nous trouvâmes aussi dans un manuscrit de saint Maximin.'* ***B*** = *Staatsarchiv Darmstadt, Bodmanns Sammlung, Katal. Abt. IX n. 135. In exigua schedula Bodmanni manu scriptum extat: 'In dem uralten Cod. Msto. membran. saec. IX, welcher die Dialogos Gregorii enthält und vormals ad Biblioth. Monastii s. Maximini zu Trier gehörte, jezt aber ein Eigenthum des K. H. Hof K. R. Pittschaft zu Mainz ist, steht hinten auf der lezten Seite mit einer uralten Schrifft:* Hi versus *eqs. Da dies eine scriptura saec. XII ist, so mus die von pipin in das Münster S. Maximin zu Trier od. Prüm |: woraus der Codex urstrünglich (!) herrührt :| geschenkte Corona (wahrscheinlich nicht capitis sond. candelaris) um diese Zeit noch dort aufgehängt gewesen sein.' Mihi benigno animo transcripsit H. Wibel b. m. Codicem frustra quaesivi. — M nonnulla habent, quae Bodmannus legere non potuit, quae nescio an coniectura suppleverint.* 1 gratia *ablativus esse videtur* 2 *infinitivus desideratur, fort.* Sumere *sc.* dignare sumere 3 . . . pore *B*, Corpore *M*, *at quo referendum est* quo? *Nonne* Tempore *extabat, sc. tempore paschali* (misit coronam)? iacuisti *M*, . . . sti *B* 4 Et de *M*, . . de *B* 7 * partimque *M*, par . . . que *B*

III, 1 *Versus nimis corruptos, at pretiosissimos, qui antiquissimae historiae coenobii Tegernseensis novam afferant lucem, in A = cod. Augiensi CCLV s. IX f. 15ᵛ continuo scriptos primus prelo dedit A. Holder, Die Reichenauer Handschriften I 581 cf. II 676; ad monasterium Tegernsee pertinere intellexit docteque explicuit G. Morin, Rev. Bénédictine XXIX, 1912, 208 sq., cf. etiam B. Krusch N. A. XXXVIII 396.* 2 * nostris *A* 3 * hic hec est *A*, *an* fidei domus (aedes fidei?) *scribendum est cf. adnot.?* p̈idoris, o *eras., A* 4 * ista *A* 5 boantum *A*, *corr. Vollmer* * et audit' *A*, *sc.* est, *an scribendum* auditur? 6 modo . lamine *A* cori A^1, chori A^2 *fort. corrigendum* crepant

II *Hontheim, Hist. Trevir. diplom. I, 1750, 349* '. . *recensitae sunt res Prumiensis ecclesiae sub Udone abbate (c. 1003), quod monasterium quondam divae ac praedicandae memoriae Pippinus rex . . construxit . . corona altari superposita in modum pilei auro gemmisque compacta' cf. etiam I. Marx, Die Salvatorkirche zu Prüm 1863, 12. Hanc coronam a Pippino fundatore coenobii Prumiensis donatam esse haud improbabile videtur, neque sine causa Bodmannus codicem coenobio Prumiensi adscribere videtur.* 1 *Sedul. I 351. P. A. C. III 690* Christe, fave votis. 6 *Verg. Aen. VI 864* magna de stirpe nepotum.

III, 1 *De hac ecclesia s. Iohannis nihil compertum habemus.* 1 caelipotens: *Prudent apoth. 660.* tuba: *cf. Osee 8, 1; ev. Ioh. 1, 23* vox clamantis in deserto. 2 sagitta electa: *Is. 49, 2; Hieron. ad locum, Migne XXIV 481, ad Christum ipsum refert.* 3 sedis *i. e. sedes. Versus, si integer est, intellegendus videtur* fidei et pudoris aula *cf. titulum* in absida s. Petri *Romani, de Rossi, Inscript. christ. u. Rom. II 21, 10* Iustitiae sedis, fidei domus, aula pudoris *cum adnotatione.* 4 *i. e.* ἔρημος *cf. ad v. 1.* 4 *sq. cf. Hrotsvit, Primordia c. G. 228 sq.* 6 *coniungendum est* cum modolamine vocum; crepunt *transitive accipiendum videtur.*

Bis fidibus lyramque nituntur tendere quinis
Psallere divinis domino poemata verbis.
Est denisque Novembris aula dicata Kalendis.

II.

Hanc aulam domini Sęphe quoque amore Pauli
Adalpert abbas magno construxit honore.

Caelicolis superi stipatus in ordine ruris
Plaudentum coetibus splendentia castra triumphis
Nostra bea foveque precantum corda, George.

Quisquis adis Petri sanctorum et limina Pauli,
Votiferas, te ne pigeat, Christo offeras aras.

Hoc altare duum sanctorum honore dicatum

. . . . . .

Angelicis merito . . . stipata catervis,
Que genuisti deum, virgo beata, tuum.

Alma fiat Christi ut mansio in corde, precamur:
Discipulus † m̄s domino qui dilectus adiuva.

Hic precibus lina voce liquisti magistri bonorum,
Iesu deoque altare hoc Andreae atque dicatum.

III.

Conditur hic Odgerus hoc sub culmine querno.
Huc veniat, qui fundat factori pectore prono
Promat ad preces, ut et ipse piacla resolvat.

---

7 * fidilibus *A* lyram que *A; fort.* fidibusque lyram? * nitantur *A, cf. locum Aldhelmianum* * quimi *A* 8 psallere, ps *loco raso, A* 9 demnisque *A, corr. Morin* III, II *Singulos titulos segregavi.* 10 *an* Sęphe Pauli quoque amore? 11 Adalpertus *A* abb̄ *A*, abba *Morin* 12 *A, f.* * iuris, *i. e. in ordine superi iuris, an* sup. ruris = *caeli?* 13 * castri *A* *f.* * triumphi 14 * beas *A* * faueque *A* 15 * adesse *A* 16 * et aras *A*, tures *coni. Vollmer* 17 * dum *A* *lacunam indicavi, post 17 complures versus excidisse credo.* 21 m̄s *A*, Iohannes *coni. Morin cf. ev. Ioh. 13, 23. 19, 26. an* * nostri *sc.* corde? qui *delendum videtur* III, III 24 Condit' *A* 25 * pectori *A* *Versus sic forte restituendi sunt:*

Huc veniat, qui fundatori pectore prono
Promere vult preces *eqs.*

7 *cf. Aldhelmi carm. eccles. III 55 sq. ed. Ehwald, Auct. ant. XV* atque decem fidibus nitamur tendere lyram, ut psalmista monet bis quinis psallere fibris. *Notatu perquam dignum est, quod auctor carminis Aldhelmiani notitiam habuit, cf. ad III 1.* III, II *His versibus ecclesiam ss. Petri et Pauli cum compluribus altaribus illo tempore in monasterio fuisse confirmatur, neque minus v. 31 sq. ad s. Petrum pertinent, scil. ad aliud quoddam sacellum (cf. Pass. s. Quirini c. 10, SS. rer. Mer. III p. 15 cf. p. 8), at ecclesiae s. Salvatoris, de qua l. l. p. 12. 15, non magis mentio fit quam s. Quirini. Suo iure igitur Morin p. 212 sq. anno 804 cum* adunata esset cohors et stipata caterva in loco qui dicitur Tegarinseo ad translationem corporis sancti martyris, *M. G. Concil. II 231, non translationem ex ecclesia s. Salvatoris, sed ex ipsa Roma (sc. ex aede s. Silvestri cf. A. Mai, Scriptorum vet. nova collectio V 57) factam celebratam esse posuit.* 10 *i. e. Cephae; legendum* Paŭli. 14 *de Georg(i)o cf. Fastlinger, Die Kirchenpatrozinien in ihrer Bedeutung für Allbayerns ältestes Kirchenwesen. Oberb. Arch. L, 1897, 351 sq.* 18 *Aldhelm. c. de virg. 794* aethereis stipatus iure catervis. 20 *sq. cf. in app. crit., ev. Ioh. 14, 23.* 22 lina *i. e. retia (Verg. georg. I 142), Matth. 4, 20.* III, III *Sepulcrum Odgeri fratris Adalperti abbatis haud procul a basilica Petri Paulique afuisse Morin coniecit. De fundatoribus coenobii cf. SS. rer. Mer. III 12 sq., Diplom. II 219.* 24 *Aldhelm. aenigm. LXXV 7* sub culmine querno. 26 *Aldh. c. e. IV 13, 5* piacula solvant, *cf. infra V 4.*

IV.

Hic patrum teneat modum humilis abba magister,
Sit pius expedita plus non quam amore,
Parcens sint rectoris habenas sub moderamine strictas.
Altitonans Christus quoque nostrum dirige sensum.

V.

Hanc aulam Christi hic construxit amore prĕclaro
Principe ac reserans valvas qui regni beatis,
Petro sacrata⟨m⟩. Precantum solve ligustra [catenum],
Aedilpert poscit, solvas ut, Petre, piacla.

VI.

Hanc aedem domini Adalpertus erexit amore
Christi pontifici summo Martino sacrata⟨m⟩.
Nostris hic precibus, Martine, faveto, prĕcamur.

IV. VERSUS AGALSII.

Templum, Christe, tibi famulator Agalsius offert,
In quo se socias mater et uxor agunt.
Tu caeli e solio terrenum illabere mysten
Et puram puro trade fidem populo.
Hic mera perpetuo recinunt altaria Christo
Et calet arcanis nox vigilanda sacris.
Hic et iustorum gaudent componier urnae,
E transalpinis qui veniunt tumulis.
Ambitus hic templo est atque ambitus iste sepulcro.
Quisquis sanctus, adi, quisque profanus, abi.

III, IV 27 *f.* * fratrum 28 *sq. versus desperati,* habenas expeditas *et* strictas *inter se oppositas esse conieceris.* 28 Sic pius expediat ⟨regimen⟩ p. n. q. a. *coni. Vollmer* 29 sit *pro* sint *corrigendum videtur.* 30 * Almitonans *A* III, V 32 hac *A* 33 *ante* precantum *distinxi* * sacrata *A* *Versus stare non potest, hinc* catenum *delevi (glossam?). Qui* ligustra *scripsit, fort. de ligando cogitavit, cf. Matth. 16, 19.* 34 * Aedilpertus *A* salvas *A, corr. Morin* III, VI 36 * xp̄iq; *A* * pontifice *A* * sacrata *A*

IV *P i. e. cod. Parisin. 4841 olim Colbertinus 3603 s. IX f. 34. De codice cf. H. Keil, Gramm. lat. VI 581, A. Riese, Anth. lat. II*[1] *p. XXV, Dümmler, N. A. IV 149, P. A. C. I 100, de Rossi, Inscr. christ. urb. Romae II 272. 277 sq.; cf. etiam supra p. 1012 II. Mihi benivolo animo contulit Paulus Bondois. A i. e. historia coenobii Condomensis in Aquitania siti ab anonymo s. XIII scripta, quam edidit d'Achery, Spicil. XIII 432:* 'Cum initia historiae Condomensis abbatiae futilibus narrationibus .. scateant, ea expungere operae pretium duximus atque ab hoc Elgasi sive Algasii epitaphio incipere. . . Quantus vero sit ei (marg. 'ecclesiae Condomensi') honor exhibendus .., pandit ignorantibus epitaphium industria domni Egalsi ducis Aquitaniae editum et .. in tabula marmorea sculptum ...; adhaeret autem tabula .. parieti retro altare et in eminenti loco posita huiuscemodi retinet verba.' *Sequitur epitaphium, cui additum est soluta oratione:* Ego Algasius *(sic)* Aquitanorum dux et mater mea Isamburgis et uxor mea Agnes hunc locum dedimus domino nostro I. C. Salvatori ob peccatorum nostrorum indulgentiam parentumque nostrorum salutem.' *Ex Acherio Gallia Christ. II 954, Marin. apud Mai, SS. vet. nova coll. V 360. — Cum coenobii Condomensis in actis concilii Aquisgranensis a. 817 inter monasteria Aquitaniae mentio non fiat, epigramma in P manu s. IX exaratum sit, Agalsium saeculo nono post 817 templum condidisse concludendum est cf. Gall. Chr. Rossius solum primum versum impressit.* 1 tibi *P*, tuis *A* 2 quo *A*, qđ *P* socias *A*, socius *P* 3 e *A*, et *P cf. v. 8* illabere *A*, inlabere *P* mysten *A*, mystent *P* 6 sacris *A*, sagris *P* 7 iustoru *P in fine lineae* 8 E *A*, Et *P* q *P*, qui, *in marg.* al. 'quae' *A* 10 quisquis . . . quisque *A*, quisquis .. quisquis *P*

III, IV *Versus fort. in pariete aulae capitularis appicti.* III, V 32 principe *pro dativo, coniungo* principi Petro sacrata⟨m⟩, qui valvas reserans (est). *Subiectum* (Aedilpert) *v. 31 desideratur.* III, VI 35 *Aldh. c. e. III 1 sq.*

V. TITULUS CLAROMONTANUS.

Hoc templum sanctus primo fundavit Avitus,
Inclytus antistes nobilis et genere,
Quod dicavit ovans Christo sanctaeque Mariae,
Censibus et propria nobilitavit ope.
Hoc Normannorum flammis gens ussit acerba,
Bacchans et strages heu! miseras faciens.
Sed Sigo hanc praesul prisco decoravit honore,
Ut tibi, celsitonans, afforet aula micans.

VI. VERSUS ADVENTII EPISCOPI.

Ut scelerum noxas redimam, tibi, conditor orbis,
Offero templi huius humilis Adventius arcem.
Inradiat trinitatis honor splendifluus aram;
Redde medullata in templo hoc holocausta, sacerdos;
Ast quia purus amor dedit hanc in honore superno,
Hostia pura deo, sindupla talenta reportans,
Haec danti in terris, bone, reddas praemia caeli,
Compuncti cordis lacrimas hinc suscipe clemens.

VII. VERSUS WISSENBURGENSES.

I.

Demens almigerum consensit tradere Christum
Discipulus quine infelix cognomine Iudas;

V *Ex vetere manuscripto ecclesiae S. Mariae de Portu Claromontanae edidit A. Tardieu, Hist. de la ville de Clermont-Ferrand I, 1870—71, 278, repetivit W. Levison, SS. rer. Mer. VII 457 sq. cum notis. V. 1—2, 5—7 iam edidit Ioh. Savaro cf. Les origines de la ville de Clairmont par feu Monsieur le Président Savaron augmentées ... par Pierre Durand, Parisiis 1662 p. 344; ex Savarone Phil. Labbe, Novae bibl. manuscr. libr. II, 1657, p. 711, AA. SS. Boll. Febr. II 429.*

VI ***M**(eurisse), Hist. des évesques de l'église de Metz 1634, 268 tradit Adventium episcopum ecclesiae cathedrali tholum argenteum quattuor columnis suffultum obtulisse, sub quo caput s. Stephani portaretur; teste Phil. de Vigneule (Hist. de Metz, cod. ms. I 156) populum hunc appellasse 'la muche' ou 'la niche de saint Étienne', In basi hos versus insculptos esse, apices vetustos ligatosque se vix interpretari potuisse.* ***B** = Hist. de Metz par des Religieux Bénédictins I, 1769, 630. Ex M Gallia Christ. XIII 718, A. Mai, Script. vet. nova coll. V 199, Kraus, Kunst u. Altert. i. Elsaß III 459 sq., Christl. Inschr. d. R. II n. 303 al., quos omisi. — Bégin, Hist. et descript. de la cathédrale de Metz II, 1843, 297 sq. tholum a. 1760 conflatum esse tradit,* 'on la voit encore représentée en ivoire sur un de nos manuscrits du IX s. transportés à la biblioth. royale'. *Adventii epitaphium supra p. 1033.* 1 redimam, tibi *B*, redimam tibi *M* 5 quia *sic BM* 7 redas *B*, reda *M*

VII ***W** = cod. Wissenburgensis 91, Guelferbyt. 4175 s. IX f. 159r sq. V. 1—8 edidit Schnurr, Katechetisches aus d. Weissenburger Hs. 91 in Wolfenbüttel, Greifswald 1894, 5. Versus rustici fortasse imaginibus parietinis adpicti erant; cum in plurimis Petrus apostolus partes agat, de coenobio s. Petri (et Pauli) Wissenburgensi cogitandum videtur. In transcribendo ordinem perturbatum esse conicio, certe n. X falso loco positum est. Ars prosodiaca et metrica tam rudis est, ut nonnullis locis hexametros rhythmicos agnos-*

V 1 *Avitus Gregorii Turonensis aequalis cf. Duchesne, Fast. épisc. II² 36.* 7 *Sigo episcopus Arvernensis a. 862 deiectus, iussu Nicolai papae restitutus cf. Epp. VI 2 p. 623. Duchesne, Fast. épisc. II² 39. Ecclesia Claromontana a. 864 eversa.*

VI 4 *sq. Venant. Fort. III 6, 53 sq.* Adde medullata in templis holocausta, sacerdos, quo diuturna mices hostia pura deo. 6 sindupla *i. e. centupla, Matth. 19, 29.*

VII, 1 *Matth. 26, 14 sq. Marc. 14, 10 sq. Luc. 22, 4 sq.* 2 quine *i. e. quin cf. v. 11.*

Regem iam falso tunc vendens munere parvo
Cęcatus animo nil sensit perdere magna,
Aeterna Christi contempsit munera empti
Nec potuit stantem mundi prędividere salutem.
Falsus discipulus quod cęca mente peregit,
Praevidit en nostrę Christus pro munere vitae.

II.

Sanctum dampnavere suum gens impia regem
Impia regnante iam Pontio mente Pilato,
Qui tum persanctum quin gessit verbere Christum.
Spineum in summo vexillum vertice portans.
O Iudaea, tuum pressisti corpore regem,
Quem nos servatum poscamus mente revivum.
Quid vobis, miseri, sancto haec reddere vestro
Regi, qui caelum plasmavit viribus altum!

III.

Mors dominum pressit, sed nil tum claudere gessit,
Trinum nam lumen post per se ille revixit.
Hoc totae signo terrae iam vita revertit,
Quod Christus castis gestavit pendere pernis.
Lancea tum nostrę facta est ianua vitae,
Vulnera mundana mundavit vulnere sancto,
Orbem peccantem sumpsit suo sanguine fuso,
At sibi conpunctis depredans omnia membris.

IV.

O tota felix conversa mente Maria,
Protinus plane viris cursim recedentibus altis
Sola tu Christi fulgens ad limina antri,
Qui tam prędenti concessit vincula menti,
Cernens angelicos homines albore micantes.
Perculserant tanta strictim formidine pectos.
Tu crede(ns) Christi corpus de fauce sepulchri
Raptum linquisti festinans limina lecti
Mallens discipulis tu nuntiare suis.

---

cere tibi videaris (multi versus nisi cum hiatu legi non possunt, elisio v. 2 quine infelix, *an* quin?, *18. 21. cet.), at plurimi metrice currunt; accedit, quod hexametri rhythmici leonini prorsus inauditi esse videntur. Neque minus grammatica aetatem Merovingicam redolet, sed concentu leonino ad Carolinum aevum, censeo, revocamur. — Singula menda velut 19* totae, *30* perculserant, *32* linquisti, *prosodiaca ut 8* praevĭdit, *44* ianuăs *colligere supersedi. Primus edo photographo usus.* 12 vexillum, u *paene* = a *W* 13 praesisti *W* 14 postamus *W* 20 castis *ss.* m_1 *W* 21 facta, ct *ex correctura, W* 26 *legendum* protinŭs planĕ .. recĕdentibus 28 concessit = *ließ weichen, nahm d. Binde v. d. Augen, Vollmer* uincula *corruptum puto:* gaudia? 31 * crede *W* 33 *ab alio quodam additus?*

3 *Sedul. c. p. V 43 sq.* nomismata sumens argenti parvo caecatus munere gessit, quantum cuncta simul terrarum regna marisque ... si caperet, gesturus erat. *P. A. C. I 89, 3.* — falso *adverbium.* 4 nil: *cf. v. 17. 38. 78.* 5 *coniungas* empti mundi *Cor. I 6, 20.* 8 *Sedul. V 290* vitae munera nostrae. 10 impiă *abl.,* Pontiŏ *cf. v. 56. 58 al.* 11 quin gessit *corruptum pro* congessit? 12 portans *sc. erat cf. v. 27. 29. Ioh. 19, 5* exivit .. portans coronam spineam. 17 m. pressit: *cf. v. 50.* gessit = *profecit,* claudere = *claudendo, cf. v. 20* pendere = *pendendo.* gessit *concentus bisyllabus cf. v. 28. 38.* 20 signum, quod Christus membris gestavit *cf. v. 21.* 23 *Sedul. V 48* fuso pro sanguine. 24 *i. e. lucrans.* VII, IV *narratio parum perspicua, sed versus transponi nequeunt.* 25 conversa: *cf. Ioh. 20, 14. 16.* 26 *Ioh. 20, 10.* 27 *Ioh. 20, 11;* fulgens *sc. es sive fuisti.* 29 *sq. Luc. 24, 4. Ioh. 20, 12.* 31 *sq. Ioh. 20, 2.* 33 mallens *i. e. volens cf. v. 74. P. A. C. I 616, 1. II 676, 1 al.*

V.

Ultime sacro discipuli venere sepulchro,
Petrus habere fidem † firmasque agnoscere doctus
Illeque discipulus, quem fulsit pectore Christus,
Uno sancti currebant hinc tramite mesti,
Sed prior fesso nil tangens intima gressu,
Posterior Christi intravit septa sepulchri.
Cernebant ipsi intro sua lintea sola.
Illi intratum demittunt calle sepulchrum.

VI.

Ecce restauratur festinus gressibus ęger,
Laetus pestiferum congaudet linquere lectum;
Cum Petro tunc templi intravit ianuas ampli,
Gaudet et optatas calcavit tramite terras.
Quantocumque Christum laudat cęlestibus hymnis
Oreque prędulcis donavit munera laudis;
Totus et ignarus cernit miracula coetus.
Hoc factum grandis constabat causa salutis.

VII.

Dorcas pręmentis consumpta voragine mortis
Petri divinis surrexit vocibus hostis.
Ipsa nam in mediis adstabat sana catervis,
Libera ereptis gestabat viscera poenis;
Scilicet ad plebem prestavit reddere vivam.
Hinc gressu repetita volebat visere tecta,
Atque propinquantes donantur gaudio gentes,
Hymnorum fusis implebant cantibus auras.

VIII.

Sancto Cornelius gentilis Petro sanatus;
Christi munere edoctus tunc mansit viscere sanus.
Non igitur talis portabat vulnera carnis,
Sed nempe errantis mundabat vulnera mentis,
Morbida horrendae mutans discrimina poenae
Tam cito pręsummi clemens in gaudia regni.
Gratia de caelo flagrans spiramine lento,
Abstulit ille suis caelorum regna rapinis.

IX.

Petrus septenis rexit vertigine annis
Antiochię sacram Christi de regmine plebem,

---

37 Unosti, *in marg.* onusti *m. coaeva, W* hinc: *an* *huc? 47 *prędulces *W* 51 hortis *an* hostis *ambiguum; in marg. adscripta* h, *fuitne* ortis *scriptum?* 55 *gressus *W* 57 *fusas *W* 59 *versus septem pedum.* 62 *motans *W* discrimina, a *ex* e *corr.*, a *marg. adscrip. W* 64 *an* sancto?

VII, v *Ioh. 20, 2 sq.* 35 *ad Matth. 16, 17 referendum videtur.* 36 *Ioh. 13, 23.* 39, 40, 41 *hiatus.* VII, vi *act. apost. 3, 1 sq.* VII, vii *act. apost. 9, 36 sq.* 51 hostis *i. e. hospitis cf. act. apost. 9, 39.* 54 *ibid. v. 41.* prestavit: *cf. v. 80.* VII, viii *act. apost. 10, 1 sq.* 60 talis *pronom. demonstrat., similiter v. 79.* 64 *act. apost. 10, 44.* — flagrans: *cf v. 12* portans. VII, ix *de Petro praesule Antiochiae cf. e. g. Euseb. hist. e. III 36, 1.*

Cuique dedit pura et hinc ipse solacia vitae.
Hinc molles escis fulsit caelestibus agnos,
Quos bene sanctae portabat ad limina caulae;
Omnibus incultis dirus gaudebat in agris
Agnos insontes pugnax invadere lupus,
Sed Petrus orrendis tollebat faucibus atris.

X.

Christus discipulum mallens advisere castrum
Vectibus ostia intravit vestigio clausa.
Talia de sacris aptabat dicere verbis:
'Ecce, Thomas, nostris confixa vulnera lumbis;
Tange nil dubitans foris, ut sis corde fidelis,
Tali nam totus purgatur vulnere mundus,
Atque reluctantes prestavi credere gentes,
Ne iterum vanis addant servire figuris.'

XI.

Petrus vixit quinquenis iam libere lustris
Romae pontificium continens tempore summum,
Turbis angelicum certabat tradere victum.
Fertilis humana tum coepit crescere messis,
Clausa fideli pandebat praecordia luci,
Omnia aeternę porrexit foedera vitae,
Impiger edocti mittebat semina verbi,
Cordium ut laetis tum fructus cresceret arvis.

XII.

Omnia post Petrus dominantis verba secutus,
Qui cernit cuncta prȩsentia prisca futura,
Ilico in patuli suspensus culmine ligni,
Aurea ad sacrae vertuntur sidera plantae,
At suo terrȩnis contorso vertice himis.
Sic nam prȩsentem currebat linquere mundum
Regnique aeternas caelorum visere metas,
Cui tunc viventis donantur munera regis.

---

68 *hunc *W*; et *fort. delendum.* 70 *Quod *W* 72 inuadere: u *ex correctura?*, *prior* e *potius* a *W* 79 *Talia *(ex v. 76) W* 89 *tam *W* arbis *W* 93 *Aureae *W* 94 h *in marg. adpicta W* 95 *in marg.* gc *ad* Sic *pertinere videtur* 97 *Quia *W*

69 fulsit *a fulcio.* 70 *cf. Alcuin. P. A. C. I 202, 1475, Luc. 15, 5.* VII, x *ev. Ioh. 20, 19 sq.* 74 mallens: *cf. v. 33.* 77 *Ioh. 20, 26.* 81 addant: *cf. Luc. 20, 11 sq., Rönsch, Itala u. Vulg. p. 453.* VII, xii 91 *Sedul. II 99* cernens cuncta deus praesentia prisca futura. 92 *Sedul. V 182* protinus in patuli suspensus culmine ligni. 94 *cf. Euseb. hist. e. III 1.*

VIII. VERSUS IN INCERTO MONASTERIO APPICTI.

I.

Cerberus et cervus distincti pragmate verso
Humanum signant lapsum pariterque regressum.
Namque alter cedens tris sortes reddit ab urna
Debita pandit et hinc operis quoque cordis et oris,
Atque triceps quod captat ovans sub lege vorandi,
Est mortis laqueus redigens in pulvere corpus.
Alter sed rediens cursu petit astra polumque.
Pascitur illa avidus requiem sectatus in ipsis,
Inque caput simplex oculos defigere nitens
Angues proturbat, donec sua iura reposcat. (Hii ex una parte.)

II.

Pictor Apelleas cupiens aequare figuras
Sub cephali simplum varioque tricorpore cervum
E regione canis Cocyti stagna tenentis
Finxit et in simili numero luctamen agonis
Longe dissimile et quanto celumque chaosque;
Ergo movens inhiat mortis tria Cerberus ora.
Haec, lector, dum posse subest, vitare memento
Ac cervi de more fugax depelle venena
Serpentis, repetens rivum fontemque salutis.
Christus ad haec virtus, cursus requiesque suorum. (Hii ex altera parte.)

VIII *V i. e. cod. Lugdunensis Bat. Voss. lat. oct. 88 s. IX f. 23v ex epistula, quam A quidam magistro E misit. Epistulam edidit E. Dümmler N. A. XIII 350 sq., M. G. Epp. VI 182, cf. L. Traube, N. A. XIII 648 sq. Auctor haec praemisit:* .. in ingressu refectorii, ubi cervi figuram ex utraque parte vidi depictam, visa est michi illa superscriptio quasi muta; non enim in aliquo vel audientes aedificat. Operae pretium duxi ob memoriam mei subiectos vobis mittere versiculos, ut vobis familiari veritatis tramite a vobis correcti et iudicio vestro forsitan probati scriberentur ibi, si forte placeret fratribus una cum domno decano, sub hora(?) dumtaxat Cerbero depicto. . . . *Suadere videtur, ut utrique imagini cervi Cerberus addatur et 10 versus adpingantur cf. Traube l. l. — De codice cf. etiam supra p. 934.*

VIII, I 1 Cerberus *symbolum diaboli,* cervus *symb. Christi. Ambros. de interpellat. Iob et David II 4, Migne XIV 851,* cervi similitudinem suscipit Christus, quia veniens in terras serpentem illum diabolum sine ulla sui offensione protrivit — simus ergo et nos cervi, ut super serpentes ambulare possimus. *De cervis, qui serpentibus devoratis curantur, cf. Isidor. etym. XII 1, 18 (ex Origene in cant., hom. II 11 Migne P. G. XIII p. 56, Huetius ad Orig. Migne P. G. XIII 967 adnot.).* 8 illa: *intellego serpentes i. e. tria capita* (triceps *v. 5*). 9 *coniungo* simplex in caput (*opp.* triceps) *et II 2* simplum sub cephali *(κεφαλῇ).*

VIII, II 2 cervum simplum sub cephali *et* canis vario tricorpore *inter se opposita sunt.* 3 *Verg. Aen. VI 323* Cocyti stagna, *georg. IV 483* inhians tria Cerberus ora. 5 *Luc. 16, 26.* 7 vitare memento: *Catonis dist. II 13. IV 7.* 8 *interpretat. in physiologum Pitra, Spicil. Solesm. III 359* .. *(ὁ ἔλαφος) καταπίνει αὐτὸν (τὸν ὄφιν) . . . λαβὼν δὲ τὸν ὄφιν τρέχει ἐπὶ τὰς πηγὰς . . . ἢν μὴ πίνῃ ὕδωρ, τελευτᾷ, εἰ δὲ εὕρῃ ὕδωρ, πάλιν ζῇ ἔτη ν΄; cf. Pitra l. l. p. 70 sq.*

IX. TITULUS CORMARICENSIS.

Herardus presul templum sacravit et aram,
Rector erat nobis Autacher abba sacer,
Signavitque locum Martino rite patrono,
Stat confessorum iunctus honore chorus,
Praecipuum Benedictus habens, quem suspicit orbis,
Gregorium sociat, qui sua dicta probat.

X. VERSUS RETRO ALTARE SANCTI REMIGII IN CHUOSLA SALTUS VOSAGI.

Hanc aram templumque simul sub honore dicavit
Remigii sancti praecipui meritis,
Francorum gentem lavit qui gurgite sacro,
Eripiens baratro restituensque polo,
Praecluis antistes Heriveus, germine clarus,
Remica disponens regmina nobiliter.
Praesul Atho Mogontiacam tunc rexerat urbem,
Talia qui cessit canonice fieri,
Cum nongentenus transisset in orbe secundus
Annus, ut est dominus virgine factus homo,
Et ternus denusque dies sub fine maneret
Sebtembris radians lampade Phoebigena.

XI.

Hic corpus primum sancti requievit humatum
Pastoris patrisque pii nostrique patroni
Heimrammi, cuius meritis hic signa patescunt,
Quae dominus sub honore suo patrare suescit.
Tunc in amore sui hanc aulam construxerat Iring
Excellens praeses regis summusque venator,
Illius auxilio ut semper fungatur in aevo
Post finemque suum mereatur scandere caelum.

IX *Cod. Londinensis Harleian. 2736, de quo conferas ad Friderici epitaphium supra p. 1032.*

X *Ex cod. Vat. reg. 418 olim s. Remigii Remensis s. X f. 74v (inde descriptum in cod. Rom. Vall. C 23 s. XVI) edidit A. Werminghoff N. A. XXVII 599.*

XI *Cod. lat. Monacensis 14747 (Rat. S. Emm. 747) saec. X fol. 165. Edidit Pez, Thes. Anecd. VI 6, Th. Ried, Codex chronologico-diplomaticus episcopatus Ratisbonensis I 1. Denuo contulit et edidit B. Krusch, SS. rer. Mer. IV 454 et SS. rer. Germ., Arbeonis vitae sanctorum Haimhrammi et Corbiniani 1920, 4. De Iringo summo venatore Arnulfi imperatoris cf. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III² 487, 3.* 4 suevit *scripsit Pez.*

IX *Herardus archiepisc. Turonensis 856—871. Duchesne, Fast. épisc. II² 311. Otacher Lupi Ferrariensis consanguineus, abbas monasterii Cormaricensis (Cormeri) in dioecesi Turonensi, obiit post a. 868, Gall. christ. XIV 256, M. G. Epist. VI p. 78, 12.*

X Chuosla *i. e. Kusel, Rheinpfalz. — Flodoard., hist. Rem. eccl. IV 13 (SS. XIII 576) Heriveus* in Vosago infra possessionem b. Remigii ecclesiam construxit ac per assensum Mogontiacensis episcopi depositis inibi pigneribus eiusdem sancti dedicavit. — *Hatto 891—913, Heriveus 900—922.* 12 *Verg. Aen. IV 6* Phoebea lustrabat lampade terras (Phoebigena *Asclepius filius Phoebi Aen. VII 773).*

XII. TITULI MONASTERII S. SULPICII NAVENSIS(?).

Quo valeas . . . . . sacer per secula ⟨cuncta⟩
Atque queas parere deo per tempora semper,
Post huius vitę cursum celestia regna capessas,
Corripe, preceptor, donum quod porto libenter,
Defero quod munus pronus n . . . proclivus.
Postulo te, genetrix, nostra tu perfice vota
Cuncta, precor rursus, toto iam corpore suplex,
Ut valeam le(tu)s per tempora sistere le . . . .
Ac votum patrare meum gaudenter . . .
Compater . . . meus quod inger . . .
Quo tempus valeas robustior esse p . . . .
Atque frui regno iamiam feliciter . . . . .
Quo nullus obstare queat nobis . . s . ela per u . . a,
Vivere possis ovans aevo feliciter omni;
Atque precor nimium — mihimet iam cuncta citantur —
Pandere ne tardes istud, quo discere possim,
Et valeas letus felix consistere semper.
Posco meum fiat votum, dulcissime, fiat,
Quo patrare queam, quodcum mens optat in omni,
Ne mors dira duos piceum nos trudat ad orcum
Loetalique rogo zabulus nos rideat esse.
Summe pater, posco solo prostratus Iesum,
Qui summus per secla manes sęclique creator,
Pondus cui leve est et sarcina levis habetur,
Ipse suis semper populis regitque fovetque:
Te nostra de parte pedunculus iste salutat,
Sisque potens roburque tuum sit perpes in aevum,
Cunctipotens temet tueatur, ut oro proclivus.
Accipe nunc parvum munus, quod porrigo letus;
Augeat, alme, deus temet, quod glisco poeta,
Ingentem tribuat longa per tempora honorem,
Ut valeas explere diu, quod gliscis honeste.
Rex aeterne deus, sceleris hinc solve piaclum
Et mentem solidare meam digneris ovanter,
Ut valeam, pater alme, diu devotus adesse.

XII *P* = *cod. Paris. bibl. nat. 2440 s. IX f. 130v, olim s. Sulpicii Navensis monasterii. Est altera pars codicis Paris. 1938, Hrabani de institutione clericorum alteram partem continens; f. 130r Hrabani versus P. A. C. II 163 I et II extant. Litterae initio evanidae. Transcripsit et edidit K. Hampe, N. A. XXIII 628 sq. adiuvante Paulo de Winterfeld.* 1 *septem fere litterae erasae* cuncta *suppl. Winterfeld* 2 deo *paene evanidum* 3 *septem pedum versus* 5 nimiumque *suppl. W* 8 *quot litterae desint, haud constat; f.* * longa *sive* leta? 9 in omni *coni. W* 11 *f.* * per omne 13 *hic quoque versus septem pedibus currere videtur; f.* * hic saecla per ulla 25 fovitque *P*

XII *Versus obscuri, fort. potius ex epistula desumpti et hic coniuncti. De Hrabano auctore Hampe cogitat, dubito, num recte.* 4 *utrum* praeceptor *vocativus sit an coniungendum* quod praeceptor porto, *dubium est.* 11 *cf. v. 1.* 17 *cf. v. 8.* 19 *i. e. quodcunque.* 24 *Matth. 11, 30* iugum enim meum suave est et onus meum leve (lĕvis *et* lēvis *confusa).* 26 *cf. Eugen. Vulg. P. A. C. IV 416, 9* cum . . me pulicem considerassem.

XIII. VERSUS BOSONIS.

Rex decorando Boso gemmis vestivit et auro
Mauricii sancti hoc in honore caput
Ex proprioque dedit tesauro cuncta libenter,
Illius ut meritis regna beata petat.

. . . . . .

XIV. VERSUS IN ZONA.

Witgario tribuit sacro spiramine plenum
Hanc zonam regina nitens sanctissima Hemma.

XV. VERSUS IN CIBORIO ARNULPHI.

Rex Arnulphus amore dei perfecerat istud,
Ut fiat ornatus sc . . . . tibus istis,
Quem Christus cum discipulis componat ubique.

XVI. VERSUS IN FLABELLO.

I, 1.

Flaminis hoc donum, regnator summe polorum,
Oblatum puro pectore sume libens.

XIII *In fragmento obituarii ecclesiae Viennensis, quod edidit R. Poupardin, Le royaume de Provence 1901, 363, traditur* III° id. Ian. *(887)* obiit Boso rex, qui caput sancti Mauricii auro et gemmis preciosissimis fabricavit et coronam auream ei imposuit. *Pretiosum illud munus a. 1612 vidit Peiresc cf.* **P** = *cod. bibl. nat. Paris. lat. 17 558 f. 28ʳ (Peiresc. miscellanea) apud Poupardin 366:* Viennae, 27 avril 1612. En l'église Saint-Maurice sur la sacristie au lieu du thresor est le chef S. Maurice tout garny de lame d'or dez le temps de Boson roy, estant tout escript sur le derriere du col en caractere fort convenable au siècle d'après Charles le Grand ou ses enfants REX *eqs.; delineationem Peiresc addit. Prior versus ita scriptus erat, ut verba* Rex deco *et* Boso gem̄is *in sinistra parte cervicis, reliqua in dextra extarent. Reliqui versus singulas series efficiunt. Laminae aureae diadema adhaerebat, quod quantam admirationem excitaverit inde intellegitur, quod in epitaphio eius mentio facta est cf. supra p. 1028, 3 et adnotationem. Quin Peiresc verum munus Bosonis, non recentiorem fabricam viderit, dubium non esse videtur cf. Poupardin p. 362. H. Delehaye v. v. benignissimo animo versus denuo cum codice conferendos curavit.* 1 DEO *P,* DEO *Poup.* GEMIS *P* VESTIVITARO *P,* VESTIVITARO *Poup.* 2 SCI *P* 3 PPRIOQVE *P,* PPRIOQVE *Poup.* EDITESARO *P,* EDITES ARO *Poup.* CVNCTA *P,* CVNCA *Poup.* *Post v.* 4 *haec leguntur* C L RAVII .... IϭR .... OϭOM

XIV *Cingulum ad thesaurum ecclesiae cathedralis Augustanae pertinet, nunc in Museo Maximilianeo asservatur. Describitur imagine addita apud I. Braun, Die liturgische Gewandung 1907, 110. Versus ediderunt K. Stengel, Comment. rer. Augustan. 1647, 84, Marc. Velser, Historia Norimbergae 1682, 581, Corb. Khamm, Hierarchia Augustana I, 1709, 116, J. G. ab Eckhart, Comment. de reb. Franciae orient. II, 1729, 613, Leibniz, Ann. imp. I 743, P. Braun, Gesch. d. Bischöfe v. Augsb. I, 1813, 149, G. Waitz, SS. IV 422.* 1 plenum *re vera legitur,* pleno *haud inepte Leibniz,* plenam *et v.* 2 potens *pro* nitens *Stengel, Khamm, Eckhart* pulcherrima *Velser*

XV *Arnoldus monachus s. XI apud Henr. Canisium, Ant. lect. II 47. Waitz, SS. IV 551:* '*Speciali suo patrono s. Emmerammo (Arnolphus imp.) pro gratiarum actione totum contulit palatii ornatum, in quo erat ciborium quadratum, cuius auro tectum tabulatum, fastigium serto gemmarum redimitum. Corpus vero . . sustentatur aureis octo columnellis*'. *Vidit Mabillon, Iter German. p. 10 hoc* '*parvum altare mobile*' *in monasterio s. Emmerammi, qui v.* 1—2 *affert. A. 1811 Monachium transportatum in sacello regiae, quod dicitur* '*die Reiche Kapelle*', *asservatur, sed aditus nunc non patet. In tabula descriptum est apud Zettler, Enzler und Stockbauer, Ausgewählte Kunstwerke aus dem Schatze der Reichen Kapelle, München 1876 f. XVII; cf. etiam Dümmler, Ostfr. R. III² 478.* 2 sanctorum coetibus?

XVI ***F*** = *flabellum, cuius manubrium eburneum, orbis plani pergamenus est. Versus utrique parti tribus ordinibus circumscripti, exteriores (I et II) litteris aureis capitalibus, III uncialibus exiguis. Hoc flabellum* 2 oblatum, 1 *evanida, F*

XIII 3 ex proprio: *cf. P. A. C. II 671, 14 (Lotharius)* librum iussit ipsius ornare auro.

XIV *Witgarius episc. Augustanus, ob. a. 887, Hemma uxor Ludowici Germanici.*

II.

Virgo parens Christi, voto celebraris eodem,
Hic coleris pariter tu, Filiberte sacer.

III.

Sunt duo, quae modicum confert estate flabellum:
Infestas abigit muscas et mitigat estum
Et sine dat tedio gustare munus ciborum;
Propterea calidum qui vult transire per annum
Et tutus cupit ab atris existere muscis,
Omni se studeat estate muniri flabello.

II, I.

Hoc decus eximium pulchro moderamine gestum
Condecet in sacro semper adesse loco.

II.

Namque suo volucres infestas flamine pellit
Et strictim motus longius ire facit.

III.

Hoc quoque flabellum tranquillas excitat auras,
Aestus dum fervet, ventum facit atque serenum,
Fugat et obscenas importunasque volucres.

XVII.

Legali thalamo Plectrudis iuncta Pipino
Drogonem genuit magnumque ducem Grimoaldum.

Martène et Durand in coenobio Trenorchiensi viderunt, sed cum Valeriani primarii patroni Trenorchiensis in versibus mentio non fiat, opus artificiosum fabricatum esse verisimile est, priusquam ille locus vagis monachis s. Philiberti a Normannis Herio ex insula (Noirmoutier) fugatis a. 875 perfugium praeberet. Quod in manubrio insculptum est

Iohel me scae fecit in honore Mariae,

Carrandus, Répert. historique et archéologique de l'Anjou 1869, 141 sq. (non vidi) haud improbabiliter ad Geilonem comitem inter 868 et 870 abbatem s. Philiberti factum refert Iohel *pseudonymum esse arbitratus. Comparanda est etiam carta apud L. Maître, Bibl. de l'école d. ch. LIX, 1899, 257 (Geilo)* militiem secularem relinquens . . in monasterium ingressus . . sanctae dei genetricis Mariae et almi Philiberti confessoris olim vocatum Haere (dat) *cum v. 3—4. Flabellum nunc in Museo nationali Florentino, collectio Carrand asservatur; a. 1845 a Carrando restauratum est. Mabillon, Annal. III, 1739, 174, Martène et Durand, Voyage litt. 1717, 231, U. Rossi, Arch. stor. dell' arte II, 1889, 15 in adnot., A. Goldschmidt, Die Elfenbeinsculpturen aus d. Zeit d. karol. u. sächs. Kaiser I, 1914, 74 sq. Dr. Giac. de Nicola, qui Museo nationali praeest, insigni cum comitate permisit, ut H. Dreyer flabello pretioso explicato photographisque, quae in Museo habentur, adhibitis versus meum in usum conferret. Falsas lectiones editorum omitto.*

6 abigit, *prior* i *evanida, F* estum *ex* estus *corr. F*

XVII ***G*** = *farrag. Gelenii (Köln, Stadtarchiv) XXII 236, mihi transcripsit H. Foerster:* Plectrudis Coloniae felix obiit in Capitolio virginum veluti suo mausoleo condita, tumulo hi versiculi incisi leguntur: Legali *eqs.* ***A*** = *auctarium Altah. Ottonis Fris. ed. Jaffé, SS. XVII 360 sq., A. Hofmeister, Ottonis Fris. chronica 1912, 481:* Iste Pipinus *(sc. Medius)* ex Pilthrude legitima uxore sua primo genuit Bosonem et Grimoaldum ducem, de quo subscripti versus apud Coloniam ostenduntur. *Versus ante s. XIII incisos esse apparet cf. A. Hofmeister N. A. XXXVIII 336 n; licet de aevo eorum nihil constet, tamen eos titulis aevi Carolini addere animum induxi.* 1 Plectrudis *G*, Pilthrudis *A* 2 Drogonem *G*, Bosonem *A*

VERSUS LIBRIS ADIECTI.

I.

Obtulit, ut maneat sacrum per tempora, munus
  Supplex ac humilis abba Agilulfus acris,
Christe, tibi magnoque patroni nempe Columbę,
  Quo miserante iugi floreat auxilio.
Divinis librum constat dogmatibus auctum,
  Exerat hinc pectus, quique deo militat.
Sedulo quem volvens Christum petat ore modesto,
  Pavendis flammis eripiat famulum.

II.

Munus hoc exiguum praeclaro nempe magistro
  Offero devote ductus amore meo;
Fecit hoc et mulier verbis laudata tonantis
  Illa euangelio vidua mente pia;
. . . . . voluntas.

III. VERSUS IACOBI.

Naturas rerum varias labentis et aevi
  Perstrinxi titulis tempora lata citis.
Iacob dei famulus te, Christe, obsecro perennem.
  Qui legis, astra super mente tuere diem.

I *Versus quinque codicibus inscripti, qui olim* sci Columbani de Bobio *fuerunt:* V_1 = *cod. Vatic. lat. 5754 s. X f. 229v, descripsit A. Reifferscheid, Bibl. patr. lat. Ital. I 513 sq. Adhibui photographon.* V_2 = *cod. Vat. lat. 5749 s. X f. 127 cf. F. Schneider, N. A. XXVIII 725, qui v. 1—2 impressit. Seebaß, Centralbl. f. Bibliotheksw. XIII, 1896, 7 sq.* A_1 = *cod. Ambros. S. 33 sup. s. IX ex. f. 313v, descripsit A. Peyron, M. T. Ciceronis fragm. inedita 1824 p. 137 sq., Reifferscheid l. l. II 26 sq., Maassen, Gesch. d. Quellen u. d. Litt. d. canon. Rechts I 1870 p. 471.* A_2 = *cod. Ambros. M 67 sup. s. X/XI cf. Peyron l. l. p. 212. Reifferscheid l. l. II 17 sq. Versus alia manu additi sunt.* T = *cod. bibl. nat. Taurinensis F 1. 6 s. XI p. 177 cf. Peyron l. l. 177, Ottino, I codici Bobbiesi nella bibl. naz. di Torino p. 9. Ex* V_1 *impressit Reifferscheid l. l. I 515, ex* V_2 *Seebaß l. l., ex* A_1 *Peyron l. l. p. 155, ex* A_2 *Peyron p. 212, Reiffersch. p. 18, ex T Peyron p. 177, Ottino p. 9.* 2 *Peyron 155 et 212* aeris 3 patroni *omnes pro dativo* 8 flamis *aut* flammis *codd., versum om. T*

II *Cod. Rom. Casanatensis 641 (B. IV. 18) olim Casinensis s. IX f. 4v, quem accurate descripserunt A. Reifferscheid, Bibl. patr. Ital. I 173 sq., Federici, Archivio Paleografico Italiano III fasc. 22, E. A. Loew, Die ältesten Kalendarien aus Monte Cassino, Quellen u. Unters. z. lat. Philol. d. M. III 3, 6 sq.; versus manu s. IX inscripti sunt; ediderunt Reifferscheid p. 173 n. 3, Loew p. 78. Versus quintus erasus praeter ultimum vocabulum, quod Loew omisit,* (Ut desint vires, tamen est laudanda) *Vollmer proponit.*

III L = *cod. capit. S. Martini Lucensis 490 n. XX s. VIII scripturae uncialis. Ediderunt Bethmann, Arch. XII 706, Vollmer, Q. Sereni Sammonici liber medicinalis p.° VI n. Num idem Iacob sit atque ille, qui codicem Sereni Sammonici ad Carolum misit cf. P. A. C. I 97 sq., non constat; licet in leoninitate discrepent, haud improbabile esse puto, cf. Vollmer l. l.* 1 Natura *L, corr. Vollmer* 3 te Christe *Vollmer,* Tufixu *L*

1 *Agilulphus abbas Bobiensis exeunte s. IX, cf. B. Rossetti, Bobbio illustrato III 62, Ughelli, Ital. sacra IV, 1718, 964.*

II 2 ductus amore *formula usitata cf. e. g. P. A. C. II 671, 10, supra p. 1015 VI 1.* 3 *Marc. 12, 42. Luc. 21, 2.*

IV. VERSUS MAGNI.

Haec iuris *σημεῖα* libens, rex, accipe, Carle,
Offert devotus quae tibi Magno tuus.

V.

I. EGO FELVVALD.

En tibi perpetuae cupiens infundere vitae
Gaudea, lector prudens, ne seducaris ab istis.
Omnia ista volant, servantur in aethere illa.
Folia conscripsi haec pauperum usibus apta,
Exemplo que esse bonis per saecula opto,
Lumina perpetuae iamiam effundere lucis,
Viribus ut summis fallentia fugere discant
Vastaque fumigere vincant incendia flammae
Angelicosque augere choros perque aethera possint
Laudibus aeternum gaudentes scandere limen,
Dulcia praesens post sumpturi munera saeclum.

II. VERSUS.

Gregorius magni sublimia dicta prophetę
Discutit, ethereas doctus adire vias,
Captivosque feris revocat Babilonis ab undis,
Quo patrium Solima carmen in arce sonent.

III. ALII VERSUS.

Gregorius celsi cęlestia visa prophetę
Explanat, calles gnarus adire poli.
En altam ingrediens Syon in collibus urbem
Aurea multifidos pandit ad astra gradus.

IV *Iacobus Cuiacius in editione codicis Theodosiani, Lugd. 1566, in foliis extremis non numeratis notarum laterculum proponit inscriptum 'Notae iuris'. Codex nunc latet, sed de auctore et aetate libelli constat ex disticho praemisso. Edidit Th. Mommsen, Grammatici lat. ed. Keil IV 285, cf. Hist. littéraire IV 426, L. Traube, Vorles. u. Abh. I 144.*

V, I *W i. e. cod. Berolinens. theol. fol. 356 f. 1v, olim s. Liudgeri de Werthina, litteris anglosaxonicis scriptus, cf. V. Rose, Verz. d. lat. Hss. I 102 sq., W. Diekamp, Zs. f. vaterl. Gesch. u. Altertumsk. 44, 1886, 72. Saeculo VIII adscribit Rose, saec. IX E. Dümmler, qui versus edidit N. A. X 336 editionis, quam Martène et Durand, Voyage litt. 1724, 232 fecerant, immemor. Ipse contuli.* 2 Gaudea //// lector *W* 3 aetherae *W* 5 Exemploque *W Dümmler, recte iam Mart. et Dur.* opto. *dist. Dümmler* 8 Vastaquae *W*, Vasta quae *Dümmler* fumige revincant *W* 10 limem *W* 11 saeculum *W* *iuxta v. 6 scriptum est litteris minusculis* Adalhard

V, II *Versus in eodem codice sub praecedentibus manu s. IX/X minusculis litteris scripti. Martène et Durand l. l., E. Dümmler l. l. Codex continet Gregorium in Ezechielem.*

V, III *Vide ad praecedentes versus.*

IV *Magno, Magnus (cf. Epist. IV 533) archiepiscopus Senonensis c. 801—c. 818 cf. Duchesne, Fast. épisc. II² 419.*

VI. HARDUINI VERSUS.

Hoc opus Harduinus fidens in rege SabaotH
Atque deo summo, qui cunctis plurima donA
Retribuit, scripsi. Quisquis hoc ordine frateR
Divino relegens, tu me memorato per illuD,
Ut pro me dominum regnantem saecula nutU
Innumeris precibus sanctis rogitaveris aevI,
Nocte dieque meum deberis ducere nomeN.
Uerius est etenim: qui nescit scribere, factU
Scire eciam potuit numquam tormenta laboriS.

VII. ITEM VERSUS.

Mystica Daviticae si te modulamina musę
Oblectant, titulos praemeditare sacros.
Dulcius altithroni sapient tibi carmina regis,
Exercent calami si tua labra leves.
Aspicis en clausas altis sub moenibus aedes,
Nec latet auricomas intus habere gazas.
Sed pateant quanta tibi thesaura, memento
Iam valvas clavibus pandere quasque suis:
Psalmistam, Christum ecclesiam cunctamque fidelem,
Lector adesto vigil, pagina quaeque canit.

VI *Ex* ***M*** *= cod. Berol. lat. fol. 741, Goerres 37, olim s. Maximini Trev. s. IX f. 216ᵛ edidit F. Schillmann, Die Handschriftenverzeichnisse der preuß. Staatsbibliothek z. Berlin XIV p. 35 et rectius p. 243; Nonnullis locis lectio dubia est; f. 216ʳ haec exstant:* Ego Harduinus peccator et Indignus | praesbiter scripsi atque subscripsi, *quae conferas cum cod. Berol. theol. fol. 362 olim Werthinensi (Rose n. 308) f. 157ʳ* Scripsit hoc infirmus homo Harduinus peccator et indignus praesbyter. Quicumque es, qui hoc legis, obsecro ///// per eum, quem omnes gentes venturum expectant iudicem, et ob amorem caritatis, quam nos habere et gestare semper docuit, memento anime meae peccatrici et humili in tempore orationis. Hoc est necessarium. *H. Degering comparat locum Gestorum abbatum Fontanellensium (rec. S. Loewenfeld, SS. rer. Germ. 1886 p. 47 sq.):* Sub huius *(sc. Gervoldi)* tempore ... presbiter egregius nomine Harduinus florebat, qui in cella clari martyris Saturnini .. remotior degens .. plurimos .. arte scriptoria erudivit. Erat enim in hac arte non mediocriter doctus *(ob. a. 811). Hunc Harduinum eundem esse a probabilitate haud abhorrere mihi videtur, atque adsensit etiam A. Chroust, qui duas tabulas codicis exhibuit Mon. palaeogr. ser. II, XXII tab. 9, dissentit Schillmann l. l. 243. Ipse codicem evolvi. v. 7 scribere voluit* debebis. — *Ad v. 8 cf. P. A. C. IV 403, 5, Wattenbach, Schriftwesen i.* M^3 *p. 281 sq. In eodem folio 216ᵛ manu s. X litteris evanidis hi versus exarati sunt (cf. Schillmann p. 36. 243):*

Omne quod est fecit deus, omnia continet in se.
Omnia si fecit, fecit et immo (?) malum.
Continet ipse malum ... fecerit omnia quamvis.
Sed mala non fecit nec mala continuit.

VII ***A*** *= cod. bibl. Andecavensis 18, prius 14, s. IX (sic catal., IX ou X Delisle), de quo praeter catalogum generalem XXXI 195 sq. cf. Delisle, Un manuscr. de l'église de Lyon (sc. cod. Leidradi), Not. et Extr. XXXV, p. 840 sq. Cum Delislio hos versus ad aevum Carolinum refero. Praecedit* Prefatio Damasi et Hieronymi: Psallere qui docuit *saepius impressa, de qua Delisle l. l. p. 840.* 7 *sq.* quanta: *quidni* ut tanta? 9 psalmistum *A*

VII 4 *Verg. ecl. II 34* calamo trivisse labellum.

VIII. VERSUS LUPI FERRARIENSIS.

I. CARMEN HEROICUM DE TOTIUS SPECULATIONE HUIUS PRAECLARI VOLUMINIS.

Hunc heros librum legum conscribere fecit
Evrardus, prudens prudentibus omnia vexit.
Quisquis amat cunctas legum cognoscere causas
Arbiter et clarus vult omnibus ipse videri,
Hunc avidus cupiens oculis a⟨ni⟩moque requirat.
Depictos Salicos Francos in fronte videbit,
Post legem quorum conscriptam cernet et ipsam.
Cognoscet libro Ribuenses iamque sequenti,
Consequitur quorum lex crimina multa perartans.
Effigies Langobardorum tercius ornat,
Collectam legem cernes mirabile visu.
Post pictos multos Alamannos ipse videbis,
Et legem quorum cernes iam iamque sequentem.
Ast Baioaria lex quintum tenet ipsa libellum.
Quam pulchras poteris, si velis, forte videre
Effigies, lector, Francorum scema per ęvum!
En Carolus cum Pippino quam fulget in vultu,
En Hludovicus Cesar quamque Hlotharius heros,
Ipsorum quantum et leges per cuncta tonantes!
Nunc fulgent, fulgebunt, quod deus addat, et ultra.

II. CARMEN ELEGEUM CUI SUPRA.

Hos tibi versiculos, prudens Evrarde, † benivolos
Descripsi paucis infimus ecce Lupus.
Si deus eternus vitę supperadderit annos,
Tunc maiora, reor, dignius ipse canam.
Te pater atque patris prolis, te spiritus almus
Protegat, exaltet, salvet, honoret, amet.

VIII, I *M = cod. tabularii ecclesiae Mutinensis ordo I n. 2 procul dubio a. 991 ex codice legum Francorum et Ripuariorum etc. transcriptus, quem Lupus Ferrariensis in monasterio Fuldensi ante a. 832 Eberhardo marchioni Foroiuliensi exaravit cf. testamentum illius a. 863/4 confectum apud Muratorium, Antiquitat. Ital. II 234:* Volumus, ut Unroch habeat librum de lege Francorum et Ripuariorum et Langobardorum et Alamannorum et Bavariorum. *De codice cf. I. Merkel, Archiv f. ä. d. G. XI 596 sq. Ex I. Merkelii editione M. G. LL III 3 sq. in adnot. repetivit E. Dümmler Epp. VI 2 in adnot., quem sequor.* 5 animoque *Merkel*, amoque *M* 8 iamque *Dümmler*, tamque *M* 9 lex lex *M* 10 iam Langobardorum *M, corr. Traube* 11 cernens M^1, cernes M^2 15 Quam *M*, Iam *Traube* videri *M, corr. Traube* 17 *an* in actu *legendum? Traube* 19 tonantes Nunc *dist. Dümmler.* · *Cesare Giarratano intercedente versus benigne denuo mihi contulit Dominicus Fava, qui bibliothecae Mutinensi summa cum laude praeest.*

VIII, II *lemm.* elegeum *sic M* 4 Tunc *P. v. Winterfeld,* Nunc *M* 5 prolis *sic M*

VIII, I 6 *sq. P. Clemen, Die Porträtdarstellungen Karls d. Gr., Aachen 1890 p. 78 sq. Repertor. f. Kunstwissensch. XIII 1890 p. 129. De Evrardo cf. Hofmeister, M. I. Ö. G., Ergbd. VII 316 sq. H. Hirsch, Die Erhebung Berengars I. v. Friaul z. König v. Ital. 1910, 46 sq.*

VIII, II 1 *cf. Gerwardum P. A. C. II 126* Hos tibi versiculos. 6 *hunc versum Alcuino debet cf. P. A. C. I 300, LXXXII 4, cf. etiam Walahfridum P. A. C. II 378. XXIII 9. 10.*

IX. VERSUS BERTOLDI.

Hoc, reverende sacer Iona, percurre volumen
Et male scripta tuo corrige iudicio,
Nec votum aspernere pium studiumve refutes,
Pelle sed errorem, littera quemque gerit.
Hoc nempe ut fieret, maiorum iussa virorum
Extorsere crebra saepe rogando prece.
Prisca dedere fidem patrum monimenta priorum,
Scribendo quos est pagina docta sequens.
His bene conspectis verbum variare videbis,
Sed sensum paene repperies parilem.
Tu vacuare vales cunctas hoc codice sordes,
Quas ibi mendose scripsit arundo rudis;
Ingenio siquidem calles sophiaque redundas,
Ambrosio prudens eloquioque nites.
Alter Homerus enim nostro iam diceris aevo,
Est via cui fandi Publius ipse Maro.
Moribus es gratus, nulli pietate secundus,
Es vultu placidus alloquioque gravis.
Ista tuam moveant, pastor bone, carmina mentem,
Mittentis semper quo memor esse velis.
Hoc humilis Bertoldus opus compegit et ausus
Est facti auctorem te flagitare sui.
Hoc opus ergo tuo semper de nomine tutum
Mordaces lato temnet in orbe canes.

X. GISLEMARUS EDIDIT HAEC.

Gloria, vita, salus, sanctorum spes, bonitas, lux
In genitore pio, genito vel flamine sacro
Subsistit, trinus colitur qui semper et unus.
Laus cuius superis simul et celebratur in imis,
Et sceptrum regni retinet sine fine perenni,

IX *Bertoldus monachus s. Maximini Miciacensis vitam s. Maximini Ionae episcopo Aurelianensi (821—844) dedicavit his versibus; edidit I. Mabillon, AA. SS. ord. s. Bened. I 591 ex codice comitis Vyon d'Hérouval (cf. Poncelet, Les saints de Micy, Anal. Boll. XXIV p. 104). — Vitae s. Maximini ab incerto auctore compositae Bertoldo haud multo posteriori carmen 43 versuum ad regem quendam Franciae praemissum est (Mabillon l. l. 580 sq.)* Rex genus egregium, sine quo nil nobile constat, *quod ad Carolum Calvum pertinere opinabatur Mabillon; quae res cum prorsus incerta sit, cf. Poncelet l. l. p. 103 sq., hos versus omisi Lemma* Carmen auctoris ad Ionam Aurelianensem episcopum *Mabillon addidisse videtur.* 8 * cuius *Mab.*

X *Gislemarus, monachus sancti Germani a pratis tempore Ebroini abbatis (a. 841—847), vitam Droctovei abbatis descripsit, in calce prologi hos versus subiunxit, quos ex Kruschii editione SS. rer. Merov. III 538 repetendos esse duxi; ante Kruschium impresserant Mabillon, AA. SS. o. s. B. I 253; Henschenius Papebrochiusque AA. SS. Boll. Mart. II 36 mendis scatentes. Unicus codex vitae est Parisinus 11752 s. XII 'ex bibliotheca sancti Germani 494 olim 464'. Vita extat f. 249—251.* 11 s(cilicet) sunt *ss. m. al. P* 20 s(cilicet) eum *ss. m. al. P*

IX *cf. etiam K. Amelung, Leben u. Schriften d. Bisch. Ionas v. Orleans. Progr. d. Vitzthumschen Gymn. z. Dresden 1888, inprimis p. 21.* 7 *Bertoldum vitas s. Aviti et s. Carilefi indicare probabiliter coniecit A. Poncelet l. l. p. 11. 45. — Verg. Aen. III 102* veterum . . monumenta virorum, *formula non minus pervulgata quam v. 17.*

X 5 perenni *propter leoninitatem pro* perenne.

Magnificat proprios hic caeli dote ministros,
Aurea pro meritis concedens praemia iustis.
Reddere nunc decet his sed in ipso munia laudis,
Virtutis specimen quia sanctis contulit idem.
Sanxit quippe suis: 'Sine me nihil esse potestis.'
Ergo laudandi parili problemate sancti,
Dum divina manus cunctorum vendicat actus
Illorumque sibi laudes laudabilis addit.
De quibus excolimus, veneramur pectore, cultu
Inter praecipuos te, Droctovee, patronos,
Te flagrant animi calamis extollere nostri;
Haud tibi digna meis referam praeconia verbis.
Agnoscis fragiles, quas noli spernere, vires,
Exiguos apices, exiles accipe laudes,
Commendans domino, qui te commendat in aevo.
Pars horum prima praesignat vatis onoma.

XI. VERSUS BALDONIS.

I.

Hunc humilis thomum Baldo craxare rogavit,
Cui rogo mercedem altithronus tribuat.

II.

Hunc librum rogito fratres quoscunque legentes,
'Baldoni', ut dicant, 'det requiem dominus'.

XII. VERSUS BERNARII.

Hoc tibi, Christe, tuus venerande volumen alumnus
Optulit ex animo Bernarius placido.
Quem pie tu, Iesu, proprio, precor, exue nexu
Idque repende sibi in patris aede tui.

XI, I *Versus in* G = *cod. 790 (antea 41|10) bibliothecae universitatis Graeciensis s. IX in folio in calce adnexo* 238^{v} *litteris capitalibus exarati sunt; f.* 1^{r} *item litteris capitalibus scriptum est* HVNC HVMI *De codice accuratissime egit versusque edidit W. Levison, N. A. XXVIII 292 sq., SS. rer. Mer. VI 152 sq.* 2 althronus *G, corr. Levison*

XI, II *Ex* T = *cod. lat. Monacensi 18524*^{II} *olim Tegernseensi 524*^{b} *s. IX f.* 105^{v} *edidit Pez, Thesaur. anecd. nov. I p. XV. Catal. cod. lat. Monac. II 3, 170. Levison l. l.*

XII *Ex cod. Vatican. lat. 3799 s. IX f.* 105^{r} *edidit W. Schmitz, Stud. z. lat. Tachygraphie, Progr. d. Kaiser Wilhelm-Gymn. z. Köln, 1880 p. 2 cf. L. Traube, N. A. XXV 619, qui codicem propter leoninitatem et ornatum litterarum initialium in Remensi dioecesi exaratum esse coniecit (Vorl. u. Abhandl. III 192).*

X 8 munia l. *usitatissimum velut Benedicta 74 supra p. 214, Pass. Quint. supra p. 979, 5.* 10 *Ioh. 15, 5.*

XI *De Baldone magistro Salisburgensi cf. K. Foltz, Gesch. d. Salzburger Bibliotheken 1877, 13 sq. E. Dümmler P. A. C. I 412. II 648. Epp. IV 13, W. Wattenbach G. Q. I*^{7} *292, M. Enneccerus, Die ältesten Sprachdenkm. tab. 8, in primis W. Levison l. l.*

XIII. VERSUS RUATHELMI.

(Si) scribam queris, qui me penna coloraret:
Ruathelmus devotus Otgarii fieri iussit.
O venialis homo ac proprii factoris imago,
Si cupis a domino exaudiri vota superno
Avellique tuo de pectore vulnus ab ipso.

XIV. VERSUS GOZBALDI.

Hunc sancto codicem Kyliano praesul opimus
Gozbaldus scriptum proprio de iure tradebat.

Gozbaldus sancto me donavit Kiliano,
Ut dominum pro se cum devoto roget ore.

XV. VERSUS ERCANBERHTI.

Tres digiti scribunt et totum corpus laborat.
Sortitur deo finem praestante libellus,
Et fruor optato transcensis fluctibus arvo,
Ercan – qui hunc scriptor – berhtus sudore peregi.
Dignas namque deo laudes gratesque rependo,
Adfore quod finem facti speculamur ovantes.
Meme pro misero supplex tua famina funde,
Quisquis, queso, meo vis forte labore potiri.

XVI. VERSUS CODICIS MONACENSIS 14370.

I.

Hunc ardore tuo perscripsi, Christe, libellum,
Quatenus hinc animo nascantur pocula vitae;
Hanc prebeto fidem factis ornare coruscis,
Quo merear cetu niveo sine fine potiri.

XIII *W = cod. s. Kyliani Wirceburgensis theol. fol. 75 f. 67v cf. Oegg, Korographie der Residenzstadt Würzburg I 520—22; Dümmler, Forsch. z. d. Gesch. VI 119. Denuo mihi contulit Dr. Enders v. cl.* 1 *S cribam, *sic W sine rasura, procul dubio erravit rubricator.*

XIV *Cod. Oxon. Bodl. Laud. misc. 124 s. IX ex. f. 1v et f. 122v cf. Coxe, Catal. II p. 128. Fuit olim s. Kyliani Herbipolensis.*

XV *Ex cod. Guelferbyt. 940 (Helmst. 842) s. VIII/IX f. 88v edidit v. Heinemann, Catal. cod. Guelferbyt. I 2 p. 249. Similia saepissime inveniuntur, cf. Wattenbach, Schriftw.*[3] *279 sq., 283 sq., 329, recepi propter nomen scriptoris.*

XVI, 1 *Hi versus in E = cod. lat. Monacensi 14370 olim s. Emmerami s. X f. 42v post Hieron. et Gennad. de vir. illustr. sic inveniuntur exarati, ut diametri orbis sint, cuius centrum littera* O *efficit. Tertium versum scriba socors scripserat* Hanc prebeto fidem o, *deinde* o fidem *delevit et post* o *denuo* fidem *eqs. scripsit. Praeterea supra haec verba* fidē . . coruscis *et iterum* factis ern *(sic) deletum est; cf. Schepps, N. A. XI 132 sq. Praesto mihi est photographon.*

XIII *Otgarius archiepiscopus Moguntiensis 826—847.*

XIV *Gozbaldus praesul Herbipolensis 842—855.*

XVI, 1 2 pocula vitae: *Arator, act. apost. I 555.*

II.

Explicit ampla suo stringens dialectica pugno;
Augustine, tonas divini fulmina verbi,
De quibus humanos perterebras animos.

III.

Totius nobis benedicat conditor orbis,
Qui regit inperium, nosmet conservet in aevum;
Trina dei pietas nobis cęlestia pandat.
Nos deus obsequio faciat splendescere sancto.
Semper in adversis foveat nos gratia Christi.
Omnibus adiutor sit rerum rite repertor.
Spiritus aetherius nostri regat intima sensus.
Det nobis pacem, mundi qui sustinet orbem.
Dextera celsa dei nos ducat ad ardua cęli,
Nos velit angelicis Christi sociare catervis.

XVII. VERSUS CODICIS HARLEIANI 2790.

I.

Me quicumque legis, Herimanni sis memor, oro,
Cuius me studio possidet iste locus.
Obtulit eclesiae sibi commissae memorandus
Praesul me, fateor, pro bonitatis ope.
Me sancto Cirico tali sub conditione
En dedit, ut pereat, qui cupit abstrahere.

II.

Hostia viva sedet disponens omnia Christus;
Opifex ęternus continet ethera et fra.

III.

Intonat in prima Matheus sede locatus
Progeniemque dei pandit honorifice.

IV.

Tertius exsequitur Lucas pia vota ministrans,
Cuius dicta docent iura sacerdotii.

XVI, II *Primus versus in eodem cod. lat. Monacensi E f. 42ᵛ; v. 1—3 in cod. Signiacensi nunc Carolovillensi 187 s. XII (Catal. génér. 4° V 627) post* kathegorias Augustini, *quas Alcuinus Karolo dedicavit cf. P. A. C. I 295. Versum primum in E sequitur Alcuinus P. A. C. I 298* Me lege *eqs., deinde* aŧ. Totius nobis *eqs. cf. n. III.*

XVI, III *Carmen in E excipit Alcuini versus* Me lege *eqs., cf. ad II; quod licet eiusdem Alcuini non sit, tamen, cum Alcuinum, Hibernicum exulem, Hrabanum compilaverit, saeculo nono adtribuendum videtur; concentus pure fere leoninus.*

XVII *Cod. Lond. Harleian. 2790 s. IX f. 19ᵛ, 28ʳ, 132ᵛ, 210ᵛ. Marcus deest, cf. Catal. of anc. mss. II p. 25 sq.; Herimannus episcopus Nivernensis ca. 840—60 (Duchesne, Fast. épisc. II² 485) ecclesiae Nivernensi, cuius patronus erat s. Cyricus, dono dedit. Turonis scriptum esse apparet, cf. P. Corssen, Die Trierer Adahs. etc. p. 37, cf. etiam L. Delisle, Bibl. de l'éc. d. ch. XLVI 321 et Mémoires de l'institut national de France 1886 p. 35 n. VIII, S. Berger, Hist. d. l. Vulg. 254. 388. Wattenbach, Schriftw.³ 531, qui codicem saeculo VIII adscribit.* 8 in *super* fra *cod.*

XVI, III 2 *Alcuin. P. A. C. I 317 XCI* qui regit imperio, *Hraban. P. A. C. II 216. L, I 1. Hibernic. e. P. A. C. I 411. XXI 5* dextera celsa dei regiam conservet in aevum prolem.

v.

Quartus namque locus gaudet retinere Iohannem;
Ultimus ille manet ordine, non merito.

XVIII.

Cassio – libripotens titulaverat ordine – dorus,
Quae docili patres sanxerunt dogmata sensu,
Dicta notans vatum divino famine farsa
Summaque praelibans cumulum confecit opimum
Historicosque viros claro sermone nitentes
Prudenter calamo perstrinxerat atque notavit
Septena priscos pollentes arte magistros.
Insuper in summum redi(g)ens geminosque libellos
Picturis, numeris, titulis ciclisque rotundis
Egregia forma discentibus ipse reliquid.

XIX.

Hildvino abbatum summo sit vita salusque,
Sit felix vita, gloria perpes. Amen.
Tu meritis almi fultus valeas Philiberti,
Vitam et virtutes cuius habenda cape.
Sis memor, oro, sui, nostri quoque sis miserescens,
Utque tui ille memor sit, memor esto sui.
Ille preces pro te dominum fundendo precetur,
Ut felix vivas et iugiter vigeas.

XVIII S_1 = *cod. s. Galli 199 s. IX p. 115. Primus versus etiam in* S_2 = *cod. s. Galli 870 s. IX p. 14, unde ediderunt D. A. G. Cramer, In D. Iunii Iuvenalis satiras commentarii vetusti, Hamburg 1823 p. 15 et Chr. Stephan, Rhein. Mus. XL 1885 p. 266. Ex* S_1 *versus 1—10 primus edidit E. Dümmler N. A. XI 404. Repetivit docteque enarravit P. Lehmann, Cassiodorstudien VI, Philol. LXXIII 351 sq. Cum versus ad totum opus institutionum Cassiodori pertineant, Sangallensis 199 autem tantummodo alterum librum cum praefatione contineat, suo iure Lehmann hoc carmen in* S_1 *primigenium locum habere negat. Accedit, quod olim in codice quodam Veronensi extitisse catalogo bibliothecae s. Zenonis a. 1400 confecto demonstratur (edidit Avena, Atti e memorie dell' accademia d'agricultura, scienze etc. di Verona ser. IV vol. VII 1907 p. 294 n. 44):* Item liber Cassodei copertus cor(i)amine albo, qui incipit 'Cassio libripotens' et finitur 'explicit liber quaestionum LXXXV Augustini'. *Vocabulo* libripotens *Petrus Pisanus P. A. C. I 53, 27, K. Neff, Die Gedichte des Paulus diaconus p. 86, Paulum diaconum alloquitur; fort. Lehmann eundem, qui composita vocabula velut* ensipotens, altipotens, bellipotens *adamaverit, novi vocabuli auctorem fuisse recte suspicatur* 8 redigens *Dümmler*, rediens S_1

XIX *Ermentarius monachus s. Philiberti miracula patroni sui iussu Hilbodi abbatis a. 837 vel in. 838 conscripta una cum vita Hildvino abbati his versibus praefationeque praemissa dedicavit, ut illius precibus commotus Karolus rex congregationi a Normannis Herio ex insula (Noirmoutier) expulsae novam sedem concederet (a. 840 vel 842) cf. Chifflet, Hist. de l'abbaye royale .. de Tournus, 1664, 73 sq. Mabillon, AA. SS. II 817 sq., ed. 2 784 sq. AA. SS. Boll. Aug. IV 81 sq., Iuénin, Nouvelle hist. de l'abbaie royale et collégiale de Saint Filibert et de la ville de Tournus, 1733, 47 sq., Holder-Egger, SS. XV 297, R. Poupardin, Monuments de l'hist. des abbayes de Saint-Philibert, 1905, 1 sq., W. Levison, SS. rer. Mer. V 604, quem sequor. Versus extant in Levisonii A 3a, 1—2 etiam in A 3b.* 6 tu *cod.*

XVIII 9. 10 *cf. Cassiodor. de inst. div. litt. Migne P. L. LXX 1109 C. 1112 C. 1114 A. 1118 C. 1122 B. 1129 D. 1140 B.*

XIX *Hildvinus aut abbas s. Dionysii et S. Germani (818—40) aut alter abbas S. Germani, ob. ante a. 872 cf. Levison l. l.*

Tu quoque posce pium regem Karolum reverenter,
Quo nobis tandem det miserando locum.
Vive diu felix gaudens per tempora multa,
Ermen – enim vester – tarius ista cupit.

XX.

En quem Sinonimae repperi nunc arte libellum
Doctiloqui Ysidori, quem mihi forte iubes
Transportare tibi, magnae dux inclite gentis,
Insignis senior sat bone nuper opus.
Aegi sollicitus valde sermonis herilis,
Hunc ut complerem riteque mente pia.
Ast imperpetuum vigeas, o Berngari fortis,
Miles christicole, sit tibi rite salus.
Barbarici populi tribuant semper tibi terga
Atque super hostes victor ubique vale.

XXI.

I.

Augustine tuum redolet liber iste leporem
Et quaesita diu explicat ore manu.

II.

Augustine sacris nimium donate loquelis
Nunc recuba victor praeclarus stemmate fulvo.

XXII. VERSUS RICHIRANNI.

Liber a me lectus explicit Richirannus qui vocor.
Super Saiam phetam Geronimus vocitatur.
Grates illi refero, qui illum mutuavit et mihi,
Bonum quod omne amatori cultori decamque dei.
Anagogen altus vulgaris est et perfectus
Christi et Stephani protove testis ipse libellus.

---

10 miserendo *Poup.*, miserando *priores* 11 gaudes *Poup.*, gaudens *priores*

XX *Ex* **T**, *cod. 137 bibl. Treverensis s. IX f. 189r (post Isidori Synonyma) edidit Keuffer, Beschreibendes Verzeichnis d. Stadtbibl. v. Trier II 33, denuo accuratius contulit P. v. Winterfeld N. A. XXII 760.* 3 magnae dux *in ras.*, dux magnę *fuisse videtur T* 4 sat, a *in ras.*, *T* bone *ex* bene *corr. T* 5 At ego *corr. in* A/egi m_1 *T* 7 ber/ngari//, *ex* berengarius *corr.*, *T* 10 hostis *in* hostes *corr. et praeterea* e *ss. T.*

XXI *Ex cod. Coloniens. LXXX (Darmst. 2081) s. IX f. 148 ediderunt Jaffé et Wattenbach, Eccl. metrop. Colon. codices mss. p. 27.*

XXII *In* **L** = *cod. Lugdunensi 463 (392), oblato* ad altare $\overline{\text{sci}}$ Stephani ex voto Remigii humilis $\overline{\text{epi}}$ *s. IX (852—875), qui Hieronymum super Isaiam continet, f. 1 versus Richiranni manu coaeva (Delisle) exarati sunt. Edidit ex apographo Leopoldi Delisle Dümmler N. A. X 338, Delisle ipse in Littérature latine et histoire du moyen âge 1890 p. 7, qui iure barbariem principale meritum esse horum versuum notat. Denuo versus editi sunt Catal. génér. XXX p. 122 (Molinier et Desvernay), ubi decimo saeculo adscribuntur.* 2 phetam *Dümmler, Delisle,* prophetam *Catal.* 4 deeamque *Cat.*

XX *Berengarium et Utonem filios Gebhardi comitis pagi Laganahae a. 861 ad Adalhardum comitem abbatem s. Maximini se contulisse Winterfeld monet cf. Dümmler, Ostfr. R. II² 21. Hunc Berengarium a. 868 obiisse verisimile est cf. Dümmler II² 152 n. 3.* 5 aegi *i. e. egi.* 7 *cf.* Brengario *supra p. 359, 33. 384, 4. 10 cet.*

XXII 6 Stephanus prototestis *patronus ecclesiae Lugdunensis cf. supra p. 1028, 10.*

Aliquid set mendosus ne est vicioque scriptoris,
Rigereco poterit illum, qui sciverit artem.
Libri quod sunt novem, tot versus ego digessi.
EXPLICIT FABU-DE LIBRO-LA.

XXIII.

Manno miser vitam mereatur, Christe, perhenne**M**
Amoto picei per te langore baratr**I**.
Non infernalis rapiat hunc sacra potesta**S**,
Non merito orrende cruciet dampnatio paen**E**,
Ordo sed excipiat clementi numine dexte**R**.

XXIV. VERSUS ANAMODI.

Presulis hic pulchram venerandi cernite formam,
Qui nobis sacro sepe fovet merito,
Cuius honor mundo late prefulget in amplo,
Cuius amor cunctis dulcis adest populis.
Est humilis, mitis, reprobo fit denique fortis,
Qui pascit cunctos semper alendo suos,
Cuius et idcirco laudem credo fore in alto,
Nam que vox populi, est etenim domini.
Corde quidem Christo necnon cum corpore toto
Deservit prompte nocte simulque die.
Cui deus omnipotens, mundi qui regmina ponis,
Premia de factis reddito plena bonis.
Istius et parvi specialia dona libelli
In celis capiat, spes ubi vera patet.

---

8 Rigereco *Dümmler, Delisle,* Pigere co *Catal.*

XXIII *Ex* ***P*** *= cod. lat. Paris. 6601 f. 71 s. IX edd. E. Chatelain, Paléographie des class. lat. I p. 12 (tab. 45). De Mannone praeposito coenobii s. Augendi cf. Delisle, Bibl. de l'école d. ch. XXIX, 1868, 218 sq., Cabinet d. m. II 409 sq. III 260. 385. Dümmler, N. A. XIII 346 sq. 665. L. Traube, Rhein. Mus. XLVIII 284 sq. Vorles. u. Abh. III 38 sq.*

XXIV ***E*** *= codex tabularii Baioarici (Reichsarchiv, Regensburg, Kloster St. Emmeram Lit. n. 5½) f. 72—165 continet collectariolum traditionum atque concambiorum coenobii s. Emmerami ab Anamodo* humillimo famulo *Ambrichoni (864—91) et post eius mortem Asperto episcopo (891—93) cf. Bretholz, Mitt. d. Inst. f. ö. G. XII 5 sq. dedicatum manu s. IX scriptum; f. 70ᵛ—71ʳ elenchus capitulorum manu s. XV exaratus est; in 71ᵛ manu s. IX scriptum extabat*

In nomine dn̄i n̄ri IHV XPI
Incipit collectariolum
Traditionum atque concambiorum
A B,

quibus versibus praeter primam seriem In nomine . . XPI *erasis manus s. XV* Versus Anamodi *inseruit, quos versus alicubi sub imagine praesulis quinsdam extitisse apparet; lemma* Versus An. *qua fide dignum sit, dubium videtur, sed propter leoninitatem vacillantem haud iniuria aevo nono exeunti adtribui iudico. Edidit Pez, Thes. I 3, 193. Mihi cum codice contulit Ios. Sturm. De Anamodo cf. Dümmler, G. d. ostfr. R. III² 482.* 12 bonis *ex* ponis *corr. E*

8 *i. e. Corrigere.* 9 *i. e. numerus librorum commentarii.*

XXV.

Iacobus Cephas Iohannes Thaddeus uno
Spiritus excelsi flagrantes lumine septem
Conscripsere sacris cęlestia dona libellis;
Quę maneant sine fine pios, sed et ira per ęvum
Quanta abdat cęco baratri sub carcere sontes,
Oris apostolici concordi voce profantur.
Mystica nos quorum lecturi dicta precamur:
'Spiritus alme veni nostrumque iuvato laborem,
Cui facile est donare tui sublimia, ut alto
Sufficiant humiles penetrare oracula sensu.'

XXVI.

Primus apostolica canon documenta ministrat,
Nicenaque secundus habet saluberrima dicta;
Tertius Ancirana tenet moderamina vite
Cultricemque sonat cordis Neocesara quartus.
Pontifices Gangren quinto coluere boatu.
Antiochiam celebrat sextus sermonibus urbem,
Septima felices sensit Laodicia patres.
Te quoque, Constantinopolis, octavus honorat
Scribitur et nono ius Calcedona coruscum.
Eximia decimus dat conciliamina Sardis,
Extulit undecimus clara Carthagine scripta,
Ultimus angelico te personat, Affrica, sistro.

XXVII.

Omnipotens Mesia soter, adde legentibus auxin,
Tu sophia summa, te deprecamur imi,
Tu panis, via, latex, fons, vita vitalis,
Funde tua tuis dogmata, Christe, dulis.
Oro, meum, domine, supplex, reicere carmen
Nunc, exoro, noli; crimina dira mea.

XXV ***S*** = *cod. s. Galli 252 s. IX p. 2; continet Bedam in VII epistolas canonicas cum prologo* Iacobus Petrus . . epistolas ediderunt *eqs. cf. Migne XCIII 9, XCIV 710. Versus edidit G. Scherrer, Verzeichnis etc. p. 95. Ex* ***L*** = *cod. Oxon. Laud. misc. 78 s. XII Coxe in catalogo primos duos versus edidit, reliquae lectiones mihi ignotae sunt.* ***B*** = *cod. lat. Monacens. 4547 olim Benedictoburanus 47 s. VIII/IX f. 2v. Antecedit f. 1v Bedae vita metrica s. Edildrudis. Usus sum photographo.* ITEM METR VERS *B* 1 et cephas *L* thaddeus *B*, thadeus *L*, tatheus *S* una *S* 4 maneat m_1, *corr.* m_1 *B* 5 abdat *S*, uoret *B* fontes *B* 9 Cui *S*, Qui *B* ut *S*, ire *B*

XXVI ***B*** = *cod. Bamberg. P I 2 s. X in. olim cathedralis ecclesiae, cf. F. Leitschuh, Catal. cod. Bamberg. I 854 (collectio canonum Dionysio-Hadriana) cf. F. Maassen, Gesch. d. Quellen u. d. Litt. d. canon. Rechts I, 1870, p. 443. Praemissum est:* INCIPIUNT ECLESIASTICAE REGULE SCŌRUM APŁORUM PROLATE PER CLEMENTEM *eqs. Usus sum photographo.* 5 gangren, *prima* g *ex* c *corr. B*

XXVII *In cod. Bambergensi H. I. IV 16 s. IX f. 1 ante Alcuini opus de dialectica extant tria disticha:* Me lege qui *cf. P. A. C. I 298, f. 24r sequuntur* Omnipotens mesia *eqs. Liberalissime mihi descripsit H. Fischer. Ad v. 2 in margine cum signo omissionis(?) insolito, cui in textu ipso nihil respondeat, manu s. X(?) additum est* uerum ē. *6 super* crimina *forte manu prima scriptum est* abł p̄pō = *absoluta praepositio(?). Fischer.*

XXVII 1 *sq. cf. catalogum epithetorum infra Versus varii n. X, IV.* 2 ĭmi *i. e. cernui?* 3 *corruptus esse videtur, an legendum est* vīā? *v. 1 septem pedum est.* 5 *i. e. noli reicere.*

XXVIII. VERSUS DE GREGORIO MAGNO.

1. VERSUS IOHANNIS DIACONI AD IOHANNEM PAPAM.

Suscipe Romuleos, pastor venerande, triumphos,
Gregorii sancti suscipe gesta tui,
Qui nituit factis, verbis scriptisque beatis,
Ut iubar auricomi solis in orbe cluit;
Forma, decus, speculum tibi sit, via, vita per aevum,
Si cupis aeternum ferre sacerdotium.
Nam qui non huius sequitur vestigia praesul,
Ante deum praesul non erit, immo pecus.
Hinc psalmista canit hominem similare caballis
Ignavum stultis, qui sub honore perit.
Nocturnum dedimus sancto cantumque diurnum
Carminibus clarum concinimusque virum.
Redde vicem, scriptor, servans cola commata punctos,
Ne tua mendosum pagina servet opus.

Ludere me libuit variabilis ordine campi,
Postquam prosa fugit, musa iocosa redit.
Haec mihi tu tribuis, doctor pretiose Gregori,
Qui bona das famulis, sed mala nulla tuis.
Vestitus coepi, nudus tua munia dixi,
Indue me factis velleribusque tuis.
Et quia mortalis desunt commercia carnis,
Da mihi sub pedibus posse iacere tuis.

XXVIII *Versus Iohannis diaconi de Gregorio Magno (ante vitam illustrissimi papae, de qua cf. P. Ewald, Waitzaufs. 18) codicibus traditi sunt innumeris (cf. Brackmann, N. A. XXVI 323 sq.). Ego adhibui, quae mihi praesto erant:* ***B*** *= editionem Bollandianorum Mart. II 208 (ex vetustiore codice bibl. Boll. et altero ex bibl. Consenduncana prope Turnhutum);* ***Ma*** *= Mabillonii AA. SS. o. s. Ben. I 398;* ***Be*** *= Gregorii papae opera omnia ediderunt monachi Benedictini e congreg. s. Mauri IV p. 19;* ***V*** *= cod. Vat. lat. 7311 s. XI f. 1r (photographo usus sum);* ***O*** *= cod. Ottobon. lat. 340 s. XI f. 1r (photogr.);* M_1 *= cod. lat. Monacens. 6255 olim Frising. s. X f. 1v,* M_2 *= cod. lat. Monacens. 3765 olim eccles. Augustanae s. X/XI f. 1v,* M_3 *= cod. lat. Monacens. 3751 olim eccles. Augustanae s. XI f. 2;* ***R*** *= cod. Berolin. theol. lat. qu. 197 olim Regiomontan. s. XI f. 1v. Adnotavi non nisi gravissima.* $M_1M_2M_3$ *contulit I. Sturm,* ***R*** *ipse evolvi. tit. sic* M_1M_3*, nimis prolixus in* M_2B*, deest VOR* 5 Norma *B* uia *om. V* 9 simulare M_2Rm_1 10 stultus *VO,* honere *V,* onere Rm_1, honore *reliq.* 13 reddens *pro* servans *MaO* puncta *BBe,* punctos *reliq.* 14 nec tua *V,* ne tua *rel.* *post v. 14 B hoc distichon inserit* Dissimilis cunctis vox vultus vita voluntas, Mens sociata bonis, dissociata malis, *in* M_2 *duo versus erasi sunt* 17 pretiosa VM_1M_3, pretiose *BBeMa*M_2 (e *ex* a *corr.?*) *O* 22 latere M_2R, iacere *rel.* *ad v. 15 sq.* 'Hi octo versus ultimi omittuntur in mss. Martini Turon.' *Be Hi octo versus soli extant in cod. Vendôme 52 s. XI, Catal. génér. 8° III 411, in reliquis codd., quos novi, v. 1—22 coniuncti sunt.*

XXVIII 1 *Iohannes VIII, cf.* suppositionem Iohannis ad papam *supra p. 900.* 4 auricomus: *Mart. Cap. de nupt. Phil. et M. I 12, cuius libro Iohannes inprimis delectabatur, cf. supra p. 870 str. 2 not.* 9 *ps. 48, 13* et homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. 15 *sq. cf. Ioh. diac. supra p. 900, 1, Ovid. trist. II 354. P. A. C. I 565, 68.* 22 *In cod. Paris. lat. 12033 olim Corbeiensi imago monachi adumbrata est s. Petro librum offerentis cum hoc versu cf. Delisle, Cab. II 111.*

II. INCIPIT PROLOGUS.

Gregorius praesul meritis et nomine dignus,
Unde genus ducit, summum conscendit honorem.
Renovavit monumenta patrum iuniorque priorum
Munere caelesti fretus sapiens ornabat,
Dum composuit scolae cantorum huncque libellum,
Qui reciproca deo moduletur carmina Christo,
Quando sacer sacraque libans libamina vatis.
Dulcibus antiphonae pulsent concentibus aures
Classibus et geminis psalmorum concrepet oda,
Hymnistae crebro vox articulata resultet
Et celsum quatiat clamoso carmine culmen.
Fratres concordi laudemus voce tonantem
Cantibus et crebris conclamet turba suorum.
Hymnos ac psalmos et responsoria festis

XXVIII, II ***A*** = *cod. capit. Lucensis 490 s. VIII ex. f. 232ᵛ cf. Bethmann, Archiv f. ä. d. G. XII 704 sq., Ewald, N. A. III 342 sq., Duchesne, Liber Pontificalis I p. CLXIV. Textus ad verbum impressus Paléogr. musicale II 18 sq. tabula addita (pl. 3).* ***B*** = *cod. s. IX/X prope monasterium s. Michaelis Lucediense (Piemont) repertus nunc latens; inde edidit E. de Levis, Anecdota sacra, Aug. Taurin. 1789, 32, sed nescio an nonnulla interpolaverit; addidit haud iniuria haec verba:* 'Crederem carmen praefixum in fronte operum liturgicorum sancti Gregorii Magni'; *repetivit et explicuit Don Pothier, Musica sacra, Milano 1890, 38 sq. (non vidi). Ex AB ediderunt Grisar, Zs. f. kath. Theol. 1890, 553 sq., Blume, An. hymn. XLIX 21 sq. Nondum in usum vocatus* ***W*** = *cod. Guelferbytanus 4175, Wissenburgensis 91 s. IX f. 88ᵛ, de quo conferas supra p. 1047, v. Heinemann, Die Hss. d. Bibl. z. Wolfenbüttel VIII 310. Mihi photographon praesto est.* ***L****: Teste Zangemeister, SB. d. Wiener Akad. d. W. LXXXIV 491 in cod. Londin. Cleopatr. A VI s. IX f. 47ᵛ carmen aliquod incipit* Gregorius . . dignus, *explicit* Atque memor nostri pollens per secla magister. *Lectiones mihi desunt. — Conferas etiam Civiltà Cattolica 1890, 8, 174, Rev. Bénédict. 1890, 193. — Cum auctor Aldhelmum compilaverit, cod. A s. VIII ex. exaratus sit, versus saeculo octavo adtribuendi sunt. Titulus in W,* Item alii versus *B* 2 dūconsummum conscendit *A* 3 *sic AW* (renouauit // *A*), Qui renovans monumenta patrumque priorum *B*, patrum normamque priorum *Grisar; cf. in adnot.* 4 Munere c. fr. *B cf. Aldhelmum in adnot.*, Caelesti m. fr. *AW* sapiens ornabat *AW*, ornans sapienter *B*, sapienter ornabat *Gris.* 5 Dum comp. *W*, Tum conp. *A*, Composuit *B* cantorum *AW*, cantor *B* huncque *AW*, hunc rite *B* 6 reciproca deo *sic ABW, erravit Gris.* modoletur *AW* carmina *BW*, carminae *(ex* carmina *corr.?) A* 7 libamina *BW*, libamine *A* sacer sacraque *AW*, sacerque sacra *B*, sacroque *coni. Pal. music.*, sacerque sacra libat *Gris.*, sacerque sacra est libans *Blume* libamina, vatis *distinx. Blume* 8 antiphonem *A* 9 gemmis *A* concrepet oda *W cf. Aldh.*, concrepet orat *B*, concrepent odat *A* 10 Hymnis te *ABW Gris., pro* te *coni.* et *Pal. mus.* articula *A* 11 Et *BW Aldh.*, Ut *A* clamoso *AW Aldh.*, clamosa *B* carmine *AW*, crimina *B* 12 Fratres concordi *BW Aldh.*, Dns concordis *A*, Dominum *Gris., Blume,* concordes *Gris.* uoce tonantem *B Aldh.*, uoto tonantem *W*, uoto nantem *A* 13 Dantibus *A* tonantem Cantibus, *dist. Gris.* suorum *ABW*, sororum *Aldh., poeta igitur versum Aldhelmianum suum in usum immutavit, nisi forte* sororum *corrigendum est* 14 festis *W Aldh. codd. PV, sic etiam in A legendum videtur,* fertis *A secundum Grisarium et Aldh. cod. A,* fessis *B*

XXVIII, II 1 *Paulin. Nol. c. XII 1* meritis et nomine Felix, *epit. Magni episc. Mediol. ob. a. 530, de Rossi, Inscr. chr. u. R. II 180, 10* Virtute officio meritis et nomine Magnus, *encom. Honorati (V vel VI s.) ibid. 314* Ambo fide digni meritis et nomine patres; *cf. n. III. IV. V. P. A. C. II 686.* 3 *sq.* renovavit: *cf. tropum, quem Blume l. l. 19 sescentis ex codicibus edidit (cf. Gregorii Magni op. ed. Maurin. III, 650):*

Gregorius praesul meritis et nomine dignus,
Unde genus ducit, summum conscendit honorem;
Renovavit monumenta patrum priorum,
Tunc *(v. l.* Dum, Qui, Ac*)* composuit hunc libellum musicae artis scholae cantorum
Eia dic, domne, eia: Ad te levavi animam *eqs.* [anni circulo.

cf. etiam Gautier, Les Tropes 206, 1. Tropus igitur ex hoc prologo excerptus est, deinde prologus v. 3—5 ex tropo corruptus. 4 caelesti m. fr.: *cf. infra v. 21, Aldhelm. c. d. virg. 792.* 5 *Versus igitur prologi instar libro cuidam liturgico praemissi erant. De schola cantorum cf. e. g. M. Gerbert, De cantu et musica sacra II 293 sq.* 6 *Aldhelm. carm. eccles. III 43 ed. Ehwald* et r. d. modulemur c. Chr. 7 libans *sc. est cf. v. 24.* vatis *i. e. vates* sacer sacra, libans l.: *cf. etiam v. 19* claro-clare. 8—18 = *Aldhelm. c. e. III 46—56.*

Congrua promemus subter testudine templi
Psalterii melos fantes modulamine crebro,
Atque decem fidibus nitamus tendere liram,
Ut psalmista monet bisquinis psallere fibris;
Hec claro argento clare fabricata nitescit.
Talibus ornabat donis opuscula Christi
Gregorius felix caelesti munere dives,
Quem munerosa dei ditarat gratia summi.
Hic opibus fulsit magnis et honoribus aptus,
Hunc etiam duplicis decorans sapientia legis,
Et populum domini magno moderamine rexit.
En felix domini famulus pro munere tanto,
Qui noscis rivo venarum corda rigare,
Dum sacra comis late praecordia verbis
Luciferisque simul mandatorumque maniplis
Et variis florum fragris saturare solebas
Prata, virum et fragiles animos accendere biblis,
Ut homines pacem discant servare per orbem
Angelicam in terris passim cum foedere firmo,
Quam Christus castis, tractim sperantibus arcem
Perpetuam ac iugiter praecepta sequentibus, ultro
Sedibus in celsis pulchram promisit habendam.
Salve fortunate pater semperque beatus
Atque memor nostri pollens per saecla magister.

III.

Gregorius presul, meritis et nomine dignus,
Unde genus ducit, summum conscendit honorem,

---

15 promemus *AW Aldhelmi codices, ubi Mai, Ehwald* promamus, promamus *B* 16 melos *AB Aldh.*, moles *W* crebro *AW Aldh.*, sancto *B* modolamine *A* 17 Fidibus atque d. *B* nitamus *A et (n incerta) W*, nitamur *B Aldh.* tendere *om. B* lira *B* 19 Haec . . nitescunt *Gris.*, Hec *(sc. lira) scripsi*, Hic *ABW*, Sic *Aldh.*, *ubi Ehwald* Ac *coni.* fabicrata *W* ritescit *A* Hic . . fabricato *Blume* 20 ornabat *AW*, ornata *B* et opusc. *B*, *recte?* 22 Quem *AW*, Quae *B* mune . rosa *A*, numerosa *BW* ditarat *W*, ditanat *A*, ditare *B*, munerose dei ditabant gratie *Gris.* gratia *AW*, gloria *B* 23 actus *ex* aptus *corr. W*, actus *A*, auctus *B* 24 Hunc *W*, Hinc *B*, Nunc *A*, Hic *Gris.* 25 Et *BW*, Ut *A* 26 *sic AW*, En fam. fel. d. *B* *post* dn̄i ri *scriptum videtur, sequitur spatium duorum apicum vacuum (rasura?) A* *hic explicit W finiente quaternione* 27 riuo *A*, riuos *B* uenarum *B*, uernarum *A Gris. Blume;* riuo uenarum *coniungendum cf. adnotationem* 28 Dum *A*, Cum *B* sacra *A*, sacro *B*, *f.* *sacris? comis *Gris. Blume*, comes *AB* 29 mandatorum *A* 30 Et *B*, Ut *A* uariis *etiam A*, uasus *legit Gris., qui edidit* varia . . fruge, fragris *scr. Blume*, fragis *A*, fruges *B* 31 Prata, *in A ante r una littera expuncta* (Pyrata?), *AB* et fragilo, et fra *in tabula non agnosco, A*, et fragiles *B* arimos *A* biblis *A*, fibris *B* Pāra vĭres fragilēs animae *(hiat.)* accendeque fibras *Gris., Blume; pro* Prata *coni.* Inde *Pal. mus.* 32 are per orbem *in tabula A non agnosco* 33 passim *A*, passi *B* 34 *sic A*, Quia Christus castis rapuit sperantibus artem *B* tradit *pro* tractim *Gris.* 35 Perpetuam *B*, Perpetuis *A*, perpetuo *Gris.* ac *A*, hac *B* praecepta *om. A* ultro *A*, ultra *B* 36 celsis *A*, caeli *B*

XXVIII, III *Ex S i. e. Graduali s. Galli, cod. 374 s. XI p. 2 ediderunt Guéranger, Institut. liturg., I² p. 164, deutsch v. J. Fluck I, 1854, 186; E. Dümmler, N. A. X 355, Blume, Anal. hymn. XLIX 20;*

18 *ps. 32,2.* 19 *Aldh. l. l. 74* Sic (Ac *Ehwald)* lata argento constat fabricata patena. 22 *Aldh. c. e IV 8,2* ditavit gratia. — numerosus *(BW) vocabulum apud Aldhelmum frequens, sed hoc sensu desideratur.* 23 *cf. Aldh. l. l. 73* caelum . . stellis ardentibus aptum *(Verg. Aen. IV 482).* 27 *Paulin. Nol. XXVII 328* dives vena riget rivo mihi perpete sensus. 28 *'lege:* sacrata (Comes), *sic olim vocabatur speciatim lectionarius'* = *'toi qui par ton livre, par ton Comes' eqs. Pal. mus. perperam.* 31 *cum in v. 30 de floribus agatur,* prata *veram lectionem esse iudico:* saturare prata variis florum fragris. Virum = *hominum.*

Quem vitae splendore suae mentisque sagaci
Ingenio potius compsit quam comptus ab illo est.
Ipse patrum monimenta sequeńs renovavit et auxit
Carmina, in officiis retinet quae circulus anni;
Quae clerus dulci domino modulamine solvat,
Mystica dum vitae supplex libamina tractat.
Suaviter haec proprias servat dulcedo nitelas,
Si, quod voce sonat, fido mens pectore gestet,
Nec clamor tantum domini sublimis ad aures,
Quantum vox humilis placido de corde propinquat.
Haec iuvenum sectetur amor, maturior aevo
Laudibus his instans aeternas tendat ad oras.

IV.

Gregorius praesul, meritis et nomine dignus,
Sedis apostolicae custos vigil atque magister,
Inter scripturae numerosa volumina sacrae,
Quae pius afflatu finxit dictante superno,
Hunc quoque catholicis librum cantoribus aptum
Edidit, armonicis concentibus amplificando,
Ut, cui divinae cura est insistere laudi,
Compunctus gemino moveatur carminis actu
Verbaque cum sonitu mentem mollire canentis
Et gratam domino valeant offerre potenti.

V.

Hoc quoque Gregorius patres de more secutus
Instauravit opus auxit et in melius.
His vigili clerus mentem conamine subdat
Ordinibus, pascens hoc sua corda favo,

---

v. 1. 2. 5—7. 13 etiam in **G** *= cod. Guelferb. 1110 s. XI f. 1ᵛ (cf. Eckhart, Rer. Franc. comm. I 718, Leibniz, Ann. imp. I 131), cuius photographon mihi praesto est. V. 10—12 Vadianus ad Notkerum refert cf. Chronik d. Aebte v. St. Gallen, herausg. v. Goetzinger 171, 13* und zwar aller gesang erst rechtgeschaffen guot und angenem ist, wie der from mönch Notker selber geschriben (Notkerus ex Augustino in gestis s. Galli): Si quod voce . . propinquat *(= v. 10—12).* Das ist nun auß dem Augustino *(fort. serm. 198, 1 ed. Bened.⁸ VIII 906 g v. Winterfeld)* gnomen und lautet zů teutsch vasthin also:

Wan mond und herz zůsamen stimpt,
Das gschrei so größlich nit zůnimpt,
Als hoch der senft, demůetig geist
Sein stim got in den himeln leist.

Vadiani (an glossatoris?) verbis decepti Winterfeld et ego hos versus vitae s. Galli a Notkero compositae adscripsimus, N. A. XXVIII 71. XXXVIII 74. 6 oficiis *G* 11 tantum domini *S*, domini tantum *Vadian.* 12 propinquet *scr. Blume* 14 horas *S*

XXVIII, IV *Ex* **L** *= cod. Laudunensi 118 s. X f. 1 edidit F. Ravaisson, Catal. génér. 4° I 100. Codex continet Gregorii librum sacramentorum.* 5 catholicus *L, corr. Ravaisson*

XXVIII, V S_1 *= cod. Hartkeri Sangall. 390 s. X/XI p. 12 et* S_2 *= cod. Sangall. 414 s. XI p. 362. Edidit Lambillotte, Antiphonaire de St. Grégoire 1867 p. 36 et tab. II, cf. Gerbert, De cantu et musica sacra II 3. Guéranger, Institut. liturg. I² 164, deutsch v. J. Fluck I, 1854, 187. Clément, Hist. gén. de la Musique relig. 1860, 31. Blume, Anal. hymn. XLIX 24.* 3 VEGILI S_1

XXVIII, III 5 *cf. supra n. II 3; Walahfrid. c. XLIV 1 (P. A. C. II 393)* renovavit et auxit. 7 *Fortunat. IV 7, 15* modulamine dulci. *ad v.* 10 *Dümmler l. l. Ovid. met. III 703* voce sonabat, *ibid. IX 248* pectora . . fida, *ad v. 13 ibid. XIV 617* maturior annis, *VIII 617* maturus et aevo *affert, quae nescio num huc referenda sint. — Cum in codice sequatur* Ad te levavi animam meam *eqs., hos quoque versus pro tropo habendos esse apparet cf. adnotat. ad II 3, Blume l. l.*

Quem pia sollicitis solertia nisibus omni
Scripturae campo legit et explicuit.
Carmina diversas sunt hęc celebranda per horas,
Sollicitam rectis mentem adhibete sonis.
Discite verborum legales pergere calles
Dulciaque egregiis iungite dicta modis,
Verborum ne cura sonos, ne cura sonorum
Verborum normas nullificare queat.
Quicquid honore dei studiis celebratur honestis,
Hoc summis iungit mitia corda choris.

12 NVLLIFICARP S_1

CARMINA VARIA.

I. (PLANCTUS HLOTHARII I CAESARIS).

Romani in globo, quem obelisco Vaticano impositum videbant, quasi in sarcophago Iulii Caesaris cineres requiescere persuasum habebant, donec architecti, cum Sixti V iussu a. 1586 monumentum alium in locum transferrent, globum omnino esse solidum docuerunt[1]. *Testatur auctor Mirabilium urbis Romae*[2] *(de Vaticano):* ibique est aliud templum, quod fuit aerarium *(v. l.* vestarium*)* Neronis, quod nunc vocatur sanctus Andreas, iuxta quod est memoria Caesaris i. e. agulia, ubi splendide cinis eius in suo sarcophago requiescit[3], ut sicut vivente totus mundus ei subiectus fuit, ita eo mortuo usque in finem saeculi subiciatur. Cuius memoria inferius ornata fuit tabulis aereis et deauratis litteris latinis decenter depicta; superius vero ad malum, ubi requiescit, auro et pretiosis lapidibus decoratur, ubi scriptum est

Caesar tantus eras, quantus et orbis,
Sed nunc in modico clauderis antro.

Et haec memoria sacrata fuit suo more sicut adhuc apparet et legitur[4].

Versus allati initium efficiunt planctus de obitu Caesaris cuiusdam anonymi. Qui cum stropha tertia non multo post mortem Leonis cuiusdam obiisse tradatur, rem in Henricum III imperatorem et Leonem IX papam quadrare arbitrati sunt viri docti, quorum agmen ducit Wilhelmus Malmesberiensis[5]*; haec sententia stabiliri videtur inscriptione codicis Gemblacensis nunc Bruxellensis 5540* De Henrico cesare tertio et Leone papa septimo *(sic)*[6]. *At cum Leo IX mense Aprili 1054, Henricus III mense demum Octobri 1056 diem viderint supremum, parum apte str. 3, 2 legi videtur* praeclaris subito patribus orba. *Hinc multo magis placet sententia eorum*[7]*, qui planctum ad a. 855 spectare statuunt: illius nimirum anni mense Iulio Leo IV papa, Septembri Hlotharius imperator defuncti sunt,*

1) *C. I. L. VI n. 882.* 2) *Urlichs, Codex topograph. Romae urbis p. 105.* 3) *Bullarium Vaticanum I 25 in bulla Leonis IX a. 1053:* via, quae venit ab agulia, quae vocatur Sepulcrum Caesaris. 4) *cf. graphiam aureae urbis Romae, Urlichs, Cod. top. p. 118, Jordan, Topographie d. St. Rom II 373 sq., 625, Gregorovius, Gesch. d. St. Rom i. M. III*[4] *508, de Rossi, Inscr. Christ. u. Romae II 302. Cod. Berol. lat. quart. 433 s. XV f. 14*[r] In agulia Cesaris *affert v. 1—2, ubi v. 1* erat. 5) *edidit G. Waitz, SS. X 468, Stubbs I 235.* 6) *cf. E. Dümmler, N. A. I 179 sq., Gregorovius l. l. 116 n.* 7) *Baronius, Annal. eccles. ed. Lucae XIV 454, fratres Ballerini, Append. ad s. Leonis Magni opp. III, Venetiis 1737 p. CXXXVII, de Rossi l. l. Ciaconius, Vitae pontif. I 577 hoc carmen de obitu Caroli Magni et Leonis papae interpretatur.*

qua duplici iactura commotum poetam scripsisse, Romam subito patribus orbatam esse multo minus a probabilitate abhorret. Quocum convenit, quod laudes de veteribus legibus Romae urbi redditis str. 4 optime ad Hlotharium eiusque Constitutionem Romanam referuntur[1]. *Neque casu factum esse videtur, ut planctus in cod. Vaticano 3827 syllogae conciliorum Galliarum ad saec. IX et Leonem IV Nicolaumque I pertinentium adnecteretur. Hinc Dümmleri infirmatur argumentum elogium non nisi codicibus s. XI et inferioris aetatis traditum esse monentis. Atque ut omnis tollatur dubitatio, metrum aevo Carolino inprimis respondet*[2]. *Quae cum ita sint, planctus poetis illius aevi inserendus est. De poeta nil compertum habemus, nam quod L. Traube, O Roma nobilis p. 40 sq. (SB. d. Münchn. Akad. d. W. XIX 1891 p. 336) et Wochenschr. f. kl. Phil. 1891, p. 317 sq. metri ratione habita Scottum quendam in Italia mortem Hlotharii plorasse coniecit, argumentis comprobari nequit*[2].

Hlotharii memoria celeriter evanuit, at planctu posteriore tempore multos delectatos esse apparet, quippe quem et imitarentur et alias in linguas converterent[3] *et saepe transcriberent; notatu vero dignum est, quod in uno codice Bellovacensi integer est. Hi codices mihi noti sunt:*

B *= cod. Vatican. lat. 3827 olim s. Petri Bellovacensis s. X|XI f. 209*^{v} *cf. P. et H. Ballerini, Leonis magni op. III 1757 p. CXXXVII. F. Maassen, SB. d. Wiener Ak. d. W. ph.-h. Kl. LIII 1886 p. 397. Pertz, Arch. f. ä. d. Geschichtsk. XII 237. de Rossi, Inscr. chr. u. R. II 302. Continet str. 1—8. Photographo usus sum.* ***W*** *= Wilhelmus Malmesberiensis, gest. rer. Angl. II 194. Lectiones codicum ex Waitzii editione SS. X 468 sumpsi.* ***G*** *= cod. Bruxellensis 5540 olim Gemblacensis s. XI f. 1*^{v}*; variae lectiones apud Dümmlerum N. A. I 179 sq., nonnullae falsae apud van d. Gheyn, Catal. etc. II 5. Continet str. 1—5.* ***S*** *= cod. lat. Monacensis 17142 olim Scheftlariensis s. XI et XII f. 102. Contulit mihi I. Sturm. Continet str. 1—2.* ***H***$_1$ *= cod. lat. Mus. Brit. Harleianus 3222 s. XI f. 97; edidit W. Wattenbach, Anz. f. K. d. d. Vorz. NF. XIV 4 (ibid. XVI 41). Continet str. 1—5.* ***Wr*** *= cod. R 58 bibliothecae civitatis Wratislaviensis a. 1473 scriptus, continet f. 80*^{v} *str. 1. 2. 4. 5. 6, quas edidit K. Ziegler, Catal. cod. class. bibl. Wratislav. p. 247.* ***Me*** *= cod. Berolinensis Phillippicus 1694 olim s. Arnulphi Mettensis deinde Claromontanus s. XII|XIII f. 111*^{v}*. Ipse contuli. De hoc codice cf. V. Rose, Verz. d. Meermanhss. 1892 p. 397. Wattenbach, N. A. XVII 351. 359. Continet str. 1. 3. 2. 4—7.* ***R*** *= cod. bibl. civ. Remensis 1043. 743 s. XIII; est gemellus codicis Me teste W. Wattenbach, N. A. XVIII 493 sq., inde lectiones afferre non opus est.* ***P*** *= cod. Paris. lat. 6630 s. XIII, quem fort. Pithoeus, Epigramm. et poem. vetera MDLXXXXIII p. 111. 463 inspexit, continet str. 1. V. 1—2 A. Riese, Anth. lat. II*^{1} *p. XLII impressit.* ***C*** *= cod. bibl. publ. Cameracensis 939 (838) s. XV f. 31*^{r} *et 52*^{v}*, continet str. 1 cum lectione P cognatam; edidit H. Geist, Berl. phil. Wochenschrift 1914, 1107 versus ignotos esse opinatus. Tertius huius classis est* ***Gl*** *= cod. Hunterianus bibl. univ. Glasgoviensis 417, a. 1467 in Germania scriptus, f. 18*^{v}*; continet str. 1. Textum habes in A catal. of the mss. in the libr. of the Hunterian museum, Glasgow 1908, 341. Pro consensu PCGl usus sum signo* ***α****. Praeterea stropha prima extat in* ***β*** *= tribus codicibus, de quibus conferas L. Bertalot, Eine humanistische Anthologie. Die Handschrift 4° 768 der Universitätsbibliothek München*

---

1) *MG. LL. Cap. I 322 sq., Simson, Ludwig d. Fr. I p. 225.* 2) *cf. quae collegi Zs. f. d. A. LVII 181, N. A. XLIII 509 sq., supra p. 997. 1041.* 3) *Singula videas apud A. Graf, Roma nella memoria e nelle immaginazioni d. m. e. I 288—97. Addo, quod in cod. Amploniano 4° 355 s. XIV f. 15*^{v} *hexametri extant, qui incipiunt* Caesar tantus erat, quantus fuit ullus in orbe *cf. W. Schum, Beschreibendes Verz. etc. p. 595. In cod. lat. Monacens. 27405 olim coenob. Andechs in f. 366*^{r} *manu s. XVI inscriptum est* Epitaphium Iulii cesaris primi. Cesar tantus eras, quo nullus maior in orbe, Sed in modico nunc tam magnus clauditur antro. *Mihi misit G. Leidinger.*

1908 passim, inprimis p. 51. ***M*** *= cod. lat. Monacensis modo commemoratus f. 139r, inter 1445 et 1450 scriptus cf. Bertalot l. l. p. 10 sq. Mihi contulit P. Lehmann.* ***L*** *= cod. Lugdunensis 100 nunc 168 s. XV f. 220. Codicem descripsit et versus edidit G. Lafaye, Mélanges d'arch. et d'hist. XI, 1891, p. 92 sq. 99. Antecedit Riese, Anth. lat. n. 855.* H_2 *= cod. mus. Brit. Harleianus 3716 s. XV f. 76; descripsit Bertalot l. l. 82 sq. Lectiones mihi non praesto sunt. Praeterea varias lectiones ex Pithoeo l. l. 111. 463 addidi. Quas Burmannus, Anth. lat. I 332 affert lectiones Tollii ex cod. ms. comment. Iulii Caesaris haustas, cum ad rem nil faciant, omisi. Elogium extat etiam apud H. Meyer, Anth. lat. I 1835 p. 258. Rossius, Inscr. chr. u. R. II 302 non nisi lectiones codicis B imprimendas curavit*[1]*. Restat, ut Paulo Lehmann gratias agam quam maximas, qui quae collegerat ad hunc planctum pertinentia liberalissime mecum communicavit.*

1. Cesar, tantus eras, quantus et orbis,
   At nunc in modico clauderis antro.
   Post te quisque sciat se ruiturum
   Et quod nulla mori gloria tollat.
2. Florens imperii gloria quondam
   Desolata suo Cesare marcet,
   Hanc ultra speciem non habitura,
   Quam tecum moriens occuluisti.
3. O quanto premitur Roma dolore
   Preclaris subito patribus orba!
   Infirmata prius morte Leonis
   Nunc, Auguste, tuo funere languet.
4. Leges a senibus patribus actas,
   Quas elapsa diu raserat etas,
   Omnes ut fuerant ipse reformans
   Romanis studuit reddere causis.

I De Henrico cesare tertio et Leone papa septimo *G* Epitaphiū iulii cesaris *Me* Versus in laudem cesaris *Wr* Epitaphium iulii cesaris factum a Virgilio *GlC, idem fort. in P cf. A. Riese l. l.* Virgilius in laudem Caesaris *in schedis Heinsianis epigrammatum veterum ex codice G. I. Vossii descriptis cf. Burmann, Anth. l. I p. 332* Cesaris *(antecedit* Epithaphium Francisci petrarce*) M,* Eiusdem *(antecedit Riese n. 851 et 855) L* 1, 1 est *C et schedae Vossianae,* et *rel.* 1, 2 At *WP Pith,* Ac *C,* Sed *S,* Et *ex* At *corr. B,* Et *rel.* in modico — antro *BWGMeSH*$_1$*Wr Pith in adnot.,* exigua — urna *αPith,* tam parva — urna (urnas *M*) *β* 1, 3 Post te *BGH*$_1$, Post hec *WMeWrSL,* Post hoc *M,* Post hac *αPith* sciat quisque *L* te *M,* se *reliq.* moriturum *W class. 2, S,* uicturum *β,* ruiturum *reliq.* 1, 4 quam *C,* quod *rel.* mora *M,* mori *reliq.* tollet *S,* tollit *Glβ,* tollat *reliq. str. 2 post 3 MePith, post 1 rel.* 2, 1 qûndā *B* 2, 2 maeret *Wr,* marcet *rel.* 2, 4 occulisti *Wr Hic finit S str. 3 post 2 BGH*$_1$*, post str. 1 MePith, post str. 5 W, om. Wr* 3, 1 O quanto *BWMePith,* Heu quanto *H*$_1$, Hoc tanto *G* 3, 2 *om. H*$_1$, Preclaris *BG,* Tam claris *MePith* 3, 2—4 Desolata prius morte leonis nunc auguste tuo funere languens bino se viduam lumine plangit *(cf. 8, 2) W str. 4 post str. 3 BGH*$_1$*, post str. 2 MePith, post str. 2 WWr* 4, 1 actas *BGWr Pith in marg.,* auctas *WPith,* ortas *H*$_1$, rite statutas *MePith* 4, 2 *post* 4, 3 *H*$_1$ elapsa *BGMePithH*$_1$, lassata *WWr Pith in adnot.* referat *W,* raserat *rel.* 4, 3 *post* 4, 1 *H*$_1$ 4, 3 restaurans *G,* reformans *rel.* 4, 4 studuit *BGWPithH*$_1$*Wr,* iusseras *Me haud inepte, cum per totum carmen poeta Caesarem alloquatur, sed metrum obstat* causis *BGPithWWr,* campis *Me,* causas *H*$_1$ *in B ante* causis *una littera erasa videtur*

I 1, 1 *Quantum arriserit locus illis temporibus, quibus perquam delectabantur carminibus de* Contemptu mundi, *demonstrat A. Graf l. l.; affero tantummodo Anthol. lat. ed. A. Riese II*^{2} *855 (Octavianus Augustus):* Quantum ingens orbis, quantum Iovis alta potestas, tantus in orbe fui. *Benzo ad Heinricum IV lib. VI 7, 1, SS. XI 668* Tantus es, o Caesar, quantus et orbis. 4, 1 *cf. supra p. 1073 not. 1.*

1) *Lectiones codicis Londinensis colleg. Sionnensis Arc. 2. 2. s. XII/XIII. quas H. Schenkl, Wiener Stud. VIII 168 edidit, ad Wilhelmum Malmesber. pertinent.*

5. Tu longinqua satis regna locosque,
Quos nullus potuit flectere, Cesar,
Romanos onerans viribus arcus
Ad civile decus excoluisti.

6. Que te non doluit, Cesar, obisse,
Vel que non timuit patria vivum?
Sed que te timuit patria vivum,
Hec te nunc doluit, Cesar, obisse.

7. Nam sic lenis eras iam superatis
Et sic indomitis gentibus asper,
Ut, qui non doluit, iure timeret,
Et, qui non timuit, iure doleret.

8. Luge, Roma, tuum nomen in umbris
Et defecta duo lumina luge.
Arcus frange tuos sicque triumphum
De te, Roma, tuis hostibus offer.

II.

. . . . . morientes
. . . . . et letificantes
(Kar)olus Augustus Lotarius et Lodewicus
. . . . . sanctis nos sacrificantes
. . . . . has matres constituentes
. . . . . papae Romani bulla ferebat
. . . . . anatemate percuciebat
. . . . . loca sanctis ista dicabat
. . . . . sat consuetudine gaudent
. . . . . cernimus ossa parentum
. . . . . et amicos non tumuletis
. . . . . sudaria vos reperitis
. . . . . sunt ex illis monumentis

---

str. 5 post 4 codd. 5, 1 In *Wr*, Tu *rel.* lunginqua *in* long. *corr. B* 5, 2 quod WrH_1, quos *rel.* potuit *BWMePith*, poterat GH_1Wr fectere, 1 *ss.* m_1, *B* cesar *B* 5, 3 Romanis *W*, Romanos *rel.* iuribus *G*, uiribus *rel.* arcus *BGMeH*$_1$*Wr*, artus *WPith*, *in adnot.:* al. 'arcus' et quidem rectius *Pith.* *Hic finiunt* GH_1 *str. 6 post 5 BMeWrPith, post 3 W* 6, 1—2 *sic B et (v. 1* nunc *pro* non, *v. 2* te *pro* non*) Wr*, quae te non timuit patria vivum vel *(aut Pith)* quae non doluit cesar obisse *WMePith* 6, 3—4 *om. W* 6, 3 S; *loco raso Me* te *om., sed in adnot.:* repone: 'Sed quae te timuit' *Pith* 6, 4 Et *Wr*, Haec *rel.* nunc *WrPith*, non, *ss.* m_2*(?), B*, ñ *Me* *Hic finit Wr* *str. 7 post str. 6 BMePith, post* 6, 2 *W* 7, 1 lenis *B*, laetus *W*, mitis *MePith* 7, 3—4 *sic BMePith,* ut quae non timuit, iure doleret et quae non doluit iure timeret *W* *Hic finit Me* *str. 8 post 7 BPith, 8, 1—2 post str. 7, 8, 3—4 om. W* 8, 2 defecta *W, cf. Stat. Theb. XII 325* defecta lumina, defuncta *BPith, sed in adnotatione:* 'lege et defecta tuo' *Pith* duo lumina *BW cl. 1. 3*, duo numina *W cl. 2. 4. 5*, tuo lumine *Pith* 8, 4 /e te, *infra lin.* d, *B, corr. m. antiqua* aufer *B, sed* of *sub* auf, aufer *Pith*, offer *etiam Ciaconius*

II *Fragmentum ex* **E** *i. e. schedula undique circumcisa s. XI ignotae originis = cod. 2112 bibliothecae universitatis Erlangensis n. 44, edidit E. v. Steinmeyer b. m., Die jüngeren Handschriften der Erlanger Universitätsbibl. p. 152. Versus quomodo supplendi sint et interpretandi, non enucleavi, at hic inserui, quia v. 3 Carolus Calvus, Lotharius imperator, Ludovicus Germanicus introduci videntur. Nonnulli versus (3. 30) leonini sunt, sed maiorem partem hoc ornamento caruisse apparet; saepissime bini aut plures versus concentu exeuntium syllabarum adstricti sunt cf. 1—2. 4—5. 6—8. 11—13. 17—19. 21—23.* 3 (Kar)olus *suppl. Steinm.* 9 guadent *E*

7, 1 *sq. Verg. Aen. VI 853.*

. . . retinent et corda luporum
. . . Christi non querit res alienas
. . . bona vinea vulpe
. . . huic quod per verba docetur
. . . emerant et sic legata merentur
. . . servus hominis servare tenetur
. . . defendere ius et honorem
. . . reprobi ceci maledicti
. . . heresis cupiunt tumulari
. . . quod non licet, acrius urit
. . . hic. video facientes
. . . quinque iam transactis mihi dixit
. . . quod eam dum somnus haberet
. . . sanctorum templa ruentes
. . . venit post hec homo iustus
. . . baculo quem detulit eiciebat
. . . statui revocavit cuncta priori
. . . vidua per septem lustra remansit
. . . . . vera videntur
. . . . . que non bene dicta videntur.

III. VERSUS AD CAROLUM CALVUM.

I.

Pythagorea licet parvo cape dona libello
Invicto pollens nomine Caesar avi.
Sunt ea Caesareis reor exornanda coronis,
Ipsa quas monas Pallade texuerit.
Si tamen ingenio, princeps mitissime, vestro
Legibus aptentur insinuata suis,
Nutibus inde tuis eadem, clarissime regum,
Perspice, quae supplex offero vota cliens.
Omnia si numero quapropter ad omnia constant,
Omnibus ut prosis, utere, rex, numero,
Quem, si corporeo caream, plerumquep otentem
Aeternumque magis cuncta super speculor:
Alter in inmensum crescens mihi crescere praestat,
Decrescens alter suadet item minui.

III, 1 ***B*** = *cod. Bamberg. H. I. IV 12. I f. 1^{v} sq., II f. 62^{v} sq., III f. 139^{r} sq. De codice ornatissimo Friedlein, Boetii de instit. arithmet. libri II p. 1, Leitschuh, Gesch. d. karol. Malerei 1894 p. 84 sq. 251 sq. 297 sq., Catal. Bamberg. I 2 p. 6 sq., Chroust, Monum. palaeogr. 1. Abt. Lief. XVIII tab. 8. 9, qui eum scholae Turonensi adiudicaverunt. Cum poeta Caesarem quendam 'nomine avi pollentem' adloquatur, plurimi de Ottone III cogitaverunt versusque Gerberto adscripserunt. At codex saeculi noni est, Carolus Calvus igitur intellegendus est cf. Leitschuh l. l., Traube apud Wattenbach, G. Q. I^{7} 354, 5. 461, 1, Chroust l. l. Versus ediderunt W. Giesebrecht, Gesch. d. d. Kaiserz. I^{5} 897 sq., Friedlein, N. Jahrb. f. Philol. XCV 1867 p. 709, Bubnov, Gerberti opera mathematica 1889, 147 sq. Anno 1910 codicem denuo contuli.* ***C*** = *Fragmentum bibliothecae gymnasii Casselensis cum B necessitate coniunctum, quod edidit Weber, Fragmentum Anicii Boethii de arithmetica, Casselis 1847 continet I.* 1 Pitagorea *C* 3 exornacda *B*, exornata *C* 7 inde *Giesebr.*, unde *BC* 11 cernam *pro* caream *coni. Weber.*

II 15 *aliter Cor. I 13, 5.* 16 *cant. 2, 15?*

III, 1 9 *sq. cf. Agium ad Rimbertum supra p. 937 sq.* 13 *Boeth., phil. consol. II 5 (p. 6 Peiper)* crescit in inmensum noxia cura, *quem versum etiam supra p. 967, 66 afferre debui.*

Infinita sequens igitur per mille triumphos
Sceptra regas, leto praecluis imperio.

II.

Quae numero constant, numero discuntur eodem,
Cuius in hoc seriem codice, lector, habes.
Quocirca gravidi textum rimare libelli
Praesentique vigil vim ratione vide:
Nec locus hic mendis, nec lusum ficta subornant
Verborumve fidem frivula conciliant;
Mensuram docet et numerum pondusque remotis
Ambiguis. Tantum mens oculata legat.

III.

1. Res incorporeas mage
Censeri solidas liber
Praesens perdocuit, suis
Ne desit bene perspicax
Tantum mens rationibus.

2. Nam quaecumque volubili
Motum continuant statu,
Seu quaecumque localibus
Se fundunt spaciis, idem
Dum non sunt, solido vacant.

3. At quisquis numerum probat,
Non quem portio disparat,
Sed quem consecrat unitas,
Labentem foris ambitum,
Ridet tutior intimis.

4. Quo tanquam speculo fruens
Hanc resculpit imaginem,
Quam, per plurima deterens
Dum linquit medium, vaga
Sparsim perdiderat fuga.

IV. HYMNUM REGALEM.

1. Inclite rex magne regum, consecrator principum,
Veritas signata patris Christi vero crismate,
Quo favente regna durant atque reges imperant:

2. Provehe regnum fidelis principis ad gloriam,
Unguine sacro nitescat, sanctitate floreat,
Fulgeat vitae corona, polleat clementia.

3. Gaudeat cum plebe totus, tota pleps cum principe,
Sit dies natalis huius feriata gaudia,
Sit piis omnino votis plena exultatio.

4. Ut pie tenendo regnum cum beatis moribus,
In quibus nunc consecratur, sic modestus imperet,
Quo simul cum his fruatur sempiterno munere.

III, II *B f. 62v—63r, om. C.*

III, III *B f. 139r sq., om. C. Strophas indicavit Giesebrecht. Num quid perierit, dubium est, cum ultimum folium codicis exscissum sit.* 1, 3 praes^{ens}, *ultima* e *incerta, B,* praestans *Friedl. Bubnov* 1, 5 rationb; *B* 2, 4 idem *B,* iisdem *vel* eadem *coni. Bubnov contra metrum* 2, 5 DV̄ N̄ S̄ *B,* Dum numerus *coni. Bubnov* 4, 3 deferens *Friedl.*

IV *Ex* ***B*** *= cod. Bruxellensi 8654—8672 olim s. Bertini s. X in. transcripsit Boretius, edidit E. D(ümmler) N. A. X 341.* 1, 2 *f.* Christe *scribendum videtur?* 2, 1 Provehe *D,* Proveae *B* principis *D,* principes *B* 3, 2 gaudio *coni. Wattenbach* 4, 2 consecratur̄ *Wattenb.,* consecratus *B*

III, II *cf. I 9.* 8 oculata *vox Fortunatiana; cf. etiam supra 938, 42.*

IV *Str. 5 rhythmica est, str. 1—4 metricae fere; 3, 3 hiatus. Quem ad regem pertineat, non constat.* 2, 3 *Ioh. apocal. 2, 10 al.*

5. Gloria sit deo patri, gloria sit filio,
Cum quo sanctus regnat simul spiritus paraclitus
Nunc et semper et per cuncta seculorum secula.
Finit in nomine trino divino.

V. VERSUS AD KAROLUM QUENDAM REGEM.

. . . . . petens incorrupta claritas.
2. Omnes ergo recreati victimis paschalibus
Exultemus sociati gaudiis regalibus,
In quibus sub Christo pollet orbis amor Karolus.
3. Omnis aetas atque sexus dicat voce consona:
'Vive, vale, rex percelse, plurima per tempora;
Christus tibi, quem adoras, cuncta prestet prospera!'
4. Gloria ęterno patri, honor, laus sit filio,
Spiritui procedenti virtus ⟨in⟩ imperio;
Trina sit potestas semper in uno consilio.

VI. VERSUS DE AELFREDO REGE.

I.

Admiranda mihi mens est transcurrere gesta.
Ex arce astrifera cito si redis arbiter inde,
(Lex etiam docuit typice portendere Frede,)
Flagrantique simul moles mundi arserit igne,
Rex, (formasti habens melius gnarum,) optime, flammis
Eripis atque chaos vincens, Christe, ipse necasti
Divino super astra frui per saecula vultu.

II.

En tibi discendant e celo gratiae totae,
Letus eris semper, Aelfred, per competa vitae,
Fletus iam mentem sacri satiare querela;
Recte doces superans falsa dulcidine veri,
Ecce aptas clara semper lucrare talenta,
Docte peregrinae transcurre rura sophiae.

5, 3 Hunc *edidit D*

V *Ex codice Bernensi 455 s. X f. 5r, de quo cf. H. Hagen, Catal. cod. Bernens. p. 396 sq., edidit H. Hagen, Carm. med. aevi p. 51; denuo contulit P. v. Winterfeld. Initium in praecedentis folii parte versa erasum est. Ad quem hi versus rhythmici pertineant, dubium est, sed cum codex olim s. Germani Pratensis fuerit, ad occidentalem Franciam referendi esse videntur.* 4, 2 in *addidit Hagen*

VI, 1 *Ex* **B** = *cod. Bernensi 671 s. IX f. 74v characteribus Anglosaxonicis exarato, cf. H. Hagen, Catalogus cod. Bernensium p. 498, edidit H. Hagen, Carmina medii aevi p. 11, denuo mihi contulit F. Thormann v. cl. Acrostichon* AELFRED *procul dubio ad Aelfredum regem pertinet. Poeta acrostichi legibus astrictus quae dicere vult nimis obscure expressit, ut vix intellegantur. Nomen* Aelfred, Frede typice portenditur: *Christe, si arbiter redis, simulatque mundus arserit igne, Aelfredum, quem gnarum formasti, flammis eripis atque divino vultu frui (concedis?). Singula dubia sunt.* 2 *sic Hagen,* Eserce astrifera cito s̄ reddes arbiter ĩde *B* 3 etiam *V. B* 4 * Flagrantice *B,* Flagranti *Hagen contra metrum* 5 habens *Hagen,* hs̄ s̄ *B,* flam̄ *B* 6 necasti = *delevisti?* 7 frui *inf. final.*

VI, II *Ex eodem codice p. 74v H. Hagen l. l. Cum v. 2 scribatur* Aelfred *(cf. etiam titulum praecedentem), fort. v. 1 interceptus est.* 1 ae cęlo *B* 2 vitae *Hagen (cf. e. g. Iuvenc. I 513),* ate *B* 3 Fletus, *corr.* Flens *B* * sacris *B i. e. querela fletus sancti* 4 * properans *B* * veri: mure *B* 5 * taltan *B cf. Matth. 25, 16* talenta acceperat ... et lucratus est alia quinque 6 peregrine *B* sophie *B*

VII.

Alme pater mundi dignus praenomine Petri,
Nomine quem sequeris, utinam virtute sequaris,
Sisque tuis famulis protector verus et ipsos
Commendes domino, coelo qui praesidet alto.

VIII. VERSUS WALAHFRIDI (?).

1. Non Maro, Flaccus,
Naso, Lucanus
Ausoniusve
Talia concinnunt.

2. Quos Probus iste
Legerit umquam,
Cantibus huius
Exsuperantur;

3. Forte poeta
Nomine Prudens
Et Severinus
Excipiuntur;

4. Vix et Arator.
Nescio plures
Laudibus huius
Aequiperandos.

IX. VERSUS CODICIS PARISINI 7972.

1. DE MONACHO.

Cenantes superingrediens monachus sibi poscit
Hospicium, se fans illuc errore coactum.
Propositi tamen oblitus non iussus edebat
Obvia queque vorans callos et verris inescans.

VII *Versus in calce epistolae, quam Theotmarus archiepiscopus Iuvavensis et episcopi Baioariae a. 900 ad Iohannem IX papam miserunt. Post Flacium Illyricum, Catal. testium veritatis 1597 l. IX = II 29 aliosque ex cod. Vindobon. lat. 1051 (fuit theol. 406) s. XII olim Pataviensi (cf. Denis, Cod. manuscr. theol. lat. biblioth. palatinae Vindobon. I 774 sq., Bresslau l. l.) postremus edidit H. Bresslau, Histor. Aufsätze Karl Zeumer z. sechzigsten Geburtstage 1910 p. 26. De aliis codicibus et editionibus cf. Germania pontificia ed. A. Brackmann 1911, 163 sq. De illa epistola cf. E. Dümmler, Gesch. d. ostfr. R. III² p. 511 sq.*

VIII *In cod. R = Remensi 130 (E 348) s. X f. 74ᵛ, cf. Loriquet, Catal. gén. 8° XXXVIII 122; in fol. 2 exaratum est* Dedit Probus Remensis ecclesiae fratribus, *similia f. 8—9 aliisque. Cum iste liber* Expositiunculas Strabonis discipuli Rhabani Mauri in libris exodi levitici *etc. cum disticho* Hunc librum exposuit . . Hrabanus . . Strabus et imposuit . . hos titulos *contineat (alios codices videas Epp. V 515), perquam probabilis videtur esse coniectura Loriqueti hunc Probum esse illum discipulum Hrabani natione Scottum, ad quem Walahfridus carmen* Versibus atque metris *P. A. C. II 393 misit; Probum codicem exarasse aut certe Remensibus dono dedisse. Quod si vere coniecit, nescio quomodo librum saeculo decimo adscribere potuerit. Ego codicem non vidi, at saeculi IX esse suspicor, atque, ut coniecturae coniecturam addam, Strabum etiam hos versus Probo dedicasse persuasum habeo; eius ingenio prorsus respondere videntur, atque etiam hoc metrum ille adamabat cf. P. A. C. II 379. 394. 418. Si de codicis aetate erro, etiam de apographo cogitare licet. Versus* Non Maro *etc. procul dubio aliunde huc transcripti sunt, cum 1, 4* Talia *non habeat, quo referatur.* 1, 4 * concinunt *R, sic saepe* concinere *et* concinnare *confunduntur. An* * cantant?

IX ***P*** *= Codex 7972 bibliothecae nat. Parisiensis, quem saeculo IX exeunti attribuunt (cf. Chatelain, Pal. d. class. lat. I pl. LXXIX et p. 23), inter Horatii carmen saeculare et epistolas f. 85ᵛ—87ʳ septem carmina praebet inserta. Quorum ultimum cum epitaphium Ludowici II imperatoris sit a. 875 Mediolani in basilica Ambrosiana sepulti, quintum epitaphium Lanfranci cuiusdam sacerdotis, quod nomen tum apud Italos frequens erat, sextum laudes Arnaldi presbyteri s. Mariae (fort. Mediolanensis) celebret ab Hungris trucidati, quos a. 899—900 Italiae superioris agros devastasse constat, codicem a. 900 fere Mediolani exaratum esse Traubii coniectura est haud improbabilis cf. P. A. C. III 754 sq. cf. N. A. I 414 n. 1. Versus praeter Ludowici epitaphium, de quo cf. P. A. C. III 403 sq., ab Holdero transcriptos edidit W. Wattenbach N. A. I 413 sq. Holderi apographon mihi praesto est.* ***W*** *= Wattenbach.* 3 edebant *P, corr. W* 4 callos et *W,* callose *P*

VIII *De Probo cf. Lupum Ferrariensem Epp. VI 28, 30 sq.* . . an certe inchoatam saturam . . struens Ciceronem et Vergilium ceterosque eius opinione probatissimos viros in electorum collegium admittat. *De Scottorum colonia Remensi cf. L. Traube P. A. C. III 710, 2 (P. A. C. II 394, 12).*

Quod cernens quidam dixit conviva cubantum:
'O tu serve dei, quinam mox carnibus ultro
Vesceris et normam transcendis ineptius artam?'
Suspirans monachus miserum se dicere cepit,
Avia quod carpens cellam repedare nequisset,
Qua sibi lensque foret dulcis porrique recentes:
'Si mihi faba foret presens, non letifer iste
Intraret cibus in buccam per tempora suetam
Longa bonis; cogente fame tam pessima carpo'.

II. DE ASINO AD EPISCOPUM DUCTO.

Ordine presbiteri dum promoturus asellum
Pontificis quidam pulsaret questibus aures,
Se sine missarum cultu transire per annum,
Presul ait: 'Sunt vita satis moresque probati?'
Qui summissus adusque pedes asinum sibi dixit
Difficile inventum petiitque sacrarier illum.
Antistes stupefactus ad hec: 'Demencia magna
Te gravat, ut stolidum pecuare quis ausit ad altum
Consecrare gradum: celeri discede recessu'!
Qui mestus gradiens asinum quatiendo regirat.
Rudere percussus coepit despectus asellus,
Regula sub cuius cauda rutili micat auri.
Munere quo cantuque animatus episcopus infit:
'Euphonus est asinus nec debet ab ordine sacro
Suspendi, dominus cui tantam praestitit artem'.

III. De AURO.

Ex Tiberiani carmine Baehrens P. L. M. III 265 excerptum est.

IV. De CAPRA.

Ecussum cornu gemeret dum forte capella,
Pastor eam gregis talibus orsus adit:

---

6 q̄ nam *P* 8 dicere *W*, discere *P* 9 cedam *in* cellam *corr. P* 11 loetifer *P* 12 tempora *W*, tempore *P*

IX, II *Extat etiam in S = cod. Stuttg. theol. et. phil. 4° n. 109 s. X f. 1, unde edidit F. Mone, Anz. f. K. d. t. Vorzeit V, 1836, 441. Codicem Berolini contuli. Liquore infuso nonnulla vocabula prorsus evanuerunt. Tit. sic P,* DE ORDINATIONE, *sed* DINATIONE *vix agnoscitur S,* PRESBYTERORUM *Mone supplevit, in codice quod extabat evanuit* 1 Ordine presp .. *S, reliqua pars versus evanuit* 2 *post* 3 *P* Pontificis *ex* Pontifices *corr. P* p..... questibus aures *S*, puls. q. aurem *P* 3 Se s. *S*, Desine *P, corr. Wattenb.* cultu *dubium, S* ...nsire *S*, transisse *ex* transsisse *corr. P* p..., er annum *extinctum S* 4 vita *dubium S* satis *S*, tibi *(ex coniectura?) Mone*, viri *P* 8 petuare *P, corr. Wattenb.*, pecuare *S* quis ausit *P, idem in S extitisse videtur*, qui isset *Mone* 10 Tum *S*, Qui *P* rediens *S*, gradiens *P* 11 dispectus *P*, despectus *S* assellus *(etiam v. 1* ass.*) P* 13 animatus *S*, animał *P* 14 Euphonos *S*, Eufonus *P* nec *S*, ne *P* 15 tanta *P* tantā cui dn̄s, *super* cui dn̄s *signa transpositionis S*

IX, IV 1 gremeret *P*

IX, I 7 *reg. s. Bened. XXXIX* carnium vero quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio praeter omnino debiles aegrotos; *cf. etiam c. LI.*

IX, II *Similis narratiuncula de asino canonice sepulto pervulgata est cf. A. Wesselski, Euphorion XV 17 n. 87, sed hanc formam fabellae ne Iohannes Bolte quidem alias invenit.* 4 *vide Addenda.*

IX, IV *Conferas Phaedri fabulam (Perottinam) Riese, Anthol. lat. II*[1] *821.*

'Oro, gregis dominus cum te prospexerit, ambo
Esse tibi dicas cornua fronte tua'.
Trunca capella dehinc: 'Quid narras, pastor inepte?
Nonne duo †feret ipse deesse' mihi?
Verba queunt istud certe celare nequaquam,
Apparet, factum, res manifesta satis'.
Hoc tibi de parvo possim narrare nepote:
Te sine quod fertur, non opus ipse feras.

V. EPITAPHIUM.

Non ullis meritis, sed sola voce sacerdos
Hic mea Lanfrancus sordida membra tego.
Poscenti veniam largitus, Christe, latroni
Plurima peioris crimina solve pius.
Tunc veniam tantum sola pietate vocatus
Ultimus ad regnum te miserante patris.

VI.

Hungrorum cecidi crudeli vulnere fossus
Presbiter Arnaldus, virgo Maria, tuus.
Sed domini natique tui sentencia iusta est:
Pro culpis genitum posce benigna meis,
Ut gregibus quandoque suis discreverit hedos,
Extremo merear dextimus esse loco.
Non merui tumulum: paries sacer iste relictis
Fratribus occurrat sollicitetque preces.

VII. EPITAPHIUM HLUDOVICI II.

Cf. P. A. C. III 405.

X. VERSUS CODICIS BEROLINENSIS PHILLIPPICI 1825.

I.

Altithronus sacra rutilans de sede supernus
Spes, vita, veritasque via, lux aurea mundi
Sanctificat clemens dulcis carusque perennis
Extenta famulos sacrata dextera Christus. . . .

---

6 feret *P*, non unum advertet *vel similia coni. Vollmer*, faciet *coni. W* 7 *coniungo* istud factum; *W dist.* nequaquam: apparet factum 10 *sic Traube*, Desine quid fecit *P*

IX, v 1 ullis *W*, ullus *P* 5 Tunn *in* Tunc *corr. P*

IX, vi *In P cum* **v**. *cohaeret* 7 tumulum *ex* tumultum *corr. P* 8 occurrat *ex* occurat *corr. P*

X, i *In* **C** = *cod. Berolin. Meermann. 167, Phill. 1825 s. IX, de quo conferas supra p. 733, in f. 45*^{v} *et 46 manu altera sed fere aequali hi versus exarati sunt, quos impressit Val. Rose, Verzeichnis etc. p. 461 sq. Cum post f. 45 duo folia exsecta sint, c. I in fine, c. II initio mutila sunt. Post II et III singulae lineae vacuae relictae sunt.* 3 *f.* * Sanctificet clemens, s *loco raso, C*

IX, v *Quis Lanfrancus ille sacerdos (procul dubio Italicus) sit, exploratum non habeo. — 1. Epitaphium Hincmari P. A. C. III 420* Nomine, non merito praesul Hincmarus. *Similia tritissima.* 3 *Luc. 23, 43.*

IX, vi 5 *Matth. 25, 32.*

X, i 1 *sq. conferas infra n. IV.* 2 *ev. Ioh. 14, 6. Silvius, Anthol. lat. ed. Riese II*^{2} *689*^{a}*, 5* spes ratio via vita, *8* lux. *Damasi epigr. ed. Ihm n. 67, 1.*

II.

. . . . . .

46r 'Quid mihi caprigero cornuque minaris abunco,
Frangi qui facile nostra virtute valebit,
Si fuga non poterit nostros vitare triumphos?
Quod si tanta tuum lusit dementia pectus,
Ut non terga petas armata fronte supervus,
Te velud avulsum lactantis ab ubere caprum
Dentibus adtritum partes per mille resolvam.'

RESPONSIO.

'Grandia iactanter bumbosa fauce cacinnas,
Pauca sed in rebus quibis monstrare cruentis.
Nam si tam preceps chaus non discerneret ambos,
Ilia per media acuto te findere cornu
Instanter poteram pedibus seu sternere nostris.
Partibus in multis merito te frusta secabo,
Quamvis magna tuas orrescat bestia voces;
Cumque tuum fuerit tabum foetumque cadaber
Dirruptum volucresque tuo de sanguine pastae
Carnibus atque tuis satiatae denique gripes,
Ridebit pecual, gaudet tunc bestia saltus,
Tristia quae dudum carpebant pascua campi.' . . .

III.

'Disce leo supplex apices sine murmure nostros.
Proderit ecce tibi, quod cantat littera libri.
Scito, miser ferulis si non vapulaveris multis:
His ego sub teneris obstrictus legibus annis
Alfabetum studui multo certamine scire.
Sic quoque perdoctus nulla feritate resistens
Sarcinulas porto stimulo confossus acuto;
46v Non me dispicias tumida cervice supervus,
Nam dominus celi dorsum conscendit aselli,
Qui propria sevum calce calcavit leonem.

X, II 1 *f.* * caprigeno abunco *C*, *f.* * adunco *vel* obunco *(Arch. f. lat. Lex. III 250)* 3 *i. e.* fuga *tua = tu fugiens, an* * fugā non poteris? 7 partes *ex* pare es *corr. C ante* Resp. *erasum* Grandia *C* 9 Paucas et *C Rose* 10 discernerit *C* 11 Ylia *C* 13 *coniung.* in frusta 16 paste *C* 17 satiate *C* gripoes *C* 19 * qui *C*

X, III 4 subtener is *C* 7 * laculo *C*

X, II *Fragmentum quid sibi velit, parum dilucidum est. Si pro* caprigero, *quod nihil est, corrigere licet* caprigeno *(i. e. cornu caprigeno et abunco), conieceris animal quoddam (cf. v. 6* velut — caprum*) se contra bestiam rapacem sc. leonem cornibus aut tota pelle capri armasse, sed praeceps chaos certamen impedire. De asello cogitare in promptu est. Fragmentum fabulae ignotae esse credibile est.* 4 *Aen. V 465* quae tanta animum dementia cepit? *IX 601 al.* 5 superuus: *cf. v. 15* cadaber. *III 8.* — *Conferas* terga dare, fuga salutem petere. 8 *Aldh. c. d. virg. 57 de asella:* garrula quae pridem bombosa fauce rudebat. *Ibid. 2527* stolida cum voce cachinnans. 10 *Luc. 16, 26.* chaûs *legendum est.* 13 *Aen. I 212* in frusta secant. 15 *i. e. foetidum, an foedum?* 18 pecual: *cf. Sedul. c. p. I 162* animal pecuale, *P. A. C. I 381, 55. Is. 56, 9* bestiae saltus.

X, III *Hic quoque leo atque asellus partes agunt. Dubium est, num hi versus ad praecedens fragmentum pertineant.* 4 teneris sub a.: *cf. P. A. C. I 47, 5. II 390, 65 al.* 9 *Matth. 21, 5.* 10 *ps. 90, 13; ep. Petr. I 5, 8.*

Discipulum nostrum non te sub fronte pudebit,
Multi nam nostris inbuti forte salibis
Sciunt orticas et parcum carpere tursum,
Quidam cardones obtonso mandere dente,
Quamvis spinoso subpungant vulnere labrum' . . .

IV.

Dextera, Christe, patris, virtus, sapientia, splendor,
Fons et origo boni, lati spes unica mundi,
Lux et imago dei genitoris, gloria, verbum,
Flamma, columba, leo, vitulus, sol, aurea clavis,
Mons et oliva, botrus, vitis gratissima vera,
Petra salusque, via, sceptrum, dux, semita, vita,
Ianua, pastor, ovis custusque puerque lapisque,
Verus homo verusque deus rex lexque sacerdos,
Pax et amor, sponsusque dies, mitissimus agnus,
Tu decus omne patris, per quem sunt condita cuncta,
Orbem qui pugno et palmo cludis olymphum,
Qui iubar astriferum rutilo vibramine mundum
Inradiare facis, pleno qui Cintia cornu
Iure fugare iubes noctis de lumine larvas,
Que pavida totum cingent nigridine mundum,
Qui stellas roris, siccas ut temperes occas,
Nuvigerus facies pluvias rorare per arva,
Qui gelidas guttas partim sub nube ligatas
Suspendis pariter, ne fuse rura redundent:
Te petimus miseri quamvis cum crimine multo,
Abluas ut noxas probrosi sanguinis ostro.

XI.

⟨Tendite⟩ regna poli, ianuas intrate per almas,
Currite, christicolae, tendite regna poli.

---

13 * partim *C*

X, IV 1 uirtus uirtus, *alterum erasum, C* 6 uita *C*, vitae *Rose (Paulin. Nol. c. X 47* vitae via, *sed Anthol. lat. ed. Rose II² 689 ● 5* via, vita*)* 8 *sic Rose*, rex lex m_1, rexq. lex m_2 *C* 13 plenoque *Rose errans* 14 lumine, u *corr., C* 18 gellidas *C*

XI ***L*** = *cod. Paris. 11 379 (Suppl. lat. 334), olim Laudunensis s. IX ex. f. 18, edidit K. Hampe, N. A. XXIII 636 sq.* 1 Regna poli ianuas populus int. p. a. ***L***, *corr. Hampe* 2 christiculae ***L***

13 tursum *i. e. thyrsum, 'Stengel'.* 14 *i. e. carduos.*

X, IV 1 *de epithetis Christi cf. inprimis v. Dobschütz, Decretum Gelas. 241 sq.; v. etiam supra p. 504 sq., P. A. C. I 156.* — 1 dextera virtus sapientia splendor *eodem ordine Isidor., etym. VII 2, 23 sq.; ibid. 20* verbum, *21* imago, *28* fons, quia rerum origo est, *36* pastor quia custos, *38* vitis via mons petra, *39* lapis angularis, *42* agnus ovis, *43* vitulus leo. 2 fons et o.: *cf. supra ad p. 937, 4, praeterea Tuotilonem, Ekkehart IV, cas. s. G. c. 46, ed. Meyer v. K. p. 163, Gautier, Les Tropes p. 3 n., Wolstanum Wiltoniensem, Anal. hymn. XLVIII 10, 11.* 3 lux et im.: *Anal. hymn. LIII 152, 8.* 4 vitulus leo *sic coniuncti praeter Isidorum apud Ihm, Damasi epigr. n. 67 cum adnotatione; v. etiam supra 928, 21 sq. N. A. XXXV 358.* 7 ianua pastor ovis: *P. A. C. I, 156, 2.* 11 *Is. 40, 12 cf. supra ad 706, 11. 904, 1, 4.* 13 *constructio mira, sed* Cintiam *metro excludi videtur.* 16 *i. e. stillas roris cf. Iob 38, 28.* occas: *cf. Aldhelm. c. e. IV, II 4 ed. Ehwald cum nota.* 17 *i. e. nubiger.* 21 noxas probrosi *(gen)? an* probrosas? *malim* pretiosi sanguinis *cf. e. g. Aldhelm. p. 312, 19 sq.*

Nuntius hic domini, cuius intratis per aulam,
Semper videt faciem nuntius hic domini.
Offerat ipse preces vestras pia vota creanti,
Tundite vos pectus, offerat ipse preces.
Dicite cum lacrimis, quicquid culpastis in ⟨ipsum⟩:
'Parce, rogamus, deus' dicite cum lacrimis;
Moxque vobis tribuet veniam pius ille rem⟨issor⟩
Plangentibus miserens datque vobis ve⟨niam.⟩

XII.

Ille sciat, novit necdum qui promere facta:
Ludere per modicum hoc mihi sufficiat.
Mure-ferunt-nato Bachum sat gignere claro,
Quidquid amas, prestat cuius in ore sapor.
Manna deus quondam populo pluit aethere sudo,
Prestabat libita cuius in ore sapor;
Sic, reor, et prestent, ni fallor, pocula sumpta
Iam dictae patriae tegmine sub vitreo.
Frater erat nuper medius vix tegmine tectus,
Frenesie recinens verba baburra nimis.
Hic Rodanum penetrans Mure-tua pocula-nate
Degustans sophie verba boavit amens.
Rursus abhinc alter, Bachi dulcedine plenus,
Mox ructare suum et pandere coepit opus,
Verba dare tipica rebus, notare figuris
Ut lituus reboans vates in orbe novus,
Suetus et extimplo mergens potare Lieum:
'Sic iuvat et calices sic vacuare decet.'
'Te'que 'cano, Bache', recinens 'te vocibus altis
Compita per mundi, semper ubique vale.'

XIII.

MUSA SENECTUTIS ISTIC CANTATUR AMARAE.

Fortia quid subito dissolvis membra, senectus,
Quae sibi bellipotens potuit nec subdere quisquam?

---

3 domini *corr. ex* dominus *L* 7 *versus rescisso margine folii mutilus*, ipsum *suppl. v. Winterfeld* 8 'Parce', rogate, 'deus' *coni. v. Winterfeld propter metrum, sed cf. v. 4* sempĕr, *10* plangĕntibus 9 rem, *reliqua rescissa, L, suppl. Hampe* 10 miseraens *L* ve⟨niam⟩ *suppl. Hampe* 9. 10 *corrupti?, v. 9 exspectaveris* Datque vobis veniam

XII *Ex P = cod. Paris. lat. 2974 s. X, de quo vide ad p. 1031 XI, f. 74, transcripsit Bethmann, edidit Dümmler N. A. X 342.* 7 * sic, reor, ut prestent *P* 10 Pronesie *P*, Frenesie *sive* Frenesia, Frenetice *coni. L. Traube N. A. X 610* 16 novus. *dist. Dümmler* 17 Vetus *P*, Suetus *Traube l. l., ubi per errorem* suetus *ad* vates *v. 16 referri videtur* exemplo *coni. Vollmer*

XIII *Ex V = cod. Vatic. Palat. 487 s. IX ex. f. 31v, de quo cf. Bethmann, Arch. XII 336 et Dümmler, N. A. IV 570 post A. Mai, Auct. class. V 456 sq. edidit Aem. Baehrens, P. L. M. V 313, qui ineunti medio aevo*

XI 4 *Matth. 18, 10.*

XII 3 *Roquemaure ad Rhodanum cf. Theodulf. contra iud. 128, P. A. C. I 497.* 5 *exod. 16, 4.* 9 medius vix t.: *sc. ineptus erat.* 10 *Isidor. etymol. X 31* baburrus: stultus, ineptus. 13 *'von jetzt ab ein anderer geworden'.* 20 compita p. m. *tritum post Iuvencum;* semper u. v.: *cf. e. g. P. A. C. I 266 L V 12. 270, 52.*

Tu me pestifero subdis fugienda mucrone,
Quae placidam properans spolias virtute iuventam.
Quicquid ad astra volat, quicquid generatur in arvis,
Colla superba tibi lacerato pectore flectit.
Fulgida famosae fugerunt tempora vitae:
Non sum, qui dudum fueram, cum viveret in me
Virtus, qua pugnans cunctos superare solebam.
Corniferos potui cervos prostrare sagittis,
Cum canibus densas nimium perstringere silvas.
Si sub fronde lepus, si ramis damma sub altis
Mansisset, nostro delusa est territa gestu.
Firma per undisonos credebam brachia fluctus,
Cum niveum quercus pondus curvaret ad arva.
Si iuvenis mecum voluit contendere cursu,
Post me confusus fracta virtute remansit.
Nudato gelidos tolerabam vertice nimbos.
Nocte meos parvus claudebat somnus ocellos:
Obtabam placida caeli splendentis ab axe
Auroram laetus teneris lusurus in arvis.
Ire frementis equi sonitu studioque volebam
Per plateas magna mecum comitante caterva.
Comtus eram gemmis et mundo fulgidus auro:
Splendebat roseo vestis perfusa colore.
Morbida languentis subito si membra videbam,
Claudebam manibus dimisso vertice vultum.
Nunc tussis, gemitus, languor mea viscera frangunt
Et dolor ardenti succendit lampade pectus;
Brachia fessa ruunt consumptis viribus aptis,
Nocte dieque gravi franguntur crura dolore.
Invalidus per rura trahor reptando vacillo
Nec possum recubans meroris surgere lecto.
Nam vocem ut servus nostram persenserit aure,
Subducit nostris fugiens solacia membris,
Nec tolerare potest longos ancilla labores,
Noxia quos misit spinosa fronte senectus.
Solve tenebroso miseram de carcere vitam,
Turbida viventi quae nulli parcere nosti.

---

adtribuit; Alexandro Riese, Anthol. lat. II² p. VI versus Germanum(?) poetam Carolingicae aetatis aperte prodere videntur. Qua de re nil certi statui potest, sed ipse quoque Carolino aevo adscribo. Comparari potest Alcuinus P. A. C. I 244, 29 sq. Qua campis cervos agitabat sacra iuventus, Incumbit fessus nunc baculo senior; *ibid. 231, 101 sq.* Qui iacet in lecto, quondam certabat in arvis Cum cervis, quoniam fessa senectus adest. *Conferas etiam formulam illo tempore perusitatam v. 24* mecum comitante caterva; *constructio* comitari cum aliquo *ex Vulgata hausta. Poeta Eugenii lamentum MG. Auct. ant. XIV 243 non novit. Usus sum photographo.* 4 Tu me *B(aehrens)*, Tu tibi *Mai*, Tum *V* 5 Quae *B*, Qua *V* 14 gressu *coni. B* 20 parvus *B*, parvos *V* somn *V* 21 placido *Mai* axe *V*, arce *B* 28 demisso *B* 32 dieque *B*, diesque *V* 33 bacillo *B* 37 tollerare *V*

XIII 6 *Sedul. praef. 12* Quidquid terra creat, quidquid ad astra volat. 32 = *Ecbasis capt. 477.*

XIV.

'Qui terram variis per totum cultibus annum
Incolit et glebis semen commendat apertis,
Postea, cum gelidas aquilo sufflaverit auras
Ac verni redeunt flores et farris aristae,
Semine gramineo gaudebit pinguibus arvis.
Qui vero cupiet pigro sub pectore somnum
Semper habere novum putridam nec spargere terram
Nec sulcare velit, vacuus quoque fruge carebit.
Diximus en quanto cupidi cultura coloni
Excolitur studio: caeli ducamus ab axe
Sermonem. Purum quotiens obnubilat aether
Obducitque polum tetra caligine nubes,
Nec sol inradiat terras, non pallida luna
Cornutam pandit faciem nec stella coruscum
Lumen habet; caelum sed cum vaga nubila mestum
Condere cessarint, clara sol luce nitescit.
Actenus ex terris caeloque exempla profari
Carminibus libuit nostris: nunc aequore verbum
Sumamus. Felix satis est, qui per mare gestit
Pergere, ventorum rabidos discernere mores
Si scit: tutus erit pelagi luctantibus undis.
Ast ignarus aquas qui vult transire feroces
Huc illucque vagas discurrens nauta per undas,
Si non vela sapit ventum distendere contra,
Haut dubium, capietur aquis turgentibus atque
Pronus ab arce ratis fundum mergetur in imum.'
'Quae tantis poterit verborum copia dictis
Respondere tuis vel quae vox ferrea sensum
Explanare tuum? Iam pectore et ore fatigor.
Verba latent sensusque fugit. Noli inde mirari.
Arte carens nuper stultorum garrula proles
Librorum despector eram ceu Tullius essem.
Desine quapropter forti me tangere versu.
Quidam 'fessus' ait 'bos calcat firmiter arva'.
Quodsi multa velim percurrere dicta Maron(is)
Aut revocare tuos gentili sorte poetas . . .'

XIV *Fragmentum obscurum ex* **L** = *cod. Bodleian. Laudian. 252 s. IX f. 10 cf. Dümmler N. A. IV 572 edidit et explanavit W. Meyer, Nachr. d. K. Ges. d. W. z. Goettingen 1917, 589 sq. V 1—34 in priore columna exarati sunt, v. 35—36 in altera reliquo folio vacuo.* 2 * opertis **L**, *W. Meyer* opertis *pro* opertum *accipit.* 10 dicamus **L**, ducamus *W. Meyer, 'wir wollen den Redestoff holen'* = *v. 18* sumamus verbum. 13 non: *f.* * nec 25 Est haut **L**, *corr. W. Meyer.* 35 percurre **L**, *corr. W. Meyer* maron **L** *folio resecto.*

XIV *Ex v. 27 sq. concludendum videtur ante v. 1 nonnulla excidisse.* 2 incolit: *i. e. colit, excolit.* 3 *der seltsame Ausdruck 'sufflaverit auras' scheint zu bedeuten 'wenn der Nordwind kalte Lüfte hereingeblasen hat', d. h. wenn es Winter gewesen ist. W. Meyer; malim* aquilo *pro vento intellegere: wenn der Wind . . . fortgeblasen hat.* 7 putridam terram: *Dungerde. W. M., malim 'die lockere Erde besäen'.* 11 obnubilat *intrans.* 28 *cf. Aen. VI 626.* 32 *als ob ich so gelehrt wäre wie T.* 34 *Hieronym. ep. CII ad Augustinum Migne XXII 831* . . . vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem . . . . *(Proverbium illud W. Meyer sic restituere studuit* Bos námque lássus fórtiús fígit pedém.) *Alcuin M. G. Epist. IV 39, 18* . . quia bos lesus *(vl.* lessus, laessus, laetus*)* fortius figit ungulam. *ibid. 190, 15* bos lassus fortius figit ungulam. *P. A. C. IV 340, 11.*

XV.

CARMEN DE PETRI APOSTOLI LIBERATIONE E CARCERE.

Carcere vallatus, turbà infidelium septus,
Morti deputatus, catenis ferreis vinctus,
Omni custodela servatus undique, Petre,
Manus evasisti funestas tamen Herodis.
Angelus ab arce descendens poli superno
Iussu ligaturas omnes expediit tuas,
Tractum de conclavi puro te reddidit caelo:
Solve ergo tuque nostrorum vincla malorum,
Quia tuos Christus praecepit solvere nexus.
Prima gallus ante quam voce alta caneret,
Ter negasti vitae auctorem timidus mortis,
Sed qui tua fecit solvi ligamina ferri,
Ipse duriora peccati vincula fregit.
Tui ergo facti magno in pondere pensa,
Quam te miserere nostris oporteat culpis,
Tuos nam quis umquam peccantum ferret vigores
Ardentisque tuae portaret fidei motus,
Alto nisi essent sub moderamine fracti,
Disceres in tuo ut nobis parcere lapsu.
Gloria sit illi, qui nostrae causa salutis
Tanta dispensari providit atque disponi.

XVI.

✠

Sic primo Christum certabant pendere regem.
Crux fulgens sancta olim cum cortice mansit.
O vita, electum per te vita redit . . . .
In te, vita, necem a miseris sensit . . . .
Si quondam reos hinc inde mortis plectebam,
Hunc undeunde fideles vitae presento.
Es insons et mundus iam sine crimine agnus,
Pantia cunctorum qui sanguine crimina tollit.

XV *Ex* **W** *i. e. cod. coenobii ss. Petri et Pauli Wissenburg. 91, Guelferbyt. 4175 (cf. supra p. 1047) f. 24v. primus edo photographo usus. Titulus manu recenti suppletus est. Hexametri vi positionis, prosodia syllabarum, elisione saepissime neglectis metrice legi nequeunt, sed ad easdem fere leges compositos esse apparet, quas in aenigmatibus supra p. 737 sq. valere intellegimus: sex syllabae caesuram trochaicam antecedunt, octo sequuntur, si primum versum excipias, in quo elidendum videtur, (at in v. 8. 10. 14 (bis) 18. 19 hiatus admittitur). Hexametri igitur sunt rhythmici, quibus praeter ceteros Langobardi delectabantur. (W. Meyer, Kl. Schr. II 13 sq.)* 21 tan/ta, n *erasa?*, *W*

XVI *Versus in crucem obscuri in* **W** *= cod. Wissenburg. 91 (cf. carmen praecedens) f. 24v. Photographo usus sum. Passim inter singula verba aut syllabas exiguae cruces inscriptae sunt:* v. 1 *inter* Sic pri *(super lin.)* cer ta *(s. l.)*, re re 2 Crux ful, sc̄a o, ti ce, 3 e lec, te ui, 4 ta ne, ris sen, 5 dam re, tis plec, 6 Hunc un, les ui, pre sen, 7 sons et, iam si, ne ag, 8 a cunc, qui san, na tol. *Praeterea in marg. sinistr. ad v. 2—6 septem parvae cruces adpictae sunt, ad v. 2—8 pertinere videntur. V. 1. 3. 5. 7 distinctiore initiali incipiunt.* 3 *post* redit *9 fere litterae erasae, post* redit *distinctum est.* 4 *post* sensit *nonnulla erasa esse videntur, distinctum est.* 6 *in marg.* undē *eadem manu.* 7 Es. *W*

XV *v. 1—9 cf. act. apost. 12, 5 sq.* 10 *Matth. 26, 69 sq. legendum* canéret *(an* cantaret*?)*

XVI 8 pantia: *cf.* πάντα *et* omnia; *ev. Ioh. 1, 29.*

XVII. FRAGMENTUM INCERTUM.

. . . . . .

Semper adest praesens, cunctos fovet, implet, honorat,
Glorificat, servat, veneratur, diligit, ornat,
Collocat altithrona laetos in sede polorum,
Praemia perpetuis tradens caelestia donis,
Angelicas inter turmas sanctasque cohortes
Vatidicis iunctos patriarchis atque prophetis
Inter apostolicas animis laetantibus arces
Atque inter roseis splendentia castra triumphis,
Candida virgineo simul inter et agmina flore,
Quae trahit alma dei genetrix pia virgo Maria
Per benedicta patris fulgenti regna paratu,
Inter et ecclesiae sanctos natosque patresque
Inter et aethereum caelesti pace senatum.
Quid rogo quid durum seclo censetur in isto
Vtque illas inter liceat habitare cohortes
Sedibus et superum semper gaudere beatis?

XVIII.

Mitte recordari monimenta vetusta, Terenti;
Cesses ulterius: vade, poeta vetus.
Vade, poeta vetus, quia non tua carmina curo;
Iam retice fabulas, dico, vetus veteres.
Dico, vetus veteres iamiam depone Camenas,
Quae nil, credo, iuvant, pedere ni doceant.
Tale decens carmen, quod sic volet ut valet istud;
Qui cupit exemplum, captet hic egregium.

XVII *Fragmentum in* **P** = *cod. Parisin. lat. 11 884 olim s. Remigii s. X f. 2 servatum quo pertineat incertum est; P. de Winterfeld hos versus finem vitae metricae s. Agnetis Harster, Novem vitae sanctorum metricae 38 sq. effecisse coniecit, cf. N. A. XXIII 638. Usus sum photographo.* 1 *verba* semper — fovet *in marg. repetita, ubi* ades, presens, cuntis *P* 3 *post* laetos *duo apices erasi esse videntur* 13 aethereum, *ultima* e *ex* i *corr. P*

XVIII *Ex* **P** = *cod. Paris. bibl. nat. 8069 olim Thuaneo s. X/XI (cf. Quicherat, Bibl. de l'école d. ch. II 115 sq.) ediderunt Magnin, Bibl. de l'école d. ch. I 517 sqq., A. de Montaiglon (Paris, octobre 1849: extrait du journal 'amateur des livres' et tiré à 50 exemplaires'), A. Riese, Zs. f. d. österr. Gymn. XVIII 442 sq., R. Sabbadini, (per le nozze di Stefano Sechi e Ida Grifi, Catania, aprile 1894.). P. de Winterfeld codice denuo collato optime edidit Hrotsvithae opera 1902 p. XX, quem sequor. De poeta eiusque tempore nil certi effici posse videtur: a vero procul dubio longe aberraverunt, qui septimo fere saeculo tribuerunt Magnin, Riese, Cloetta, (Beiträge z. Littg. d. Mittelalters u. d. Renaissance I p. 21), Sabbadini. L. Traube saeculo fere X adscripsit. Winterfeld corruptelis, quibus carmen tam antiquo codice servatum vitiatur gravissimis (schol. ad v. 27, v. 49) nos ad saec. X descendere vetari iudicat; saeculo nono etiam corruptelam ex antiqua scriptura Corbeiensi explicandam (v. 49) convenire. De eodem saeculo ipse quoque cogito, maxime leoninitate vacillante commotus. — Winterfeld, Archiv f. d. Studium d. neueren Sprachen u. Litteraturen CXIV 45 Terentium pro mimo, qui tunc temporis de scena descendisset, positum esse voluit, quae opinio satis incerta videtur esse. — Praecedunt haec:* Ieronimus qui patriarcharus cernis spectator ydea. Obsecro ne amicum qui diu quaeritur vix invenitur difficile servatur gratis amittas. Caritas non potest conparari dilectio precium non habet, *quae ad hos versus non pertinere Winterfeld intellexit.* 1 itte *P, suppl. Montaiglon, v. 25. 29. 45. 58. 62 litteras nitiales Magnin supplevit.*

XVII 8 splendentia c. tr.: *cf. supra p. 1045, 13.*

XVIII 2 *sq. eodem modo apud Petrum Paillardi Migne CLXXI, 1175 ultima verba pentametri initio hexametri subsequentis repetuntur cf. W. Meyer, Kl. Schr. I 94.* 3 *Verg. ecl. VIII 102* nil carmina curat.

Huc ego cum recubo, me taedia multa capescunt:
An sit prosaicum, nescio, an metricum.
Dic mihi, dic, quid hoc est? an latras corde sinistro?
Dic, vetus auctor, in hoc quae iacet utilitas?

NUNC TERENTIUS EXIT FORAS AUDIENS HAEC ET AIT:

Quis fuit, hercle, pudens, rogo, qui mihi tela lacescens
Turbida contorsit? quis talia verba sonavit?
Hic quibus externis scelerosus venit ab oris,
Qui mihi tam durum iecit ridendo cachinnum?
Quam graviter iaculo mea viscera laesit acuto!
Hunc ubi repperiam, contemplor, et hunc ubi quaeram.
Si mihi cum tantis nunc se offerat obvius iris,
Debita iudicio persolvam dona librato.

ECCE PERSONA DELUSORIS PRAESENTATUR ET HOC AUDIENS INQUIT:

Quem rogitas, ego sum: quid vis persolvere? cedo;
Huc praesens adero, non dona probare recuso.

TERENTIUS: Tune, sceleste, meas conrodis dente Camenas?
Tu quis es? unde venis, temerarie latro? quid istis
Vocibus et dictis procerum me, a! perdite, caedis?
Tene, superbe, meas decuit corrumpere Musas?

PERSONA DELUSORIS: Si rogitas, quis sum, respondeo: te melior sum:
Tu vetus atque senex, ego tyro valens adulescens;
Tu sterilis truncus, ego fertilis arbor, opimus.
Si taceas, vetule, lucrum tibi quaeris enorme.

TERENTIUS: Quis tibi sensus inest, ⟨quaeso,⟩ numquid melior me es?
Nunc, vetus atque senex quae fecero, fac adolescens.
Si bonus arbor ades, qua fertilitate redundas?
Cum sim truncus iners, fructu meliore redundo.

PERSONA SECUM: Nunc mihi vera sonat; set huic contraria dicam. —
Quid magis instigas? quid talia dicere certas?
Haec sunt verba senum, qui cum post multa senescunt
Tempora, tunc mentes in se capiunt pueriles.

TERENTIUS: Hactenus antiquis sapiens venerandus ab annis
Inter et egregios ostentor et inter honestos.
Sed mihi felicem sapientis tollis honorem,
Qui mihi verba iacis et vis contendere verbis.

---

post v. 27 persona cuiusdam prudentis terentum est, sed clam dedecorat *add. P; scholion esse intellexit Winterfeld; Vergilium, cuius versum Aen. II 704 poeta v. 24 attulerit, verbis* dictis procerum *v. 27 significari arbitratus correxit* cuiusdam prudentis sententia est, sed clam detorta. *Ego potius scholion ad v. 22* persona delusoris *esse crediderim et pro* terentum Terentium, *pro* prudentis *fort.* illudentis. *Sed quid sibi velit* sed clam dedecorat, *non video* 27 me á *P*, mea *Riese* 32 ó vetule *P*, o *del. Magnin* 33 *in P lacuna nulla,* quaeso *suppl. Montaiglon* 39 sunc *pro* sunt *P*

10 *cf. Victorin., Keil, Grammat. lat. VI 556 sq.* 14 pudens *i. e. prüde (cf. v. 6)?* 15 *Aen. V 520, VI 593;* lacessere *Aen. passim.* 16 *Aen. VII 270.* 18 iaculo acuto: *Aen.* XI 574. 23 cēdo *pro* cĕdo. 24 *Aen. II 704* Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuso. 31 *Matth. 21, 19.* 39 *sq. dist. Catonis* IV 18 nam † quocumque sene, puerilis sensus in eo est *(Otto, Sprichwörter d. Römer n. 1625).*

PERSONA: Si sapiens esses, non te mea verba cierent.
O bone vir, sapiens ut stultum ferre libenter,
Obsecro, me sapias; tua me sapientia firmet.

TERENTIUS: Cur, furiose, tuis lacerasti carmina verbis?
Me retinet pietas, quin haec manus arma cerebro
Implicet ista tuo: pessumdare te miseresco.

PERSONA SECUM: Quam bene ridiculum mihi personat iste veternus! —
Te retinet pietas? non fas est credere, credo.
Me, peto, ne tangas, ne sanguine tela putrescant.

TERENTIUS: Cur, rogo, me sequeris? cur me ludendo lacessis?

⟨PERSONA:⟩ Sic fugit horrendum praecurrens damma leonem.

⟨TERENTIUS:⟩ Vix ego pro superum teneor pietate deorum
Ad tua colla meam graviter lentescere palmam.

PERSONA: Vae tibi, pone minas: nescis quem certe minaris.
Verba latrando, senex cum sis vetus, irrita profers.
I, rogo, ne vapules et, quod minitare, reportes;
Nunc ego sum iuvenis: patiarne ego verba vetusti?

TERENTIUS: O iuvenis, tumidae nimium ne crede iuventae:
Saepe superba cadunt, et humillima saepe resurgunt.
O, mihi si veteres essent in pectore vires,
De te supplicium caperem quam grande nefandum.
Si mihi plura iacis et tali voce lacessis,
P . . . . . .
. . . . . .

---

47 firmet *Magnin,* firma *P* 49 arma cerebro *Magnin,* armice crebro *P (ductu Corbeiensi. Traube)* 52 non *Winterfeld,* nam *P* 55 damna *P* *55 et 56 personarum notas excidisse Magnin coniecit, qui v. 55 delusori dedit; has notas in scholio ad v. 27 latere(?) Winterfeld suspicatur* 57 tua *Magnin,* ma *P* 58 nesis *P, corr. Magnin*

57 *Terent. ad. II 1, 17* ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat. *Corp. gloss. lat.* V 621, 4 lentesco est adhaereo vel flecto. 62 *Verg. ecl. II 17* o formose puer, nimium ne crede colori. 62 *Aen. X 644* voce lacessit.

VERSUS SANGALLENSES.

I.

Praemia tantorum cui dona, Christe, laborum
Huicque polum tribuas, qui sydera celsa crearas.
Matheus, Marcus, Lucas pariterque Iohannes
Sint illi comites, quorum celebrabat honores.

II.

Pars, Liutwarde, prior finitur calle sub arto.
Commotam cane post terram miserumque profundum
Laetitiaeque melos sanctique decens habitaclum,
Atque oculos regi meditare intendere caeli,
Hierusalem donec merearis scandere celsam,
Qua deridebis quondam caedentia flagra
Et cum rege tuo gaudebis hic crucifixo.
Posterior pratis renitet cum floribus amplis.

I *Ratperti cas. s. Galli c. 28 ed. Meyer v. Knonau p. 51 de Grimaldo abbate.* S_1 = *cod. s. G. 614,* S_2 = *cod. s. G. 615. Stumpff, Schweitzer Chron. CCCLIX*^{v}*, Vadian, Chron. d. Abte v. St. G. ed. Götzinger I 162, F. Keller, Bilder u. Schriftzüge i. d. ir. Mss. d. schweizer. Bibl. 1851, 84.* 1 dona S_1, da pie S_2 2 qui sydera c. c. S_1, mare qui terramque c. S_2 3 et Marcus S_2 pariterque S_1, quartusque S_2 4 illi com. S_1, cui fautores S_2 celebrabat S_1, celebrarat S_2

II *Extat in codicibus libri sequentiarum Notkeri Sangallensibus post sequentiam* Nostra tuba S_1 = *cod. 378 s. XI p. 194,* S_2 = *cod. 380 s. XI p. 162,* S_3 = *cod. 381 s. XI p. 391, et in codice* M ‘ex studio Sigeberti praesulis *(Mindensis, inter 1024—27)* almo conscripto’ *nunc Berolinensi Theol. lat. quart. 11 s. XI (Rose, Verzeichn. d. lat. Hss. II 684) f. 171*^{v}*. Primus et ultimus versus post eandem sequentiam in* E = *cod. Einsiedl. 121 s. X|XI, cf. I. Werner, Notkers Sequenzen 1901, 11 sq. Ediderunt Canisius, Ant. lect. V 758, Dümmler, St. Gallische Denkmale a. d. Karoling. Zeit 1859 p. 224, Werner l. l. p. 6, v. 1 et 8 Neugart, episcop. Constant. I 1, 311. De Notkeri sequentiis conferas quas dubitationis causas attulerit Cl. Blume, Anal. hymn. LIII p. V sq. At Prooemium Notkeri adulteratum esse vix mihi persuaserim cf. N. A. XXXVIII 60 n. 2.* 2 posterram S_1, *cf. P. A. C. III 3 n. 3.* 1 suarto B 5 celsum S_2, celsam *rel.* 8 reniet S_1, renitet *rel.* aptis S_2, amplis *rel.*

I *Grimaldus abbas ob. a. 872. G. Rettig, Antiquiss. quatuor evang. cod. Sangall. 1836 p. XLVII hos versus ad Hartmotum refert, cui iure obloquitur Dümmler, St. Gall. Denkmale a. d. Karol. Zeit 1859, 259 n. 3.*

II 1 *cf. prooemium Notkeri* Summae sanctitatis merito summi sacerdotii decore sublimato domino dilectissimo Liutwardo incomparabilis viri Eusebii Vercellensis episcopi dignissimo successori . . . et archicapellano *(878—887)* gloriosissimi imperatoris Karoli Notkerus cucullariorum sancti Galli novissimus. *Dümmler l. l. p. 224.* 1 calle sub arto, 8 cum floribus amplis: *posterior libri pars maiorem numerum sequentiarum complectitur cf. P. v. Winterfeld, Welche Sequenzen hat Notker verfaßt? Zs. f. d. Alt. XLVII 352.*

III.

I.

O iuvenis clarae rutilans splendore iuventae,
Versibus, oro, tuis debita redde meis.
Te nam ceu quendam cupiens iam scire poetam
A te versiculos posco, requiro novos.
Nosco, quod a domino venit tibi gratia Christo,
Per quam multiplici arte vigebis ovans.
Tempore iam longo quodam ceu tecta merore
Fistula nostra iacet et pigra lingua silet.
Nullus enim fuerat, qui me per carmen adiret
Versibus aut aures vellet adire meas.
Gaudeo sed iuvenem te nunc florere poetam,
Per quem dulcisono carmine tangar iners.

II.

Accipe, care puer, missas tibi, queso, salutes,
Quas tibi prę̨fidus mittit amicus iners.
Deus tibi multiplices transmittat ab ethere grates,
Quod me torpentem evigilare cupis.
Deus te septenis faciat splendescere donis,
Impleat et sensus spiritus ipse tuos.
Discendi studio tecum comitetur in omni,
Ut bona queque probes atque inhianter ames.
Det tibi corporeum dominus deus ipse vigorem
Virtutesque animę̨ inserat ipse tuę̨,
In quibus ę̨ternum possis cognoscere patrem
Et valeas fidus filius esse suus.
Ast ego te iuvenem iuvenilia membra gerentem
Intus perfectum opto valere virum.

III, 1 *Ex W = cod. Guelferbyt. 4144 olim Wissenburgensi n. 60 s. IX/X f. 134v transcripsit et edidit N. A. XXVII 740 sq. I. Schwalm. Cum carmen II nonnullo tempore post I ita exaratum sit, ut ultimum distichum II 13. 14 spatium inter I et II antea vacuum relictum expleat, autographon esse coniecit, quod assentiente Paulo de Winterfeld collatis versibus P. A. C. IV 339 sq. 343 sq. Notkero Balbulo adscribendum censuit; cum Grimaldus abbas et s. Galli et s. Petri Wissenburgensis fuerit, autographon in hoc coenobium translatum esse haud improbabile videri. Cum dubius haererem, Paulum Lehmann consului, qui collatis photographo versuum P. A. C. II 474 (Wunschbock) et exemplis scripturae Notkerianae apud A. Chroust, Monum. palaeogr. I, XV 5—7 apices photographi Wissenburgensis similes quidem esse scripturae Sangallensi s. IX ex. respondit, sed cum collata exempla hic illic inter se differant, omnia a Notkero exarata esse neque demonstrari posse neque, cum Notkerus in scribendo sibi non prorsus constiterit, stricte negari; ceterum versus I et II fortasse non ab eodem scriptos esse. Rem in dubio relinquendam esse censeo, praesertim cum versus P. A. C. II 474 et IV 339 Notkeri esse vix constare mihi quidem videatur.* 1 splēdore *W* 6 quē̄m *W*

III, 11 14 opto, p *ex* b *corr., W.*

IV. NOTKERI VITA S. GALLI.

Notkerus Balbulus in prooemio libri sequentiarum inter annos 883—87 Liutwardo archicapellano dedicati[1] *se metricam vitam s. Galli elaborare insistere profitetur*[2]. *Illius libelli de fatis haec paucula constant: 1. Ignotus quidam, quem Ekkehardum IV fuisse probabilis est coniectura, post a. 993 praefationem in Notkeri opus conscripsit cf. infra 1095, 16, 3. 2. Apud continuatorem Casuum s. Galli haec legimus*[3]*:* Sed de Sidonio, quomodo, ne perficeret, quod proposuit, digna patris Galli ultione viscera sibi ante altare cecidissent, qui plenius scire desiderat, metricam Galli vitam legat *(cf. fragm. IIIa). 3. In celeberrimo catalogo bibliothecae monasterii s. Galli a. 1461 confecto*[4] *vita metrica affertur:* Epistola Notkeri monachi congregacionis nostre poete peritissimi ad Hartmannum: Notkerus predictus de vita s. Galli ad eundem Hartmannum per modum dyalogi III libri prosayce metriceque metro vario et pulcherrimo. *4. Canisius, Ant. lect. V 895* . . . Notkerus . . qui vitam s. Galli ligata et soluta oratione tribus libris complexus est *cf. ad fragm.* Ii *n. 7. 5. I. Vadianum, qui a. 1551 obiit, librum vidisse ex chronica de abbatibus coenobii effici videtur*[5]*:* Dan in den eltisten clöstern man sich der poetrei sonderlich wol beflissen hat, und weißt menklicher, daß der gelerte priester Beda derselben vil verstands ghapt und gůte carmina geschriben, desgleich mönch Rabanus zů Fulden, der zů abt Salomons tagen bischof zu Menz gewesen ist. Darzů der Abt Strabo Waldfridus in der Reichenouw und obgemelter Hartman und Notkerus, der für andre der music und poetrei verstendig gwesen. Und so er in besserer zeit und welt geboren, waere er seins gemůetz und kopfs halber gwüsslich ein verrůempt man worden, wie sichs in dem bůch, das er von dem leben S. Gallen angefangen und etwa ferr vollstrekt, aber nit vollendt noch außgemacht hat, in welchem er seinen gesellen den Hartman einfůert und mit allerlei zalen der versen von geschichten S. Columbans und S. Gallen gesprech haltet, darzwüschet ouch andre ongenumerete oder ongebondne gespräch mischlet, in weis und maß wie der Martianus Capella seine bůecher von den siben freien künsten geschriben hat. *Idem ex illo libro nonnulla affert, quae alibi tradita non sunt. 6. I. Rütiner in commentationibus inter 1529 et 1539 scriptis I 52a*[6] *haec habet:* Haec reperi in codice vitae Galli metrice scripto (scriptum *cod.*) per modum dialogi primo versibus saphicis (seraphicis *cod.*). Interloquitur Nockerus et Hermannus Contractus. 'Elegantissimum carmen', in margine haec signata a quodam. *At non multo post codicem periisse Iod. Metzler in chronica coenobii docet*[7]*:* Vitae s. Galli vario eodemque pulcherrimo metro, uti index anno 1461 confectus habet, lib. III, quo de opere

---

1) *Cf. supra p. 1091, II 1.* 2) *Dümmler, St. Gallische Denkmale aus d. Karol. Zeit. Mittheilg. d. ant Gesellsch. z. Zürich XII 224* metrum, quod de vita sancti Galli elaborare pertinaciter insisto, quamvis illud fratri meo Salomoni prius pollicitus fuerim, vobis examinandum, habendum ipsique per vos explanandum dirigere festinabo. *Hoc prooemium Clemens Blume, Anal. hymn. LIII p. XIII adulteratum esse contendit* ('das famose prooemium Notkeri'), *at mihi omnino non persuasit. Gravissima sane sunt, quae de sequentiarum origine docte disputavit, atque actum esse de Notkero sequentiarum inventore credo, sed collatis omnibus, quae ex Notkeri scriptis aetas tulit, dubitare nequeo, quin genuinum sit. Aliter igitur res diiudicanda est.* 3) *Mittheilg. z. vaterl. Geschichte, St. Gallen 1879, XVII (N. F. VII), 4 sq.* 4) *Weidmann, Gesch. d. Bibl. v. St. Gallen 1841, 401, P. Lehmann, Mittelalterl. Bibliothekskat. I 115. Ex verbis* epistola — ad Hartmannum *perperam opus Hartmanno dedicatum esse coniecerunt cf. Manitius L. G. 361, pertinent ad fragm. Ia.* 5) *Deutsche histor. Schriften herausg. v. Goetzinger I, 1875, 169.* 6) *Extant in cod. 78/79 bibliothecae Vadianae cf. Verz. d. Manuskr. u. Incunabeln d. Vad. Bibl. 1864, 35. Ios. Müller tabularii s. Galli praefectus locum mihi contulit.* 7) *Stiftsarchiv tom. 182 p. 238. Locum eidem Iosepho Müller debeo.*

ipse quoque Notkerus meminit in epistola ad Liutwardum Vercellensem, sed ego non nisi fragmentum eius reperire hactenus magno sane dolore meo et incommodo potui. Susceptum enim a Notkero potissimum fuerat opus, quod, ut ibi legitur, Walafridus multa de antiquis patribus nostris summa laude digna silentio nescio qua de causa praeterisset. Ablatum fuit in novissimo coenobii excidio atque, ut aiunt, in Palatinatum asportatum exemplar. *Licet autem uberrimam messem deperditam doleamus, tamen nonnulla excerpta extant eaque pretiosissima, quippe quibus adiuti cogitatione quidem fingere possimus, quae indoles fuerit singularis illius operis, tradita in* ***S*** *= codice tabularii s. Galli 369 s. XV. Quae cum non continuo scripta sint, sed cum epistolis cartisque permixta, eam partem codicis, qua fragmenta continentur, summatim certe describendam duxi*[1]*: p. 66* Epistola elegans *(formula):* Reverendo . . Caspari de Landemberg . . abbati s. Galli *(depos. a. 1457); fragm. Ic. p. 67 fragm. Ih* Iohannem socium . . Omnigenarum. *Excerpta epistolae:* Caspar . . abbas s. Galli. Reverendo . . Udalrico abbati monasterii in Wiblingen . . a. d. m̊cccc°liiii° *aliaque. f. 68ʳ extr. fragm. IIc. f. 68ᵛ sq. excerpta formularum; admixtae sunt sententiolae duae:* Quod modicum arrisit, nimium iam triste recedit *et alio ductu* Qui alium deridet, facta sua propria non videt. *p. 69 med. alio atramento* Epitaphium Francisci Petrarche, *inc.* Frigida Francisci, *3 v.v. Sequuntur sententiae quaedam et alio ductu* donatio Hermanni de Landemberg . . a. d. m̊ccclxxxx.ᵗᵒ *p. 70 sq. rursus primaria manu (praeter 70 extr.) diplomata et epistolae. p. 75 sq. excerpta:* Quintilianus . . . *p. 76 extr.* Principium libri secundi in metricam sancti Galli, *fragm. IIa. p. 77* Epistola Notkeri metrica ad Hartmannum discipulum in vitam sancti Galli, *fragm. Ia*₁. *p. 78* Rescripta Hartmanni ad epistolam Notkeri sibi prolatam, *fragm. Ia*₂, *et fragm. Ig. p. 79 sq. diplomata. p. 81 sq.* Prefatio in metricam s. Galli etc. *cf. infra. f. 83ʳ fragm. If. f. 84ʳ med.* Omnigenarum (ut longe prius habes, *sc. p. 67) fragm. Ihb. fragm. Ii. f. 84ᵛ fragm. Ik usque f. 85ʳ med. f. 85ᵛ fragm. IIIa. IIIb. IIIc; formulae medicae. f. 86 diplomata et epistolae. Ex his fragmentis H. Canisius, Ant. lect. V, 1604, 790—92 n. Ia*₁, *Ia*₂, *IIa, IIb, IIIa, Id str. 1. 2, id est omnia fere, quae formam metricam prae se ferunt, primus edidit a Iodoco Metzler sibi missa, qui cum se opus ipsum non vidisse testetur, codicem 369 putandus est excerpsisse. Quae restabant, Weidmannus a. 1846 libro, quem inscripsit 'Geschichte der Bibliothek von St. Gallen' p. 481—493 annexuit, sed nescio quo pacto tam male habuit, ut insano quodam digna potius viderentur quam illustri illo poeta. Quid igitur mirum, quod haec fragmenta Balbulo abiudicanda esse consentiebant? Accedit, quod libello mira quaedam praefatio praemissa est, quam Notkeri temporibus minime convenire concedendum est. Quod quo clarius eluceat, hic inserenda videtur.*

Prefatio in metricam sancti Galli etc.

Yso quondam coenobita sancti Galli nominatissimus[2] metrum et ⟨prosam⟩ docuit plurimos, inter quos sive prae omnibus Salomonem primo canonicum postque sancti Galli monachum[3] tandemque Constantiensem episcopum eius nominis videlicet tertium. et ad honores, quibus eum deus promoverat, initiavit, sed et cum ipso Notkerum qui-

---

S p. 81 sq. 2 prosam *suppl. Winterf.*

1) *Codice a. 1911 Berolini usus sum, deinde I. Müller insigni cum comitate totum opus denuo diligentissime cum codice contulit.* 2) *Ekkehardi IV cas. s. Galli (ed. Meyer v. Knonau 1877) p. 3* Salomonis tertii parentes . . . ipsum Isoni s. Galli monacho tunc temporis doctori nominatissimo tradunt erudiendum et clericatui initiandum *cgs.* 3) monachum: *immo abbatem.*

dem Balbulum, sancti spiritus ut neminem latet vas electum [1], Hartmannumque postea loci Galli abbatem, Ratpertum quoque, Tuotilonem et Waltrammum [2] in divinis litteris praelibabat.

At vero quinque hos post illum Marcellus Scotus, Moengal Ibernice vocatus, (cum) Marco quidem episcopo avunculo apud nos commanens septem liberalibus instruxerat artibus. Quorum tandem singuli singulares columpnae [3] facti sunt monasterii sancti Galli, ut in cantilenis ipsorum dulcisonis, quibus singulus eorum apud nos adscriptus est, rerum sciolis apparet [4].

His ita adbreviando praelibatis [5] ad dominum Notkerum, cuius hoc opus quod sequitur est, veniamus. Ipse enim Hartmanni condiscipuli sui, post abbatis nostri, Hartmannum [6] nepotem cum doctrinis ad unguem [7] provehens unice nobilitasset, huius operis priorem cum ipso alternaverat partem. Quod cum dialogica lege fecissent, uterque quae sibi libuit dialogico quidem iure operi inseruit; quae tamen aeque sibimet ipsis eruditum lectorem quaerunt et pari sibi ingenio a deo donatum. Obiit tandem Hartmannus ipse opere quidem, quod simul egerant, non explicito; de quo utique plura insignia si vacaret scribere supererant. Nam inter alia quae fecit memoriae digna sanctum Udalricum Wiboradae nostrae, ut et alibi scriptum est [8], adoptivum in hanc, qua nunc praepollet, initians sanctitatem et gloriam ipse docuit [9] et in eo sancti Galli nomen et locum amplissime decoravit.

Eo autem viam patrum ingresso item dominus Notkerus Ratpertum patruelem suum et Ratperti condiscipuli sui nepotem amborumque discipulum in opus assumpserat reliquum. In quo ut videre est [10] uterque illorum tantum sudoris sibimet expresserat, ut doctissimi quidem eorum sudores relegendo tergere nitentes necesse quidem sit ut et ipsi sudent in eo, quod posteris illi suis studiorum indefessam reliquerant normam, ut etsi omni socordia abiecta et pigritia totum se quis nocte dieque occupet longaevitatis in studiis ad ea relegenda, quae ipsi quidem, quia legerant, tetigerant, pertingere ne-

---

4 cum *addidi* 7 ip̄os ip̄orū *S* 9 itq; S^1 17 adoptivum *Weidmann*, adoptimum *S* 21 assumperant S^1 26 ip̄e S^1

1) *cas. c. 46 de Notkero* .. quoniam illum spiritus sancti vas electum nequaquam dubitamus *(act. apost. 9, 15); ibid. c. 33.* 2) *Waltrammum Isonis discipulum fuisse in Casibus non narravit Ekkehardus; cas. c. 33* Hi quidem ab Hisone cum in divinis non mediocriter essent praelibati, Marcello ... sunt coniuncti. Qui .. septem liberales eos duxit ad artes. *ibid. c. 2* Marcus quidam Scotigena episcopus ... comitatur eum sororis filius Moengal postea a nostris Marcellus diminutive a Marco avunculo sic nominatus. 3) *sq. cas. c. 74 de Ekkehardo I eiusque sodalibus:* qui, quaqua opus foret, singulares loci sui columnae quidem essent. 4) *cas. c. 33* quantum in operibus singulorum *(musicis)* apparet. 5) *cas. c. 1 extr.* his partim per transgressum praelibatis ad ordinem incepti operis revertamur. 6) *Intricata est quaestio de Hartmannis: auctor praefationis interlocutorem nepotem Hartmanni condiscipuli Notkeri, post abbatis esse dicit, qui quidem opere non confecto obierit: at iuniorem Hartmannum Salomoni III in abbatatu successisse Meyer v. Knonau cas. s. G. adnot. 16 posuit: inde Seemüller, Studie z. d. Urspr. d. altd. Historiographie. Festgabe f. R. Heinzel p. 308 duos homonymos hic confusos esse coniecit. Sed haec sententia minime placet. Interlocutorem admodum iuvenem esse ex fragm. I f, Notkeri discipulum ex fragm. I i apparet; abbas non factus est, cum ante opus finitum mortuus sit. Inde N. A. XXXVIII 66 adnot. 6 exposui aut tres Hartmannos tunc temporis in monasterio fuisse, 1. seniorem, Notkeri condiscipulum, 2. eius nepotem, Notkeri interlocutorem, 3. tertium quendam, post abbatem factum, id quod perquam improbabile videtur, aut seniorem Salomoni successisse, iuniorem exeunte sacc. IX vita excessisse. Hoc si concedimus, cum eo, qui operi praefatus est, consentimus; neque non concinit, quod a. 895 unus Hartmannus in coenobio erat (Meyer v. Kn. l. l.). Quae Iod. Metzler, De vir. ill. m. s. Galli I 22, Pez, Thes. anecd. I 3, 570 affert* Hartmannus ad distinctionem Hartmanni nostri abbatis dictus iunior discipulus s. Notkeri eiusdemque in dialogo de vita s. Galli interlocutor, *ex fragmentis vitae hausta esse apparet.* 7) ad unguem: *Horat. sat. I 5, 32, de arte poet. 294, Verg. georg. II 277.* 8) *cas. c. 57. 58.* 9) *cas. c. 57. Udalricus canonizatus est a. 993.* 10) videre est: *cf. 1096, 1, Ekkehard. cas. c. 7.*

queat, sed et in his, quae ut videre est oculis perspexerant, omni conatu mentis et corporis non dico eis se aequiperare, sed et ipsos apprehendere nullo quidem pacto sufficiat. Ideoque quia in studia nos divina et scolastica aeque illis impendere pigritamur, si eorum in hoc opere eloquia minus quam volumus extricare valebimus, non eorum vacillanti facundiae sed nostrae imputemus tarditatis inertiae.

Causa autem carminis huius scribendi haec quidem erat: Gozpertus abbas[1] noster Walafrido Augiae abbati vitam sancti Galli a Scotis semilatinis[2] corruptius scriptam, ut facundia sua, qua ipse prae aliis tunc temporis diffamatus est, luculentioris leporis stilo describeret, iniunxit. Egerat autem hoc, primo propter auctoritatem hominis, dehinc ne, si sui quidem, quos habebat facundissimos, magnatem suum elatius scribendo extollerent, adulatorie eum laudasse putarentur et linguis sic detrahentium cum sancto Ieronimo[3] roderentur. Descripta est igitur tandem per abbatem opinatissimum vita; quam cum in processu temporis eruditissimi illi primo propter reverentiam tam arduae dictationis laudatam accuratius relegerent secumque habitando colloquiis vacarent, Tuotilo inter eos plane iuvenis acutissimus, qui 'Hodie cantandus est' tropum effecerat[4], Notkero assentienti ita in aurem locutus est[5]: 'Videsne', ait, 'intime mi, quod tamen imperitorum minus patet caecitati, dissertissimum illum passim barbarico modo et more latina dixisse ut illud 'quam habuit desponsatam[6]', quod quidem latinius esset, si 'quam desponsaverat' posuisset? Matheus[7] enim de Herode non ait 'Quia habuit eam domum ductam', sed 'quia duxerat eam'. Sed et quaedam posuit alia nequaquam propter cautelam caritatis latius per nos quidem vulganda: miror tamen id unum prae ceteris hominem tot paginas ut celebre est scripturarum pervagatum 'gladius' pro 'securi' posuisse[8], cum id quidem nec teutonicum sit nec latinum. Nam scemata nostra, ut tibi notissimum est, aut genus ponere pro specie aut speciem pro genere aut totum pro parte aut partem pro toto concedunt facundiae; sed 'securis' nihil horum est 'gladio'. multo minus 'gladius' 'securi'. Paucula tamen haec, cum plura mihi non minus suboleant[9], contra barbaricam eius latinitatem tibi in aurem insinuasse sufficiat, quae tamen ut caritas, quae omnia suffert[10], ne uno quamvis vero vulneretur verbo, ceteros velim lateant nobisque solis in angulis nostris pateant'. Et dominus Notkerus: 'Eo' ait 'animo, ut dixisti, anime mi, haec te postulo perpeti, quoniam ego, si deo dante advixero, ipse eam materiam metrice latinare mentem habeo. Ipsum tamen gladium hunc, si opus meum eotenus perduxero, auctoritati tanti actoris favens, quamvis et mihi quidem in stilo eius quiddam ut tibi suboleat, eo modo ibi exerere non devitabo, 'mucronem' quoque vel 'ensem' pro 'securi' non repudiabo. Itaque non immemor, quod Petro Paulus iudaizanti obstiterat[11], ipse autem sibimet in Cenchris caput † eundem raserat[12], id ipsum quidem non sine vera causa ipse faciens, in quo prius maiora se peccasse arguebat — vera enim et mihi videtur causa humilia sentiendo scientem facere — quod abnuo, ne auctoritatem operis illius

4 opore *S* eloquia *sic litteris evanidis S* 6 Causa — erat: *hoc enuntiatum exaratum est, tamquam eorum quae sequuntur inscriptio sit, S* 9/10 ne sui, quos quidem *coni. Winterfeld* 13 ardui S^1 15 * tropos, *altera* o *ex* u, *S* 17 barbarica S^1 19 hab *S* 21 uulganda, *prior* u *ex correctura, S* 27 * sufficiant *S* 28 nobisque *ex* uobisque *corr. S* 33 ibi *ss. S* 35 *f.* * eundo in Syr. 36 * maiorem *S*

1) *cf. Walahfridi ad Gozbertum abbatem fratresque Sangallenses epistolam SS. rer. Mer. IV 280.* 2) *cf. cas. c. 80* semimagistri. *Fragmenta huius vitae SS rer. Mer. IV 251 sq., Walahfridi opus ibid. 280 sq.* 3) *cf. infra fragm. 1f.* 4) *cas. c. 6* Tuotilo, qui 'Hodie cantandus est' dictaverat. 5) *cas. c. 42* Tuotilo .. signo dato amice illum foras evocans silenter in aurem .. inquit. — *Cum Walahfridus munus suscepisset vitam elegantiore stilo redintegrandi, fratres Sangallenses acerrime partes censorum egisse probabile est.* 6) *Walahfr. l. l. 295, 27* qui eam habuit desponsatam. 7) *immo Marcus 6, 17. Walahfridi castigator non vidit illum suo more cursum velocem adhibuisse.* 8) *l. l. 326, 31* cum .. pauca succideret arbusta, gladius quem tenebat tam valide manui eius adhaesit *cqs.* 9) *cf. infra v. 33. cas. c. 6. 8.* 10) *Cor. I 13, 7.* 11) *Galat. 2, 11.* 12) *act. apost. 18, 18* Paulus ... navigavit in Syriam ... qui sibi totonderat in Cenchris caput; habebat enim votum.

non assentiendo vel inficiando vilescere faciam[1]. Quantum tamen, unice mi, reverentia eius me permiserat[2], et ipse ego homini nuper in faciem restiti, obiciens ei, quoniam multa patronorum nostrorum magnalia praeteriit et intacta aut sciens aut negligens reliquit[3]. Ideoque vel maxime ego agrum ipsum iterato habeo usque limitem arare, quem ipse inaratum tamquam minus quidem sollicitus reliquerat[4].

Mentio igitur fit 1095, 16 sancti Udalrici, quem a. 993 canonizatum esse constat; 1097, 2 Notkerus, qui a. fere 840 natus est, Walahfrido a. 849 mortuo se asserit restitisse; eandem temporum perturbationem in opere ipso invenire videmur, cum Notkerus fragm. If 1100, 5 abbatem Augiensem se spondeat visitaturum: falsarium igitur Dümmler et Seemüller deprehendisse sibi visi sunt, qui celeberrimo Notkeri nomine male usus esset ad opusculum suum lectoribus commendandum[4]. *At sagacissime Paulus de Winterfeld fragmenta iuste interpretatus nodum solvit*[5]*: libellus quin Notkeri sit, si reliqua opera eius, inprimis gesta Caroli et librum formularum*[6] *contulerimus, omnino non possumus dubitare*[7]*; iocans quidem ille, quem iocatorem fuisse scimus praeter multos, Walahfrido se restitisse dicit, iocans se Walahfridum aditurum spondet; ad Notkeri tempus optime quadrat, quod fragm. If Ruodpertus nuper in Mettensis ecclesiae sede dicitur sublimatus. Praefationem vero alius quis addidit, quem stilo narrandique ratione proxime ad Ekkehardi Casus sancti Galli accedere nemo non videt: aut ipse igitur praefationem scripsit aut — id quod vix crediderim — strenuus quidam Ekkehardi imitator.*

Cum Winterfeld fragmenta enarrasset, non edidisset, ego illum secutus a. 1912 ad Notkeri millennium celebrandum, quae de opusculo illo singulari servata sunt, ex ipso codice liberalissime Berolinum transmisso edidi[8]. *Hanc editionem correctis quae corrigenda erant*[9] *hic redintegravi; orthographiam saeculi XV velut* michi, oppinatus, Wallafridus, Walfridus *etc. omnino sprevi, Weidmanni menda innumera non commemoravi. Restat ut Iosepho Müller v. v. insignes agam gratias, qui me rogante editionem meam priorem strenue cum codice contulit.*

LIBER I.

(Notkerus.) Ia 1.

1. Ultima saecli generate meta
Vincis antiquos lyrico poetas,
Pindarum, Flaccum reliquosque centum
Carmine maior:

2. Tu prophetarum celebres Camenas,
David, Esaiae parili decore
Aemulans, tempus sine laude nudum
Scemate vestis:

---

1 inficiendo S^1 2 *pmiserat S 4 agrum: *aratrum S 5 inaratum *Weidmann*, miaratum S

Ia 1 S^1 *p. 77* Epistula Notkeri metrica ad Hartmannum discipulum in vitam sancti Galli. Ultima *etc., antecedit p. 76 in calce fragm. IIb* Posco magister. *Edidit Canisius A. l. V. 790.* 1, 2 lyricos *Can.*

1) *Sententia hiat. Dicere videtur: sicut Paulus, quamvis humilis esset, qui caput rasisset, tamen Petro obstitit, ipse quoque humiliter sentiens Walahfridum corrigere in animo habeo, sed ei detrectare abnuo.* 2) *intellego: me (mihi? mi?) resistere permiserat.* 3) *agiturne de sermone ficto?* 4) *E. Dümmler, N. A. IV 548, I. Seemüller l. l. 307 sq. W. Wattenbach G. Q. I⁶ 270 n. 3 correctus est a L. Traube ibidem I⁷ 269 n. 2.* 5) *Neue Jahrb. f. d. klass. Altertum, Geschichte u. deutsche Litteratur III, 1900, 360 sq. n. 3 N. A. XXVII 744 sq. XXVIII 63 sq. Ad has commentationes egregias lectores relegatos esse volo.* 6) *Das Formelbuch des Bischofs Salomo III. von Konstanz herausgegeb. v. E. Dümmler 1857.* 7) *Conferas, quae ad singulos locos adnotavi.* 8) *N. A. XXXVIII 59 sq.* 9) *Conferas praeter alia, quae de fragmento Ib dixi a Paulo de Winterfeld et me perperam huc translato.*

Ia 1 *Notkerus ad Hartmannum.* — Ultima s. meta (*Ovid. am. III 15, 2*) *i. e. in sexta aetate mundi.* 1, 3 *cf. Fortunat. carm. IX 7, 3* Pindarus Graius, meus inde Flaccus . . . carmine lusit. *Carm. Cenomanens. P. A. C. II 627, 61* Flaccus . . nec Pindarus; *cf. etiam Horat. c. IV 2, 1* 2, 3 *Horat. l. l.* Pindarum . . aemulari.

3. Gesta tu Galli domini beati
Pange, decanta, modulare, psalle;
Munus hoc mandat tibi Christus auctor:
Arripe laetus.

4. Forsan et lassus titubas vel erras:
Curro festinans, celerans levabo
Et pedes firmans teneros praeibo
Calle modesto.

5. Spiritus summi patris atque nati,
Unctor, adiutor tibimet revolvat,
Quidquid est huius memorare sancti
Carmine dignum.

6. Care, quid linguam taciturnus abdis
Laudibus Galli neque laetus instas,
Cuius es victu spoliisque factus
Frustra virilis?

7. Quid prodest temet studiis librorum
Tam brevis vitae morulas dicasse
Corpus ac fractum macerasse tantum,
Si nihil audes?

8. Sic ocellorum potiaris usu,
Organo vocis careas nec umquam,
Munus et gaudens manuum retentes:
Scribe quod hortor.

9. Si times solus grave ferre pondus,
Colla ne multum reprimantur arta
Fasce tam magno, relevabo temet:
Psalle vicissim.

(Hartmannus.)

Ia 2.

1. Quid est, pater dulcissime,
Strictum iubes quod currere
Artis metrorum vinculis
Laxis timentem gressibus?

2. Instas precum certamine,
Iussu perurges iugiter,
Nec passus ullam protinus
Cogis moram rescribere.

3. Tecum iubes colludere
Dulci vicissim carmine,
Cum vate tam praenobili
Rudem poetam et rusticum.

4. Taurum cupis fortissimum
Buclae tenellae iungere
Vinumque mite disparis
Gustu saporis tinguere.

5. Si quid tamen tu virium
Tractu pari remiseris,
Utcumque iam subdor iugo
Nec ferre tecum rennuo.

6. Assit pii sanctissima
Galli patris clementia
Mi iam tuis promptissime
Iussis volenti cedere.

[Ib.]

— — — — — — — —

Ia 1 5, 3 quitquid *S* 5, 4 dignum *Canis.*, digno *S* 6, 4 frustra, tra *correctum*, *S* 7, 3 ac *Canis.*, atq; *S* 8, 1 occellorum *S*

Ia 2 Rescripta Hartmanni ad epistolam Notkeri sibi prolatam *S p. 78 post Ia 1* 1, 1 pàr *S* 4, 2 iungere *ex correctura* m_1 *S* 4, 3 Unnūq; *S* 6, 3 mi: *in marg.* .i. michi *S*. *Praeterea huc referenda est glossa ad fr. Ig, S p. 78 scripta:* mi pro michi sepe posuerunt poete. Unde Pyrrus Romanis 'Non mi aurum posco neque mi precium dederitis' *(Ennius apud Cic. off. I 12, 38. Ioh. Vahlen, Ennianae poes. reliq. p. 35)* Similiter in poetica sancti Galli Hartmanno scribente ad Notkerum, ubi supra mi pro michi.

Ia 1 5, 1 *sq. Is. 61, 1, ev. Ioh. 14, 26.* 6, 4 *de* frustrā, frustrā: *cf. Wölfflin, Archiv II 1 sq.*

Ia 2 *ad hoc carmen conferas Fortunat. carm. IX 7.* 3, 2 *cf. Ia* 1 *9, 4.* 4, 1—4 *poeta respicit Horat. carm. II 5 str. 1—3* 5, 1 *sq. cf. str. 4, 1—2. P. A. C. IV, 340, 13 sq.* 6, 1 *cf. sequentiam* Sancti spiritus assit nobis gratia.

[Ib] Si quod voce sonat *etc. male huc referebatur cf. N. A. XXXVIII p. 74, sunt enim v. v. 10—12 elogii s. Gregorii supra p. 1071.*

I c.

(Notkerus.) Multiplices habeas [tibi] pro tali carmine grates.

Sed sicut nox et dies sibi alternatim successerunt, ita adversa cum prosperis se saepius miscuerunt talesque vices variaverunt.

(Hartmannus.) I d.

1. Cumque pro Christo patriam, parentes,
Rura, cognatos, genus et caducam
Gloriam mundi simul abdicarent,
Pergere certant.

2. Corde laetantes alacres et omnes
Orbe iam toto celebrata sese
Comminus gaudent adiisse tecta
Plena salutis.

* * *

3. Cumque iam messis fluitaret arvis,
Inde cultores minitare flagris
Instat incertus muliebris ardor
Et puerilis.

I e.

Dura viris et dura fide, durissima gleba.

(Notkerus.) I f.

Quia, dilectissime fili, iam taedio affectus vel potius[1] indignatione commotus, quod lapides sancti[2], quibus aedificium caeleste construitur, de loco volvuntur ad locum, a mea pusillitate requisisti, si Gallus tandem aliquando in una et ea certa sede quiesce-

---

I c *S p. 66 in calce. De huius fragmenti loco nihil constat.* 1 *hexametrum restitui*, habeas tibi pro *S*

I d *S p. 78 post fragm. Ia 2. Str. 1 et 2 edidit Canis. V 792, str. 3 Weidmann p. 482. Post str. 1 lacunam indicavi.* N *S, sed strophae Hartmanno tribuendae sunt cf. fragm. Ik p. 1105, 26.* 3, 1 fluitaret *Winterfeld,* fructificaret *S (fuitne glossa?)*

I e *Vadianus l. l. 105, 19* Obschon wol die Almenner derselben enden langsams dings glöubig worden und ja alles Almannia noch zů den jaren küng Ludwigs zů Germanien (der keiser Carlis des großen sons sone gewesen), wie mönch Notker (in vita Galli) geschriben Dura *e. q. s.*, das ist 'herter, raucher leuten, rauchs gloubens und gar rauchs erdreichs gewesen ist'. *Iod. Metzler, De viris illustribus mon. s. Galli (Pez, Thesaur. I 3, 570) I cap. 21 de Notkero:* . . (scripsit) per litteras semel sciscitanti abbati Augiensi, qualis esset in hac nostra regione terra descripta ab eo: Dura viris *e. q. s. Cum Winterfeldio fragmentum hic posui. Versus saepe repetiti sunt velut Stumpf, Schweytzerchron. V c. 4; Pregizer, Suev. sacra 1717, 18 et 209.*

I f *S f. 83r post praefationem Ekkehardi IV.* 3 me pusillitate *S, corr. Winterfeld*

I c 3 *Aen. IX 164* discurrunt variantque vices.

I d *str. 1 Walahfr. p. 286, 4 sq.* . . . animos idem fervor accenderat, ut spreta propinquorum et praediorum dulcedine mentis ardorem opere comprobarent. Ascendentes igitur navem venerunt Brittanniam et inde ad Gallias transfretarunt. . . . 9. vir dei respondit: qui nostra reliquimus, ut secundum evangelicam iussionem dominum sequeremur, non debemus alienas amplecti divitias *eqs. str. 2 Walahfr. 286, 20 sq.* Illisque ibi conversantibus et ipsum locum excolentibus multi non solum de genere Burgundionum, sed etiam Francorum amore vitae laudabilis ad ipsos confluxerunt et monitis spiritalibus instituti tantam compunctionis gratiam ex verbis eorum adepti sunt, ut omnia sua ad ipsum locum nonnulli contraderent et coma capitis deposita monasticae vitae habitum voluntaria paupertate susciperent. . . . *26 sq.* Cumque haec tam felix commanentium semper in melius proficeret disciplina, singularis beati Columbani sanctitas miraculis frequentibus comprobata per totas coepit Galliae vel Germaniae diffamari provincias. *287, 1* sed Brunihildis avia regis (sc. *Theoderici*) videns eum viri dei consiliis oboedire, stimulo malitiae concitata mentem serpentino furoris armavit veneno *eqs.* 3, 3 incertus *launenhaft.*

I f *Enuntiato nimis diffuso diffusa Galli itinera illudi primus sensit Seemüller l. l. 310; quem secutus Winterfeld totum enuntiatum erroribus Weidmannianis correctis interpretatus est N. A. XXVII 746.*
1) *formulam* vel potius *Notkerus adamat cf. Zeppelin, Wer ist der monachus Sangallensis? p. 44.*
2) *i. e. sancti qui sunt lapides ecclesiae, cuius 'lapis angularis' est Christus (Eph. 2, 20): cf. Thren. 4, 1* lapides sanctuarii.

ret, (at nunc his nunc illis occasionibus tantas agitationes, circuitus et strophas, ascensus et descensus, difficultates Alpium, pericula marium novaque bella daemonum et, quod illi maxime nimis grave videtur et intolerabile, saevos humanarum inquietudinum turbines ac tumultus non mediocriter est passurus): obsecro te, Hartmanne, per eam confidentiam, qua existimor audere in te, ut permittas me ire ad ditissimum in cunctis rebus abbatem Walafridum[1], qui et cavallos habet in locis opulentissimis enutritos et ad quaecunque assuefactos et exercitos itinera vel pericula, qui et navibus parvis et grandibus abundat, utpote quibus ad insularum pulcherrimam, quam incolit, universas Hebraeorum, Atheniensium et Romanorum[2] divitias vectare consuevit, si quoquomodo apud eius benivolentiam impetrare quivero, ut ipse vel terrestri vel navali cursu Gallum trans mare vocatum ad eiciendum daemon(i)um de filia ducis, quam in ultionem iniuriae sanctorum invaserat[3], sed propter humilitatis custodiam clam per Alpium scopulos et praecipitia in heremum Senniensem[4], qua solum caprigeno generi gradibilis est gressio, sese proripientem, et illic in angustissimo specu recludentem[5] ibidemque, cum per opinatissimos pontifices puella liberari nequiret[6], ipso daemonio confitente[7] compertum, cum nullus eum praeter Iohannem diaconum eidem loco vicinum, cuius etiam adminiculo sustentari solebat, illic delitescere suspicaretur, et per ipsum Willimaro presbitero proditum perque terras et fluctus[8] ad Yburningas, ubi puella vexabatur, invitum et renitentem productum illaque citius per eius orationem et merita purgata ipsum quantocius remo sive baculo ad cellulam suam longo postliminio redire festinantem et exinde mox ad Constantiam ob electionem constituendi antistitis invitatum[9], — ut ipse Walafridus imbecillitati nostrae compassus[10] huc et illuc Gallum ab ineunte pueritia vagum atque iactatum laxis prosequatur habenis[11]. Nam vere tibi fateor[12], sic pedibus tanto

4 * at: et *S* 5 permittas *an* promittas *dubium S* 11 mare: ·i· lacum potamicum (potamcū *vel* potanicū *cod.*) *glossa S* 11 eiciendū, *prior* i *correcta, S* daemonium *Winterf.*, demonū *S* 15 liberari *Weidm.*, liberare *S* 17 Willimarū S^1 20 ḍ ad cellulā *S*

1) *Haec non ita accipienda esse, tamquam scriptor temporibus Walahfridi viveret aut se vivere simularet, qui a. 849 obiit, docuit Winterfeld l. l., immo de Walahfridi libro agitur, qui quae sibi saec. IX suppeterent subsidia tam equorum quam navium ad itinera terrestria aut maritima perficienda, eadem Gallo s. VII heremitae non item praesto fuisse parum considerasset. Attamen aequum esse eum, quo auctore tanta magister cum discipulo itinera emetiri coactus esset, ex sua supellectili egentibus quae necessaria essent subministrare. Sic Winterfeld. Ego intellego Notkerum ab abbate Augiensi petere velle, cum ipse atque Hartmannus longitudine asperitateque itineris nimis sint defatigati, (cf. v. 23 sq.) ut iam ille sanctum prosequatur. — Ioca sunt haec, nihil aliud; fortasse brevitati studens ad Walahfridi librum lectores relegat.* 2) *Walahfridus ne Graecae quidem nedum Hebraicae linguae gnarus erat cf. L. Traube, O Roma nobilis p. 65 (Abh. d. k. b. Akad. d. W. tom. XIX p. 361)* 3) *Walahfr. 297, 2* 'quia dux iste eum de eodem expulit loco, in ultionem eius iniuriae puellam istam arripui'. 4) *Walahfr. 296, 4* Sequenti die fratribus, qui secum erant, interdixit, ne quis illorum cuipiam quo pergeret indicaret, sed etsi curiosius interrogati fuissent a quoquam, iussit, ut eum per epistolam magistri sui Italiam dicerent invitatum. His dictis sumens secum duos de discipulis suis per solitudinem Rhetiam Curiensem commeavit. Cumque proximum montem transcenderent, venerunt in heremum, quae Sennia nominatur, indeque ad proximum vicum . . . digressi repererunt ibi Iohannem diaconum. — *Pacurius ap. Prisc. Inst. gramm. VI p. 196 K.* Qua vix *(G. Hermannus,* via *codd.)* caprigeno generi gradibilis gressio est *(Ribbeck, Tragic. lat. fragm. 281).* 5) *Walahfr. 297, 10. 24.* 6) *ibid. 295, 28 sq. 296, 23 sq.* 7) *ibid. 296, 30 sq.* (daemonium dixit): Est vero quidam vir magnae apud deum virtutis nomine Gallus, qui me de Tucconia, ubi diu optata quiete potitus sum, potenter eiecit. 8) *ibid. 297, 28 sq.* 9) *ibid. 302, 1 sq.* 10) compassus: *infra fragm. I i, gesta Caroli I 15, praef. ad Liutwardum (Dümmler, Mitt. d. antiq. Ges. z. Zürich XII 224), hymn. s. Stephani II 2, 1, P. A. C. IV 1, 337, II, 2, 1.* 11) *gesta Caroli I 20* laxis habenis *(Verg. Aen. I 63). Artae nimirum habenae in homine tam vago non sufficerent.* 12) *Notkerus senex et Hartmannus admodum iuvenis Gallum laborum patientem coaequare non possunt, praesertim cum pedes lassati iam sint et manus corrosae. Winterfeld, quae de Hartmanno iuvenculo dicta sunt, iniuria ad Salomonem referre videtur N. A. XXVII 749.*

itinere lassatis et manibus iam priore via post Columbam requirenda (in) dentibus scopulorum corrosis et navicula vetustate dilapsa[1], quam, cum paene mihi adhuc integra videretur, Gallus intrare noluit, numquam vel ego partim morbo, partim senio iam edentulus, caeculus et tremulus tam in superioribus quam in inferioribus digitis[2], vel tu, quamquam iuvenculus et adhuc indomitus, licet pedibus iam integris et pernicibus, tamen ocellis tenerrimis et (dentibus) necdum mollitudinem lactis evadentibus et ita manibus vel saxa pre(n)sando murcatis[3], imo ad temperandum frigus immanissimum paene masticatis[4] mihi crede Gallum omnimodis laboribus exercitatum numquam, licet cunctis viribus adiunctis, coequare poterimus.

De puella vero illa nomine Fridoburga per intercessionem sancti Galli sanitati reddita quid postea sit factum vel quid ipsa fecerit, quomodo Sigoberti regis adolescentuli, cui ante invasionem ultoris et maligni spiritus desponsata fuerat[5], nuptias recusaverit et adiutorio dei precibusque sancti Galli, ut ex ipsius consilio mente proposuit, sub tutela Stephani protomartiris evitaverit, nobilissimo atque scolasticissimo Ruodperto nuper in Metensis ecclesiae sede pontificatus honore sublimato[6], ubi eadem virgo et regis terreni coniugationem sprevit et regis supercaelestis[7] ordinatione sacrarum virginum mater ab eodem tempore usque nunc esse promeruit[8], commemorandum retexendumque relinquo et sibi suisque imitandum propono, ut et vitam eius acutissimo stilo revolvat et si quando sibi exorcizandarum furentium feminarum necessitas incuburit, hoc iuxta exemplum beatissimi Galli in conspectu parentum ceterorumque familiarium adoriri ac consummare nitatur et exorcistis ecclesiasticis eandem regulam imponat observandam; sed et ipsas feminas admoneat et constringat, ne cuilibet clerico licet sanctissimo, per quem forsitan indeptae fuerint sanitatem, diutius adhaerescere delectentur, cum et illa mox sanctum Gallum deseruerit, quae per nullum alium nisi per ipsum ab immanissimo potuit hoste liberari; insuper et eas, quae numquam vexabantur a daemonio, sed propter amorem Christi regis videlicet ac redemptoris sui regum vel aliorum procerum connubia laudabili contempsere superbia, tonitru apostolico[9] terrere non cesset, nec licita et honesta, quae sibi poterant competere, coniugia inlicitis et foedis patiantur adulteriis maculari.

(Hartmannus.)

Nimium, Notkere, progrederis, et timeo, quia, dum Gallum nostrum laudare conamur, cum Gallo et Martino et Ieronimo[10] haberi mereamur odio. Porro in superi-

---

1 via *Winterf.*, tuo *S* requirendam d. *S* scopolorum S^1 5 licet *Weidm.*, libet *S* 6 tāmen, *i. e. ex* tam *corr.*, *S* dentibus *addidi* *mollitudine *S* 7 presando *S* 8 omnimodos S^1 10 De puella: *fort. novum fragm. distinguendum est* 11 quomodo: quō *S* 14 prothomartiris *S* scolastitissimo *S* 16 sacrorum *S*, *corr. Weidm.* 23 *indepta fuerit *S* 27 comtempsere *S* 29 patiatur *coni. Winterf.*

1) *navicula igitur iam ante ducentos annos dilapsa erat: quid illi nunc faciant?* 2) *gesta Caroli I 34. II 17. Dümmler, Formelb. p. 33. Hymn. Steph. IV 10, 1 (P. A. C. IV, p. 339). Hoc uno loco de Notkeri morbo arthritico docemur.* 3) murcatis: *gesta C. I 32.* 4) *ad frigus temperandum ori immissis.* 5) *Walahfr. 295, 21.* 6) *Walahfr. 297, 15* pontificatus te sublimabit honore. *Epist. ad Liutward.* summi sacerdotii decore sublimato. *Ruodpertus episc. Mettensis 883—917.* 7) supercaelestis: *cf. Notkeri epist. (Dümmler, Formelb. p. 51, 18).* 8) *Walahfr. 300, 19 sq.* volens rex idem puellam suis thalamis sociare . . . . . *31* puella . . . ecclesiam beati Stephani protomartyris introivit et . . . habitum propositi sanctioris assumpsit. *301, 23* Post haec (rex) vocavit eam et iuxta se fecit in palatio residere et donis ingentibus honoratam praetulit monasterio ancillarum dei, quod in honore beati Petri principis apostolorum constructum est in Mettensium civitate *cf. hymnum Stephani IV 6, 1 sq. P. A. C. IV p. 339. — Memoria Fridoburgae abbatissae igitur ad id tempus in coenobio colitur.* 9) *dubito an locus ad Cor. I 7, 9 referendus sit.* 10) *Hieronymus virginitatis propugnator praecipue propter ep. XXII ad Eustochium commemoratur, Gallus propter Notkeri verba praecedentia; cur autem cum his Martinus iungitur? an propter puellam sanatam (Sulp. Sever. vita Martini c. 16)?*

oribus consulto rem tantam nostris viribus inhabilem — quod etiam ego non admonitus vos petere iam iamque parabam, — Walafrido persequendam divina vos inspirante gratia commendare decrevistis.

Notkerus. I g.

Nunc te diu quiescentem et longo torpentem otio ad narrationem gestorum Galli volubilitate rotali per plana quaeque valentem incedere iam defessus ego reinvito.

Hartmannus. Inter haec praesul toparches sedis hanc Gaudentius
Liquerat vitam, polorum celsa scandens spiritu,
Reddita terrae priorum more gleba viscerum.

* * *

Notkerus et Hartmannus.

Mente perculsus pavensque, osor omnis gloriae,
Quae fluit sub temporali rivulus ceu lumine,
Insuper iussum Columbae non putans fas spernere
Talibus pondus honoris cepit orsis pellere.

* * *

I h.

Iohannem socium promoveant, hinc rogat oppido,
Dicens: 'Quas mihi perhibent
Virtutes populi iudicio pari,
Illis iste redundat potius, do vice quem mea'.
Post euangelium petunt,
Ut verbum faciat Gallus in auribus
Cunctorum, quia scit Romulee et Teutonice loqui.

* * *

N(otkerus.) Omnigenarum
Murmure vocum
Vix blaterando
Fessus abibo.
Tute potenti
Voce tonando
Fulmine montes
Concute magnos.

---

1 viris S^1 2 vos: *utrum* vos *an* nos, *discerni nequit* 3 decrevistis: *post spatium 4—5 linearum sequitur* N. omnigenarum ut longe supra habes *sc. p. 67; fr. I h 8.* N. *aliter scriptum ac supra, I. Müller fort.* Nota *intellegendum esse censet.*

I g *1—2 S p. 78 post fragm. I a; post v. 2 glossa, de qua vide supra ad I a 2 str. 6, 3, sequitur fragm. I d, deinde* I g 7—10, *ubi in marg.* Notkerus et Hartmannus. 3 toparche *S, an scribendum* toparcha?

I h *S p. 67; antecedit p. 66 in calce fragm. I c; praeterea f. 84r post fragm. I f* N. omnigenarum ut longe supra habes; *post v. 7 in codice lacuna nulla* 7 Romulee: .i. latine *glossa S* 9 *murmura *S*

I g 3) Gaudentius: *Walahfr. 295, 16 sq.* 8) *ibid. 298, 27* vivente domino et patre meo Columbano interdictum altaris officium non usurpabo nisi ab illo permissus.

I h *1 sq. Walahfr. 302, 1 sq.* 7 *cf. Walahfr. 289, 13* 8 *sq. dubium videtur, utrum Notkerus ad Hartmannum iocans de sua voce tenui dicat an Gallus Iohannem, ut sua vice euangelium praedicet, adhortetur cf. Walahfr. 303, 15.* 10 blaterando: *cf.* semiblaterator *Notk. ep. 28 (Dümmler, Formelb. 33, 5. M. G. Form. 412, 3).*

Ii.

H(artmannus.)

Qui leniter locutus sum, respondere quid possum?[1] Sed tamen ille, qui solus cordium videt occulta[2], novit me simplici mente tumultum vociferantis turbae, non lepidissimum sapientiae vestrae carmen murmuris appellasse nomine.

N(otkerus.)

Hoc et ego credo, sed instruendus es, ne aliquid tale proferas, quod ullo modo in cuiusquam possit iniuriam derivari.

H(artmannus.)

Gratias ago, dilectissime, sollicitudini vestrae, quod tantam pro mea pusillitate[3] curam habetis, ut nec in verbo me labi, quantum in vobis est, permittatis. Sed cum frequentissime gravibus vos pro me supposuissetis oneribus, stultitiam meam portantes, ignorantiam erudientes, quaedam etiam vice mea dictantes, nonnulla quoque scribentes, numquam tamen a primaeva aetate tam indiguus vestro sum adminiculo factus sicut nunc, quando sorte mihi proveniente incomparabilem sancti Galli praedicationem retexere. Quam si vos adolescentiae meae compatientes[4] enarrare dignati fueritis, quem semper usque nunc coacticium[5], abhinc servum me habebitis voluntarium.

N(otkerus.)

Si metrica modulatione illam postea decantaturum te promiseris, in quantum deo adiuvante potero, iam nunc eam perorare curabo.

H(artmannus.)

Paratus sum et non sum turbatus[6] —

* * *

(Hartmannus.)

Vestrum est velle et praecipere, meum consentire vel etiam oboedire[7].

* * *

Ii *S f. 84r post If.* 1 H *ex* N *corr. S* 2 suplici S^1 *ante* 6 H *ex* N *corr. S* 11 proueniente *Winterfeld*, prouente *S* (quando *i. e. quippe*) 13 habebitis, bitis *corr., S* voluntarium etc. *S, neque vero quicquam hoc loco desiderari videtur; voluit epitomator iam hoc loco tenorem dialogi abbreviare, sed consilium mutavit.* 15 iam *bis scriptum et priore loco deletum post* curabo *spatium in codice* 16 *lacunam indicavit Winterfeld*

Ii 1) *Haec quid sibi velint, haud perspicuum est. Hartmannus modo carmen quoddam Notkeri, quo de tumultu vociferantis turbae agebatur, 'murmuris' videtur appellasse nomine. Iam Notkerus se eo vocabulo offensum simulans fortasse respondet: 'Si murmura sunt carmina mea, melius silebo; ergo tu carmen perfice, qui melior es poeta!' Sed quo haec pertinent? Cum Galli sermo sequatur, turbam, quae Constantiam convenerat, respici credideris, dubito autem, num 'murmuris' ad fragm. Ih referri possit.* 2) *Rom. 8, 27, Cor. I 14, 25, reg. I 16, 7.* 3) pro mea p.: *cf. fragm. If v. 3.* 4) compatientes: *cf. fragm. If. p. 1100, 22.* 5) coacticium: *gesta Caroli II 10.* 6) *ps. 118, 60.* 7) *Walahfr. 303, 17* Coepit igitur (Gallus) verbum facere de initio creaturarum et Adae peccatum, pro quo depulsus est paradyso, commemorare. Transiens inde ad diluvium patriarcharum consequenter tempora perstrinxit et actus. Egressum quoque filiorum Israhel de Aegypto et transitum per mare rubrum legisque lationem per Moysen et caelestis alimenti miracula replicavit. Regum deinde successiones et tempora prophetarum breviter attingens adventus dominici tempus retexuit. Baptismum etiam salvatoris et mirabilium eius gloriam commemorans crucis ignominiam cum impiis insectationum generibus veraci relatione subiunxit . . . praedicationem perduxit usque ad resurrectionem Chr. et in commemoratione generalis iudicii terminavit . . *Canisius, V 894 sq., haec affert atque addit:* Haec Walafridus; cui Hartmannus s Galli doctissimus pariter et religiosissimus monachus vitio vertit, quod totam orationem s. Galli historiae suae non intexuerit, ut fecit Notkerus cognomento Balbulus eiusdem monasterii monachus et magni Othonis nepos, qui vitam s. Galli ligata et soluta oratione tribus libris complexus est. Porro nobile hoc et eximium antiquitatis monumentum misit ad nos ex S. Gallo R. P. Iodocus Metzlerus eiusdem monasterii professus. *Hanc prolixam praedicationem Canisius impressit l. l. 896—910, saepius repetita est, cf. Migne, Patr. lat. LXXXVII 13, Hist. litt. III 563. Ubi Hartmannus haec Walahfrido crimini dederit, non constat, sed quis non de Notkeri carmine ex prosa et metro mixto cogitaverit? Quo-*

Stant lupi mites cum hedis nec bidentes devorant,
Milvus et pulli sub uno conquiescunt culmine.
Non aratro, non celindro, non honos est horreo;
Torcular suetum Falerno nunc madescit fluctibus;
Luminis fotum vel oris cana non fert Tuscia.
Non Saba Engaddive sucos effluebant balsami,
Eudaemon nec thura stillat, bdellion nec India.
Stagna terram sola complent, nec fluunt iam flumina:
Totus ergo currit annus hoc fluore turbidus.
Tum creaturae benignus iam misertus conditor . . .

* * *

Mox superba mente ducti summa caeli scandere.
Tunc item iustus creator pervidens se despici . . .

* * *

N(otkerus.)

I k.

Sed quia te non minus divinis quam saecularibus litteris pollere et laboravi et gaudeo, obsecro, ut non moleste feras, si paululum metrica modulatione seposita tantos luctus, qui revolvendi sunt, prosa locutione contexam, quia iuxta sententiam sapientissimi[1] viri musica in luctu importuna narratio.

Sanctus itaque Columbanus[2] cum XII sociis ex Hibernia digressus insula primum ad Britanniam, exin ad Galliam felici navigatione pervenit. Cumque multis terrarum et regionum partibus peragratis tandem in finibus Burgundionum optabilia loca repperisset, tria ibi monasteria[3] strenue construxit et regulariter rexit. Quibus in locis quae et

---

I i 2 Milluus *S* 5 votum S^1: *an* *focum? 7 *glossa* Eudemon in Arabia bona terra interpretatur; ibi thus et mirra. Bdellion species (spēs *S*) cara medicis *S* *ante v. 8 interstitium solito maius, at ibi nihil intercidit; post v. 10 et 12 defectum indicavit Winterfeld* 9 annus *probabilius quam* amnis *teste I. Müller S*

I k 3 contextam S^1

cum bene congruit, quod p. 1103, 15 Notkerus se s. Galli praedicationem peroraturum promittit. Adde, quod auctor praedicationis quisquis est s. Gallum ab initio creaturarum incipientem et in iudicii extremi commemoratione terminantem (cf. Walahfridi verba) facit. Neque silentio praetereundum esse credo, quod auctor cursum velocem in deliciis habuisse videtur. At vix a me impetro, ut Notkerum praedicationem prosaicam tam ingentis longitudinis, quam postea Hartmannus metrica modulatione decantaverit, operi suo inseruisse credam. Neque Metzlerus ex Notkeri opere sumere poterat, quod teste Canisio l. l. 790 non viderit integrum; unde hauserit, frustra quaesivi. Versionem Germanicam in cod. 221 tabularii s. Galli f. 4r – 23v extare I. Müller me docuit. Ex praefatione (vorred) *haec affero:* wie .. Hartman aber .. an sinen ohm Notkerum schribent, laßt syh beduren, das Walafrydus die gantzen predig in sin history von Gallo nit von wort zu wortt ingesetzt hatt ...; hiedurch der fromme und wolgelert Nottkherus bewegt und dise verfaste predig in sin history ingelypt unnd also bliben biß uf hütigen tag, wie dann das latin exemplar in des closters sannt Gallen libry funden wirt und nüwlich zu dienst denjhenigen, so das begerend, in tütsch gesetzt. (a. 1568.) — *Rettberg, Observat. ad vitam s. Galli, Marburg 1842, Notkeri immemor fort. Hartmannum auctorem praedicationis esse coniecit. — Utut res se habet, prosaicam praedicationem hic excludere animum induxi. Quid autem de metrica modulatione Hartmanni iudicandum est? Si totam historiam sacram tam fuse decantavit quam diluvium et turrim Babylonicam, iustos fines longe excessit.*

1 *gen. 7, 8. Is. 11, 6* habitabit lupus cum agno. 2 s. u. culmine: *sc. arcae.* 3 *i. e. cylindro cf. e. g. Verg. georg. I 178.* 4 *quod vinea a Noe post diluvium plantata est (gen. 9, 20), poeta neglexit.* 5 *non intellego;* focum luminis *scribendum videtur.* 6 Saba: *cf. Is. 60, 6.* Engaddi: *cant. cant. 1, 13.* 7 *Isidor. etym. XIV 3, 15* Arabia .. thurifera .. hinc enim Graeci *εὐδαίμονα* nominaverunt. *ibid. XVII 8, 6* bdellium Indiae et Arabiae arbor. *Ex Isidoro etiam glossator (Ekkehardus IV) hausit.* 10 *gen. 8, 1.* 11/12 *sq. gen. 11, 4 sq.*

I k 1) *eccl. 22, 6.* 2) *cf. vitam Columbani S. S. rer. Mer. IV 70 sq.* 3) *ibid. p. 72, 23. 76, 6. 76, 20.*

quanta sit operatus, non est nostrae, imo, ut verius dicam, humanae facultatis evolvere. Tantam etenim sanctitate vitae divina gratia largiente omnium virtutum efficaciam promeruit, ut ipsis elementis et aeriis potestatibus atque etiam feritati bestiarum singulariter imperaret, morbos depelleret, steriles feminas insperato partu fecundaret, annonam per omnipotentis providentiam miris consequeretur modis, prophetiae quoque spiritu ita repletus esset, ut facile antiquis illis aequaretur prophetis. Sed hanc virtutum gratiam diabolica non ferens invidia, Brunnihildam[1] regis Sigiberti relictam, matrem Hildiberti, aviam Theoderici, qui tunc Burgundionibus regnavit, adversus sanctos dei feminea succendit iracundia; qua ita pestifero pervasa veneno et noto nocendi vasculo usus[2] quasi organo, ita puerile regis pectus infecit, ut virum dei cum fratribus, qui ex Hibernia venerant, tribus vicibus manu publica de claustris monasterii pelleret et sub artissima custodia usque ad oram maris deduci praeciperet. Cumque navem[3], quae de Scotorum terra ad litus Galliae cum mercimoniis venerat et redire parabat, ingressi fuissent et prospero cursu veherentur in altum, tanta tempestas contrariis flatibus obortis tranquillum mare turbavit, ut ad terram, quam dudum reliquerant, aegre et difficulter evaderent. Mox vero ut litus apprehendere potuerunt, mira tranquillitas rediit. Intelligens ergo dominus navis, quia propter illos, quos in navim ignotos acceperat, talia sibi contigissent, sarcinulas eorum proiecit et mare sine impedimento sulcavit. Tunc Columbanus, cui prius omnia fuere tranquilla, videns contra se cuncta commota, quid ageret, quo se verteret, magnos in mari fluctus metuens, maiores in terra perpetiens? Quod solum in ultima necessitate supererat, anchoram spei caelo committens serenitatem temporum sollicitus expectabat. Cum[4] ergo aliquantulum serenata mundi facie vel — quod magis erat optabile, — humana et idcirco mutabili mente iter arripientes et per incerta loca huc illucque vagantes ad Reni fluenta venissent, per eius descensum ascendentes et ad ostia Lindimachi tendentes Tucconiam usque pervenerunt. Quo vero honore ibi sint habiti, dulcisona tua Musa satis expressit[5]. Porro qualiter inde ad Brigantium venerint et quid ibi aut fecerint aut passi fuerint, partito inter nos carmine demonstravimus[6]. Hinc tamen, Hartmanne, perpende, quia omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur.

H(artmannus.)

Perpendo et multum doleo. Sed quaeso, ut istam sufficiat Musis iam dudum praeparatis ad cantum oratoriam interposuisse gravitatem.

N(otkerus.)

Et faciam quod rogas. Nam hunc paxillum[7] ideo posui, ut suspendas super eum omne vas musicum. Iam nunc ad modulationem carminis libet reverti. Sed quia quae sequuntur adhuc maeroris sunt plenissima, relictis interim dulcisonae matris crepundiis, threnis elegiacis[8], si quivero, quomodolibet singultire temptabo.

Ik 4 mobos S^1 8 dei *Weidm.*, deos *S* 12 horam S^1 14 fluctibus S^1 18 sarcinulas, *ss.* aset(?) *vel* asec(?), *S*, a se *Weidm.* 20 in mare S^1 *post* perpetiens *non distinxit.* 24 Hreni S^1, Reni S^2 28 ihesu *sic S* 32 ideo *Weidm.*, adeo *(a incerta) S* 35 trenis *S; hi threni initium libri II efficere videntur, sed fort. pauca interciderunt in fine libri I.*

Ik 1) *ibid. p. 86 sq.* 2) usus *sc. diabolus cf. v. 7* diabolica invidia. 3) *ibid. p. 97 sq.* 4) *Walahfrid. l. l. 287 sq.* 5) *locus periit.* 6) *fragm. I f. sq.* 7) *Is. 22, 23 sq.* et figam illum *(sc. Eliacim filium Helciae)* paxillum in loco fideli et erit in solium gloriae domui patris eius. Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diversa genera, omne vas parvulum a vasis craterarum usque ad omne vas musicorum. *Locus ab Hieronymo ad Christum relatus est; neque vero Notkerus sententiae interpretes curavit, sed libere iocatur verba tantum respiciens.* 8) *sc. fragm. II a.*

LIBER II.

II a.

N(otkerus.)

Circuitu longo vitans contingere limen,
Quod calcant pariter dives inopsque simul,
Ut cecinit sensu verax Horatius isto,
Cetera vitandus lubricus atque vagus:
'Pallida mors aequo pulsans pede sive tabernas
Aut regum turres' 'vivite', ait, 'venio' —
Ac veluti David sermone probatus et actu:
'Quis mortis valvas effugiet patulas?'
Galle, tuam mestus cogor describere mortem,
Quem cuperem nostris vivere temporibus.

II b.

H(artmannus.)

Posco magister
Inclite Notker,
Ultima Galli
Verba renarra.
Non ego tanta
Tam puerilis
Dogmata promam
Tam senis alti.

II c.

N(otkerus.)

Si me respirare parum sineres, tibi cuncta
Sponte mea ferrem, prece quae tam supplice poscis.

LIBER III.

III a.

N(otkerus.)

Sidonius de constantis quam nomine dicunt
Urbe volens gallum pellere sede sua

II a.b *S p. 76 in calce, Canis. l. l. 791.* Principium libri secundi in metricam s. Galli *S. Inter II a et II b in S nullum spatium; v. 9 et 10 apud Neugart, Episcop. Constant. I 1, 311.*

II c *S p. 68. Huc transponendum et ad II b 4 referendum censeo.*

III a *S f. 85v. Canis. p. 792.*

II a *1 sq. i. e. vitans .. cogor describere.* 3 *Hor. carm. I 4, 13* Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres. 7 *Vergilii Copa 38* Mors aurem vellens 'vivite', ait, 'venio'. *Ehwald, Ad hist. carm. Ovidian. recensionemque symbolae I, progr. Gothan. a. 1889. N. A. XXVII 750 n. 4. M. Manitius, Anal. z. Gesch. d. Horaz im M. A., Göttingen 1893, 27.* 8 *ps. 88, 49* Quis est homo, qui vivet et non videbit mortem; eruet animam suam de manu inferi?

III a *Confer praefat. p. 1093. Walahfr. 323, 16* .. Sidonium Constantiensis ecclesiae praesulem instigarunt, ut idem monasterium episcopii partibus subicere studeret. . . . Pontifex igitur . . . monasterium ingressus fratres opprimere et eundem locum episcopii rebus subicere molitus est . . . *324, 29* Et mox oratorium beati Galli confessoris quasi oraturus ingreditur et ante aram ipsius nomini consecratam consistit; quique ad salutem non merebatur audiri, afflictiones, quas aliis se irrogaturum iuraverat, convenienti satis talione recepit. Nam intestina eius more sartaginis igni superpositae fervere coeperunt . . . . Tali itaque poena multatus cum hoc factionum suarum praemio post aliquot dies de cloaca corporis spiritum exhalavit. *Vadianus l. l. 234 sq. (de Ulrico V.)* Summarie warend die Mönch vast fro, dass er hin was, wie wol er gesellschaft an sich zogen, die leiden mögen, dass er noch vil jar gelebt hett. Und wurdend im diss verslin oder reimen nachgeschriben (dan für und für gsellen

Horribili strepitu cunctas gallire coegit
Matres cum pullis, a! quia, galle, ruis.
E trabe concussa ceu fit qua silva movetur
Ad iuvenum tremula seu tremuli folia,
Infrendens animo gallus calcaribus illum
Perculit ac miseri viscera fudit humi,
Ut pernicem Asahel hasta gravis impulit Abner
Aut Aoth Eglon interiora tulit.
Gallus ut ad culmen sedit cantumque peregit,
Huic alacri famulae garrulitate favent,
Ut Salomone pio in solio residente paterno
Nathan cum populis laudibus insonuit.

III b.

Duo lacus Rheno iungente constantes Constantiae dant nomen a constando. Quae antea villa regia Tagoberti fuit, qui quidem episcopium de Windonissa in illum locum transtulit et passim in itinere reliquias praediis ac curtibus, quae sua erant, donavit.

III c.

Tres fluvios confluentes sanctus Gallus Sitterunam nominavit: Rotham a rubore dictam, Urnascam urany [vel uranum] id est caelo nascentem (nascitur enim in summis Alpibus), Siteram, ut 'sit hera' inter ceteras. Quas tres unitas Siterunam ipse nomina-

---

III a 4 quia: quoque *Canis.* 6 iuuenū: iu *ex correctura et supra secundam* u *accentus litterae* i *proprius est deletus;* ad ventum *coni. Vollmer cf. Horat. c. I 23, 6.* 9 gravis: gau — *inceperat S* abner, n *ex corr., S*

III b *S f. 85v post III a. In cod. Sangall. 668 p. 198 Tschudi eadem affert cum hoc lemmate:* Fabulosum. Ex libro Noggeri scti Galli. 1 Constantęs *(i. e.* Constantię *atramento pallido corr.)* constancie *S*, constantes Constantiae *Tschudi super* constancie dant *ss.* civitati cis lacum potamiū *S* dant/ *S* Quae quidem antea villa fuit r. *Tschudi* 2 Tagoberti *S*, Dagoberti *in* Theodeberti *corr. Tschudi* Windonissa *S*, Vindonissa *Tschudi* 3 reliquias ⟨visitantes⟩ *Winterfeld* praediis *om. Tschudi* ac curtibus *Winterfeld*, occurrentibus *S et Tschudi*

III c *post III b S* 2 vel uranum *del. Winterfeld* 3 *fort. scribendum* sit era *(Winterfeld)*

warend, die etwas lusts und brauchs vor in hatten der kunst vers zů schreiben, in dero sich Notkerus und Hartman und andere derselben jar vast beflissen.) die versel lautend also:

Qui iam consumis terram, quam nunc bene dormis!
Fortassis vivus trivisses tempus in hornis;
Sed te, ne damno calcares limina Galli,
Ira dei iussit maturo funere tolli.

Cum Vadianus Notkeri et Hartmanni mentionem faciat, suspicari licet hos versus ad exemplum Notkeri factos esse. (Ex vita Galli desumpti esse non possunt, quia caudati esse videntur.) 1 constantis: *cf. fragm. III b 1, an* Constantis *cf. Ermenrici ep. ad Grim. MG. Epp. V 577, 22?* 2 *Sidonius non* Gallum pellere sede sua, *hoc esset proprie s. Galli reliquias auferre, sed monasterium sedi Constantiensi subicere conatus est; itaque quae toto hoc fragmento servatur imago galli, gallinarum, pullorum, ea iam hic agnoscenda est; notus est Sangallensium de nido s. Galli iocus.* — 3 gallire: *hoc verbum in vocibus animantium, quas collegit W. Wackernagel (Basileae 1869), non occurrit, Notkerus ipse finxisse videtur.* 9 *reg. II 2, 18 sq.* 10 *iudic. 3, 21 sq.* (Aod) infixit (sicam) in ventre eius *(sc. Eglon)* . . . statimque per secreta naturae alvi stercora proruperunt: *cf. Walahfridi verba supra allata de Sidonio.* 13 *sq. reg. III 1, 38 sq.*

III b 1 *De Notkero veriloquiorum amantissimo cf. Zeumer, Waitzaufs. 107, Zeppelin l. l. 46.* 2 *De episcopatu Vindonissa Constantiam translato cf. quae Winterfeld N. A. XXVIII 66 sq. exposuit. — Tschudi cod. 668 p. 198:* Ex chronica quadam Muriensis coenobii. Sub Dagoberto rege Chlotari filio translatus est episcopatus noster de Vindonissa ad Constantiam sub Maximo ibidem episcopo, qui fuit ultimus Vindonissae et primus Constantiae; *verba* Chlotari filio *delevit Tschudi et in marg. adscripsit* melius Theodeberto *cf. N. A. XXVIII 76.*

III c *Hinc Ekkehardus IV cas. s. G. cap. 51* Eligitur locus . . . circa fluvium Sintriaunum, quem s. Gallus quondam sanctae trinitatis amore de tribus fluviis in unum confluentibus sic equivocasse

vit propter sanctam trinitatem unitam. Apparet autem in his ipsis fluviorum et montium nominibus Romanos quondam ibi fuisse versatos; et cum gravis ponderis fibulas aureas, armillas quoque et cetera antiquati operis ornamenta ipsi ibi viderimus casu inventa, tum et Romae ut audivimus cartae sunt inventae, quae Romanas circa montem nostrum Cornelium gazas monstrent quaerere sepultas; quem nostrates quidem Chraunberch vocant [et modernis temporibus corrupte Cromberg vocitatur].

V. TITULI.

I.

Splendida marmoreis ornata est aula columnis,
Quam Grimoldus ovans firmo fundamine struxit,
Ornavit, coluit Hludewici principis almi
Temporibus multos laetus feliciter annos.

II.

Aula palatinis perfecta est ista magistris,
Insula pictores transmiserat Augia clara.

III.

I.

Hic deus est praesens puro poscentibus ore,
Dans miseris veniam, contritis corde medelam.

II.

Agmina sanctorum laudantia voce serena
Ante thronum domini sistunt per saecula cuncta.

---

3 ipsi: *in marg.* scilicet Notkerus et Ratpertus *S (De Ratperto cf. Ekkehardi IV praefationem supra p. 1095, 21)* 4 tum *Winterfeld*, cum *S* 6 et modernis . . . vocitatur *del. Winterfeld*

V, I. II *S = cod. s. Galli 397 s. IX p. 50 cf. Scherrer, Verzeichn. . . . p. 35. Ediderunt Vadian, Chronik d. Äbte v. St. Gallen ed. Götzinger I 164, qui in vernaculam linguam vertit; Stumpf, Schweytzer Chron. CCC LIX^v sq., Canisius (i. e. Iod. Metzlerus), Antiq. lect. V 1604 p. 783; Keller, Bauriss d. Kl. St. Gallen 1844, 13; E. Dümmler, St. Gallische Denkmale a. d. karol. Zeit 1859, 213. 252; I. de Arx SS. II p. 68; Kraus, Christl. Inschr. d. Rheinl. II p. 16; Egli, Die christl. Inschr. d. Schweiz 1895 p. 55, cf. Neuwirth, Die Bautätigkeit d. alem. Klöster St. Gallen, Reichenau u. Petershausen. S.B. d. Wiener Akad. d. W. Phil. hist. Kl. 1884, CVI p. 41 sq. Clemen, Westd. Zs. IX 135 n. 147 n. Versus procul dubio adscripti erant ad parietem palatii abbatum, quod a Grimaldo (ob. a. 872) et 'eius quasi proabbate' Hartmoto extructum erat.*

III *Ex eodem codice Sangallensi 397 p. 50, cf. ad versus praecedentes. Ad III, III vide etiam f. v. Schlosser, Beitr. z. Kunstgesch. a. d. Schriftquellen d. MA. SB. d. Wiener Akad. d. W. 1891 CXXIII p. 21 sq. 138. F. Leitschuh, Gesch. d. karol. Malerei 1894, 268. — De loco titulorum nil compertum habemus. Iod. Metzler versus in ecclesia s. Othmari pictos fuisse tradit, Neuwirth de basilica s. Galli cogitat; ego cum J. v. Schlosser l. l. certe III et IV ad palatium rettulerim.* Natae *III 6 mihi quoque artes liberales esse videntur.*

fertur. *(Ekkehardum etiam plura de Notkeri opere deprompsisse probabile est.) Rütiner, Commentat. I 52 a* Sitteren tria nomina habet: aliquando Urneschen, ita dictus ab incolis quasi in alto natus, quia uranos celum, id est Ur(an)onatum; hinc apparet Romanos et peregros nostras regiones incoluisse et a sancto Gallo propter trinitatem Sintriuna dictam quasi tria sint unum. Haec reperi in codice vitae Galli. *I. v. Arx, Geschichten des Kantons S. Gallen I 8 codice S usus est. — Cum glossa Ratpertum interlocutorem Notkeri esse demonstretur, haec ad tertium librum referenda sunt. — Winterfeld N. A. XXVIII 69 sq. versus Ratperti senioris ad Notkerum supra P. A. C. IV p. 335, quos Tschudi servavit, versu 7 addito a Notkero operi insertos esse acutissime coniecit, sed coniectura incerta videtur esse.* 5 *I. v. Arx l. l. p. 8 'Kronberg bei Gonten im Appenzeller Lande'. Wartmann, Urkundenb. III 37* a. 1061 Chranperch, *v. l.* Chruciperche, *III p. 728 a. 1323* Craberg, III p. 784 Cramberg.

I 1 *Fortun. II 10, 11* Splendida marmoreis attollitur aula columnis *cf. III 12, 29.*

III.

O generosa parens cunctis gratissima doctis,
O decus imperii, rectrix dignissima mundi,
Sole splendidior, fulvo preciosior auro,
Quam praeclara nites toto Sapientia mundo!
Aspice quam pulchro decorata est ordine mater
Natarum clare dives Sapientia fulgens.

IV.

Continet hic paries veterum monimenta sophorum,
Claro qui totum docuerunt dogmate mundum.

V.

Hic manet interius divine legis amator
Grimoldus humilis, templum hoc qui condere iussit.

IV.

I.

En crucis atque piae cum sanctis capsa Mariae:
Hanc Carolus summam delegit habere capellam.

II.

Tertius haec agiae Salomon dat dona Mariae.
Tertius haec almo Salomon dat munera Gallo.

VI. VERSUS LIBRIS ADIECTI.

I.

Bissenos magni doctoris in ordine libros
Augustini in hoc corpore, lector, habes,
Cum quibus invictum stabili fundamine castrum
Construit et sanctos sanctus in arce locat.

III, v *etiam in Chronologia monasteriorum auctore C. Bruschio 1682, 411. Idem Monast. Germ. centuria prima f. 113v. I. G. ab Eckhart, Comment. de rebus Franciae orient. II 1729, 576. Mabillon, Annal. Bened. III 166. Gallia Christ. V 951. Hist. litt. d. F. V 404. Neugart, Episcop. Constant. I 1, 168.*

IV, 1 *Ekkehard. cas. s. G. c. 10 ed. Meyer v. K. p. 36 cod. 615 p. 67* Salomon .. gloriabatur .. de muneribus Arnoldi, quae se s. Gallo daturum ait .. Erat munus illud capsa solide aurea, gemmis regaliter inclita, reliquiis summis referta, in formam capellae creata .. Superscriptio eius est: En *eqs. Hanc capellam Vadianus describit (Deutsche Schr. ed. Goetzinger I 179), tamquam ipse viderit. Notkerus, Gesta C. I 10* capsam quam ipsi 'Karoli' vocant 'capellam', *quem falso de Carolo Magno cogitare leoninitate versuum evincitur; iure mireris Notkerum haec confudisse. Versus extant etiam in vita Salomonis germanica s. XV ed. J. Bader, Freiburger Diözesanarchiv X 56. Canis. Ant. lect. V 787. VI 952, inde A. Mai, SS. vet. nova coll. V 50, Kraus, Inschr. d. Rheinl. II n. 32, Egli, Die christl. Inschr. d. Schweiz p. 55.*

IV, II *Ekkehard. cas. s. G. ed. M. v. K. c. 24 p. 98* Patravit quoque multa Salomon ... (in honorem s. Mariae nec non et Galli unici sui i. e. libros, vasa, vestes varias, scribere iubens in aliquibus aevo longiore duraturis: Tertius *eqs. cf. vitam Salomonis germanicam s. XV ed. J. Bader, Freiburger Diözesanarch. X 67, J. Vadian, Deutsche Schr. ed. Goetzinger I 179, Canisius, Ant. lect. V 787, VI 953, qui addit:* Cui subiunxit ex patribus quidam: Tantis pro donis sit pax animae Salomonis. *Kraus, Inschr. d. Rh. II n. 25. U. Zeller, Bisch. Salomo v. K. p. 71 n. 3. Prior versus in cod. Fuldens. Aa 12 s. IX/X, olim Constantiensi deinde Weingartensi D 6 cf. K. Löffler, Die Hss. d. Klosters Weingarten. Beiheft d. Zentralbl. f. Bibliothekswesen 1912, 73, ubi* Salomon sanctae *extat* 1 *ἁγίη Vadian, Canis., vita Sal.* 1 *et* 2 hic *Canis.*

VI 1 *Cod. s. Galli 178 s. IX p. 2 cf. Scherrer, Verzeichniss d. Hss. d. Stiftsbibl. v. St. Gallen 63; continet Augustini de civ. dei libros XI—XXII; inter libros videtur fuisse, quos 'Grimoldus abba in monasterio sancti Galli in diebus Hludowici regis Germaniae cum adiutorio Hartmoti praepositi sui per annos XXX et unum patravit', Ratperti cas. s. Galli S. S. II 70, 14, P. Lehmann, Mittelalterl. Bibliothekskat. I p. 83; ibi 83, 31* XXII libros de civitate dei in duobus voluminibus. 1 magni *om., ss.* m_2 4 pariter scm̄ *corr. in* sanctos sc̄e̅, *ultima littera dubia, cod.*, sancte *Faeh*

III, III 2 O decus i. *Lucan. VII 588.*

III, IV 1 *Verg. Aen. III 102* veterum .. monumenta virorum.

II.

Hoc opus exiguum puerili pollice scriptum
Sit, Ruohtperte, tibi magnum, promptissime doctor;
Largo lacte tuo potatus, pane cibatus
Ipse precor vigeas, valeas, venereris, ameris:
Hoc optant mecum pueri iuvenesque senesque.

III.

I.

Hoc ego psalterium, quod iure vocatur Hebreum,
Hartmotus Gallo donavi pectore laeto.
Auferet hoc si quis, damnetur mille flagellis
Iudicioque dei succumbat corpore pesti.

II.

Hos Salamon libros *Ιησου* clareque Sophię
Ac Praetermissum quod dicunt Verba dierum
Hartmotus Gallo tradebam pectore firmo.
Auferat hunc si quis, perhimatur vulnere pestis.

III.

Ezechihel et bisseni Danihelque prophetę
Hoc textu scripti fulgent simul atque ligati,
Hartmotus Gallo quos contulit abba beato.
Si quis et hos aufert, gyppo scabieque redundet.

IV.

Iste liber Pauli retinet documenta sereni,
Hartmotus Gallo quem contulit abba beato.

II *Ex cod. s. Galli 152 s. IX p. 277 edidit Weidmann, Gesch. d. Biblioth. v. St. Gallen p. 14, cf. J. v. Arx, Gesch. d. Kantons St. Gallen I, Berichtigg. p. 29, Scherrer, Verz. d. Hss. etc. p. 57. Codex continet Augustinum de utilitate credendi, librum Cyrilli, scolia de incarnatione eqs. Ratperti cas. s. G., S. S. II 72, P. Lehmann, M. B. K. I 85, 20* Hos vero libros idem Hartmotus post Grimoldum abba constitutus sub Hludowico supradicto rege et filio eius Karolo imperatore in diebus regiminis sui fecit conscribi ... *86, 1* Sancti Augustini de utilitate credendi et bono naturae et scoliam Cyrilli de incarnatione domini et paucas quaestiones. *Num idem est? Cf. etiam Wattenbach, Schriftw.*[3] *441.*

III, I *Cod. s. Galli 19 s. IX p. 134. Scherrer, Verzeichnis etc. p. 7, S. Berger, Hist. d. l. Vulg. 126 sq., 414, F. Steffens, Lat. Palaeographie*[1] *tab. 51*[b], [2] *tab. 63*[a], *P. de Lagarde, Psalterium iuxta Hebraeos 1874 p. III, A. Chroust, Mon. pal. Ser. I, XV tab. 4. Ratpert, Cas. s. G. S. S. II 72, P. Lehmann M. B. K. I p. 86, 38* Alios quoque libros proprii causa videlicet usus iocunda patravit scriptura. Quos similiter post finem dierum suorum sancti Galli servitio perpetualiter contradidit retinendos, imprecans etiam illi non parvae dedecus confusionis, si quis praesumpserit aliquam partem eorum de monasterio s. Galli abstrahere illiusque servitio eos auferre. *Lehmann p. 87, 7* Psalterium de Hebraico translatum.

III, II *Cod. s. Galli 7 s. IX in fine; cf. ad III, I, Scherrer l. l. p. 3. Berger, Hist. d. l. Vulg. p. 126. 128. A. Chroust l. l. S. S. II 72. P. Lehmann l. l. 87, 8* Proverbia Salomonis, ecclesiastes et cantica canticorum. Item liber sapientiae et Iesu filii Sirach et paralipomenon libri duo in volumine uno.

III, III *Cod. s. Galli 46 s. IX p. 4. Weidmann, Gesch. d. Bibl. etc. p. 366. Scherrer l. l. p. 20 cf. ad III, I. S. Berger, Hist. d. l. Vulgata p. 125 sq. A. Chroust l. l. P. Lehmann l. l. p. 87, 12* Ezechiel et XII prophetae et Danihel in volumine uno. *Teste A. Chroust versus* I. II. III. *eadem manu exarati sunt, quam Hartmoti ipsius esse haud improbabiliter coniecit. Idem de n.* IV *statuendum videtur.*

III, IV *Codex nunc Londinensis Mus. Br. Add. 11852, cf. Catal. of add. 1850 p. 12, F. G. Kenyon, Facsim. of biblical mss. in the Brit. mus. London 1900 tab. XVI, P. Lehmann M. B. K. I 63, 37; apud Wordsworth and White = U_2. In bibliotheca perillustris domini Regimondi de Krafft Ulmensis I. G. Schellhorn codicem vidit cf. Amoenitates litterariae III, 1725, 8:* Codex epistolarum Pauli nec non Catholicarum et apocalypseos latine ... Summariis enim epistolae ad Romanos hi subiciuntur versus: Iste liber *eqs.; p. 12* Paulinis epistolis annexa etiam est suppositicia illa ad Laodicenses. *(Ex Schellhornio M. Ziegelbauer, Hist. rei litt. ord. s. Benedicti I, 1754, 580.) Iam a. 1773 ex bibliotheca Krafftiana disparuisse videtur, cum Gerbertus, Iter*

Si quis et hunc sancti sumit de culmine Galli,
Hunc Gallus Paulusque simul dent pestibus amplis.

IV.

I.

Hunc praeceptoris Hartmoti iussa secutus
Folchardus studuit rite patrare librum.

II.

Auferat hunc librum nullus hinc omne per aevum,
Cum Gallo partem quisquis habere velit.

III.

Istic perdurans liber hic consistat in aevum,
Praemia patranti sint ut in arce poli.

V.

I.

Exsuperant auri precium seu topaziorum,
Hic Augustinus quod parat Aurelius.
Tange decem chordas, domino tres tange sonoras,
Septem dilecto discrimina tange propinquo.

II.

Monachi Wichrammi monitis
Hartpertus ecce diaconus ornavit thecam hanc.
Te precor, o lector, cum sumpseris ipse libellum hunc,
Tunc tu 'his ambobus' dic 'miserere, deus'.

Alemann. 1773, 204 dicat: Inter mss. fuit codex *eqs., at Ph. W. Gercken, Reisen durch Schwaben etc. I, 1783, 103 de bibliotheca Raymundi Krafft codicis mentionem facit. Codicem inter libros ab Hartmoto proprii usus causa patratos et s. Gallo contraditos fuisse inscriptio docet cum* I. II. III *comparata, pertinet igitur ad Lehmann 87, 13* Reliquorum librorum *(antecedit* evangeliorum volumen I*)* novi testamenti volumen I, *non ad Lehmann 83, 29. G. Waitz, N. A. IV 349, Dümmler ibid. 540 sq.*

IV *Versus extant in cod. s. Galli 23 s. IX,* I *p. 26 sq.,* II *p. 134 sq.,* III *p. 236 sq.; continet psalterium Hieronymi. Codex patratus esse videtur, priusquam Hartmotus abbas factus esset; in catalogis codicum Hartmoti eius mentio non fit. De celeberrimo codice multi egerunt versusque ediderunt cf. Canis., Antiq. lect. V 787, M. Gerbert, Iter Alemannicum 1773, 96, Ziegelbauer, Hist. rei litt. ord. s. Bened. I, 1754, 583, Neugart, Episc. Constant. I 1, 162, J. R. Rahn, Das Psalterium aureum v. St. Gallen, 1878, 14, F. F. Leitschuh, Gesch. d. karol. Malerei 1894, 90. 309, G. Scherrer, Verz. etc. p. 12, S. Berger, Hist. de la Vulgate 1893, 131. 415. A. Chroust, Monum. palaeogr. I, 1904, XIV tab. 9 aliosque. M. G. Necrol. I 464 necrol. s. Galli 9 Ian.* obitus Richkeri et Folcharti monach. et presb. *H. Wartmann, Urkundenb. n. 442 cet.*

V, I *Ex cod. s. Galli 146 s. IX p. 1 edidit Canis., Ant. lect. V 787, G. Scherrer, Verzeichnis etc. p. 54; codex continet p. 1—45 Augustini sermonem de decem chordis (Migne XXXVIII p. 75 sq.).* 1 Exsuperant *sic cod*

V, II *Ex cod. s. Galli 260 s. IX p. 390 edidit Weidmann, Gesch. d. Bibl. v. St. Gallen p. 16. Scherrer l. l. p. 98. Steinmeyer et Sievers, Althochd. Glossen IV 446. — Hartperti et Wichrami nomina apud Wartmannum, Urkundenb. v. St. G. haud raro reperiuntur, e. g. II 135* Hartpertus indignus levita . . subscripsi anno XXVII regni Ludowici *(Germanici)* regis. *II 91* Wichram indignus . . subscripsi anno XXII regni Hludowici *(Germanici). Wattenb. Schriftw.*[3] *389.*

V, I *August. l. l. p. 79 c. V* decalogus legis decem praecepta habet, quae . . . sic sunt distributa, ut tria pertineant ad deum, septem pertineant ad homines.

III.

Prudens quisquis lector volumen cum legeris istud,
Scriptori imperito veniam concede, deposco,
Et eradere quod superest et non pegriteris aptare quae desunt. Amen.

VERSUS AUGIENSES.

I.

I.

Christus te, socio super astra Valente, Senesi,
Congaudere choris fecit apostolicis.
Spemque fidemque inter sancto ut potiamur amore,
Effice cum sanctis, quis sociatus ovas.
Protegit angelicos domini pia dextera cives,
Quę tenet atque regit cuncta creata, deus.
Spiritus his sanctis iunxit te, sancte Senesi,
Cum quibus ante deum vota precesque iuva.

II.

Hoc altare deo sanctę sub honore Mariae
Presbyter illł optulit et monachus.
Multorum illud opus pariter devotio iuvit:
In celo merces omnibus una manet.

III.

Salvatoris honor presentem continet aram
Multaque sanctorum pignora consociat.

IV.

Hic quicumque preces domino vel munera donat.
Virtutes teneat atque fuget vitia.

V.

Hic tua sancta manus retinetur, vota petentum,
Ut sacra supplicibus regna poli tribuas.

V, III *Cod. s. Galli 28 s. IX p. 262 cf. Hattemer, Denkmahle I, 1844, 312, G. Scherrer, Verzeichn. p. 15, S. Berger, Hist. d. la Vulgate 1893, 124. 128, Steinmeyer, Alth. Glossen IV 442. Prosa rimata sunt, quae in Psalterio aureo, cod. s. Galli 22 s. IX p. 1 leguntur*

Nemo me credat omnino furatum,
Sed fideliter hactenus fuisse reservatum.
Non dubitet autem iram dei periculosius incurrere,
Si quis me praesumat a sancti Galli sinibus spoliando auferre,

cf. A. Chroust, Monum. pal. I, 1894, XV tab. 8. Wattenbach, Schriftw.[3] *532.*

I *T i. e. cod. lat. Monacensis 19451 olim Tegernseensis p. 155—157. Versus manu s. XI continuo exarati sunt. Transcripsit E. Steinmeyer, edidit E. Dümmler N. A. V 621 sq., inde F. X. Kraus, D. christl. Inschr. d. Rheinl. II n. 71, idem Kunstdenkm. d. Großherzogt. Baden I p. 348. Cum reliquiae Valentis et Senesii a. 830 a Ratoldo episcopo Veronensi Augiam translatae sint cf. M. G. SS. I 49. 67. V 103, P. A. C. II 406 n. 1, versus ad hoc coenobium referendos. esse Dümmler vidit; cf. etiam Wattenbach, Geschichtsq.* I^7 *283 sq. Praeter 25. 26 compositi sunt, ut altaribus inscriberentur; de tempore nil constat, ego aevo Carolino adscribo. Singulos titulos seiunxi.* 4 qui *T* 14 *consociet *T* 16 fuget *Dümmler,* fugiet *T*

1 3 *Cor. I 13, 13.* 12 *cf. titulum Augiensem P. A. C. II 427, 12, IV 640, Simplicii versus ad regulam s. Benedicti, Traube, Textgesch.*[1] *92, 9; cf. etiam Alcuinum P. A. C. I 283, 10.* 17 *Cuius sancti manus sit, non inveni.* — vota: *sc. sunt.*

VI.

Claviger hanc Petrus doctor hanc Paulus et aram
Exornant meritis, glorificant precibus.

VII.

Hoc altare tenent sanctus baptista Iohannes,
Atque Sebastianus martyr adest precibus.

VIII.

Virgo dei genitrix sanctum generosa Valentem
Hic sibi consociat, hic locus est veniae.
Munera tanta habeas domino prestante salutis,
Flumina quot guttas quotque ferunt pluviae.

II.

Hoc tropheum Christi Egino pro luce perenni,
Virgo Maria, tuo sacro dicavit honori,
Cui prece, quaeso, tua tribuantur regna polorum.

III.

Quae fueram quondam tenere vagina medulle,
Altrix nunc rigidi roboris esse notor.
Ossea nunc patulum producunt germina ramum:
Silvescit membris dammula pulchra suis.

---

26 * fluviae *T* 25. 26 *manu graciliore scripti sunt.*

II *Manlius, Chronicon Constantiense apud Pistorius-Struve, Rer. Germ. scriptores III 705 sq.:* tradidit praefatus episcopus *(Constantiensis, Egino 782—811)* ecclesiae Constantiensi et matronae eius beatissimae virgini Mariae crucem argenteam . . in qua . . sculpta erant haec metra: Hoc troph. *eqs. Crux periit. Conferas Magni operis de omnibus Germ. episcopatibus epitomen tom. I auctore Gasp. Bruschio, 1549, p. 35. C. Brusch, Chronick aller ertzbischoven zu Mayntz . . verteutscht durch Ioh. Herolden 1551, alph. D II. G. Bucelinus, Constantia Rhenana 1667, 139. Chronicon Constant., Freiburger Diözesanarch. VIII 15 in nota, ubi* prece *et* tua *omissa sunt. Pregizer, Suevia . . sacra 1717, 462. Gallia Christ. V 827. Eiselein, Gesch. u. Beschreibg. d. Stadt Konstanz 1851, 199. Kraus, Kunstdenkm. d. Großherz. Baden I 210, Christl. Inschr. d. Rheinl. II n. 62* 3 alma *Manl.,* quaeso *rel.*

III *Ex cod. s. Galli 397 s. IX f. 42ᵛ edidit Ellis, Anecdot. Oxon. class. ser. I part. V p. 24 cf. praef. p. VII. N. A. XI 404. Conferas Walahfridum P. A. C. II 382 ex cod. s. Galli 869* De osse dammulae, per quod arbuscula crevit, ad imperatorem Hludowicum.

25 *sq. cf. ad P. A. C. IV 347 X.*

II *Anno 1467 cruce renovata hi versus insculpti sunt:*

Haec crux argento, tribuit quam praesul Egino,
Auro commutata datur nunc sic renovata.

commutato *Kraus. Eiselein hariolatur.*

IV.

CARMEN FIGURATUM DE SANCTA CRUCE.

. . . . . .

Adtribuit gra⟨t⟩is signum . . . . . ,
Illustrat mundum quod magno fulgur⟨e lucis
Numine de *Χριστον*: celi tuta rere r . . . . . .
Orant c⟨uncta⟩ pium hoc nomen et alt⟨icanorum
Terre⟨n⟩ique hominis devotio lumin⟨a nutrit,
⟨Q⟩uo pr⟨i⟩sci noxam dans aufert devit⟨a omissa
Passu⟨s⟩ et, im⟨m⟩eritis ut, vite crimin⟨a reddit.
His su⟨m⟩mi tr⟨i⟩buit regni ⟨d⟩ans moeni⟨a, operta
Quis M⟨athaeo⟩ claro fulgent Iohann⟨eque dulci.
O verus iustis victor qui multa rep⟨raestas
Ob rectum bona, cum miseros nox damn⟨at amara,
Cui vertex lucis splendendo sider⟨a . . . . . ,
Vivens fons, summo praestanti lumi⟨ne . . . . .
O veneranda crucis summae signac⟨ula nobis,
Cum dominus cuncti Iesus stas h⟨ostia patri
Rex et pro nobis tunc solus mortu⟨ . . . . . !
Iusto tu veniens rursus da praem⟨ia vitae.
Sic totis da nos votis tua splendid⟨a coepta
Teque boare triplo, per quem tutamu⟨r . . . . . .
E⟨n⟩, morte ex cuius sacrum constabit . . . . . .
Tutos ⟨e⟩erto tum praestans nos nomi⟨ne . . . . .
Vultu signatum hominis cum fulg⟨et ad altar.
O sacra crux, cęlo scandis nam fulg⟨ure . . . . .
Mitis ⟨vel vem⟩ens hanc ac nos Adam at . . . . . .
Ast ho⟨s⟩tis t⟨a⟩li verbo tremit omni⟨potentem
N⟨ullo a⟩nimo; ⟨ri⟩sus mund⟨o⟩ dat fulm⟨ine tactus.
Inde L⟨u⟩cas s⟨c⟩riptis exundat lumi⟨ne plenis
Orequ⟨e⟩ per leges in laudem, Marce, r . . . . . ,
Stans ⟨iam ne⟩mpe fremis, clara das e⟨ . . . voce
Dogmata, cuncti nunc que psallunt . . . . . ;
Quattuor en proceres cum mira ⟨faminis arte
Hoc scriptis laudant nomen moral⟨ia dantes.
Nunc nos credentes Cristo pangam⟨us onores,
Hoc cantu toto signum quoque iam v⟨eneremur.

In figuris insunt versus hi:

O veri veneranda crucis victoria Iesu,
O vita⟨e pura lumen de virgine⟩ natum,
O fidei mundo signac⟨ula . . . . . .
O quo, Criste, tuos altos reboare triumphos
Carmine nunc valeo signum quoque in omnia splendens!
Nam nos tutamu⟨r . . . . . .
C⟨uncta⟩ hominis M⟨athaeo⟩ Iohann⟨eq⟩ue alt⟨icanoro
. . . . . Marce m . . . . . Lucas e . . . . amat . . . . . .



IV *Fragmentum Augiense 148 = folium s. IX ex codice Aug. CCXXXVII solutum, quod, priusquam tegumento posteriori glutine affigeretur, complicatum erat, in nullo igitur codice locum habebat primigenium. In superiore margine duo versus et dimidius, in marg. dextro sex septemve, inferius septem octove columnae rescissa sunt. Praeterea multae litterae evanuerunt, inprimis quae minio scriptae erant. Nonnulla etiam loco raso exarata sunt, v. 26* mitis, *v. 27* ast ho, *v. 37* victoria — vita *(an totus versus?), v. 38 sq.* natum — mundo, *v. 40. Hic illic litterae redintegratae sunt. In medio imago Christi extat. In versa parte media* $\frac{C}{U}\frac{R}{X}$ *et* Alma lux fulge p qua fulges celis *(?). Praeterea similis crux delineata est, sed versus desunt; defricatos esse Holder censuit, ego dubito. Edidit A. Holder, Die Reichenauer Hss. II 603. Ipse Berolini contuli, deinde R. Koegel Caroloruhensis quae evanuerunt arte photographica recuperare studuit, sed non multum profecit. Ut carmen artificiosum temporum iniuria tam male habitum aegre quidem legi posset, contra morem multa supplevi, quorum maximam partem Fr. Vollmer suppeditavit, qui insigne quoddum studium contulit ad perdita restauranda; supplementa perquam incerta esse non nescimus. — Rubras litteras pinguibus characteribus, suppletas minusculis imprimendas curavi, incertae subpunctae sunt. Holderi varias lectiones neglexi.* 5 retroacta *suppl. V* 8 aufert, t *corr., cod.* devita *i. e.* debita 10 operta *i. e. obscura, secreta V* 18 mortua mergis *vel* mortuus exsis *s. V* 24 ad altar *s. V* 26 Adam atinentes *s. V* 28 nullo a. *i. e. 'mutos.'* 30 Marce, reflectis *s. V* 31 euhia *vel* ebria *coni. V*

V.

I. Lazare perge foras quarto iam sole sepulte!
Rumpe moras mortis! Hoc dat imago pa . . .

II. Principis ecce
. . . fides te iut . . . . . fecit, vade in ⟨pace⟩.
Iube . . o . . . iente . volo surge puella modo.

III. Mortue surge citus obsidensque loquensque revive,
Sic matris viduae tristia cuncta abole.

IV. . . . . .

V. Daemon proiicit⟨ur⟩ . . . . .
. . . . . maris al⟨t⟩a petunt.

VI. Obvius occurrens sanatur ydropicus unus.
Huc oneratus adi⟨t⟩, . . n sine fasce redit.

VII. Carne deus dormit . . . imus(?) . . . o(?) . . . ihuso resurg.
Maiestate iubet, ventus et unda sinite(?).

VIII. . . c sine lu . . . . . s sputo lut . . .
. . . . . .

V *Octo tituli magnam partem evanidi in ecclesia s. Georgii Cellae superioris Augiensis picturis subscripti. Primus picturas cum titulis publici iuris fecit F. X. Kraus, Deutsche Rundschau 1883, 35 p. 37; cf. F. X. Kraus, Die Wandgemälde der St. Georgskirche zu Oberzell auf der Reichenau, 1884; idem: Die Kunstdenkmäler des Großherzogtums Baden I 369 sq.; idem: Die christl. Inschr. d. Rheinl. II n. 73. A. Brinzinger, D. Alter d. Kirchen i. Reichenau. Schriften d. Vereins f. Gesch. d. Bodensees XLVI, 1917, 166. De titulis Engelmann, Zs. f. bild. Kunst 1884 Beibl. p. 7 sq., quocum de Rossi nonnullas coniecturas communicavit. K. Künstle, Die Kunst des Klosters Reichenau im 9. u. 10. Jh. 1906, picturas saeculo nono adscripsit, ceteri quantum video saeculo decimo exeunti adiudicandas esse consentiunt cf. Vöge, Repert. f. Kunstw. XXX, 1907, 186. Clemen, Die roman. Monumentalmalerei in den Rheinl. 1916, 757 n. 60. Ego versus, quamvis difficile sit de eis iudicium ferre, cum perquam corrupti sint, propter leoninitatem vacillantem exeunte s. X compositas esse nego. Si Schmarsow, Repert. f. Kunstw. XXVII, 1904, 272 artificem imagines in alia quadam ecclesia adpictas imitatum esse iure posuit, hinc etiam titulos transsumptos esse facile tibi persuaseris. Fortasse igitur iam ante aevum Carolinum compositi sunt; cf. Strecker N. A. XLIV 247 sq.* I 2 pa⟨tens⟩ *Rossi,* pa⟨tris⟩ *(das Abbild des Vaters i. e. Christus) voluit Engelmann, quam coniecturam iam Kraus reiecit.*

V, II *titulus corruptus ne olim quidem sanus fuisse videtur, cum narrationes de filia principis Luc. 8, 41. 54 et de haemorrhoissa Luc. 8, 43 sq. (v. 48* fides tua salvam te fecit; vade in pace*) confusae sint.* pace *Kraus,* ⊕ *in pariete picta est. In ultimo versu Rossius proponit* tu iube mente: volo, surge puella modo, *quam coniecturam probare nequeo; neque probabilius Kraus coniecerat* iubet dormientem, volo *eqs.*

V, III 1 citus *dubium est* V, IV *titulus prorsus evanuit*

V, V Daemon proiicitur, legio cui nomen inhaeret;
Tum porcos subeunt, hi maris alta petunt. *Rossius*

V, VI 2 hinc sine *coni. Engelmann,* dein sine *Kraus*

V, VII 2 undae sinite *Kraus legere sibi visus est,* silent *Rossi,*
Engelmann: Carne deus dormit. Perimus. Iesusque resurgit,
Maiestate iubet, ventus et unda silet.

V, VIII *Locum vario modo sanare studuerunt,* Hic sine luce natus sputo lumen acquirit *Kraus, Die Wandgemälde etc.,* Hic sine luce ortus sputoque lutoque linitus ad Siloen properat, lumina clara lavat *Engelmann,* Hic sine luce satus sputo lutoque linitus *Kraus, Inschr.*

V, I 1 *Sedul. c. p. IV 284* Lazare, perge foras. *Ioh. 11, 43* Lazare, veni foras. *Poeta igitur Sedulii memor erat cf. ad* III 1. I 2 rumpe moras *Verg. Aen. IV 569. IX 13. georg. III 43.*

V, II *vide app. crit.*

V, III obsidensque *et metro et sensui obniti Engelmann vidit. Poeta Sedul. IV 135* residensque loquensque revixit *imitatus est.* V, V *Matth. 8, 28 sq. Marc. 5, 1 sq. Luc. 8, 27 sq.* V, VI *Luc. 14, 1*

V, VII *Matth. 8, 24 sq.* ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius et suscitarunt eum dicentes: domine, salva nos, perimus ... tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. *Luc. 8, 24. Sedul. III 60* miserere citus, miserere, perimus. *Ad v. 2 fort. Sedul. III 57* Maiestate vigil *comparandus est.* V, VIII *Sedul. IV 253* qui . . in lucem sine luce ruit.

VERSUS SCOTTORUM.

I. PROBLEMATA ARITHMETICA.

A. Riese cum Anthologiam latinam denuo ederet, problema illud Quadam nocte niger[1], *quia et per se medii videretur esse aevi et in Parisino 7899 s. IX f. 176ᵛ inscriptum esset* Berno istos composuit versus, *expungendum esse censuit*[2]. *Et vero quidem iudicio usus est, a Scotto enim poeta vel potius ludi magistro excogitatum esse M. Manitius codice Parisino 13029 s. IX ad lucem protracto docuit*[3]; *qua de re dubitari non posse videtur, cum in primo versu pro* dux *lectio extet* dub *atque f. 12ʳ in calce aenigmatis haec exarata sint verba* Hi duo hiberienses milites unus nomine find alter dub in venatione erant; find interpretatur candidus. dub niger[4]. *Neque abhorret, quod in cod. Parisino 8091 s. XII altera solutio* Thomae Scotti, *in cod. Rothomagensi 1409 olim Gemmeticensi G. 37 s. XII f. 131ᵛ prima solutio* Clementis Scotti *esse dicitur. De tempore poetae nihil certi statui posse videtur; sed iam eum, qui post a. 840 Augiae anthologiam carminum Latinorum cum sylloga illa inscriptionum quam dicunt Einsidlensem coniunctam collegit*[5], *primum versum invenisse corruptum*[6] *constat; haud multum igitur a vero aberremus, censeo, si poetam ineunti aevo Carolino adscribamus. Ad idem saeculum nonum referimur codicibus Parisinis 7899 et 13029 (s. IX—X).*

Solutionem I Quattuor eximii *eqs. iam nono saeculo cum propositione coniunctam fuisse eisdem codicibus docemur; altera solutio, quam II dico, multis libris tradita est; in Parisino 13029 tertia extat necnon in codice s. Bertini s. X quarta*[7]. *Hinc Manitius l. l. problemate discipulis proposito solutiones ab illis repertas aut ab ipsis aut a magistro versificatas esse posuit. Quam viri docti sententiam stare non posse iudico; certe versus leonini solutionis II a tempore poetae alieni sunt; quid quod venatorum color niger candidusque a poeta non nisi ut facile discernerentur*[8] *inductus ab aliis mystico sensu acceptus est cf. II v. 10—12 in cod. Paris. 2772 s. X—XI; in codicibus Duacens. inscriptum est lemma* sors de XV Christianis totidemque Iudaeis. *Eodem sensu in sol. III 5 intellegendum est* avidus vitiosus[9]. *Neque multo firmiore nititur fundamento altera coniectura Manitii ex lemmate in cod. Paris. 8091 s. XII alteri solutioni adscripto* Thomas Scotus hos versus composuit *a Thoma illo praeceptore palatii, quem Walahfridus P. A. C. II 387 (cf. I 581) alloquitur, hos versus in schola palatina pactos esse conicientis; quae res quam incerta sit inde cognoscitur, quod in codice Rothomagensi 1409 prima solutio lemma prae se fert* Ludus Clementis Scotti, *quem ipsum quoque magistrum scholae palatinae fuisse scimus.*

---

1) *Burmann, Anth. lat. V n. 121, Meyer n. 1061, Riese II*[1] *n. 727, Ae. Baehrens, P. L. M. V n. LXIV.* 2) *Anthol. lat. II*[2] *n. 727. At Bernoni in codice non problema sed lysis* Quattuor eximii *etc. adscribitur.* 3) *N. A. XXXVI 68 sq. E. Dümmler, N. A. IV 122 codicem adhibuit, sed problema neglexit.* 4) *At in sol. I 11 extat* dux niger, *atque problema II incipit* Idem . . dux. *Sed* dub *ex* dux *ortum esse minus probabile videtur. An problema ex lingua Scottica in Latinam versum est?* 5) *Th. Mommsen, Rhein. Mus. IX 1854, 298, E. Dümmler, P. A. C. I 101, de Rossi, Inscr. christ. u. Romae II 10 sq.* 6) *sc.* dux *pro* dub. *Etiam sol. I 6 omnes codices praeter P*[2] *in falsa lectione consentiunt cf. in app. crit.* 7) *Nunc Boulogne sur mer cf. Cat. gén. 4° IV 599.* 8) *In cod. Me aliud problema praecedit simillimum, sed pro militibus nigris et candidis positi sunt lapilli eiusdem coloris.* 9) *L. Müller, Fleckeisens Jahrb. 1865, 218 de lectione codicis Leidensis sol. I v. 7* strophii candore corusci: 'wahrscheinlich hielt der Schreiber . . die lichte Schar für nichts Geringeres als Engel, deren Gewand ihm aus der Bibel bekannt war, wonach er sich unter den kohlenfarbigen ohne Zweifel den leibhaftigen Satan gedacht haben wird'.

Ad eundem poetam ni fallor[1] *alterum problema haud invenustum, sed mutilum* Idem forte . . dux *referendum est, quod post Goetzium et Loewium, Leipziger Studien I 373 sq., Ae. Baehrens, P. L. M. V 372 edidit cf. infra p. 1123.*

Codices sunt hi: optimus $\boldsymbol{P}^2$ *= Paris. lat. 13029 (s. Germani 635, prius 524, olim Corbeiensis) s. IX*[2]*; locis vacuis problema et solutiones, f. 2*^{r} *sol. III, 4*^{r} *sol. II, f. 11*^{v} *problema, f. 12*^{r} *sol. I exarata sunt manu altera non multo posteriore. Ceteri omnes v. 1 in lectione* dux *congruunt*[3]*:* $\boldsymbol{E}$ *= cod. Einsidlensis 326 s. IX*[4]*, quem adhibuit A. Riese, Anth. lat. II*^{1} *n. 727.* $\boldsymbol{W}$ *= Guelferbytanus 4161 Wissenburgensis 77 s. X in., de quo conferas Dümmlerum, Zs. f. d. Alt. XIX 117 f. 50*^{r}*. Usus sum photographo.* $\boldsymbol{V}$ *= Valentianus 394 olim s. Amandi s. X f. 47. Textum Riesio teste s. undecimo scriptum edidit Mangeart, Mss. de la bibl. de Valenciennes p. 392; denuo contulit A. Riese.* $\boldsymbol{M}$ *= Toletanus nunc Matritensis Ca 14 n. 22 s. X f. 140*^{r}*; contulit G. Löwe, Leipziger Stud. I 370 sq. De codice cf. P. Ewald, N. A. VI 316, Löwe-Hartel, Bibl. patr. Lat. Hisp. I 284; L. Traube, P. A. C. III 125, F. Vollmer, Auct. ant. XIV p. XXXVIII.* $\boldsymbol{G}$ *= cod. Guelferbyt. 4642 Gudian. lat. 335 s. XI f. 41*^{r}*, de quo conferas O. v. Heinemann, Catal. IV 252. Ipse Berolini contuli. Cum G cognatus* $\boldsymbol{Pa}$ *= cod. Vatic. Pal. lat. 235 s. XI f. 36*^{r}*. Usus sum photographo. Pro consensu G Pa utor signo* $\boldsymbol{a}$*.* $\boldsymbol{T}$ *= cod. Treverensis 1093 (1694) s. XI f. 116, de quo conferas Steinmeyer, Altd. Glossen IV 624, 16. Benigne mihi contulit G. Kentenich.* $\boldsymbol{P}^1$ *= cod. lat. Paris. (Thuaneus Colbertinus) 8091 s. XII f. 127. Contulit Ae. Baehrens.* $\boldsymbol{Me}$ *= cod. Berolin. Phillipp. 1694 Claromont. 471, olim s. Arnulphi Mettensis s. XII/XIII fol. 77*^{v}*; descripserunt Val. Rose, Die Lat. Meermanhss. zu Berlin p. 400 atque accuratissime W. Wattenbach, SB. d. Berlin. Akad. d. W. 1891, 97—114 et N. A. XVII 351 sq. Hoc codice olim Burmannus usus est. Continet vv. 1—12. Ego denuo adhibui.* $\boldsymbol{R}$ *= cod. civ. Remensis 1043. 743 s. XIII; teste Wattenbachio prorsus cum M consentit.* $\boldsymbol{B}$ *= cod. Bodleianus F. 1, 17 s. XIV f. 45; contulit Ae. Baehrens.* $\boldsymbol{P}^4$ *= Paris. nouv. acq. lat. 1630 fragm. V fol. 22*^{v} *s. XI cf. L. Delisle, Catal. des mss. des fonds Libri et Barrois, 1888 p. 103: 'deux petites pièces de vers. Le commencement de la première a été détruit par l'humidité. Voici les deux premiers vers de la seconde:* Quatuor eximii — unicus atque niger, *i. e. vv. 1 et 2 primae solutionis. Procul dubio igitur problema antecedit.*

Solutiones, licet partim inferioris aetatis sint, hic addidi. Solutio I in V Me R omissa est, sine problemate extat in $\boldsymbol{L}^1$ *= cod. Leidensi Voss. Q 33 s. XII f. 58,* $\boldsymbol{L}^2$ *= cod. Leidensi Voss. Q 15 s. XI (Baehrens, s. XIII L. Müller), et* $\boldsymbol{Ba}$ *= cod. Basiliensi A N IV 11 p. 76 s. XIII, quorum lectiones publici iuris fecit Luc. Müller, Fleckeisens Jahrb. XCI 1865 p. 217 sq; praeter hos in* $\boldsymbol{Ge}$ *= Rothomagensi 1409 olim Gemmeticensi 27, s. XII gemello Basiliensis, f. 131*^{v}*, cuius lectiones edidit H. Omont in Catal. général 8*^{0} *1 p. 412* (ludus Clementis Scotti) — *consensum Ba Ge indico signo* $\boldsymbol{\beta}$ — *et in* $\boldsymbol{P}^3$ *= cod. Parisin. 7899 s. IX f. 176*^{v}*; in hoc inscripta est* Berno istos conposuit versus.

Solutio II in $\boldsymbol{P}^1$ *et* $\boldsymbol{B}$ *solutioni 1 adnexa est, in* $\boldsymbol{P}^1$ *cum lemmate* Thomas Scotus hos versus composuit[5]*, in* $\boldsymbol{V}$ *ipsam propositionem sequitur*[6]*, in* $\boldsymbol{P}^2$ *f. 4*^{r} *a problemate seiuncta est, sine problemate extat in* $\boldsymbol{P}^5$ *= cod. Paris. 2772 s. X/XI f. 57, quem excussit A. Riese, et* $\boldsymbol{J}$ *i. e. Eporediensi 27 s. X. Eadem invenitur in* $\boldsymbol{Ma}$ *= cod. coenobii Marchianensis (Marchiennes sur la Scarpe) s. XII nunc Duacensi 318 f. 171*^{v}[7] Sors cuiusdam episcopi de XV Christianis totidemque Iudaeis. *Incip.* Bis duo nam *eqs.* Item de sorte supradicti episcopi. *Incip.* Quatuor et pentas duo monas tres mias unus.

---

1) *Goetzius et Loewius poetam non eundem esse, sed prius problema adhibuisse iudicant.* 2) *vide p. 1117 n. 3.* 3) *vide p. 1117 n. 6.* 4) *vide p. 1117 n. 5.* 5) *sc. non versus problematis, sed solutionis II, cuius de leoninitate supra disserui.* 6) *V solutionem II bis habet in eadem pagina.* 7) *Catal. gén. 4*^{0} *VI 167.*

Eadem praebet **Aq** = *cod. Aquicinctensis s. XII, nunc Duacensis 320*[1] *f. 164*^{r} *praecedenti artissime cognatus. Tertius huius familiae est* **Be** = *cod. Bernensis 704 s. XII, quem eadem fere licet inverso ordine continere ac Duacenses ex Hageni catalogo elucet; habet autem f. 11*^{r} *lemma* sors cuiusdam *(ex* eiusdem *corr.)* de XX Christianis totidemque Iudaeis, *quod cum H. Hagen, Carm. med. aevi p. 145, imprimi iussisset neque correctum neque lectore monito, Haveti*[2] *reprehensionem non effugit; f. 13*^{v} *sequitur* Item de sorte supradicti episcopi[3]:

Quattuor et pentas, duo, monas, tres, mias, unus,
Hinc dias, ambo, trias, unus, duo et duo, monas[4].

Praeterea solutio II octo versibus amplificata est in **I**.

Solutio III solo P^2 *f. 2*^{r} *servata est cf. Manit. l. l. p. 69, solutio IV codice s. Bertini*[5], *solut. V codicibus Me R. Ceterum conferas velim Lucianum Müller, Über ein heutiges Kinderspiel*[6], *qui lectores ad Graetzium, Histor. Iudaeorum VI 211 relegat. — In edendo textu mere orthographica omisi. Quae L. Müller et Ae. Baehrens tentaverunt, licet falsa sint, adscripsi.*

Problema II in M, P^1, *B servatum est, quibus de codicibus conferas ad problema I. Ex M ediderunt Goetz et Loewe l. l., ex M* P^1 *B Ae. Baehrens l. l. 372. — Titulos addidi.*

PROBLEMA I.

LUDUS INEST PULCHER, SI QUIS BENE NOVERIT ILLUM.

Quadam nocte niger Dub nomine, Candidus alter
Forte subintrarunt unica tecta simul.
Candidus exhibuit secum ter quinque nitentes
Totque niger nigros more colore pares.
'Candide, de nostris primus quis', dixerat alter,
'Praevidet excubias? Nam tua dicta sequar'.
Haec placido contra respondit Candidus ore:
'Iudicio quemquam nolo gravare meo,
Ne nova lis socios per me conspiret in arma;
Sed tibi consilium non removebo meum.
Ordine disponam socios discumbere cunctos,
Quos sors nona legat noctis in excubias.
Candida sed sedeat nigris commixta caterva,
Ut me velle viros fallere nemo putet'.

---

1 Ludus — illum P^2, Item alius metro eroico *M*, Alius modus iocalis *(antecedit* Versus de ludo qui fit cum XXX tesselis*) R, om. reliqui* 1 Quidam *Me*, quadam *rel.* dub P^2, dux *rel.* nom̃ *V* 2 subintrarant *α*, subintrarunt *rel.* castra *G*, tecta *rel.* 3 Extiterat numero quindenus candidus ipse *Me R* 4 niger nigros (niger //// nigros *G*) *codd.*, geris nigro *L. Müller* maure *V*, more *rel.*, Maure *Baehrens*, More *L. Müller* colore, s *erasa, M* 5 Candidis *M*, Candide *rel.* alter *codd.*, Ater *coni. Baehrens haud male* 6 Praeuidet P^2 *WBM* P^1, Prouidet *rel.* nō P^1, nam *rel.* iussa *V*, dicta *rel.* 7 Heaec *V* E contra placido *MeR* 8 quemque nolo P^2, nolo quemque *MeR*, quemquam (quendam *T*) nolo *rel.* 9 conspiceret *corr. in* conspiret *Me* in armis *α*, in arma *rel.* 10 nunc *MeR*, non *rel.* remobeuo / meum, *erasa* e, *M*, remouebo *ex* remobebo *corr. W* 11 discure *in* discumbere *corr. G* 12 Quo *B*, Quae *V*, Quos *ex* Quod *corr.* m_2 *(?) G*, Quos *reliq.* sors *ex* cors *corr.* m_2 *(?) G* noua *B*, nona *rel.* (non alegat *M*) *hic finiunt Me R* 13 sede at P^2 cateruis *Ea*, caterua *rel.* 14 potet *in* putet *corr.* P^2 *hic finit V*

1) *Catal. gén. 4° VI 171. De lectione Duacensium nil certi comperi.* 2) *Romania VI 285.* 3) episcopi *Hagenus perperam ad Victoris papae admonitionem, quae in codice praecedit, referendum esse putat.* 4) *Eadem habentur in V in marg., Ba, Ge hoc quoque (cf. ad sol. I) cum lemmate* Ludus Clementis Scotti, *Remensi 1405 s. XI f. 196 (Catal. gen. 8° XXXIX p. 599) Duacensibus 318 et 320; v. 1* penta *Be Remens., v. 2* unus dias *V Ba Ge Rem.* 5) *vide p. 1117 n. 7.* 6) *Fleckeisens Jahrb. 1865, 217—223.*

Ita sederunt:

Quattuor eximii candoris, quinque nigelli,
Candiduli bini, unicus atque niger.
Splendentes terni, fuscata pelle nigellus,
Candidus hinc unus carboneique duo.
Fulgentes bini, fuscato tegmine terni,
Hinc niveus unus horribilesque duo,
Candiduli bini splendentes pelle decora,
Quos sequitur cunctos unicus atque niger.
Hoc super ingenio cunctos sors nona nigellos
Sic cecidit, turba candida sorte caret.
Dux niger excubias solus cum milite fusco
Pervigil ingratus duxit adusque diem.
Ast placidum tota carpebat nocte soporem
Candidus ingenio praeditus atque sui.

SOLUTIO II.

Bis duo nam nivei praesunt et quinque nigelli,
His supponuntur clari duo postque sequuntur
Unius et tetri interimunt vestigia terni
Albi lacte magis, Maurus quoque nectitur ipsis.
Candidus inseritur, niger unus et alter habetur,
His cristallini sociantur in ordine bini,
Tres titubant nigri lactantis robore victi.
Post duo corvini, ac nivei sunt denique bini,
Orbem tunc furvus demum determinat unus.

I *Sol. I.* Ita sed. P^2, Berno istos composuit versus P^3, *om. rel.* *Hic incipiunt* $L^1L^2\beta P^3$. *In* L^1 *omnes litterae initiales desunt.* 1 candore L^2, candoris *rel.* 2 Candidus libini *M*, Candiduli bini *rel.*, *sed* Bini sunt nivei, solus at inde (attende *Ba*) niger β 3 spendentes P^2 terni $P^2BL^1\beta Pa$ trini $EWMP^1L^2TG$ fuscato *E*, fulcata *M*, fuscata *rel.* nigellis L^1, nigellus *rel.* 4 hic P^2L^2, hinc *rel.*, *sed* unus splendifluus purpureique duo β 5 fuscata L^1 trini *EG*, terni ł trini *Pa*, terni *rel.* 6 *sic* P^2, Candidus hinc (hic β) unus carboneique duo *ex v. 4 rel.* *v. 5. 6 om. T, v. 6. 7. 9—14 om* L^2 7 Candidu libini *M cf. v. 2*, spendentes P^2Pa, fulgentes *pro* splendentes β ucentes bini strophii candore corusci L^1 8 *hic finiunt* $L^1L^2\beta$ 9 Hos α, Hoc *(sc.* ingenio*) rel.* nova *G*, nona *rel.*, nona/, *g eras.*, *M* nigellus *G* 10 Sic cecidit *(sc. super cunctos nigellos) recte codd., editores non intellexerunt*, Secrevit *L. Müller*, Sic tetigit *Baehrens*, *Riese crucem adpinxit* 11 Tunc *G*, dux *rel.* com *in* cum *corr.* P^2 cumilite *T* claro fusco *W* 12 ingratus *(g ex* d(?) *corr. W) codd. i. e. invitus*, ingratas *L. Müller* 13 Ast $WEP^1\dot{T}Pa$, Adst *M*, At P^2, Et *G* 14 *om. T* sui (suo α) *codd.*, *i. e.* Candidus atque sui soporem carpebant, praeditus atque acie *Baehrens*. *In* P^2 *f. 12r additum est* A *(i. e. albi)* IIII. N *(i. e. nigri)* V. A II. N I. A III. N I. A I. N II. A II. N III. A. I. N II. A II. N I. Hi duo biberienses milites unus nomine find alter dub in venatione erant. Find interpretatur candidus, dub niger *cf. supra in praefat.* *In* L^1 *lysis figura orbis appicta illustrata est.*

II *De codicibus conferas dissertationem praeviam.* 1 nunc *V*, nam *reliq.* premunt P^1, praesunt *reliq.* nigelli, re *supra* ge, P^5 2 Is P^5, Hiis *B cf. v. 6*, His *rel.* clarido *J* 3 *post* 4 P^1 4 matris BP^1, magis *reliq.* quoque *om. J* 5 abetur P^5 6 Cristallini color sociant in o. P^5 7 lantati *J*, lactantis *reliq.*, lanctantis *V* 8 duo *loco raso* P^5 coruina crauẽs *J* bini, 1 *super* ni, P^5 9 determitat P^5 *post v. 9* Thomas Scotus hos versus composuit P^1. *In* P^5 *hi versus additi sunt:*

Ordine dispositi dampnentur sorte (morte *cod.*) noveni.
Stix inimica suos consumpserit ante nigellos
Quam clari vitam perdant corporibus aptam.

SOLUTIO III.

Albi bis bini praecedunt ordinis arcem,
Atque sedent quini post hos candore piceo.
Insequitur binus numerus decore nivali
Subnixusque niger terni monstrantur et albi.
Contendunt econtra avidus vitiosus et albus.
Aethiopes sancto concurrunt tramite bini
Atque viri ⟨bini⟩ lunata luce sequuntur.
Non sic nocturni, numero namque additur assis.
Impare sic numero gaudet vir fulgidus unus.

In J vv. 1—9 in dextra parte circuli alicuius scripti sunt; in sinistra parte alii exarati sunt, quos hic subiciendos iudico. Ediderunt **G***(oetz et Loewe), Leipziger Studien z. kl. Phil. I 372, Ae.* **B***(aehrens), P. L. M. V 372*

His ita dispositis mirabili in orbe videbis,
Si libet, ut cunctis ibidem constantibus albis
. . . . . .
Aethiopes ab eis sensim dirimi speculeris,
Sint ut in excubiis, si vis, per tempora noctis.
O comes insignis, tibi ludus hic puerilis
Ne, rogo, sit vilis, quamvis sis ore senilis.
Quique palatinis ludis sine fine potiris,
Redde vicem nobis per celsae numina prolis.

1 mirabile *coni. B* 2 libet *B*, placet *G*, licet *J* *lacunam indicaverunt G* 4 speculeris *G*, speu leris *J* 7 vilis quamvis sis *G*, ui /// lisque iniussis *J*

In eodem codice J supra circulum commemoratum idem problema extat leoninis versibus compositum haud indignum sane, quod hic inseratur; ediderunt **G***(oetz et Loewe) l. l. 371. Versus turbato ordine duabus columnis exarati sunt; in priore habes v. 1. 3. 5. 7. 9. 12. 13. 15. 17. 19. 21, in posteriore 2. 4. 6. 8. 11. 10. 14. 16. 18. 20. Versum 10, cum dittographia sit, delendum esse iudico.*

Disce fuisse duces, qui carmina nostra recenses,
Binos et comites iter per callis euntes.
Unus enim niveus bis septem denique septus
Claris militibus, niveus quos texit amictus.
Alter erat piceus, similique nitore coruscus
Cinxerat hunc cuneus numero quoque compar et unus.
Hinc pariter cuncti vicina nocte coacti
Devenere locum summi horroris in unum.
Tunc quis sit custos, quaerit carboneus heros,
[Et niveus piceo momento hoc dixit in ipso]
Et reliqui rogitant, vigilatum qui quoque pergant.
Lacteus arte nova mox ipsa dixit in hora:
'Si quod volvo mea audieris modo mente serena,
Praemissa excubiae fient sine murmure sorte.
Si sedet hoc animo nobis, ex omnibus ordo
Fiat et imperio sortis vigilemus ab ipso,
Et quemcumque vocat, sine mox cunctamine pergat:
Qui nonus fuerit, hic incunctanter abibit.'
Tunc fuligineo cum coetu denique cuncto
Hoc placuit ⟨dictum⟩ fierique precatur id ipsum.
Ordinat hos idem et pulchrum sic dirigit orbem.

2 Binos *G*, Unius *J* iter *J*, pariter *G* euntes *G*, euites *J* 4 amictus *G*, amicus *J* 5 similique *G*, similīque *J* 8 *cf. Verg. Aen. I 365* 13 quod *G*, quid *J* 14 praemissa *G*, promissa *J* 15 hoc animo *G*, oganimo *J* *cf. Verg. Aen. II 660* 16 Fiat *G*, fuit *J* 17 quemcumque *G*, que cumque *J* c̄tamine *J* 18 qui *G*, quid *J* 20 dictum *G*, *om. J* 21 dirigit orbem *G*, dirigat orbe *J* *Sub ultimo versu maiusculis apicibus exarato simplex circulus appictus est; scriba igitur figuram, qualis in* L^1 *extat, efficere voluit.*

III *Extat in solo* P^2, *N. A. XXXVI 69.* 1 * procedunt P^2 5 albis P^2, *corr. Manitius* 7 bini *add. Manit.* 9 unis P^2, *corr. Manit.*

9 *Verg. ecl. VIII 75* numero deus impare gaudet.

Hic niger atque niger, hic albus et albus habetur,
Tu quoque cunctorum numerum conclude, nigelle.
His ita digestis sex quinos esse memento:
Albi ter quini glomerantur terque nigelli.

SOLUTIO IV.

Egregius lector, qui vult recitare Camenas,
Dicat et expediat numerorum numinis antra
Ordinibus variis, quos pagina pandit honesta:
Bis bini simili consistunt ordine claro,
Currunt et fusci contento tramite quini,
Candidus et lactans, sequitur ⟨quos⟩ fuscus et unus.
Albigeri similes sic certant tramite trino.
Maurus lactanti consentit in orbe parato.
Fusci post illos lustrantque palatia bini.
Clarigere bini luctantur in agmine turme;
Aethiopes tres sic, albo superante, vacillant;
Fuscus cum Mauro contendunt ire per orbem.
Candida continuo prefertur turma dualis
Unius et fusci concludit orbita cursum.

SOLUTIO V.

VERSUS DE LUDO QUI FIT CUM XXX TESSELIS.

Ordine fit primus regali nomine functus,
Candidus ad dextram bis binus deinde lapillus,
Ordine servato cumulatis quinque nigellis,
. . . . . .
Uno sub nigro sedem retinente propinquam.
Mox assint terni, quos candida forma decorat.
Proximus huic fiat fuscus quem vultus obumbrat.
Nunc numero compar disparque colore sequatur.
Ut niger hinc recto statuatur in ordine duplex,
Atque locus pateat binis comitantibus albis,
Neve nigris ternis sic desit copia standi,
Unica sors albi demum sua castra capessat,
Alterius forme duplo consorte vocato,
Quo sibi candentum facies ascita dualis
Iam niger accedens variatum terminet orbem.

IV *B* = *cod. Bononiensis (Boulogne s. m.) 40 s. X olim s. Bertini in ultimo folio cf. Catal. génér. 4° IV 599, ubi versus impressi sunt.* 5 tramite *scripsi*, carmine *B* 6 quos *addidi* 7 *f.* *simili . . . trini? 9 post *scripsi*, per *B* 10 *clavigero *B* 11 Haec inopes *B*, *corr. Hofmeister* 14 *cursu *B*

V *Ex Me et R edidit W. Wattenbach, N. A. XVII 355. Me denuo contuli.* *Tit.* cum *om. R* — XXVII *MeR*, *corr. Wattenb.* *post* 3 *unus versus excidit cf. N. A. XVII 642* 4 retinere *R* *post* 14 *sequitur problema I MeR*

IV 7 albigeri: *cf. v. 10* clarigere. 8 orbe parato: *versus compositi esse videntur, ut circulo alicui adscriberentur cf. ad L¹ in app. crit. solut. I in fine.*

PROBLEMA II.

Idem forte . . . . dux quadam mane rubente
Exuerat sterili membra sopore sua,
Purpureo vestis quae comptae tegmine texit,
Adque suos tali famine fatus erat:
'Surgite vos, iuvenes, sterilem depellite somnum;
Increpat arvigenas lux: vigilate, viri!'
Hinc humeros rutilis heros oneraverat armis,
Protinus ostriferum liquerat atque thorum,
Undeciesque virum secum deduxerat unum:
Alter ab undecimo Candidus ipse fuit.
Qui simul egressi bis seni terve quaterni,
Tres quater aetate robore gente pares,
Cornipedum sulcant fulti gestamine flabra.
Passibus aligeris lustra ferina legunt.
Silvicolas facili consternunt strage catervas,
Sanguinis innocui funditur unda rubens.
His igitur gestis aether densatur in imbres,
Conglomerant nubes, fulgura crebra micant.
Altitonans summo resonat de vertice rerum
Dans proceri signum tecta propinqua peti.
Candidus hinc unam, fuerat quae forte propinqua,
Grandine compulsus duxit ad usque domum.
Quam prius arripiens aedem dux inclitus alter,
'Candide' qui dixit, 'altera tecta pete,
Nam domus haec plures socios quam parvula nostros
Non teget, ut rutilo lumine cuncta patent.
Sed quia mente viges artisque cacumina scandis,
Duc mea sub tecta arte regente viros.'

II *Ex M ediderunt G(oetz et Löwe), Leipziger Stud. I 373 sq. cf. Löwe-Hartel I 289,* **B** *i. e. Bodleianum F 1, 17 et* P^1, *Parisinum 8091, contulit Ae. B(aehrens), P. L. M. V 372.* Item alii versus P^1, Italius *M, in quo vv. 30—36 ante v. 1 positi sunt, om. B* 1 forte dux *BM*, sorte quidem dux P^1, forte vigens dux *Baehrens*, forte valens *coni. G* quadam *BM*, quondam P^1 rubente BP^1, ruente *M* 2 stereli *M*, *cf. v. 5* sterilem, i *ex* e, *M* 3 Purpureo P^1, Porporeo *M*, Corporeo *B; ad* Porporeo *in marg. in M adnotatum est* id est verba uecere, *quam adnotationem G ad v. 4 rettulerunt* uestis quae *B*, uestisque *M*, uestes quę P^1 compte MP^1, compote *B* 4 Adque *G*, Atque *codd.* eraī *M* 5 iubenes *M* 6 arbienas *M* 7 onerauerat P^1, honerauerat *B*, honeraberat, h *del.* m_1, *M* armis BP^1, armas *M* 8 Protenus *M* linquerat *M* 11 Qui BP^1, Qui *ex* Que *corr. M* bisseni P^1M, bisceue *B* 12 Tres *BM*, Ter P^1 etate *om., post* pares *octo fere litterae erasae,* temp- *extitisse videtur M* 15 siluiculas *M* 17 *om. M* *densatus P^1BG *et Baehrens* Hiis *B* igitur BP^1, iugiter *Baehrens* imbres, *distinxi* 18 conglomerat *Baehrens* 19 rerum *codd.*, rector *Baehrens*, caelum *G* 20 proceri *BM*, proceris P^1 21 fueratque *M* 22 compulsos *Baehrens*, compulsus (conp.) *codd.* ducit *G et Baehrens, malim* duxit, *an* duxerat usque?, ductus *codd.* 23 ędem *(idem B)* dux BP^1, eduxit *M*, tenuit dux *Baehrens*, exit dux *G* alter *codd.*, ater *Baehrens f. recte* 25 quam *BM*, qui P^1 nr̄os *P*, nr̄sos *M*, ur̄os *B* 26 *fulguribus rutilantibus tota domus illustratur, Baehrens male* patent *corruptum putat* 27 quia BP^1, que *M* uiges artisque *(arcisque B)* P^1B, uige sacrisque *M* 28 arte P^1, arce *BM* regente *codd.*, recente *G fort. recte, Candidus enim iam plura specimina artis suae ediderat, unde etiam lis orta erat I 9*

II 1 idem dux *sc. qui in problemate I.* · 12 *cf. probl. I 4.* 13 *i. e. equis insidentes ventos praevertebant.* 16 sanguinis inn.: *cf. Prudent. psych. 501.* 18 *i. e. conglomerantur.* 20 proceris *Baehrens, at domus proceris cuiusdam certe non tam parvula fuisset (v. 25).* 23 arripiens *i. e. arripuit.*

Haec ait ille volens certis praediscere signis,
Quam valet artifico Candidus ingenio.
Talibus excepit dictis quae Candidus heros,
Multiplices volvens mentis in arce dolos:
'In tua tecta meos possum subducere cunctos
Viribus ingenio Marte potente viros:
Viribus ingenium melius sed constat et armis;
Ingenio cuncta quaeque gerenda bona'

. . . . . .

II.

Aspice marmoreas superantes astra columnas,
Quas hic sanctigeri fulcit arena soli.
Felix famosus Heleranus, Finnia, Fergi,
Fulgida donifero lumina facta deo.
O magnum Scotiae misit Pictonia dives
Munus relliquias, quas velit esse suas.
Unde venit Tytan et nox ubi sidera condit
Quaque dies medius flagrantibus aestuat horis.

III. ..... PRAESULIS DUNGALO ABBATI.

O venerande pie frater mihi semper amande,
D⟨un⟩gale, praeclaro nomine et ingenio:
⟨Ultima t⟩errarum genuit nos Scottica tellus,
Sanguinis egregii glutine iunxit amor.

---

29 ait BP^1, aut M certis BP^1, herus M, heros G 30 *qua P^1B, quo M artifice B, artifico P^1M 31 dictis BP^1, dicens M quę P^1, quam BM, quem G 32 uoluens BP^1, uolens M arce BM, arte P^1 33 tecta MP^1, tecto B 34 *om. M* marte *Baehrens (cf. v. 35)*, arte BP^1 35 ingenium, u *ex* o *corr.*, M constat *codd.*, praestat *Baehrens perperam. Candidus dicit: cunctos viros (lectio vera, Baehrens coni.* bonos, *qui post* cunctos *distinxit) meos aut viribus aut ingenio aut Marte potente subducere possum, sed ingenium melius est (=* constat*) viribus et a.* et armis MP^1, in armis B *problema ipsum excidit*

II ***A*** *= cod. Caroloruhensis Augiensis CXCV s. IX f. 37ᵛ. De codice Scottico cf. Windisch, Irische Texte Seric II 1 1884 p. 143—146; Stokes and Strachan, Thesaurus Palaeohibernicus II 1903 p. IX; A. Holder, Die Reichenauer Handschriften I 438—444. Versus edidit A. Holder l. l. 440. Codicem Berolini tractare mihi licuit.* 4 facta *A*, sacra *Holder* 5 Poctonia *corr. in* Pictonia *A* 7 ubi *om. et in marg. add. A*

III ***A*** *= cod. Augiensis CXCV s. IX, de quo conferas ad versus praecedentes, fol. 1, quod eodem fere tempore exaratum olim ad hunc codicem non pertinebat; in recta parte scriptura insularis cf. Holder, Die Reichenauer Hss. I 439, in versa litteris minusculis Carolinis versus ad Dungalum extant, 1—41 in priore columna, reliqui in altera, reliquo spatio vacuo relicto. V. 1—22 omnino fere evanuerunt, 23—56 praeter nonnulla vocabula, licet non sine magna oculorum contentione, legi possunt. Codicem Berolini contuli, sed multa obscura mansissent, nisi P. Alban Dold Beuronensis admiranda sua arte photographica textum integrum fere recuperasset. Cum pauca dubia restarent, denuo rem aggressus est R. Koegel Caroloruhensis v. c., cuius studio et industria nonnulla certiora facta sunt, sed ut nomen poetae in lemmate agnosceretur, ne ei quidem contigit. Versus edidi Zs. f. rom. Philol. XLI 566 sq., K. Preisendanz hanc editionem accuratissime cum photographo contulit, nonnulla addidit R. Thurneysen, Zs. f. celt. Phil. XIV. — In codice* p̄ p b; q, n̄ ī s̄ q̄runt *adhibentur. Lemma minusculis litteris exaratum,* p̄sulis *certum est, antecedens vocabulum incertum; agnovi* do, (a *pro* d *minus verisimile*), *sequitur vestigium apicis, qui pro* N *legendus esse videtur, quamquam haec forma in reliquo carmine non occurrit; post* N *lego* ¯, *conieceris igitur* donū; *antecedit spatium 4—5 litterarum, in quo nomen praesulis (i. e. poetae) latere credo.* 1 uenerande, *super primam* e *extare videtur* d 4 gutine, l *ss., certum est*

III 1 *Dungalus ad Waldonem P. A. C. I 413, 27* semper amandam, *Br. (i. e. vita Brigidae AA. SS. Febr. I 142 sq.) 148 E* semper habendam*; 153 D.* 2 *Br. 148 F* praeclaro et nomine dicta. 3 Scottica tellus: *Sedul. Scott. P. A. C. III 184, 6.*

Illustris fueras multorum rite magister,
Patria te tenuit dum tua, clarus eras;
Urbibus in nostris radio flagrante superno
Nobilis et sacri dogmatis auctor eras.
Vitae namque tuae cunctis moderamine iusto
Exemplum dederas inscia corda docens.
Tu Laginensis honor, te plangunt Liphia rura,
Defundunt lacrimas Mastena iuga suas,
Munera digna dabant Fosensis culmina collis,
Lilia cum rosulis Currucha prata tibi,
Caulantes montes tibimet, cum piscibus amnes,
Arboreus populus roscida mella fluit.
Nimpharumque chorus sparsis de more capillis
Te quaerunt pariter motibus, ore, pede.
Boenna te plangit tristis formosa puella,
Poplite virgineo currit adusque mare.
Slana simul Berve te plangunt crine soluto,
Tothrea litoreas turbida tinxit aquas,
Si, Neptune, tuis non obstas fortiter undis,
Virgineusque chorus trans mare tendit iter.
Nobilis et vallis vestra est ex iure parentum.
Defluit ex gemino magna fluenta lacu.
Te memorando nimis doluit Comgenia nata,
Corruit in faciem languida membra gerens

---

9 tuae, ae *ex correctura? A* iusto *ss. in fine lineae A* 12 defendunt, u *ss.* m_1, *A* mastena, *super* na *fort.* i *ss.* = masteina *sive* mastenia *A* 13 colmina, u *ss.* m_1, *A* *sub* collis *glossa scripta est, quam* diciu *legere mihi visus sum, Preisendanz* dicin; *Thurneysen l. l. Fosensem collem esse Ailenn, postea Ailiu, nunc Knockaulin coniecit; poetam Ailenn cum* 'aile' = *Grenzgraben composuisse, glossam fort.* ailiu *legendam esse. Sed litteram* d *certam esse credo. — Item v. 16 super* fluit *legi* pechan(?), *nonnullae litterae antecedere videntur, Preisendanz* onc eichan. 14 currẽcha *A* 18 motib; *certum esse iudico, item v. 19* Boenna 21 berue *sic A* 22 Tothrea *certum* 25 et *scripsi, sed* t *fere* = c; *de* ec = *hec* = *haec non cogitaverim;* et *etiam Holder in catalogo* uŕa *A*, vestro *Holder*

7 *Br. 151 C* radio flammante superno. 9 iusto moderamine *perusitatum e. g. Alcuin. P. A. C. I 189, 883. Hibern. exul ibid. 406, 13.* 11 Liphia rura *i. e. campus Liphius in pago Laginensi Hiberniae, cf. e. g. Br. 148 F* fluminis .. nomine Liffe; *hic campus persaepe commemoratur, quia Killdara Brigidae monasterium in eo situm erat.* 12 *Thesaur. palaeohib. II 295, 2* di Moisten mine mrugaib, *II 342, 20* na banrigna ic Mastin, *II 341, 18* do Mastein, *II 263, 35* Maistin in campo Liphi; *cf. Rev. celt. XV 336.* 13 *cf. in app. crit.* 14 *Br. 142 D* Pratis .. lilia cum rosulis. *146 D. P. A. C. I 243, XXIII 10. Thesaur. pal. II 335. 338. 340. 349* Currech Liphe. *Plummer AA. SS. Hibern. I 56, vita Ailbei c. 26* in campo Currech *cod. S. Thesaur. II 349.* 15 *Thesaur. II 295, 5* na rig di chlandaib Cualann. *ibid. 259, 9* Coolennorum. *Rev. celt. XV 328.* 16 *Verg. ecl. IV 30* sudabunt roscida mella. *Sedul. Scott. P. A. C. III 171, 35* dulcia mella fluunt *(Fortunat. I 15, 102).* fluit *transitivum velut Ambros. hexaem. III 2, 9.* 17 *Verg. Aen. X 832* comptos de more capillos, *III 65* crinem de more solutae; *cf. infra v. 21.* 19 Boenna, Boanna *Plummer AA. SS. Hib. I 91. II 65, hodie:* 'Boyne'; poplite virg.: *infima pars huius rivi 'Colptha' = 'crus' dicitur cf. Thurneysen l. l. Br. 143 A* formosa puella. 20 *Br. 145 C* littora adusque maris, *145 D. 150 A.* 21 Slana = *Slâine, angl. Slaney, Wexford. Br. 151 C* fluminis ad ripam .. nomine Bervae, *hodie 'Barrow'.* 22 *Dothair vel Dothrae rivulus apud Ringsend, a Liphae fluvii ostio meridiem versus.* 23 *Sedul. Scott. P. A. C. III 169, 17* Si, Neptune, pluas. *Br. 150 A* Si non continuo .. 24 *Br. 143 E* Virgineusque chorus *cf. 152 B;* tendit iter *formula frequens.* 25 *i. e.* '*Vallis duorum stagnorum' (in vita Coemgeni AA. SS. Iuni I 303, Plummer l. l. I 236 c. VI), Glenn da locha, in qua sanctus Coemgenus celeberrimum monasterium fundaverat. Br. 142 E* iure parentum. 26 *cf. Hieron. in Ionam 4, 5* trans fluentas Iordanis. 27 *Dungalus ad Waldonem P. A. C. I 413, 22* Te memoro recolens. 28 *Daniel 8, 17* corrui in faciem. *Hibern. exul P. A. C. I 410. VIII 12* languida membra fovens *(cf. Ovid. epist. XXI 156. 228. Fortunat. VII 12, 44). Br. 144 D* ardebat languida membris.

Discessumque tuum potuit nec ferre puella,
Irruit in flammas, ignibus arsit iners,
Ornatusque suos gemmis fulgentibus auro
Clausis marga — suis candida — rita thoris,
Vestes purpureas lapides sectoque elifanto
Pectoris ornatus, artificale decus,
Tecta repleta bonis pariter consumpserat ignis,
Omnia vastabat flamma repente loca.
Disseruisse suos sponsumque relinquere fines
Flet Petrus proprios, sponsa relicta perit.

Tu quoque sectando divine scemata legis
Psalmi et, euangelium dogma et apostolicum,
Contemnis patriam, caros postponis amicos,
Exul in urbe † velis regna superna petens.
Sed tamen ipse tuis Christus servavit honores
Moribus, hos merito, Dungale, crede modo.
Verbis veridicis praedixit talia Christus
Reddere pro parvis magna futura suis.
Hic tibi centena praesenti gaudia praestat,
Semper in aetheriis vita beata manet.
Nam modo Lodvicus rex magni gloria secli
Prospera cuncta tibi dat, dedit atque dabit.
Munera muneribus, millenos praedia servos,
Villas magnificas, aurea dona, dapes,
Vestes mirificas diversicoloribus aptas,
Texerat has docta pulchra Minerva manu,

29 Discesūq, *A cf. v. 52* Vilas *more Scottorum* 35 ignis *ss. in fine versus A* 41 postponis *coni. Preisendanz*, ponis *A*, et spernis *scripseram* 42 uelis *sic A*, *Holder* malis *errat;* orbe *pro* urbe *coni. P. Lehmann, qui* uelis *nomen urbis cuiusdam esse negat;* vehis *coni. Degering* 44 hos *A, f.* * hoc 45 uerę-dicis *A* 46 * pauis *A* 49 se, cli *sub linea*, i *rescissa A* 50 Propera, s *ss., A* 51 dabit, it *sub* dab, *A* seruos, *ultima* s *rescissa, A* 52 * donia *A* 53 diuersicolorib; *sic A* 54 minerua, ua *rescissum, A,* ma nu, u *rescissa, sub* minerua *scriptum est, ante* n *signum aliquod, cui post* minerua *nihil respondet, cum rescissum sit, A*

32 *Br. 142 E* marga — meis — ritas. 32 *sq. Br. 142 E* Aurum, purpureas, argenti pondera, vestes. *Verg. Aen. VI 221* Purpureasque super vestes, *III 464* dona dehinc auro gravia ac secto elifanto. *Br. 142 E* lapides pretiosos clauserat auro. *Constructio parum concinna.* 34 *i. e. artificiale. Sedul. Scott. 182, 8* imperiale decus. *174, 58. 193, 2 (Fortunat. V 2, 70).* 35 *Br. 143 F* Tecta repleta epulis; *ibid. 153 B* Omnia tecta simul rutilis consumere flammis. 37 *i. e. deseruisse = deserere.* 41 *sq. Matth. 10, 37* Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; *cf. in vita Columbani SS. rer. Mer. IV 69.* 42 *Preiscnd. de 'Velae' (Pont de Veyle, Aisne) cogitat, Thurneysen de 'Vieux'. Br. 152 C* regna superna petens *de mortuo dictum.* 45 *Iuvenc. II 609 sq.* talia Christus veridicis aperit convincens pectora verbis *cf. II 275; cf. Alcuin. P. A. C. I 185, 712* plurima veridico praedixit et ore futura. 46 *Br. 144 C* Et tibi multa dabit pro parvo munere Christus; *ibid. 151 C* seu praemia magna futura. 47 *Br. 146 B* praestabit gaudia Christus. 48 *Fortunat. IV 21, 14* vita superna manet. 49 *Sedul. Scott. P. A. C. III 180, 1* Inclite rector ave, laus orbis, gloria secli *cf. 184, 5. 200, 2. 202, 31.* 50 *Sedul. Scott. P. A. C. III 178, 28* prospera cuncta dedit *cf. 167, 34. 194, 61, sed similia perusitata. Br. 152 D* dat dedit atque dabit. 51 *Br. 142 F* Munera muneribus promittens addere plura . . . divitiasque domus millenos praedia servos. 52 *Br. 150 D* villam magnificam. 53 *Sedul. Scott. P. A. C. III 174, 90* syrma mirificum. — diversicolor *(Mart. Cap. § 14. 67. 811) poetae substantivum esse videtur. Aen. IV 482* stellis ardentibus aptum. 54 *i. e. texuerat cf. Br. 152 C* conteximus.

Quas tibi corde pio largitur regia coniux,
Aurea his iunxit pocula larga . . . .

55 ɔiux, x *sub* u, *A* 56 *post* larga, *quod certum videtur, nullum spatium margine rescisso; in editione* manu *(cf. ad 54) huc quoque rettuleram, sed nunc dubito. Fortasse iam scriba, qui hic finit, ultimum vocabulum omisit.*

Cum s. Coemgen saec. sexto caelibem vitam egerit, 'Comgeniam natam' metaphorice interpretandum esse apparet, i. e. ni fallor monasterium ab illo fundatum. Eo igitur tempore, quo Dungalus abbas omnium cum maerore plangentibus etiam Nymphis Dryadibus Oreadibusque patria excessit, coenobium illud Glenn da locha incendio vastatum esse credo, quamquam ea de re nihil notum esse videtur. Si Dungalus unus ex eis est, quorum notitiam habemus (cf. Traube, O Roma nobilis 36 sq., Epp. IV 437, 4), praeter omnes de socio Sedulii Scotti cogitandum esse credo, cuius epistola ad Hartgarium missa, P. A. C. III 170, mirum in modum cum hoc carmine concinit, cf. in primis v. 13 sq. te deflet flumine Mosa . . . . murmurat omne nemus, campi collesque gemescunt, maerendo Driadum murmurat omne nemus, nam gregis . . . pastor abivit; *cf. etiam adnotat. ad v. 3. 23. 49. Sed Sedulium talem centonem composuisse vix mihi persuaserim; neque* praesul *vocabulum in eum quadrare videtur. Cum auctor vitam s. Brigidae strenue compilaverit, quam in Italia ortam esse codicibus comprobari videtur, eum in hac terra degisse conieceris; hinc ad Dungalum magistrum Ticinensem deferamur, qui num idem sit atque reclusus ille S. Dionysii non constat. Neque silentio praetereundum est, quod Hibernicus exul Baldonem quendam (Juvavensem: cf. P. A. C. I 412. Epp. IV 570) fratris nomine appellat. Non certius est, utrum Dungalus abbas monasterii Glenndaloch fuerit an in continente abbas factus sit, num Petrus v. 38 patronus huius coenobii sit — Petrum abbatem eiusdem monasterii fuisse, qui carmen composuerit Thurneysen coniecit —, quam in urbem se contulerit, quis Ludowicus rex sit.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Postquam Tomus I a. 1881, Tom. II a. 1884 in lucem prodierunt, viri docti haud pauca attulerunt ad carmina augenda, emendanda, explicanda, inter quos primo loco nomino R. = de Rossi, Inscriptiones Christianae urbis Romae II 1888, Tr. = L. Traube, Karolingische Dichtungen 1888 (= K. D.), O Roma nobilis. Abh. d. k. bayer. Ak. d. W. XIX 1891 (= O. R.), Textgeschichte d. Regula s. Benedicti[1] 1898 (= R. B.), Vorles. und Abhandl., herausg. v. Fr. Boil I—III (= V. A.), W. M. = Wilhelm Meyer, Der Ludus de Antichristo cet. SB. d. k. bayer. Akad. d. W. 1882 I 1sq.,' Ges. Abh. z. mittell. Rythmik 1905 (= G. A.). De plurimis egerunt W. Wattenbach GQ. I[7], M. Manitius, Gesch. d. lat. Literatur d. Mittelalters I 1911. Omnia hic colligere haud licuit, sed delectum quam brevissime proponere animum induxi. Multa in Analecta hymnica recepta sunt.

TOMUS I.

pag.

1 *sq. Tr. N. A. XXVII 211 sq. V. A. III 164.*
19 VII *R. p. LIV. v. 1 sq. cf. R. 165, 12, 1 sq.*
24 *Tr. K. D. 111 sq.*
27 *sq. K. Neff, Die Gedichte des Paulus Diaconus 1908. Dümmler, N. A. X 165 (P. A. C. IV 759). XVII 397 sq. Manitius, N. A. XVII 614 sq.*
35 *Strecker, N. A. XXXVI 336 sq.*
36 *Tr. R. B. 44.*
62 XXVI *Tr. N. A. XV 199. V. A. III 169.*
62 XXVII *v. Winterfeld, N. A. XXIX 469 aenigmata Notkero adscribit, cui iure obloquitur Neff p. 192.*
76 XLIV *Tr. V. A. II 52.*
78 L *expungendum cf. R. p. LIV. 280. 284.*
85, *v.* 16 *sq. Tr. R. B. p. 111.*
89 I *Tr. S. B. d. b. Akad. 1891, 409. V. A. III 20.*
89 II *Berger, Hist. de la Vulgate 1893, 118.*
90 *W. M., Nachr. d. Göttg. G. d. W. 1913, 145.*
92 V *Delisle, Not. et Extr. XXXV 840.*
94 *sq. Tr., S.B. d. b. Akad. d. W. 1891, 406. V. A. III 18 sq.*
97 IX *extat etiam in cod. Leidens. bibl. univers. 1283 s. XV fol. 50. v. 20 corr. Lehmann* Legi dei *cf. Philol. LXXV 132. Manitius, N. A. XVII 615. Vollmer, Serenus p. V.*
98 X *Delisle, Cabinet d. M. III 319.*
101 IX *R. p. 411 ad n. 6.*
103 III *R. p. 165 sq.*
106 XIII 8 Patriciatum *coni. R. p. 147.*
109 V *expungendum cf. R. p. LV.*
114 Quamvis digna *cet. expungendum (elogium sepulcrale Hormisdae pontificis, R. p. LV).*
116 *cf. Vita Karoli[6] ed. Holder-Egger p. 42 (cf. etiam p. 44. 48). W. M. Zs. f. d. A. XLIII 143. Fragm. Bur. 168.*
119 *Tr. K. D. 111 sq.*
126 *Catal. of anc. Mss. II 66.*
133 *rhythmum de Lazaro 42 strophis auctum ex cod. Augustodunensi 29 s. IX edidit A. Wilmart, Rev. Bénéd. 1922, 27 sq.*

pag.

136 *sq. W. M. G. A. II 357 sq. Fragm. Bur. 167.*
142 *Crivellucci, Stud. stor. XIX 401.*
156 *Manit., N. A. XVII 615.*
160 *sq. Tr. K. D. 46 sq.*
169 *(cf. p. 162) codex Remensis 426 s. IX f. 210 cf. Loriquet, Cat. gén. XXXVIII 568.*
206 *Huemer, Wiener Stud. IX 52.*
267 *Tr. K. D. 50 sq.*
268 X *expungendum, R. p. 126, 5. 286, 7.*
275 *Streib, Münchner Mus. II 343.*
283 *Catal. of anc. Mss. II 2.*
287 LXVIII *extat etiam in cod. Paris. 15176, f. 1.*
292 *P. Lehmann, Berl. phil. Wochenschr. 1917, 1625 sq.*
293 *cod. Guelferbyt. 2186, 4 sq., cf. etiam Berger, Hist. de la Vulgate 247.*
295 *cf. cod. Lugdunens. (Leidradi); Delisle, Not. et Extr. XXXV, 1879, 833.*
298 LXXVII *extat etiam in cod. Bamberg. H. I. IV 16.*
311 XVII *R. p. LVI. 114, 80 v. 6.*
324 VII *W. M. Nachr. d. Göttg. G. d. W. 1917, 619.*
330 CIV *cf. Tr. N. A. XXVII 276.*
345 III *sq.: cento est cf. R. 281. 285 sq.*
347 CXIX *Delisle, Invent. des mss. de la bibl. nationale. Fonds de Cluny p. 93.*
348 *Zs. f. d. A. XLVII 344.*
350 *Tr. K. D. p. 56.*
382 *sq. Dümmler, N. A. XI 77.*
395 *sq. Tr. O. R. 36 sq.*
404 XIV *expungendum R. p. 287 E.*
412 *W. Levison, N. A. XXVIII 292.*
413 *sq. Tr. K. D. 51 sq.*
432 II, III *cf. cod. lat. Monacensis 19410 f. 66[r].*
432 III *ex Prosperi Aquitani epigrammate cf. R. p. LV.*
432 IV *Tr. R. B. p. 101.*
437 *sq. de Theodulfo cf. imprimis Tr. K. D. 65 sq.*
538 II *Cat. of anc. Mss. II 8.*
540 *sq. Berger, Hist. de la Vulg. 148.*
542 *de Vulfino cf. P. A. C. IV 963 sq.*
555 LXI *cf. R. 114 ad n. 81.*

pag.
557 *n.* LXVI *expungendum est cf. R. p. LVI.*
569 *cf. Dümmler, N. A. XI 80.*
583 *sq. Tr. K. D. 7 sq., Strecker, N. A. XLIII 21.*
605 *sq. Manitius, N. A. XXXVI 61 sq.*
625 *Tr. N. A. XV 200. V. A. III 170.*
628 *Acrostichon* Paulus feci.
635 *adde* Frater amore dei 150.

TOMUS II.

1 *sq. Ermoldum nonnulla epitaphio Ceadwallae debere docuit R. p. XLV n. 8.*
93 III *in hoc carmine rhythmico strophae ternorum versuum indicandae sunt.*
117 II *R. p. LVII.*
118 *Tr. K. D. 150 sq.*
120 *sq. J. Brummer, Histor. Vierteljahrsschr. 1916, 102 sq.*
126 Gerwardi Versus: *cod. schol. medic. Montepess. 366 f. 48 cf. Anal. Boll. XXXIV—XXXV 266.*
138 *Edw. Schröder, Anz. f. d. A. 1907, 145. Arch. f. d. Stud. d. neueren Spr. u. Lit. CXIV 26 sq. Seemüller, Festgabe f. R. Heinzel 1898, 328 sq. Strecker, Zs. f. d. A. LVII 177.*
146 *W. M., Fragm. Bur. 168. F. Lot, Ann. de Bretagne XXII, 1907, 247 sq.*
150 *W. Meyer, Die Spaltung des Patriarchats Aquileja. Abh. d. Göttg. Ges. d. W., N. F. II n. 6 p. 19 sq.*
202, *v.* 76 *sq. cf. rhythmum* Apparebit. *P. A. C. IV 507.*
206 V *cf. R. 126 II v. 3.*
216 L *cf. P. A. C. I 317, XC, I 1.*
220 LVI *expungendum est.*
267 *cf. cod. Fuld. Aa 96, P. Lehmann et N. Bühler, Das Passionale d. Barth. Krafft v. Blaubeuren, Hist. Jahrb. XXXIV, 1913, 502. cod. Ambros. A 266 inf. f. 230.*
296 *acrostichon* Laus Mammetis.
297 *Zimmer, N. A. XVII 209 sq.*
301 *K. Plath, N. A. XVII 261 sq.*
335 *Manitius, N. A. XXVI 745. Philolog. LXXV 132.*
362 XVII *E. Madeja, Stud. u. Mitteilg. XL 251.*
370 *Tr. N. A. XVIII 664. V. A. III 171.*
397 *sq. Strecker, N. A. XLIV 225 sq.*
405 *sq. W. M. G. A. II 354.*
417 LXXX *Baesecke, Zs. f. d. A. LVIII 256. 264.* LXXX, II *cf. Epp. V 516; cod. Remens. 130, Cat. gén. XXXVIII 121.*
419 *acrost.* Adalgiso danda; *v. 5 sq. l.* manebit In celis.
424 III *cf. N. A. XIII 665, Lehmann, Mittelalterl. Bibliotheksk. I 231, 38.*
428 VI *v. Winterfeld, N. A. XXVIII 507 sq.*
472 *v. Winterfeld, Neue Jahrb. 1900, 347 Notkero Balbulo tribuit, mihi non constat.*
480 *R. p. LVII; v. Schlosser, Beitr. z. Kunstgesch. a. d. Schriftq., SB. d. Wiener Akad. CXXIII, 1891, 139, 2.*
483 *sq. Schepps, Hsl. Stud. z. Boethius, Progr. Würzburg, 1881; idem N. A. IX 173 sq. Tr. N. A. X 381 sq. V. A. III 178. Klebs, Gesta Apollonii 1889, 334, Singer, Apollonius v. T. 1895, 217 sq.*
544 *Strecker, N. A. XLIII 499 n. 1.*
547 XVIII *R. p. LVIII.*
649 *Dümmler, Forsch. z. d. Gesch. XXV 177.*
550 *de Vulfino cf. Strecker, N. A. XLIII 487 sq.*
564 *Strecker, N. A. XLIII 499 n. 1.*
662 *sq.* I: *cf. R. 353. 438.* IV: *151. 156. 444.* V: *439.* VI: *213.* VII: *437.* VIII: *325.* IX: *324. 326.*
668 *A. Wagner, Zs. f. d. A. XXV 173 sq., Jellinek ibid. LVI 118.*

pag.
670 *sq. H. Degering in: Fünfzehn Jahre Königl. u. Staatsbibl. 1921, 138. Strecker, N. A. XLIV 135.*
673 *post v. 42 duo versus intercepti sunt cf. LL. II, II 41.*
679 XXXI *cod. Pommersfeldens. 93 (2805) s. X f. 97 r.* XXXII *cod. Paris. bibl. nat. 818 s. XI f. 7 cf. Delisle, Mémoire sur d'anciens sacramentaires 297.*
686 *cf. P. A. C. IV 1069 sq.*
707 *adde* Erfridus 686, 11. p. 714 *dele* Viventius p. A. 152 *(legendum* viventi*).* 721 rhythmici versus: *cf. W. Meyer, Nachr. d. Göttg. G. d. W. 1906, 222.*

TOMUS III.

187 *R. p. LIX.*
201, *v.* 1 *R. p. 283, 1.*
207 XLII *R. p. LIX.*
210 *R. p. LIX.*
295 III *Manitius, N. A. XXXV 152. Münch. Mus. I 129 sq. Strecker, N. A. XLIII 479 sq. P. A. C. IV 932.*
371 *Strecker, N. A. XLIII 490 sq., Addenda ad P. A. C. IV, I 1. Agii versus de numero P. A. C. IV 937.*
415 II *W. M. G. A. II 354.*
703 *Tr. N. A. XXVII 233. V. A. III 198. F. Patetta, Note sopra alcune iscrizioni mediev. della regione Modenese 1905, 52 sq., idem Studi stor. e note s. alcune iscr. mediev. 1907, 348 sq. G. Bertoni, Il ritmo dei scolti Modenesi, 1909.*
731 VI *H. Omont, Bibl. de l'école d. ch. LX 143 sq.*
762 *adde* Hoc tibi, Remigi 414.

TOMUS IV.

FASCICULUS I[1].

1 *sq. P. de Winterfeld postquam p. 1 sq. vulgatam sententiam poetae Saxonis nomen ignorari defendit, in Praeteritis in Georgii Hüffer, Korveier Studien 1898 Gesta Caroli Agio Corbeiensi adscribentis sententiam abiit. Quam opinionem omni fundamento carere docui N. A. XLIII 490 sq. Inde ingentem farraginem locorum, e. g. Taciti, quibus Hüffer Vitam et Dialogum Hathumothae, Vitam et Translationem Liborii, Gesta Caroli, epitaphium Gerolti ab eodem Agio composita esse demonstravisse sibi et aliis visus est, cum maximam partem non ad rem pertineant, hic repetere supersedi. (Nova exempla, quae Hüffer privatim cum P. de Winterfeld communicavit, periisse videntur.) Quae vera esse iudicavi, suo loco attuli. Dubius haereo de nonnullis locis Vitae et transl. Liborii, AA. SS. Jul. V 409 sq., quibus fortasse poetam Saxonem illum librum legisse probatur. At minusculi sunt. De fontibus poetae hic agere meum non erat, cf. inprimis B. v. Simson, N. A. XXXII 27 sq. De Gestis ab annalista Quedlinburgensi excerptis cf. Hüffer p. 69 sq.*
2 *de Aethiopibus dealbatis cf. etiam Voigt, Egberts v. Lüttich Fecunda ratis p. 16 et Catal. génér. 8°. I 405, cod. Rothom. 1406.*
4 *cf. Wattenbach, Anz. d. germ. Mus. XXIII 235.*
8 *v.* 43—47 *apud Werner Rolevinck, De laude veteris Saxoniae ed. Troß 1865 p. 68. v.* 49 *v. Libor. p. 423 E* Saxones . . . quorum confinia non longe ab amne distant.
16 *v.* 399 *Sedul. c. p. II 80 sq.*
17 „ 416 *Verg. Aen. II 758.*

1) *Hic repetivi, quae P. de Winterfeld in schedula fasciculo primo addita correxit; nonnulla apud M. Manitium, Wochenschr. f. kl. Phil. 1900, 977 inveni, pauca ipse addidi.*

pag.
20 *v.* 79 *l.* consumptus.
29 ,, 427 *corr.* Baioaricam. 433 *l.* Sclavorum.
30 ,, 494 *Verg. georg. I 109 sq.*
31 ,, 29 *Verg. Aen. VI 520.*
,, 32 *Aen. IX 166 sq.*
32 ,, 42 *v. Libor. 415 C* ortis simultatibus.
39 ,, 341 Ibinmage *B recte cum ann. Einh.* 367 *Sedul. V 3.*
41 *v.* 429 *Osee 13, 14.* 446 *fort.* similes sed mente feroci.
44 *v.* 585 *vita Lib. 413 C* Martinus episcopus vir apostolicis clarus omnino virtutibus.
45 *v.* 622 *paralip. II 1, 12.*
46 ,, 33 *sq. Hüffer confert Sueton. August. c. 16, dubito num recte.*
51 *v.* 239: *etiam in sequentibus Vergilii exemplum respici apparet.*
52 *v.* 259 *cf. Verg. georg. I 448.*
53 *v.* 283 *cf. Plin. epist. V 16* (filia) mores eius referebat. *Casui tribuo.*
56 *v.* 21 *Culex 12.* 54 fons et origo boni: *formula trita cf. ind. gen. s. v. formula.*
57 *v.* 89 *sq. ps. 18, 5.* 95 *Culex 358.*
58 ,, 129 *cf. epit. Gerolti infra p. 1041 v. 3.*
60 ,, 192 *v. Libor. 414 C* (Saxones) suo addidit imperio. 223 *Luc. 11, 17.*
64 *v.* 377 *reg. s. Bened. c. 38.*
65 ,, 429 *v. Libor. 417 E* ingenti decore.
70 ,, 655 *sq. cf. etiam Verg. Aen. VI 824 sq., Culex 358 sq.*
71 *v.* 675 *sq. cf. epist. Alcuini ad Leonem papam Epp. IV 380, 8. Matth. 25, 15 sq.*
v. 679 *sq. cf. Fortunat. VIII carm. 3.*
ad p. 72 *sq. cf. etiam Manitius, N. A. XXXII 679 sq.*
75 *Abbonis bella Parisiaca legerunt Radbodus (p. 165 sq.) et chronographus s. Benigni Divionensis s. XI med. Tertius liber etiam impressus est a Cockayne, Leechdoms of early England I p. LVIII,* 1864 *cf. N. A. XXIX 472. Codicibus adde Oxon. corp. Christi coll. 326 f. 7; deperditum codicem commemorat Schum, Verz. d. Amplon. Hss. p. 790, 4.*
82 *v.* 103 Occidunt.
87 ,, 270 *cf. I 311.*
99 ,, 34 aulas, Germani.
105 ,, 269 *cf. Sedul. III 59 sq.*
109 ,, 409 *glossa interpretanda erat* Normanni obeunt.
117 *v.* 35 *(app.)* monotalmus *etiam P.*
125 ,, 26, 1 Hariulfus *corr. cf. ad v. 108, 2.*
128 ,, 87, 2 sancti *?*
129 ,, 115, 1 *post* feretrum *distinctio tollenda.*
130 ,, 14, 1 *(app.) cf. P. A. C. II 152 (14, 2), Zs. f. d. A. XXIII p. 264.*
131, 31 *(app.) locum integrum puto, lapis (petra) sub (terra) absconditus, antiquitus positus t. a. s. (Str.)* 38 *dist.* promitur.
132 *v.* 43, 2 *fort.* beluam an scripserim.
135, 56 *distinguendum videtur* mirabilia sunt ostensa.
137 *v.* 7 *dist.* kalendas Atria. — *Ex rhythmo in Odonem regem excerptum est carmen* O clericorum optime, *cod. Stuttg. I asc. 95 s. XIII cf. Zs. f. d. A. XXXIX 361 et Vorauens. 172 s. XIV cf. Anz. f. K. d. d. Vorz. XXIV, 1877, 72.*
138 *in adnotat.* 5, 1 Abraam *verum cf. gen. 18 sq.* 9, 2 'dulcida *recte cf. P. A. C. III 177 (v. 9). 178 (v. 12)'. Traube.*
143 *v.* 8 Martis, eo quod inest *dist. Winterf.* (eo: *'durch ihn'*), *malim* eo quod = *quia Str.*
145 *v.* 86 *cf. Sedul. I 300* curva per avia.
148 ,, 208 vox penetrans omnes secreti faminis aures *corr. Winterf.*
152 *v.* 348 *disting.* amici, Se 370 *Arator I 552.*

pag.
157 *v.* 4, 1 *disting.* omnis, Natum
158 ,, 8 *cf. Mart. Capella I 92.*
164 ,, 71 nos'. *et in app. v. 53:* sueui *Holder-Eggeri codd.*
169 *sq. adnoto varias lectiones ex M = cod. Monaster. 353 s. XV p. 91—94, quas benigno animo mecum communicavit A. Hofmeister, cf. Anal. Boll. XXVII 272 sq., Geschichtl. Stud. f. Alb. Hauck p. 92, l. 88, l. 99, 10; mere orthographica omisi. Lemma:* Radbodi *M.* Lebuini p̄sbr̄i *M, in marg.* Scribatur sequens post vitam sancti Lebuini continuo. 3 reni *M* (10 renus *M*). 7 perflaverat *M. Glossae:* 4 h. fl.] .i. aditus predicacionis *M.* 5 aq.] i. dyaboli immissionibus *M.* 6 n.] .i. ecclesiae *M.* 8 austro] visitacione Christi *M.* 9 b.] .i. *om M.* 13 l.] Christi *om. M.* 16 f.] accesione d. a. *M. p.* 170, 20 excercere *M.* 29 *om. M.* 31 subnexuit *M.* 46 solemnia *M. ante* Nos *v. 52 incisum est. Glossae:* 20 Arboribus .i. cels. *eqs. M.* 22 sensum *pro* spiritum *M.* 39 abstinentiae *om. M.* 44 caritatis *om. M. p.* 171, 55 ut *M.* 56 Brittannus *M.* 57 que *om. M.* 58 Liafwini *M.* posthec *M.* 60 Liawini *M.* 66 laudet *M.* 73 obolo *M.* 73 *ante* Sed *incisum est. Glossae:* 55 Liafwini, sc. *om. M.* 56 Brittannie *M.* 67 sc. *om. M.* 71 apocŏpa *M. p.* 172, 77 Quam *M.* 79 Pallentis *M.* 82 cetibus *M. Glossae:* 75 In melius] lr̄ature seculari *M.* 76 palm.] victoriae magnitudo *M.* 79 pall.] ieiunantis ecclesie *M.* 82 libertate] vita eterna *M. Ecloga etiam in cod. Hag. bibl. reg. 129 G 3 s. XV f. 132ʳ sq.*
174, 1, 2 amantissime *recte.*
175, 14, 1 *Matth. 26, 47.*
176 *app.* 'Gothicarum litterarum' elocutionem *saec. XVII ambiguam esse monet Traube.*
177 *v.* 13 *disting.* domini,
178 *sq. cf. infra p.* 977 *sq.*
182 *v.* 25 Natum *corr. Winterf. coll. Fulgentio myth. I 1 p. 15, 22 ed. Helm.* 29 cencris: *cf. adnot. ad p. 632, 11, 4.* 42 *fort.* Ei nec abduntur *propter leoninitatem. Str.*
185 *v.* 154 *Verg. Aen. VII 727.*
187 ,, 232 *app.* omit P^1.
193 ,, 432 'speculatoris *non minus vitiosum quam* speculatŏrias *propter leoninitatem sperno.' Winterf.*
198 *v.* 45 *ps. 148, 8.*
200 ,, 25 *(app.) dele Hrotsvithae exemplum.* 48 *dist.* rerum
204 *v.* 188 *cf. Bened. 300. p.* 206, 245 namque.
208 ,, 327 Hippocras *recte.*
211 ,, 17 *cf. Fulg. myth. I 11 (p. 23, 15 ed. Helm; de die) = mythogr. Vatic. III 8 (p. 202, 33 ed. Bode: de anno); errat etiam G. Thiele, Antike Himmelsbilder p. 135.*
217 *v.* 163 *cf. Sidon. Apollin. carm. 16, 44* gressum quoque reddere claudis, auditum surdis.
218 *v.* 187 *legendum* monitis.
220 *v.* 260 Si cupis *legendum videtur.* 264 *Gal. 6, 17.*
221 ,, 300 *cf. Quint. 188.*
224 ,, 395 a *cf. Eugen. Tol. hex. 169.*
231 ,, 630 *dist.* moriendo,
234 *Haec sequentia extat etiam in B = cod. Berol. Phillip. 1673 f. 191ᵛ cf. Zs. f. d. A. XLV 137. F = Fontanini. Orthographica omisi.* 2^a, 1 tenebrosis *B.* 4 cōsit *B,* tempsit *F.* 2^b, 2 stigmate *F,* stemate *B.* 3 viribus *B,* virtutibus *F.* 4 ignis B^1, idem B^2, iisdem *F.* 3^b, 1 quo rea erat B^1, quo regeret B^2, quod r. *F.* pontificatu *B.* 2 celsithrona B^1. secundi *B.* 4^a, 2 adsistit illis B^1. 4^b Ortans illum,—ut sibi templum —consecraret,—quod preparata—Est verbis usus mirabilis arce locandus (ut s. templum

pag.

in *marg.*, Ea, *marg.* Est) *B.* 6ª, 1 Hic *F*, Hinc *B.* 6ᵇ, 1 Ast *B.* Ad *F.* 3 postque laborem venit *loco raso B.* 7ª, 1 fucto B^1. 2 denis viguit inclitus annis *loco raso B.* 7ᵇ, 2 libari *F.* 8ª, 1 Idemque *F.* 2 iure: viro *BF.* 3 mirabilis *F*, Iam celi sanctus cognoverat hic memoratus *B.* 8ᵇ, 1 Christe *F.* benigne *B*, benignum *F.* 2 semper p̄be subsidium *B.*

239 *v.* 30, 2 *fort.* omnibus molestiis.

